RENATI CHOPPINI ANDEGAUI I.C. ... DE LEGIBUS ANDIUM MUNICIPALIBUS...

René Choppin, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
2 F
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-2.g.5.

Digitized by Google

Digitized by Google

RENATI CHOPPINI ANDEGAVI I.C.

Et in ſupremo Galliarum Senatu,

ADVOCATI.

DE LEGIBVS ANDIVM MVNICIPALIBVS.

LIBRI DVO POSTERIORES.

TERTIA EDITIO.



IESV BIBL. SEC. COLL. ROM.
BIBLIOTECA NAZ. ROMANA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,

Apud Laurentium Sonnium, via Iacobæa, ſub Scuto Baſilienſi.

M. DC. XI.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

RENATVS CHOPPINVS

ANDEGAVVS I. C. STVDIOSO LECTORI, S.

IAM TANDEM creditrici PATRIÆ debitum nomen perſoluo, cuius pars tertia fuerat pridem expuncta. Quùm enim Jus ciuile Andium, ſcriptis commentationibus illuſtrare pollicitus eſſem, huius velut æris promiſſi triente liberaui fidem vtcunque ann. 1581. omnémque denuò moui funem, ne reliquator patriæ Reipub. diutiùs obſtringerer Lege aliqua Julia de reſiduis. Sed longioris interim moræ ratio mihi conſtat, quotidianis Fori negotiis implicito. Quibus acceſſere dicam, an ſucceſſere caſtrenſium rerum turbæ, quæ Francicum Orbem totum inuoluunt, tollere cuncta iubent, cœptóſque auferre labores: Nec ſolùm interturbant excuſſos manibus radios, reuolutáque penſa, verùm etiam noſtræ huius telæ fila identidem interruperunt. QVIN & fœlicioris æui paraphraſtas Gallicarum Conſuetud. ciere poſſim, qui ſelectis modò ſingularum per Municipia Capitibus paucis Scholia adornarint, aliorum intactorum poſteris deſiderium reliquerint grauiſſimum. Iſtud nempè factitatum cernimus à Tiraquello in Pictonicos, Molineo in Pariſienſes, à Dionyſ. Pontano in Bleſenſes ciuicos Mores ac Conſtitutiones: Quarum partibus aliquot ſedulò explanatis, inexcuſſas cæteras illi ſilentio tranſmiſerunt. Ne iis priſcos accenſeam cultioris doctrinæ principes, quorum imperfectis, quæ extant Monumentis ſupremam manum immaturus ipſorum obitus inuiderit. Cuiuſmodi habentur Argonautica Valerij Flacci, Virgiliana itidem Æneis: quam proinde Auctor poſtremo elogio igni damnarat, ni Auguſtus noto carmine ſeruaſſet, flammiſque eripuiſſet. ANDENSIVM verò Legum tractationi ſimi-

Andegauen. Legum Volumen primum, à Nobis editum ann. 1581. reliqua duo nūc ſubſequuntur.

Interpretes variarū Franciæ Legum Municipalium.

Sic Nicol. Goſſo I C. Atrebas ſcripſit tantum in 26. Articulos Atrebaticę Conſuet. Cuius Commentarii, Antuerpiæ excuſi an. 1582. At Tanigius Sorinus in Normanic. Conſuet. breues Notas perſcripſit, ac publicauit, an. 1568.

nus cumulatè ſatisfecerim iſthic, Diui Pij Reſcripto culpam eleuabo, & quod liberali pollicitatione mea debeatur, non niſi inquantùm facere potuerim, exigendum obtendam.

VNVM porrò precamur Legum omnium ac Politiarum conditorem DEVM, vt ſi quoquo modo prodeſſe in hoc genere ſtuduimus Patrio Andium ſolo mortali, immortalē in Patriam nos recipiat, donatos quodam cœleſtis velut poſtliminij iure. Vbi nimirum pro Incolatu hoc, Ciuitas æterna cedit: pro vſu & fructu: propria poſſeſſio ac Hæreditas beatiſſima: pro perſuaſione ac Fide, comprehenſio & Scientia: pro ludibriis ſenſuum, rerum viſendarum conſpectus, atque perceptio: Veritas expreſſa & eminens, pro adumbrata: Tranquillitas, pro tempeſtate: quies, pro inquiete vita. Poſt ſenſuum viciſsitudinem, poſt affectuum varietatem, perpetua mentis æquabiliſque conſtantia & fiducia, compertáque poſſeßio veritatis ac ſapientiæ: quæ epulæ ſunt animi ſuauiſsimæ. Interea, Andegaue Lector, valeto, & communis PATRIÆ, tuique ſtudioſum, piis in Cœlites votis precibúſque viciſsim adiuuato. Pariſiis, pridie Kalendas Sextiles, Anno redempti Generis humani Seſquimilleſ. Nonageſimo.

Die vlt. Iul. 1590.

TVTELARI

Digitized by Google

TVTELARI

PATRIÆ LEGIS NVMINI SACRVM.

QVI mihi vitales afflaſtis in ANDIBVS auras, Auctoris Verſus.
Hæc mea natalis ſeu culta Noualia LEGIS,
DII Patrij, atque pios benè fortunate labores.
Ciuiles alios poliat licet aduena Ritus,
Interpréſque alijs accedat Moribus exter:
Me iuris ANDEGAVI Sparta iſta decebat alumnum,
Indigenæque nouum Scholijs cultum addere Legi,
Herculeum quamuis onus, his nec viribus æquum.
Quantulacunque igitur, patrio de MORE, notaui,
O mea blanda ALTRIX, tua ſunt, agnoſce tuorum,
Forſan & informem, quem profero, ſuſcipe Partum.
HINC vacuæ veniam dabis, immuníque ſenectæ:
Hactenùs vt qui alijs vixi, mihi denique viuam,
Diuinis mutans humana, profanáque Sacris,
Et ſtudia ad noſtram reuocans Cœleſtia curam.
Vnde ſequax vitæ poſthac æterna fugacis,
Sublimíque pijs ſedes quæratur Olympo.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBRI. II. ANDEGAVAE CONSVETVD.

DE FEVDIS, RECTOQ. FVNDORVM DOMINIO.

A RENATO CHOPPINO Andegauo I.C. conſcripti.

PROOEMIVM.

EX TRIMEMBRI Andium Legis Tractatu, quem Nobis initio propoſuimus, primum de IVRISDICTIONE Caput excuſſimus dudum: Nunc ſecundum de FEVDO porrigimus Municipibus noſtris: Tertium inde exhibituri, de priuata cuiuſque, Vtili, & fructuaria PROPRIETATE fundorum vulgò ſumpta. Ac IVRIDICVM quidem illud imperium vt paucis clauditur Moris patrij Articulis, ſic eadem ſingulorum ipſorum ſerie haud grauatim eſt à nobis expeditum. FEVDISTICVM vero, quia prolixiùs verboſiúſque tritum fuit Andegaua Conſuetudine, ſatiùs duxi certorum compendio Axiomatum iſthîc explanare, quàm longo ſcriptæ Legis contextui & ordini nudus Interpres anxiè perdiu immorari. Multa inſuper de Feudalibus hiſce Beneficijs inſperſimus primo Andegauæ Iuriſdict. Volumini, quæ denuò iam refricare vt abſonum, ita permoleſtū ſit. Rurſus pleniori luce explicationéque egebat Francica illa Iuriſdictio, (quam è tenebris pariter ſitúque vetuſtatis eruimus Lib. 1.) quòd hactenùs inculta ea fuiſſet, inuia, ſenticoſa, necdùm Latini auctoris, vtì reor, illuſtrata ſcriptis. Hæc autem Clientelarum Iura varij certatim tractarūt Iuriſperiti Galli, Molineus, Baro, Ottomanus, Cùiacius, poſt Vilhelmum Durandum, Maſuerium, Boërium Petr. Rebuffum, alióſque eiuſmodi Legum Anteceſſores, qui hoc idem Argumentum ſparſim accuratè exagitarunt. Quare & ipſa de re vt ocyùs agam, minori chartarum diſpendio ac temporis, miſſa feci hoc loco Scholaſtica quædam, de Feudorum origine, finitione, diui-

Cōſuetudinarij Andium Operis Libri. 3. *De Iuridico, Feudario, & Vtili* rerum dominio.

Ad vitandam quoque moleſtiam deſcribendi paſſim Articuli cuiuſque. Cōſuetudinis Andium, ſubiunximus in calce nuius Operis cōtextum Legis Andegauen. Et in horum Librorum Margine identidem, ac interciſè.

Rebuff. in Arbore Feudorum. Externi verò rei feudariæ ſcriptores Andr. Yſernias, Iacob. Ardizo. Odofredus Iacob de Beluiſ. Nicol. de Neapoli, Aluarotus. Ioan. Rainal. Iacob. de S. Georg.

Baldus. Præpoſ. Alexandrinus Aluaroti compilator. Mart. Laudenſis. Iaſon. Fr. Curtius. Claudius Seyſſelius in Summula Feudor. & Vdalr. Zaſius in Feudor. Epitome.

ſione præludia: ne poſt tot claſſicos Feudiſtici Iuris ſcriptores, qui huic negotio moroſiùs etiam allaborarũt, illa videremur dicis ſolùm cauſa produxiſſe in medium, ſimul & Fori tyrunculis, quàm Togatis prouectioribus, magis conſuluiſſe. Quinetiam in vniuerſum conſtitui, è media Fori noſtri paleſtra vſitatas Feudorum Regulas in publicum referre potiùs, necdùm Auctorum calamo exaratas, quàm vmbratilé Vſuſque expertem Feudalium placitorum congeriem: Quæ ex Langobardis ceu bardis hominibus, eorúmque Legibus obſoletis ſumpta, implet multorum Commentarios, qui vulgò proſtant. Hinc quoque efficitur, vt popularibus quidem meis Andegauis iſta adpararim, ſed feruéte, cum ſtylo, rerum copia forenſium, ſcripſerim omnibus. Sic enim Libri. 1. exordio planè obteſtatus ſum, me in patrio Andium Ritu enucleando, reliquorum ſimul Municipiorum, exterarúmque adeo Gentium habere rationem: Ne quis poſthac ſibi falſò perſuadeat, mea hæc ANDEGAVÆ Legis titulo inſcripta, minimè ad alias Prouincias regionéſque pertinere. Nihil autem ad Prouincialium Morum interpretationem aptius cenſui, quàm rerum perpetuò ſimiliter iudicatarum auctoritatem. Nam vt M. Tullij teſtimonio, Romanum Ius Senatuſconſultis conſtat, rebus Præiudicatis, Reſponſis Prudentũ, Magiſtratuum Edictis. Ita nil antiquius habui, quàm dubias mortalium de quoque negotio ſententias decretis Iudicum forenſibus, aut noſtratium IVRECOSS. regulis, quas frequens cieo, conſtabilire. Quicquid enim Iudicio ſtatutum ſit, affert alijs exemplum, præiudicium Aſconio dictum, quod ſequatur. Neque his contentus, expeditas Iuris ſcripti rationes iſtuc meo Marte congeſſi vbique ferè, vt propoſitam quamlibet litis ſpeciem, quæ à Fori miniſtris defunctoriè tractata ſit, pro eius modulo expolirem.

Cic. in Topic.

Huius Lib. 2. Diuiſio ſumma in. 3. Partes.

Fruicts en pure perte du vaſſal.

Deſpie de ſief.

Forfaiture & confiſcation de ſief.

BENEFICIARIA igitur Andium Iura tribus ſummatim Partibus abſoluũtur. PRIMA in Honorario, commodíſque ordinariis conſi- 1.
ſtit, quæ ex re clientelæ à patrono percipiuntur. ALTERA pars in ex- 2.
traordinarijs, pœnalibúſque eiuſdem obuentionibus Domino penſitandis, ſolario, annuóve reditu ex prædiis vectigalibus, & ſi qua iuſta Dominica liberi immuníſque fundi poſſeſſores agnoſcant. TERTIA 3.
in Dominicorum feudi iurium cómiſſo ob immodicas ipſius alienationes, ac in tota denique Feudalium abdicatione fundorum ob cliétis noxam commiſſoriam. Sicuti hæc omnia lucidè diſtinctéque ſuis Rubricis Partium ſingularum continentur.

PARTIS

Partis. I. Capita. 2.

Tit. Cap. I.

1. *De Clientelari ſacramento.*
2. *De Fide ab alienarum rerum Adminiſtratoribus oblata patrono.*
3. *De honorariis Fidei patrono datę Acceßionibus.*
4. *De mutuis patronorum in clientes Officijs.*

Tit. Cap. II.

5. *De Redemptionalibus feudi.*
6. *De iure* Deportvs *minoris ætatis, & nobili pupillorum Cuſtodia.*
7. *De Laudimiis.*
8. *De Dominico fundi Retractu.*
9. *De edendo rerum clientelarium Catalogo, ſeu* Dinumeramento.

Partis. II. Capita. 2.

Tit. Cap. I.

1. *De Fructibus pœnæ nomine à domino Feudi perceptis.*
2. *De Mulctis, iudicialibúſque aliis Feudi obuentionibus fructuariis.*
3. *De extraiudiciariis Feudorum Emolumentis.*
4. *De Honorariis in patronos extra ordinem Obſequiis.*

Tit. Cap. II.

5. *De rebus in Cenſum datis.*
6. *De prædiis* fundiarij *Reditus lege mancipatis.*
7. *De* Abornamentis *Feudi.*
8. *De aliis Legibus Agrariis ſtrictioribus.*
9. *De Alode, ſeu immunibus Hæredijs.*

Partis. III. Capita. 2.

Tit. Cap. I.

1. Feudaria *iura & emolumenta, diſpertitione Feudi, ad dominum ſuperiorem deuolui.*
2. *De* Paragio.
3. *De* Feudaria *nobilium virorum ſucceßione.*
4. *De ſucceſſorio Feudorum, inter plebeios, iure & ordine.*
5. *De Hæreditariis Feudorum oneribus.*

Tit. Cap. II.

6. *De Lege commiſſoria beneficij ſeruientis, ob clientuli noxam.*
7. *De Feudi commiſſo, ex alia clientum culpa, vel cauſa.*
8. *Quibus caſibus ceſſet Feudi commiſſum.*
9. *Patroni fraude, clientem Dominico imperio ſolui.*

ANDENSIVM LEGVM LIB. II.

DE FEVDALIBVS BENEFICIIS.

PARS PRIMA.

DE HONORARIO CLIENTVM IN PATRONOS OFFICIO, CVM ORDINARIIS feudi emolumentis.

Triplex bonorum genus in Andegauia *Feudale, Cenſuale, &* *Alodiale*, quorũ duo poſteriora à primo dependent, & ſub eo continentur. Cẽſuale. in §. 178. 179. 180. 200. 163. Alodiale. in §. 140. Sicuti latius infrà explicabimus.

DVO SVNT generatim iuſta Dominica in Vaſallos, quæ prima in Parte locantur REI Beneficiariæ: HONORARIA ſcilicet, ac VTILIA ſeu fructuaria iura. Illis adſcribitur fidelitatis ſacramentum patrono debitum, & conſequẽtia inde clientum obſequia. His autem, redemptionalia prædij ſeruientis, laudimia, penſitationeſque aliæ Domino præſtari ſolitæ, ex priuatis Cautionibus beneficiarijs, aut publica Lege Municipali. Quorum ſuo quæque loco mox ſigillatim exequemur.

SVMMA TRACTANDORVM TITVLO SEQVENTI.

1. *Ducatus Andegauiæ Feudum, & antiqui eius tituli honorifici.*
2. *An* commendatario Abbati *liceat, per procuratorem offerre domino Feudi hominem* Feudatarium *viuentem & morientem.*
3. Homagium *non præſtari, ſed recipi poſſe per procuratorem.*
   Feudum ſeruiens emente directo domino, feudalis ſeruitus & obſequia confuſa manent.
   Vetus Camera Ratiociniorum *Andegauenſ. aliæque aliorum Principatuum, Regiis* Cameris *inferiorum.*
4. *Nũm Magiſtratus per alium fidem dare poſsit domino directo.*
5. *Quid de cæco vaſallo, fidelitatem iurare debente.*
6. *Forma* homagij *& iuramenti fidelitatis vaſallorum.*
7. *De particulari rerum feudalium oſtenſione petita inter dominum & vaſallum.*
   Burgundi Duces, & Dombenſes Principes: Conſuetudinum, ſeu Legum Prouincialium auctores: licet Francicæ Coronæ Feudatarij.
8. *Quibus ex Feudis domino fides &* homagium *non fiat.*
   Dominus directus, ſaiſiti *feudi fructus non lucratur, niſi iam perceptos & conſumptos tempore* feudalis hominij, *& Fidei ſibi datæ, vel oblatæ.*

DE RE

DE RE BENEFICIARIA PARTIS. I.

CAPVT. I.

DE HONORARIA CLIENTVM IN PATRONOS FVNCTIONE.

TITVLVS. I.

DE IVREIVRANDO FIDEI CLIENTELARIS.

1. HONORARIA Patronorũ Iura vt primùm attingam, Ritu patrio iubentur noui clientes Dominum adire, eíque fidelitatis obſequium exhibere intra quadragenum diem, ex quo beneficium poſſeſſorem mutauerit. §. 101. 102. 125. 266. Andeg. Conſuet. Sin autem illi ſe vltrò non offerant fidei iuratò dandæ, manum beneficio patronus inijcit. Artic. 103. 104. 436. Rurſùs ne cliens in formula peccet clientelaris ſacramenti, eam deſcribit Andegauus Mos, Artic. 109. Sed rogo, quid de Ducali feudo Andegauorum, Regiæ Francicæ beneficiario? Nũm eiùs nomine patronus Rex Legi ſuberit prouinciali? Quandiu hercle Andium Ducatus Sceptro connexus eſt, otioſa diſceptatio. Princeps verò, Andium Dux in clientes inferiores vtetur Ciuico Municipij Iure. Quòd ſi Ducatus à Rege in fiduciam mancipetur ſecundogenito ſuo, tunc in iſtiuſmodi honorariis par eſt, auguſtiorem Coronæ REIQ. DOMINICÆ legem conſectari: In onerarijs, ſecus. Vt alibi perſpicuè diſtinximus, ʒ. Lib. 1. Ac FISCI GALLICI Volum. 2. Rubr. 2. Eóque vergit Matthæi Afflicti Deciſio Neapolit. 226. Cum dictatis à Chaſſeneo in Conſuet. Burgundiæ Tit. De Feud. §. 7. glo. 2. col. 1. Et à Molineo §. 7. eiuſdem Tit. in Conſuet. Pariſien. Num. 37. Neque illa abſurdè quidem, quùm perilluſtre fuerit longo ab æuo feudum Andegaui Principatus, egregiíſque ornatum titulis & latifundijs Nam hac Sigeberti ſententia, HENRICVS FILIVS REGIS AN

Vaſalli fides iurata & homagium.

Andegauiæ Ducatus, Regni & Coronæ Francicæ feudarius immediatè Cuius priscos Andegauiæ Principes Fulconem, Gaufredum, memorat paſſim Glaber Rodulphus: & Carolum Comitem Andium, Gull. Nangiſius, in Francica Hiſt.

Appennagium vnius ex Regiis liberis in Ducatu Andegauẽſi.

In Andeg. Conſuet. Lib. 1. Tit. 1. Artic. 5. Præfat. Et Lib. 2. De Dominio Franciæ. Tit. 2.

Andium verò. & Turonum Seneſcha-

GLORVM FECIT HOMAGIVM REGI FRANCORVM SOCERO SVO DE ANDEGAVENSI COMITATV, ET CONCESSIT EI REX FRANCORVM, VT ESSET SENESCHALLVS FRANCIÆ, QVOD PERTINET AD FEVDVM ANDEGAVENSE. In Chronico An.1170.Eodem Auctore,magnum exarſit Regis diſſidium cum filijs ſuis An. 1181. *de caſtello Clareuallis,quod erat de Feudo Andegauenſi.* Ac circumacto inde ſeculo, acceſſit Andium Comitatui Patritialis Francorum dignitas, Feudalibus in beneficijs prima ac ſumma. Regio Philippi. 4. diplomate in gratiam Karoli Andium Reguli, Septemb. Menſ. An. 1297. Ex quo, Philippus.6. ſeriatim primigeniū ſuum regia Fiducia cohoneſtauit Ducatus Neuſtriæ,Andegaui, Cenomaniq; Comitatuum: lege adſcripta, vt Patritius hic Franciæ,ſanctiori in Principem iuratæ Fidei religione alligaretur. Cōdicillis, 13. Kalend. Martias An.1331. Qui extant in penitioribus,apud Lutetiam, Regni Scrinijs. Ne iſtuc vetuſtior producatur Andegaui Comitatus donatio, in Pipinum collata à Ludouico Pio Cæſ. parte, CVM ABBATIIS ET FISCIS IN EODEM PAGO SITIS. Quale profano mixtum Sacrorum Munus ſupprimi præſtat, quàm,exemplo noxia poſterorum memoria,repeti. Lib. Odonis, Archimandritæ ſani Mauri Andegauen. De Rebus eiuſce Monaſterij, Cap.4.

Li Mauricij *Sire de Craon* mentio fit inter Areſta expedita in Feſto Epiphaniæ An.1277. Vt eſt in calce Styli Parlam. Parte.7. Areſtor. Itē de Iohāne *de la Gruture*,qui à Ludouico. 11. donatus fuit Seneſchalia Andegau. Ex Philip. Comminio in Ludou. 11. ſub finem.

Patentes literæ Erectionis Comitatus Andegaui in Pariatum Franciæ. Extractæ ex Inuentario Cameræ *d'Anjou*, in Camera computorum Pariſien.

Charta Valeſij regis Philippi, die. 17. Febr. An 1331. *de don à Iehan de France ſon aiſné,par luy emancipé, à tenir ce Duché & Comptez à vn fief & hommage lige, & en Perrie.* Ex inuentario Chartarum S Cappellæ Palatij Pariſ. facto, die. 12 Sept. an. 1483 mandatis Ludouici. 11. R.

Odonis, Abbæ S. Mauri Liber, nuperrimè excerptus è Bibliotheca Monaſtica D. Germani Pratenſis, in lucem prodijt, vnà cum Chronico Caſinēſi.

PORRO apud Gallos non præſtatur fidelitas per procuratorem, 2.
ni legitima excuſatio perſonalis eiuſce muneris ſummatim adprobetur Domino beneficij. In Tranſalpina autem Gallia contrarium ſeruatum innuit Obertus Ortēſius, vbi agit de petenda Veſtituræ renouatione Lib.2. Feud. Tit.Per quos fiat inueſtit.§.1. Tum, De Notis feudor.§ Item ſciendum, Et Lib. 4. Tit. 70. De re comuni in feudum danda. Speciatim certè,Andium lege cautum reperio, ne fiduciaria alterius opera vtamur in fidelitatis munere obeundo. Artic. 124. Sed occurrit hîc ſequēs inſpectio,an nouus Cœnobij Magiſter queat, procuratoria alterius manu beneficiarium domino mortalem offerre, qui vicarium ipſi clientelæ obſequium præbeat ex fundo Eccleſiaſtico ſeruienti? Pro cœnobiarcha vtique adferetur Pontificia ſanctio Bonifacij.8. de Religioſis talium Beneficiorum poſſeſſoribus,ne Monaſticis clauſtris exire cogantur iurandæ fidelitatis ergô, ſed aliena Vicarij opera, licitè officio eiuſmodi perfungantur. Cap. 1. §. verùm De ſtat. Regul. In. 6. Item cui venia iam gratiáque facta eſt Gallico vſu,clientelaris muneris Vicarium dandi, eidem neganda non videtur procuratoria Vicarij ipſius datio, qui præſens præſentis in fidem conferre ſeparatus ſit. Argum. Glozæ, & Panorm. ad Cap. Quia intantùm De Præben. Glo. in Can. ſi quis in clero Cauſ. 6. Quæſt. 1. Tunc enim de procuratoria fide non quæritur, nec de procuratore illo in clientelam aſſumendo, ſed de Vicario mortali, quem ab Eccleſiaſticis clientibus porrectum admittere patronus conſueuit. Ad hæc, nudæ voluntatis explicatio, quæ procuratori illi committitur, fieri

Obertus de Orto, Feudiſtici Iuris cōcinnator,cum Gerardo Nigro, fuit Conſul Mediolanēſis ciuitatis. Ex Othonis Friſingen. lib. Friderici. 2. Cap. 12.

Bailler au Seigneur par l'Egliſe homme viuant & mourant,qui luy face l'hommage & paye ſes droicts.

Duo ſingularia ſimul confluentia nō recipiuntur in Iure. Tamen diſpenſatio priuilegiaria extenditur ad neceſſaria conſecutiua, ſeu dependentia ex eo ſuper quo eſt diſpenſatum, d. Glo. & Panor. vbi in hoc Textu.

poteſt

poteſt minùs etiam ſolenni actu. l. vlt. D. de reb. cor. Econtrà verò allegabitur, fiduciarium præſertim Abbam (quales ſunt per Galliam fermè omnes) minimè ferendum, qui gemini concurſu priuilegij ſingularis iuuari cupiat, vt cum Vicario procuratorem ſimul offerat Domino ſuperiori. Ex ratione l. 1. Cod. De dot. promiſſ. Bart. in l. ſi is qui pro emptore Num. 69. & 71. ϖ. De vſucap. Subde, quòd, noſtræ Ciuitatis Iure, ſacra Collegia non minùs hominio præſtando obnoxia ſunt rectis Dominis, quàm profani Beneficiarij. Artic. 111. 112. Andeg. Leg. Quod eadem Lex poſtea interpretatur de perſonali, nec procuratorio fidei exhibendæ officio. cit. Art. 124. Itaque Monaſterij Præfecto conſultius erit, vitandæ contentionis gratia, patronum adire, & coram eo mortalem hominem facere poſſeſſorem: qui iureiurando fidelitatem repromittat, quo & decedente, iuſta dominica penſitentur.

Artic. 111. Ibi foy, & hommage.

3. Nec mirum ſanè iſtud. Nam vt fateamur, eum qui Iuridici alicuius ditioni & imperio ſubiectus eſt, arctiùs ipſi deuinciri, quàm patrono ſubditum clientem, cuius res, non caput huic obſtringitur. Cap. vn. §. ſi verò domeſticus. Tit. Qualiter iur. deb. vaſall. dom. fidelit. In feudis. Quandiu tamen cliens incumbit ſeruienti beneficio tenetur ipſemet officioſè in verba patroni iurare, nec alium muneris ſui vicariū ſubſtituere poteſt. Quod & Francus rex ſolenni legatione ſignificauit Britanniæ Inſulæ Regi, vt ex Aquitanico Ducatu patronum illum agniturus veniret in Gallias. Britanno autem ad Gallum mittente germanū ſuum Aymundum, qui procuratoria iſthæc clientelæ munia adimpleret hunc Gallus rex auditum noluit, planéque reſpuit. Teſte Antonino Florentino, Hiſt. Parte 3. Tit. 20. Cap. 8. § 3. Huc ſpectat quodámodò Imperatoria Friderici 2. ad fidelem quendam ſuum Epiſtola, vt hic Cæſaream aulam peteret ilico, ſeruitium debitū peracturus. Sicùti Petrus Vinea Friderici Cancellarius refert, Epiſt. Lib. 3. Cap. 30. At longè melior domini in vaſallum conditio eſt, cuius nempè procurator domini, vulgò capax habetur clientum in fidem recipiendorum. Ita Childeberti regis vice Garitius Comes à Lemouicibus exegit fidelitatis iuſiurandum. Aymoini lib. 3. Cap. 6. In Italia ſimiliter, Karolus Magn. quò Romam ocyùs rediret, legatos emiſit ad ſacramenta fidelitatis à Beneuentanis excipienda. Vt eſt apud Æghinartum in vita Karoli. Eundem hunc in Galliis agentem rogauit Leo, nouus in Adriani Pontificatū ſucceſſor, vti è ſuis quendam Optimatibus Romam legaret, qui à Pop. Rom. fidei in Karolum & obſequij profeſſionem repeteret, ſacramentóque confirmaret. Vt Aimoynus ſcripſit, lib. 4. cap. 86. Ac patrono demùm clientelarem Villam comparante, ceſſat nouus in eum clientelæ nexus, cui, emptores priuati alij, de more adſtringerentur. Iuxta Paulinā Leg. Si quis ædes, quæ ſuis ædibus ſeruirent, cùm emiſſet, traditas ſibi accepit, confuſa ſublatáque ſeruitus eſt. D. de ſeruit. vrban. præd. Sic Ludouicus. 1. Andium Dux ære coëmit ab Ruſſiaca Comite Yſabella

Triplex eſt Subditorum gradus & ſubiectio. Maxima, quæ perſonalis, domino altæ Iuſtitiæ debita, in perſonas capitaq; imperium habenti: Media ſeu mixta ſed realis mage quàm perſonalis nempe vaſalli in dominum Feudi, cui fidelitas cum obſequio iuratur, ſed hoc, quamdiu res Feudalis à vaſallo detinebitur. Minima, quæ purè realis, ratione cenſus ex fundo annuatim ſoluendi.

Rex Angliæ, qui tanquam Dux Aquitaniæ, fuit vaſallus regis Franciæ.

Caſtrum, oppidum, & Caſtellania *de Mirebeau*, à Ludouico filio Regis Franciæ, Duce Andeg. & Turon., Comite Cenoman. empta pretio 18. milium Franciconū auri, de Comitiſſa

de Roucy. Ex Repertorio *de la Chabre d'Anjou en la Chambre des Comptes de Par*: quod Regio iuſſu conſectũ fuit à Mich. Tamboneo, Principaliũ rationum Magiſtro, ſub annum 1545.

Miſrebellam *Caſtellaniam*, Ducatus ſui beneficiariam, Tertio Nonas Nouemb. an. 1379. Vt vetuſtis Ratiociniorum Andegauen. Monumentis patet. Andibus enim fixam publicarum ſui Principatus Rationum Sedem Præfecturámque inſtituit Ludouicus. 2. Andegauiæ Dux, primi filius: illámq; certis Regulis, legibúſq; propoſitis conſtabiliit. Epiſtola aperta pridie Kal. Iunias an. 1400. Sic Nouioduni ad Ligerim, viſitur Rationalium Decuria Niuernenſis Ducis, ab antiquiore, decerpta, Burgundorum Ducum Camera Diuionenſi: Quorum & primigenij Ducum, Niuernenſes Comites olim fiduciario titulo ſalutabátur. Quandiu etiam regij Panagij iure poſſeſſus fuit ab Alenconiis Regulis, Vnellorũ Comitatus, iſtic ſtataria Rationalium Iuriſdictio ſancita eſt Philippino diplomate, Iun. Menſ. an. 1337. Vti Alenconia in vrbe, Magiſtri Rationum Alenconien., officio perfuncti ſunt. De quibus, multa paſſim in Chartophylacio Alenconienſi. Haud aliter apud Inſulam, Flandriæ ciuitatem, Philippus. 1. Burgundiæ Dux in vſum inuexit Magiſtratuum Collegiũ, qui publicis Prouinciæ Rationibus præeſſent, Februar. Luce. 15. an. 1383. Item Bearnij, in Aquitania, Principes, ex illuſtri Fluſſatũ gente, crearunt Præfectos Ratiociniis variarũ, quas tenebant, Dynaſtiarũ patrimonialium. Sed Fuxenſis familiæ bonis, in Albretã affinitate tranſlatis, erigitur ſubinde Rationalium Claſſis quædã, apud Neracum, Albretenſis Principatus caput. Antiquitus pariter, apud Feram Veromanduorum oppidum, locata eſt Dominicarum Rationum Marlei Comitatus Sedes iuridica, Ditionúmque Flandricarum: Quas, ſecundùm Lucemburgios proceres, Borbonij Vindocinenſes, ex Lucemburgia Heroide, hactenus retinuerunt. Nunc ad inſtitutum reuertamur.

Literæ *des Ordonnances du Duc pour ſa Châbre des Comptes d'Angiers*, die 31 Maij ann. 1400.

Camera computorũ Burgundiæ, apud Diuionem.

Phil. Valeſij Reſcriptum, de Camera cõputorum Perticenſium

Inuentarium Chartarũ Alenconiæ domus, cuius exemplar Nobis eſt in manu.

A Pau en Bearn, Chambre des Comptes

De Dominicis aliis Cameris cõputorum Franciæ, vt de Nannetẽſi Britanniç. Nos Lib. 2. Dom. Francici, Tit. vlt. art. fin.

Nũm vaſſallus, qui publici officij cauſa detinetur in Vrbe, excuſetur à perſonali præſtatione fidelitatis in dominum feudalem ruri degentẽ.

Ex antedictis ſurrepit alia frequens quæſtiuncula, de vaſallo Præ- 4
turam gerente, qui ideo abſens Reipub. cauſa, apparere nequeat coram domino prædij dominantis: Huicnè vicariam fidem illius mandatarius licitè exoluerit. Reor vtique, tali Magiſtratui dandam aliquatenùs legis veniam, precarióque concedendum, vt tantiſper dùm munus publicum exerceat, obſequela impunè non exhibeatur. Id quod vulgus Pragmaticõn vocat *bailler ſouffrance*. Ex Baldi rationibus ad Cap. 1. Verſ. niſi iuſta cauſa, Quo temp. mil. In Feud. Et ibi Glo. in ver. abſentia. Bartol. in l. 1. π. De diuerſ. tempor. præſcript. Alexand. Imolenſ. ad l. quæſitum D. de re iudic. Sed vix eſt, vt inuito domino fictitius cliens purè ſubiiciatur, ſpecie alieni mandati: niſi fortè beneficiarius magiſtratu fungatur in Repub. ampliſſimo, Vti de Senatore Pariſien. decretum eius Ordinis citauimus Lib. 1. LEGVM ANDEGAV. Cap. 7. artic. 1. Quòd ſi patronus, eiuſve tutor clientem ſummo proſequatur odio, ex quo liber ad illum aditus huic præcluſus ſit, iam ritè poſtulabitur, clientis procuratoriam fidem à patrono admitti. Vt loco prædicto admonuimus, & hiſtorico Angliæ Procerum exemplo comprobatur. Nam ita Froſſartes veteris memoriæ ſcriptor, *L'Archeueſque Diork*, infit, *qui pas bien ne ſe ſentoit en la grace ne*

amour

amour des Oncles du Roy, s'enuoya excuſer de faire l'hommage en perſonne au Roy, par vn ſien nepueu fils au Seigneur de Neufuille: lequel s'en vint à Londres, & ſe trait tout premierement deuers le Roy, & luy remonſtra l'excuſance de ſon Oncle l'Archeueſque, & luy fiſt hommage) ainſi comme il appartenoit) au nom de l'Archeueſque. Le Roy tint tout à bon, & luy meſme l'excuſa, & porta outre au Conſeil. An.1387. Hiſt. Volum.3. Cap.85.

5. Hvc quoque adducitur de cæco cliente non leuis ambiguitas, iſne patrono coràm exhibere ſe cogatur, in eius verba iuraturus, an verò fiduciaria procuratoris opera vtens excuſetur. Planum eſt, oculis captos munerum vacationem habere, perſonis indictorum. l. 1. Cod. Qui morbo ſe excuſ. Lib. 10. De monoculis non item. l. ſi frater. Cod. De excuſ. tutor. Dempto etiam, ſi eæ functiones in animi conſilio iudicióque verſentur: à quibus cæcitas excuſationem minimè præbet. Vt de Epiſcopali munere ſancitum eſt, Apoſtolico Canone. 76. ita ſcripto. *Εἴ τις ἀνάπηρος ἢ τὸν ὀφθαλμὸν, ἢ τὸ σκέλος πεπληγμένος, ἄξιος δὲ ἐστὶν ἐπισκοπῆς, γινέσθω. οὐ γὰρ λώβη σώματος αὐτὸν μιαίνει, ἀλλὰ ψυχῆς μολυσμός. Eò pertinet Vlpiani Lex, cæcum iudicantis officio fungi, cùm Appius Claudius cæcus publicis conſiliis interfuerit, & in Senatu ſeueriſſimam dixerit ſententiam de Pyrrhi captiuis. Auctore Liuio, lib. 13. & Plutarcho in vita Pyrrhi. Muneribus itidem patrimoniorum non liberantur cæci, muti, ſurdi. l. honores. §. 1. ﬀ. De decurion. l. cùm facultates. Et l. vlt. De his qui num. liber. Lib. 10. Cod. l. ſextum decimum. §. corporis debilitas. ﬀ. De vacat. muner. Vidus Papa, in Deciſ. 400. Sed (ne ab inſtituto digrediar) perſonale necne ſit onus iurandæ fidelitatis, an patrimoniale, prædióque impoſitum beneficiario, diſpiciamus. Langobarda lex ſenſiſſe videtur, cæcos, mutos, ſurdos, ne habiles quidem eſſe ad beneficia Maiorum ſuorum poſſidenda, ſi id vitij acceperint à natura, nec caſu contraxerint: Noua inſuper beneficia illis ademit, licet accidentario vitio luminibus orbati ſint, prorſusvè obmutuerint, obſurduerint. Cap. 1. An. mutus, vel aliàs imperfectus feudum retineat. Et §. mutus feudum retinere non poteſt. Tit. Epiſcopum vel Abbatem. In Feudis. Ibique Glo. & Aluarotus. Zaſius in Parte 8. De ſucceſſione feudorum. At per Galliam vniuerſam, exploſa peregrinæ illius Legis diſtinctione, beneficia tenentur ab omnibus promiſcuè, tanquam patrimonia, hæreditario iure perpetuo: ac velut res mancipi, inconſulto Domino abalienantur, impunéque diſponuntur. Faber in Proœmio Inſtitut. Ciuil. Hæc omnia, ſaluo & incolumi patronorum iure honorifico in fide clientelari danda, & aliis id genus. Cuius lege perſonalis officij non ſoluuntur cæci homines meo quidem iudicio, ſi aliàs proſpera valetudine vtantur, nec domeſticæ ſedes ipſorum longè diſtent à prædio dominanti. Cæteroquin melius æquius ſit, lumine caſſos perſonalibus hiſce obſequiis eximi: quæ nec abſque ſalutis diſcrimine, aut graui ſaltem moleſtia, ab illis ſubeantur. Argum. l. 2. D. ſi quis caution. l. vlt. ﬀ. De

* Si quis vel oculo orbatus, vel femore oblæſus, Epiſcopatu autem dignus ſit, fiat. Non enim corporis damnũ eum polluit, ſed animæ inquinatio.

Vlpian. in l. 6. ﬀ. De iudic. & l. 1. §. caſum ﬀ. De poſtulan.

In Feudo paterno, vaſallus, qui ex accidenti premitur, licet actu ſeruire non poſſit, ſperatur tamẽ aliquando ſanus futurus, vt ſeruiat. At mutus & ſurdus à natura, non ſperantur vnquam apti futuri qui ſeruiant, quia naturalia ſunt immutabilia.

teſtit. in integ. I. de ætate D. Ad S. C. Trebel. Cap. bonæ De elect. Lib.1. Decretal. Epiſt. Præterea cæcitatis incommodum obſtat decoræ officioſæque Feudalitij iuriſiurãdi formulæ. Nam priſco ritu Francorum, in ſponſione fidelitatis porrectum legimus à cliente oſculum, dextráſque interiunctas, cum aliis honorariæ notæ ſolennibus, quæ oculis capti explere commodè non poſſint. Sic Taſſilo Noricorum in Germania Dux fertur, Aimoyni verbis, MORE FRANCICO IN MANVS REGIS IN VASSATICVM, MANIBVS SVIS SEMETIPSVM COMMENDASSE; FIDELITATEMQVE PIPINO REGI IVRASSE. Lib. 4. De reb. geſt. Franc. Cap. 64. Tali formula Vildemarus Daniæ rex manum vtramque porrexit Germanico Imperatori. Vt Albert. Krantzius tradit, lib. Dan. 6. Cap. 17. Nec aliter Belgarum princeps Balduinus Cæſari manus dedit, cum fidelitatis ſacramento. anno 1007. Id quod Sigebertus in Chronico atteſtatur.

Vulgato Gallorum adagio, *Preſenter la bouche, & les mains au Seigneur.*

Taſſilo Boioariorum, ſeu Bauariæ Dux.

Bauldouin Comte de Haynault.

A C noſtro etiamdùm ſeculo, retentus eſt mos in pleríſque, vt diſcinctus cliens, nudato capite, ad pedes ſedentis patroni proiectus, ambas manus iunctas ei offerat, quas dominus ſuis manibus amplectatur, mutua cum deoſculatione. Et hanc quidem feudalis hominij formam vſurparunt Normani, deinde Angli, ab longinqua veteris æui memoria. Cuius rei fidem facit Anglicus Codex, de Feudis, hoc Normanico ſcriptus idiomate. *Quãd in tenant fera homage à ſon Seignor, il ſera diſcinet, & ſon teſte diſcouer, & ſon Seignor ſeera, & le tenant genulera deuant luy ſur ambideux genues, & tiendra ſes mains extendus & ioincts enſemble entre les mains le Seignor, & iſſint dira. Ieo deueign votre home de ceo iour en auant de vie, & de membre, & de terrene honor, & à vous ſera foial & loial, & à foy vous portera des tenements, que ieo claime de tener de vous, ſalue le foy, que ie doy à noſtre Seignor le Roy: Et donque le Seignor iſſint ſeant luy baiſera.* In Lib. ſic inſcripto, *Liteletons Tenures.* Atque adeo in talibus clientum officiis honorariis ſpectanda eſt prorſus locorum conſuetudo. Andr. de Yſern. Bald. & Aluarot. in Cap. 1. Qualit. vaſall. iur. deb. Andibus vtique, aliter deierant in verba domini poſſeſſores ſimplicis beneficij, aliter qui ſub arctiore fidelitatis conditione ſubiectum habent beneficium. Vt patet ex bina Andegauæ Legis Rubrica, *De vaſalli cooptatione in clientelam ſimplicem, De receptione in fidelitatem ligiam.* Cuiuſmodi patrias clientelarium Formularum conceptiones pleniùs ſuo loco excutiemus. Nec enim per omnia congruunt feudalis clientelæ ſponſioni, quam Longabarda Lex præfiniuit. §. 1. Tit. De forma fidelit. Et §. 1. De noua for. fidelit. In Feud. Hodierno certè Gallorum ritu populari, ſufficit beneficiario, ſuam fidem generaliter patrono adſtrinxiſſe, vt in clientelam aſſumatur. Nam fidei vocabulum hæc omnia complecti, innuit Francica Lex Karoli Mag. qui ſolo fidei verbo contentus fuit. lib. 3. Cap. 20. & Lib. 4. Cap. 46. Saluo tantùm rei cuiuſque beneficiariæ Catalogo, quem patrono cliens edere debet intra 40. dies à dato fidelitatis 6.

Vetus Normanicum.

Homme de foy ſimple, homme de foy lige.

Adueu & Denombrement.

tatis iureiurando, & exhibito obſequio. Vt multiplici Regionum More cautum inuenimus.§.6.& 139.Andium.7.& 152.Cenoman. In Germania item, breue iuramẽtum vſu receptum prodit Zaſius, Feudor. Parte.7. Ad quid vaſall. dom. teneat. Hodie, inquit, vaſallus iurat „ domini vtilitatem proferre, & incommoda propellere, parereque, „ cum Paribus in iure dicundo. Nonnulli tamen ſunt iniurati clientes, eorúmque beneficia ſine ſacramento. Inſubrum Moribus ab Ortenſio concinnatis. §. nulla autem Tit. Per quos fiat inueſt. §. eſt alia. Tit. Quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi. Sed hoc ita accipe, vt ſacramentum fidelitatis ſolum beneficiario remittatur, non fides ipſa. §. ex facto quæſitum. Tit. Qualit. domin. propriet. feudi priuet. In Feud. Haud ſecus omninò Xenocrati iniurato teſti creditum fuit ab Areopagitis, non etiam mentiendi, ſi vellet, poteſtas facta. Vt Valer. Max. ait, lib. 2. Cap. vlt.

Vaſallus per ſacramentum, & Vaſallus ſine ſacramento, ſed non ſine fidelitate.

Vſus Mediolanenſiũ.

Hiſt. 11. cap. 5. lib. 2. apud Valerium.

7. IAM obſecro, finge dominum iiſſe in poſſeſſionem beneficij ob non præſtitum à cliente hominium, hic nè licitè petierit dominicæ manus reuocationem, quoad ille res clientelares ſibi oſtenderit, demonſtrarit? Patrono quidem ius eſt, clientem vrgere ad feudum ſpeciatim oculis commonſtrandum, cuius nomine ſacramento adactus ſit. Id quod multis rationibus adſtruit Baldus in § illud Num. penult. De prohib. feud. alienat. per Fridericum. Et in §. vaſallus ſi feudum Num. 9. Si de feud. fuer. controuer. In Feudis. Matthæus in Deciſion. Neapolit. 265. Num. 86. Idémque Cenomana Conſuet. ſtatutum eſt §. 7. Cum Andegauæ. §. 6. At diuerſum certo caſu obtinuit in beneficiario, cui patronum clientelæ fundos digito indicare non cogi, Senatus pronuntiauit. Decreto in pomeridianis cauſarum actionibus lato pridie Idus Decemb. an. 1586. Quùm Robertus, & Dauidius partium cauſidici vtrinque dixiſſent. Nam in ea hypotheſi dominus beneficium publicè poſſideri iuſſerat, antequàm cliens eum vllatenùs agnouiſſet, ab eóque tenere ſe feudum profiteretur. Vnde nec immeritò, iſte petita rerum demonſtratione, quas dominus præhenderat, iudicio ſummotus eſt. Sin autem nouus cliens ſemel fidei ſe dominicæ commendarit, dein iuſtæ ignorationis occaſione poſtulet, ſui beneficij res prædiarias oculis deſignari à patrono, earúmve inſtrumenta ſibi exhiberi, cenſeo clientem eiuſmodi audiendum. Speculat. in Tit. De locato. §. nunc dicendum artic. 65. Maſuer. in Praxi. §. Item non ſequitur. Tit. de Feud. Glo. in Cap. 1. §. aliud De prohib. feudi alienat. per Frider. Ibíque Bald. & Cardin. Alexand. Boërius in Commentar. Bituricæ Conſuet. §. 12. de Conſuet. feudi & cenſual. De eo quoque vbertim à Nobis tractatum eſt. ꝫ. in Cap. 6. Lib. 1. LEGVM ANDEGAVENS. art. 2. Itaque prius hoc à beneficiario exigitur, vt domino fidem det, nec quicquam antea à patrono petens ferendus eſt. Exin Francico adagio vulgatum, in beneficiariis litibus primas clientis partes eſſe, patronũ ilico vel agnoſcere, vel abnegare. Exempli gratia, quàm primùm Angliæ rex Henricus Beleſmiam ar-

Si le vaſſal ſaiſi par faute d'hommage, peut demander main-leuee, iuſques à ce que veue luy ayt eſté faicte.

Cenom. Conſ. art. 7. Verſ. *Bailler par declaration, ou faire monſtree des heritages, au choix dudit Seigneur.*

Areſtum Curiæ *en plaidãt aux apreſdinees.* Die 12. Dec. an. 1586. *Que le ſeigneur de fief ſaiſiſſant n'eſt tenu faire veue à ſon vaſſal ce requerant.*

Vaſallus tenetur ſtatim in iudicio, *adtiouer ou deſaduouer à ſeigneur* dominũ contra quem litigat.

Beleſme, au Pays du Perche.

In directa quoque feudorum ſucceſſione, opus eſt renouatione inueſtituræ.

cem ſororis viro conceſſit Rottoco Perticenſi Comiti, HIC FECIT REGI PROPTER HOC HOMAGIVM. ann. 1159. Vt loquitur in Chronico Sigebertus. Quinetiam in paternis auitiſque beneficiis, nedum nouis, priſca illa ætas repetebat à liberis fidei ſpóſionem, quali perfunctus fuerat pater. Sic Vilhelmus Rogerij Calabriç Ducis filius Roberti nepos, paterno obitu ſucceſſit in Ducatum Calabriæ: apud Pontificem Gelaſium promeritus legitimam Ducatus veſtituram. Teſte Alberto Krantzio, Libri Northmann. 4. Cap. 14. Ab eodem Pontifice Robertus, Capuæ, & Richardus Aquilæ principatus ſumpſerunt beneficiarios. Illi enim nouo ſe fidelitatis ſacramento obligarunt. Hoc ampliùs, Burgundi olim Duces, qui ſummo imperio ſuis ius dixêre, ſcripſêreque Leges, iurarunt in verba Francorum Regum, ac patronos hoſce, clientelari obſequio ſemper agnouerût. Id quod, ſecundùm Gallicos Annales, diſtinctè notauit Molineus, ad §. 125. Burgund. Conſuet. Dombenſes itidem Principes, hactenus ſe Gallico Sceptro obnoxios profeſſi ſunt Fide tenus clientelari, nullaque ſuperiori Iuridica poteſtate. Quemadmodùm à Nobis obiter tractatum eſt, lib. 2. FISCALIS PATRIMONII FRANCORVM.

Art. 125. In ver. *L'on s'en remet aux Ordonnances ſur ce faictes & à faire par Meſſeigneurs les Ducs de Bourgongne.* Tit. 9. art. 2. de Principatu Dumbarum, quem & Amedeus 8. Sabaudiæ Dux. Feudali Breſſiæ ſuæ dominio ſubditum cõcẽdit in Ludouicum Ducem Borbonium. Qua de lite feudali compromiſſum fuit in arbitrum Ducem Bituricen. Sub anno 1410. Lib. 3. Chronic. Sabaud. Paradini Cap. 9.

PACTIONIBVS tamen mutari natura feudi poteſt, ne beneficiarius in poſterum deuinciatur fidelitatis ſacramẽto, ſed eius vice condictum æs aliquod patrono erogetur à nouo quolibet beneficij poſſeſſore. Huiuſmodi Pactum beneficiarium vocant noſtri Municipes, *limitationem feudi*, indéque, *feuda limitata*, *Abournement de fiefs*, *& fiefs abournez*. Andeg. Legis. §. 208. 209. 258. 418. Aliud enim rectum beneficium eſt, propriamque beneficiarum naturam habet: aliud à natura deficit recti beneficij. Tit. De conſuet. recti feud. Tit. De feudo non haben. propr. natur. feudi. Tit. Quid ſit inueſtit. Tit. De feudo gardiæ. In Feudis. Nam ſi clientelæ iuſiurandum remittatur beneficiario, feudum iam degenerat à vera genuináque talium conditione prædiorum. Aluarot. Prępoſ. in prælud. Feudor. Tametſi non vno loco talis ſacramenti remiſſio Feudiſticis Legibus probetur. Cap. 1. De Capitul. Conradi. Cap. 1. §. 1. & ibi Aluarot. Quæ fuer. prim. cauſa benef. amitten. Nec eò ſeciùs aduerte, in limitatis hiſce beneficiis feudalibus expendendam imprimis pactæ Limitationis formulam, apud Andes. Interdum enim aduẽtitia ſola beneficij commoda certo pretio arctantur, quo caſu laxata non eſt clientibus ſacramẽti præſtatio: Interdum verò hominij etiam ipſius, iuriſque iurandi onus cõuertitur in nummariam penſitationem: Et eo caſu tale ſacramentũ deinceps exigi nequit. Vt colligitur ex verbis Andeg. Conſuet. artic. 418. Vnde in iſtiuſmodi quæſtionibus ſcitum eſt, Beneficiariæ Cautionis tenorem obſeruare. Cap. 1. De fratrib. de nouo benefic. inueſt. Bald. (per eundem Text.) in Prælud. Feudorum Hoſtienſ. in Summa Eod. Tit. Rurſus vtrouis modo patronus limitari ſiuerit beneficiaria ſua iura, cliẽs fidelitati in eum manet obſtrictus, eiuſdémq; capiti paratas inſidias ſedulò detegere ipſi tenetur. Angel. in Conſil. 106. Bal. in l. 1. De rer. 8.

Abournemens de fiefs. de quibus ſimiliter Cenomana ſparſim Conſuetudo. Perticenſis item art. 17. Carnutenſis, art. 16. Drocenſis. art. 13. Caſtronouana, art. 22.

De Abornamentis feudi nos plura poſthac. in Parte 2. Titulo ſpeciali.

Quand les aduantures & profits de fief ſont ſeulement abournez, tunc fidelitatis iuramentum non remittitur.

Conſuet. art. 418.

De rer. diuiſ. Et in Cap. 1. De Capitan. qui Cur. vendid. Oldrad. in Reſpon. 234. Ac nouiſſimè Zaſius in Parte. 12. Feudor. Pij huius officij monumentum extat in Regia prima Gallicæ Monarchię proſapia. Theodoberto enim Regi bellum mouerant Childebertus & Clotharius ambo regni æmuli, Sceptríſque ipſum exuere conabantur. Aſt ille à ſuis LEVDIBVS protectus eſt, Regióque in ſolio conſtabilitus. Vt Turonen. Gregorius in literas retulit, Francicæ Hiſt. lib. 3. cap. 23. Contumaces certè, aut moroſuli in fide patronis danda clienculi Andium, extimulantur ad officium, Dominicæ manus vinculo fundis iniectæ. Sed quibus cum ita humanè agitur patria Lege, vt ſtatim ac rectum Dominum ſupplices adierint, ſequeſtrati prædij fructus, nondùm ab illo conſumptos, recuperent. §. 104. & 436. Nam Feudiſtico quidem Longobardiæ Ritu, patrono lucrifiunt ſtantes pendentéſque fructus vacui poſſeſſore feudi, nec eos nouus cliens ſuos facit, niſi iam ab ſe perceptos. §. his conſequenter Tit. Hîc finitur Lex. Aſt diuerſum noſtrate Vſu receptum fuit: quaſi patronus iſthîc, meri fructuarij inſtar, annuum latifundij prouentum ſibi, tum demum quærat, cùm expreſſus ſit fructus, tritum putà frumentum, coacta vindemia, oleúmque factum. l. ſi fructuarius D. Quib. mod. vſusfr. amitt. l. Arboribus §. Iulianus ff. De vſufr. Secus in emphyteuta, priuatouè alio bonæ fidei poſſeſſore: abs quo percipi fructus dicuntur, ſimul vt terra ſeparati, lectíque fuerint. L. Qui ſcit §. 1. ff. De vſur. l. ſi eius. ff. De rei vindic. Atque ex his deſumitur vicini Andegauo Cenomani Moris explicatio, alioquin ſub obſcuri. Art. 117. Verſ. *Tous leſd. fruicts & emolumens prins par deffaut dudit hommage non faict, demeureront audit ſeigneur de fief.*

Leudes, ſeu Leudi Principis, dicuntur ſubditi qui illius imperio ac ditioni parent.

Andeg. Conſuet. art. 104. Verſ. *Tous les fruicts & emolumens prins par defaut dudit hommage non faict & qui ne ſont conſommez demeureront audit ſeigneur de fief.*

Tit. II.

DE FIDE AB ALIENARVM RERVM ADMINISTRATORIBVS OBLATA PATRONO.

1. *Tutores pro pupillis* hominum *domino facere, vel eius faciendi dilationem Moribus indultam iuſtè petere.*
   Baronia de Mauleurier, fundataria *Ducum Andegauen.*
   Maritum pro vxorio feudo fidem patrono præſtare.
2. *An minoris cuſtode nobili mortuo,* datiuus *tutor patrono debeat* Deportum Minoritatis.
3. *Nûm ex longa præſcriptione talis* Deportus *exigi poßit in cuſtodem nobilem, nedùm in tutorem* datiuum.
   Deportus, *ſpeciali inueſtitura feudi, impoſitus, fortiùs debetur quàm qui ſcripta ſolùm Conſuetudine inducitur.*

Poſt viceſimum ætatis annum vaſalli,ceſſat deportus minoritatis.

4. *Inter cohæredes primogenitus fidem & homagium pro aliis facere poteſt.*

Pluribus autem domino ſuccedentibus, quid faciundum ſit.

5. *Emptor partis feudi cum patrono communis,tenetur ei* homagium *præbere,ante quàm feudi cum eo diuiſionem poſtulet.*

6. *Fidei domino dandæ capaces viduæ* doariæ, *aliíque vſufructuarij, & emptores ſub gratia & facultate redimendi.*

7. *Vidua* homagium *renouare ex ſuo feudo tenetur.*

8. *Secus de pupillo,maiore facto,pro quo tutor in fidem receptus fuiſſet.*

9. *Quatenus iuniores liberos,primogenito defuncto,qui pro omnibus fidem domino fecerat,eandem renouare oporteat.*

10. *Nepos ex primogenito, cuius tutori data ſit à domino fidei* ſufferentia, *liberat amitas & materteras cohæredes à fide,* & rachatu *feudali.*

11. *Quandiu Decanus, aut* Capicerius *Eccleſiæ* collegiatæ *litigat de ſuo beneficio, Capitulo ius eſt, alterum committere fidei præſtandæ domino feudi.*

12. *Capitulo itidem licet, poſt Monaſticam profeſſionem eius, quem feudali Domino hominem viuum & morientem dediſſet, alium ſubſtituere, quoad ille vixerit,abſque noua* Releuiorum *feudi ſolutione.*

Nũm alieno nomine, ſeu pro alienis Feudis hominiũ præberi poſſit. Sic Yſabella *de Huſſon*, domina *de Mathefelon, Dureſtal, & S. Michel*, vidua *de Meſſ. Esler de la Iaille*, fecit tanquam Gardiana liberorum ſuorum, nominéque ſuo homagium Duci Britanniæ, Terrarum *de Toreuil, & partie de l'Eſpinay tenues de Champtoce, en Anion.* Die 3. Octob. an. 1453. Ex Nannetenſi Theſauro Chartarũ Britanniæ.

Baronia *de Mauleurier tenue en foy du Chaſtel d'Angiers, rendue par Adueu au Duc* à patre, nobili Cuſtode filiorum ſuorum, matris hæredum Mariæ *de Mauleurier.* Die 15. Iunij an. 1406. Cuius Mariæ auus, *le Sire de Mauleurier*, in Hannonico bello Philippi Valeſij regis floruiſſe prædicatur an. 1340. Apud Froſſartũ. Hiſt. lib. 1. cap. 48. Poſthæc verò Claudius *Gouffier*, præſtitit homagium d. Baroniæ Die 26. April. 1518.

Souffrance, ou ſurcreance de faire la foy, tutori danda à domino feudi. In multis partibus Franciæ Conſuetudinariæ.

QVI ſuo nomine fidem patrono deferrent, expoſuimus: Nunc quinam alieno ex feudo iurandi hominij capaces ſint, dicamus. Andegauo More pupillorum cuſtos nobilis, tutor, vel curator habiles fiunt ad dandum petendúmque viciſſim clientelæ ſacramentum. §. 106. 107. 125. Ita antiquitus in fidem clientelámque aſſumptus fuit Iacob. Montbronius, eques, liberorum ſuorum tutor fructuarius, à Ludouico. 2. Andium Duce, ex Baronatu Malleporiano: Qui impuberibus illis Fráciſco & Iacobo materna hæreditate obuenerat. Decimo ſeptimo Kalend. Quintiles an. 1406. Vt Chartario liquet publicorum Andegauiæ Ratiociniorum, quod, extinctis dein Andium Regulis, illatum eſt in Lutetiana Scrinia Rationum regiarum. Longobarda autem Lege, pupillus fidelitatem ſpondere per tutoré non tenetur. §. ſi minori Tit. Si de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. vaſalli. In Feud. Aluarot. Mart. Laudenſ. Præpoſ. in cap. 1. §. perſonam Tit. Per quos fiat inueſtit. Tametſi pupillari nomine iuſiurandum præſtare tutor potuerit Iure Romano. l. 17. §. 3. D. De iureiur. Hinc variæ Gallorum prouinciolæ, quæ patriis Conſtitutionibus reguntur, tutorem non admittunt, iurare paratum in verba patroni: Sed fidelitatis inducias poſtulanti volút præberi, donec impubes ex ephebis exceſſerit. Vt Molineus animaduertit in §. 28. & 36. vetuſtæ Conſuet. Pariſien. At Saxonico Iure, pupillus non excuſatur à clientelari obſequio & fidelitate. *Landtrecht* Lib. 1. Artic. 23. 1.

Et

Et Lib. 2. Different. Iuris Ciuilis & Saxonici Cap. 68. In Gallia pariter, mulieres, etſi perpetuæ maritorum tutelæ ſubiaceant, immunes non habentur feudalibus officiis: quùm viri ab vxorio beneficio in clientelam cooptari ſoleant. Vt ait Boërius in §. 7. Conſuet. Biturigum Tit. De conſuet. feud. & cenſ. Idémque ex Longobarda clientelarum Regula confirmat Baldus, ad Cap. 1. An maritus ſuccedat vxori in beneficio Verſ. quid eſt quod litera dicit, In Feud. Nec aliud peculiari Andiũ Ritu prouiſum fuit, art. 96. Quùm & Feudiſtico Inſubrum Vſu, cliens, qui militare munus ſuſtinere per ſe nequeat, alium debeat muneris ſui vicarium ſufficere, aut è fructibus feudi, partem domino, vicarij quærendi cauſa, tribuere. Præd. §. ſi minori. Rubr. Si de feud. defuncti content. ſit. Et §. firmiter. Tit. De prohib. feud. alienat.

Leges Feudiſticæ.

Andeg. Conſuet. §. 96. Ibi, *le mary en fera l'hommage, &c.*

2. QVÒD ſi minor annis matre orbatus ſit primùm, deinde patre, qui filij cuſtodem ſe nobilem geſſerit, patroni munus eſt facere, curare, vt clienti impuberi tutor decernatur. §. 107. Andeg. Legis, 119. Cenomanæ. Sicuti priſca Romuli lege patronos clientum tutelam procurare portebat. Vt Halycarnaſſ. narrat, Antiquit. Roman. lib. 2. Quùm igitur in hac facti ſpecie tutor Cenomano clienti datus eſſet, promouente patrono, quærebatur, ab iſtonė tutor luere beneficium teneretur, patrio titulo *Deportus minoris ætatis.* Tutoris cauſam adiuuabat Gallicus feudorum Mos, ne liberi beneficium à domino redimant, ſed agnati. Deinde vnico caſu introductũ eſt *Deportus* honorarium pro introitu, quaſi εἰσβατικὸν, & annuus fundi prouentus, quem dominus carpat: Si videlicet ante tutorem datum neuter parens nobilem filij cuſtodiam obierit. Vt elicitur ex cita. §. 119. Cenom. Leg. Cuius ambiguitatem, ſi qua eſt, velutíque nubeculam diſcutit vicina ac interpres Andiũ Conſuetudo: Quæ talia pupillaris beneficij redẽptionalia exigi tum vetuit, quùm alteruter parens fructuaria natorũ tutela ſemel functus eſſet. In cita. §. 107. Verſ. *en celuy cas que le bail n'auroit eſté recuelly.* Hiſdẽ congruũt Molinei dictata, ad §. 31. Aurelianen. Legum. Nam vt parentum ratio & conditio, quàm patronorum, ſemper viſa potior eſt inter gradus officiorum vtrique debitorum: ſic iuſtior paternus bonorum filij vſusfructus iure nobilis cuſtodiæ, quàm Dominica fructuum perceptio pupillaris fundi clientelaris. Ex Imperatoria lege vlt. Cod. De bon. matern. l. Cùm oportet. l. vlt. §. ſin autem patre Cod. de bon. quę liber. Itaque fructuaria tutela vel tantillùm adminiſtrata, (licet tutoris morte deſierit, & ad nouã in Foro tutelam deuentũ ſit) nihilò iam magis cõualeſcit patronale ius *Deportus* ſemel extinctum, quàm tutelare matris binubæ munus, quod ei ſecũdis nuptiis ademptum, nuſquã repetitur, dirempto etiam morte ſecundi viri connubio. Vt Cynus exiſtimat in Authent. Matri & auiæ Cod. Quan. mul. tut. offic. fun. poſſ. Et Baldus ad Iuſtinianeam Nouellam, Sacramentum Eod. Tit. Quam in partem Cæſareus Germaniæ Senatus pronuntiauit. Mynſingero teſte, Singular. Obſeruat. Centuria 3. Obſeruat. 83. Nec ab his diſſidet Burdigaleſe. C. S. Francicũ, cuius meminit Boërius Prę̨ſes in Deciſ. Burdegalen. 266.

Deport de minorité, nẽpẽ reditus, vnius anni ex feudo Cenomanenſi minoris tutorẽ habentis. Hic deportus apud Andes nullo ferè modo obſeruatur.

Cenom. Conſuet. art. 119. Verſ. *tout ainſi que ce... eſté tenu ... ledit Bail, s'il euſt eſté accepte & recuelly.*

Sicubi proprio Iure deficiamur, à vicinarum Ciuitatum More, aut inſigni aliqua Conſuetudine ſubſidiũ mutuamur Capit. Cum olim De conſuet. l. 32. ff. De legib.

Cuſtodia nobilis pupillorum ſecundo alterutrius parẽtis matrimonio expirat. §. 85. Andeg. Conſuet. & quæuis tutela ignobili matri matri delata. §. 88. Eiuſd.

Imperialis Cameræ Iudicium.

Areſtum Parlamenti Burdegalen.

Decretum Curiæ Pariſien. die 23. Iunij an. 1581. pro Duce *de Mayenne la Iuhee*, in Cenomania, contra Domicellam Yuonã *Leporc, garde noble de ſes enfans.* Quod Areſtũ Curia publicè legi Meduanæ in iudiciali foro iuſſit. Iuxta veterem Sententiam Seneſchalli Cenomaniæ *donnee ſur enqueſte par turbes* die 23. Septemb. an. 1514. inter Baronem Meduanæ *demandeur en ſaiſie feodale. & Marguerite de Chaluz vefue de Iean de la Dinaye, bail & garde de ſes enfans.*

ECONTRA verò, patronus allegabat, dominicum ius *Deportus*, 3.
Cenomania tota receptiſſimum eſſe, nec in agnatos modò pupilli tutores, de quibus Mos ſcriptus legitur, ſed in matrem quoque ipſam filij tutricem fructuariam, ab longæua *Deportus* huiuſmodi certo in Territorio poſſeſſione. Areſto Pariſienſi 9. Kal. Quintiles an. 1581. pro Meduanæ Duce Carolo Lotharingo, aduerſus Yuonam *Leporc* liberorum ſuorũ cuſtodem nobilem, quæ à Meduanæ Iuridico Senatum appellarat. Hinc diſſerit patronus, firmiori ſe, quàm illum, cauſæ æquitate niti: cùm iuſta dominica repoſcat ab extraneo tutore, de quo expreſſa Lex, non à matre. CONSCRIPTI CVRIÆ quæſtionem hanc de interpretatione Conſuetudinis miſerunt in conſilium, addictis interim patrono vindiciis. Decreto in publicis cauſarum actionibus, lato, 6. Iduum Martiarum an. 1588. quùm Beſnardus pro tutore prouocante, Arnaldus pro domino beneficij, vtrinque dixiſſent. Mea certè fert ſententia, poſt ſuſceptam ab vtrouis parẽte tutelam fructuariam, nullum honorariæ huic functioni locum ſupereſſe. Nec enim infirma ætas duplici viciſſim onere & incommodo premenda eſt, vt ipſius bonis liberè frui alterutrum parentem ſinamus, dehinc, eo mortuo, patronum prædiatios anni reditus auferre: Quos alioqui reditus tutor annuis rationibus adſcribere deberet, ac neceſſariis pupilli vſibus impendere. Aſt de hoc quidem *Deportus* problemate Cenomanorum, placuit Senatui, Municipalis Iuris peritos conſuli, déque patrio vſu, ipſorum rogari ſententias. Interlocutione, 4. Claſſis Curiæ Pariſiorũ, 6. Idus Iunias an. 1601. Secundùm conſimilem alteram, cuius ſuprà meminimus, lib. 1. cap. 6. art. 5. Si tamen, Beneficiaria Cautione peculiari, indictum ſit pure *Deportus* fructuarij onus *feudali* prædio inferiori, quod ad minorem annis. 20. deuolutum ſit hæreditate parentum, tunc haud dubiè legem ſequi oportet; ſpeciatim feudo impoſitam. Quali ſe iure ſubnixum obtendit nouiſſimè Credonius, Andium, Baro, in beneficiarium poſſeſſorem inſulæ Tizonis, ex clientelari Profeſſione patrono edita anno 1452. repetitáque anno 1581. *Feudalis* nimirum Veſtituræ pactio ſingularis, derogat publicæ Feudorum Conſtitutioni. Id quod alibi non ſemel tractauimus. Vtvt ſit, militare prædium, quod maiori. 20. annis obuenerit hæreditaria ex cauſa, non eſt *Deportui* obnoxium: Quippe quùm nouus hæres, tutorum iam imperio poteſtatéque ſolutus ſit, quibus modò tutelam gerentibus, incumbat præſtatio *Deportus* eiuſce Dominici. Artic. 119. & 455. Cenomani, 107. 444. Andegaui Moris. Sed de aduentitiis hiſce feudi commodis Nos aptiùs infrà, Parte. 2. Lib. huius. Vnum obiter explorare eſt, nouo ac duriuſculo More pupillos paterna etiam, maternáque ſua beneficia luere à Domino cogi, quæ ad maiores annis citra huiuſmodi onus Dominicum hæreditate tranſmitterentur. §. 107. ſcriptæ Conſuet. Andeg. Rigida hæc pariter, ac ſeuera Andium Lex, de Redemptionalibus auiti beneficij à nepote pendundis. §. 84. Item nobiles ſecũdonatos laudimia patrono debere ex fundo à patre

Prouiſionale Iudiciũ Curiæ, die 10. Martij. an. 1588. *ſur l'appel du Iuge de Laual.*

Curiæ Areſtũ interlocutorium die 8. Iunij 1601. informandi teſtium turbis. *Aſçauoir ſi apres le bail reccuëlly, il y a lieu au ſeigneur feodal de deport de minorité ſur le tuteur.* Dn. *de Vertamont* litis relatore, à feudali domino motæ, Carolo *de Coſſe* tutori liberorum ſuorũ matris ſucceſſorum in Baroniam *de Sille le Guillaume.*

Adueu rendu au Baron de Craon, par le ſieur de Liſle-Tizon, ſubiect entre autres choſes au Deport de minorité tel, que pendant la minorité du vaſſal heritier, ledit Baron doit iouyr dudit fief, à la charge de l'entretenement du lieu, & d'vne penſion annuelle au mineur. Cuiuſmodi Deportus, eſt Cõſuetudinario annali oneroſior, limitatoque. in defectum Gardiani nobilis minorum. Andegauæ Conſuet. Capita quędã paulo duriora. Vulquecini Franci Conſuetudine, clientum etiã liberi redimere tenentur à patrono beneficium. art. 3. Pariſien. Conſuet.

patre accepto, iure donatæ proprietatis. §. 97. Item de laudimiis ab vtróque rerum permutatore exoluendis, quùm ab eodem patrono ambæ res tenentur permutatione datæ, ac receptæ. §. 155. Primigeniam inſuper filiam, maribus deficientibus, plures nobilis hęreditatis vncias à ſororibus euincere, quàmlibet ęqua ſexus conditiǫne natis, paríque connubij lege bónorum tranſlatitij in alienas familias. §. 227. & 255. Nec minùs graue, patriis Andium Inſtitutis auum & auiam excludi nepotum ſucceſſione in res mobiles, immobiliúmque vſumfructum: quæ tamen ſucceſſio patri, matrivè ſuperſtitibus deferretur. §. 270. Subnecte his generoſam filiam domus familiæque ſuæ hæredem, cui, licet tot gentilitiæ hęreditatis bonis maritum augenti, Mos noſter abnegat donationem propter nuptias: quę vxoriæ doti compar eſt à marito conferenda Iure Romano. (*De æqualitate dotis & donationis propter nuptias*, In Nouel. Iuſtiniani.) §. 300. Andeg. Conſuet. Præterea mirum eſt, ordinem hypothecarum ea Conſuetudine aboleri, ne alius alio potior in pignore creditor habeatur. §. 476. & 481. Denique multis captionibus exponuntur venalium prædiorum licitatores, quòd eorum auctioni intercedere neceſſe non ſit Andegauo Ritu, *prædiarij* Reditus nomine, ſeu Vectigalis cuiuſquam tricenum ante annum conſtituti. §. 486. Alias eiuſdem notæ Leges Andium citauimus Lib. 1. cap. 38. In prin. Vt tandem aliquando huius ciuiles Prouinciæ Mores, aliorum inſtar, Mandatis Principalibus emendentur.

Mitius foret, de rebus permutatis ſub diuerſo dominorum feudo, eſſe laudimia: Vnde domino antiquo iure vaſalli facturæ eſſet compenſanda.

Fille noble heritiere principale de terre n'eſt fondée en droict de douaire couſtumier, s'il ne luy eſt expreſſement accordé.

Authent. Dos data donationem propter nuptias meretur. Cod. De donat. ante nupt.

Renta fundiaria.

4. Deinceps frater natu maximus in fidem adſciſcitur pro ſecundogenitis. Artic. 232. 233. Andeg. Conſuet. ac multiplici Francorum More conſimili. Quin & vni cohæredum promiſcuè ius eſt, ſolidam fidem clientelámque offerre patrono: ne qua mora noxia ſingulis imputari poſſit, beneficiúmque à domino, quaſi in contumaces, inuadi, occupari. §. 100. & 266. Legum Andenſium. Haud aliter prorſus in Germania, hæredes, rebus indiuiſis, vnum ex eis deligunt tanquam curatorem, *eintrager* dictum, qui omnium verbis feudi veſtituram petat, ac iuret. Eámque Germanorum Conſuetudinem recitat Zaſius in Parte. 7. Tract. Feudor. At Feudalibus placitis, non ita, quæ ſingulis beneficiarij hæredibus præcipiunt, fidelitatem domino ſpondere. §. omnes filij. Si de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. vaſal. Apertiùs necnon ſtatuit Fridericus. 1. Imp. Qui partem cunque haberent feudi iam diuiſi vel diuidundi, eos fidelitatem patrono debere. §. Præterea Ducatus De prohib. feud. alienat. per Frider. In Feud. Et hanc Radeuicus ſanctionem commemorat, Lib. 2. Cap. 7. Sic, econtrà, omnium patroni hæredum in verba iurare clientes oportet. Gloz. in cit. §. omnes Aluarot. ad Cap. 1. §. præterea. 2. De prohib. feudi alienat. per Frider. In Feudis. At Saxonico Iure, feudalitij clientes non coguntur ſingulos patroni liberos inuiſere, hominij cauſa, & obſequij exhibendi. Vt conſtat Lib. 2. Different. Iuris Ciuil. & Saxon. Cap. 51. In reliqua itidé Germania, cunctis domini liberis non præſtatur fides, ſed vni omnium nomine deieratur à beneficiario poſſeſſore.

Le fief peut eſtre couuert par l'vn de plusieurs coheritiers. Quibus & ſuam feudi partem à primogenito in cenſum tenentibus, is præſtare debet indemnitatem feudalis tributi *des Francs fiefs & nouueaux Acquests*, Quum hoc ius procedat ex cauſa feudi & feudalis qualitatis ignobilibus inconceſſæ. *Dont l'aiſné eſt garand vers ſes puiſnez, qui eo ipſo tiennent de luy conſtitutement.*

Sufficit vaſallo, petere Domum principalem feudi dominantis, & ibi offerre homagium domino, ſiue præſenti, ſiue abſenti.

Vt Zaſius refert in Epitome Feudor., Parte ſupraſcripta. Gallo tamen clienti de more ſatis eſt, dominicum in Prætorium ire, ex quo res beneficiariæ tenentur, eiuſque dominis generatim inibi honorarium fidelitatis munus deferre, ſiue adſint præſtò, ſiue domo abſint: Duobus itidem de vno caſtro certantibus, alterutrum ſufficit clienti agnoſcere poſſeſſorem. §. oportet. In Authent. De mandat. Princip. Collat. 3. Vidus Papa in Singul. 481. Argum. l. cuiuſcunque fundi. §. vlt. ff. De vſufr. Et Cap. conſultationibus De iur. patron. Quum autem Francico

Seniores, *ſignores, ſeigneurs.*

Ritu, primigenij ſuopte in patronum officio cohæredes liberent onere clientelaris fidei, crebrò vſuuenit, iuniores viciſſim, à ſeniori cohærede partem ſe beneficij tenere profiteri. cita. §. 232. Inde Seniores quondam appellati, qui & inſigniora poſſiderent beneficia, & ex iis Regi ſacramento dicerent. Eo modo, Vaſconiæ ſeniores, cum Amando Duce, Clippiacum venêre ad Dagobertum regem, ac iureiurando fide deuincta, ſe fideles ei, ac ſucceſſoribus in Regnum Gallicum fore, veniam impetrarunt patrij ſoli repetundi. Vt Aimoynus narrat, De reb. geſt. Francor. Lib. 4. Cap. 31. Vice etiam verſa, Senioribus eiuſmodi beneficiaria ſeruitia debebantur. Id quod voluere eſt, Leg. Franciceę Lib. 1. Cap. 85. 142. 152. Lib. 2. Cap. 15. Et Lib. 3. Cap. 8. 24. Exhinc lege Conradi Auguſti, ſeniores pro dominis vulgò accipiuntur. §. ſi contentio emerſerit inter Seniorem & militem. Lib. 3. Feudor. Tit. 4. §. 2.

Epiſc. *de Laon.*

Eodem ſenſu, apud Aimoynum, Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, AMODO, infit, DOMINO SENIORI MEO CAROLO REGI ITA FIDELIS ET OBEDIENS, SECVNDVM MEVM MINISTERIVM, ERO, VTI HOMO SVO SENIORI. Rerum Francic. Lib. 5. Cap. 24.

PORRO, vt ad communis beneficij ſocios redeam, agitatum fuit 5.
apud Conſcriptos Curiæ, an partis fundi emptor, cuius reliqua pars recto Domino competebat, licitè remoraretur clientelæ obſequium ex communi prædio debitum, quoad ambo ipſum partiti eſſent: ne

Hommage, adueu & denombrement.

incerta de re, nec agrorum numero, finibus & conditionibus circumſcripta, fieret patrono ambigua fides clientelaris, cum rerum dinumeratione obſcura & incondita. Iuxta Vlpiani legem. 4. ff. De cenſib. Ediuersò autem, patronus, illum negare ſocium, cómuníſve latifundij conſortem, ac poſſeſſorem, donec, præſtita fidelitate, veſtitus à patro-

Aul. Gellius.

no fuiſſet. Vnius enim prærogatiua domini eſt, vacuam beneficiario poſſeſſionem tradere, ciuilem ſcilicet, ac (Gellij voce) feſtucariam. Vt Ianus Butelerius ſcripſit in Summa Rurali, *De leſclichement de fief & du*

Imperialis Cameræ Iudicium die 18. Maij an. 1555. Quod feudi poſſeſſio non continuetur in filium ipſo iure.

Bail. Maſuerius nuncupatim in Praxi, §. *Item ſucceſſor ſingularis, vel hæres teſtamentarius, qui non ſunt ſaiſiti per Conſuetudinem, non poſſunt ingredi nec apprehendere poſſeſsionem rei feudalis, niſi per manum domini.* Tit. De Feudis. Et Mynſingerus, ex vſu iudicijſq; Cæſarei Senatus Germanici. Centuria. 3. Obſeruat. 38. Exin hominij & traditæ poſſeſſionis ſymbo-

Ambianæ Conſuet. artic. 33.

la fuêre iſta, baculus, aut fuſtis in veſtitura beneficij, haſta, enſis, annulus, lapilli iactus. Quorū plena omnia in Codice Ambianarū Legum,

Rhemenſium,

Rhemenſium, Laudunenſium, Inſulæ Flandricæ. Cum §. ſi duo homines In ver. donum inueſtituræ Tit. De Pace tenen. & eius violat. In Feudis. Cap. ex literis De conſuet. Cap. ex ore De his quæ fiũt à maior. par. capit. Nec diuerſum Mechliniæ Brabantinorum Lege vſurpatum eſt Municipali, quæ ex Theutonica dialecto in Latinam tranſlata fuit, interprete Petro Nánio Alemariano. Legis verba ſunt iſthæc, OMNIA FEVDA CONSTANTE MATRIMONIO QVÆSITA SI NVLLI LIBERI EXTENT, AD MARITI HÆREDES VENIVNT, QVI SOLENNI MORE INFESTVCATIONIS DOMINICÆ AD POSSESIONEM MISSVS EST. Huc quoque alludit Ducale Sueuorũ beneficium, Bertholdo Comiti promiſſum ab Errico Imp. cũ annulo ſuo, velut huius rei commonitorio. An. Chriſti. 808. Vt Abbæ Vrſpergẽſis Chronico proditum eſt. Quibus adiiciebat patronus, periculoſi etiam beneficij genus quoddam extare, quod beneficiario ingredi non liceat abſque Dominico permiſſu. Ei namque periculo ſubiicitur cliens, vt beneficium domino committat, quàm primùm vacuam ipſius poſſeſſionem arripuerit ante fidem datam, & oblatum patrono obſequium, Vt apparet ex Renunciatione Actorum in reformanda Trecenſi Conſuet. ad eius §. 37. Tum Caluimontanæ §. 56. Eapropter cauſa vltrò citròque diſceptata, obtinuit patronus, iudicante Senatu, clientulum communi diuidundo iudicio argẽtem minimè audiendum, priuſquàm honorario in dominum munere functus eſſet. Decreto in pomeridiana Fori concertatione lato Menſe. Februar. An. 1586. ex prouocatione, quam à Turonum Suppræfecto Rogerius vaſallus emiſerat, pro quo Martinus: contra Mathurinum *de broc*, Caſtellariæ ditionis dominum *de la Pille S. Mars*, pro quo Fommereus, hinc inde perorarunt.

Laudunen. 126. Rhemen. 165. Inſulanæ. 80.

Malines.

Exfeſtucare etiam, eſt Deueſtire, & *deſſaiſiner.* Apud Sigebertum in Chron. An. 1125. Et Ottonẽ Friſing Chron. Lib. 7. Cap. 34.

Fiefs de danger, à quibus tamen paterna, & materna excipiũtur.

Proceſſus verbalis Conſuet *de Troyes, & de Chaumont en Baſſigny.*

Areſtum Parlamenti Pariſien. *en plaidant aux apres disnees.*

Caſtellania *de la Pille S. Mars*, in Turonia.

6. INSVPER noſtræ Ciuitatis Iure, in fidem clientelámque aſſumi debẽt viduæ mulieres fructuariæ, emptores ſub lege fundi redhibitoria, ſeu quicunque beneficij vſumfructum habeãt, quoties proprietatis dominus proluſoria fraude, vel deſidia cũctatus ſit clientelare iuſiurandum ſubire. §. 126. 233. Molineus ad Pariſien. Conſuet. §. 36. Gloz. 2. In ver. *Les proprietaires ou Seigneurs.* Vſuifructui enim adhæret generale quoddam proprietarij mandatum nomenque procuratorum in rem ipſam, ac eius tutelam rectè gerendam. Ex Vlpiani. l. 1. §. vlt. ff. De noui oper. nunciat. l. creditoris §. 1. ff. De furt. Aliàs ciuiles rerũ actus & iura competunt potiùs domino proprietatis, quàm fructuario poſſeſſori. l. Item apud Labeonem §. ſi vſumfructum ff. De Iniur. Artic. 125. Andeg. Conſuet. Verùm apud Meldos Briæ municipes, vidua coniux *doaria*, cogitur, hominio defungi in rectum dominũ, nudi Vſufructus ſui nomine: neque hoc leuatur munere à proprietario hærede mariti. §. 188. Meldenſ. Morum. Rurſus Andiũ fructuarios ſpectat onus luendi beneficij, quod perſonam beneficiarij fato mutauerit, non ſpontaneo ipſius connubio. Nam illo caſu, qui prædio fruũtur beneficiario, id redimere à domino compellũtur. §. 316. & 317. Andeg. Leg. Item vtilita-

Douairieres, Acheteurs à grace de remeré.

Vſufructuarij ſimpliciter non ſunt capaces fidei hominiique dominis præſtãdi. 125. Andeg. Cõſuet.

Meaux.

Rachapt feodal.

Commiſſus regimini bonorum ſaiſitorum à creditoribus, poteſt facere fidem domino feudi vacãtis.

tis cauſa receptum eſt, fidem patrono ac hominium tunc præberi à ſequeſtro & curatore bonorum debitoris, cùm ipſorum poſſeſſor beneficiarius id exequi muneris recuſarit. Moribus Pariſiorum, Artic. 34. poſt mulcta de eo S.C. conſimilia, quæ cẽties animaduerti. Haud aliter curator ventri datus, ſeu vidua geſtans vterum, idonea fit clientelæ obeundis officiis. §. 99. Andeg. Leg. Ventris enim nomine peti poteſt beneficij veſtitura. Cardinal. ad Cap. 1. Tit. Quæ fuer. prim. cauſa benefic. amitté. Bald. ad l. qui in vtero ff. De Statu hom. Et in l. vlt. Cod. De teſtam. milit. Neque iis malè ſuccinunt Edicta Prætoria, SI VENTRIS NOMINE MVLIERE IN POSSESSIONEM MISSA, &c. SI MVLIER VENTRIS NOMINE IN POSSESSIONE, &c. Ad hæc, ſubbeneficiis patrono apertis, cum beneficio ipſo, lege prouiſum eſt ſubclientibus, vt dormitante cliente, in fidem ſe domini cõferant, atque ita manum dominicam à ſubbeneficio tolli procurẽt. §. 55. Pariſien. Conſuet.

Arrierenaſſaux, ſubbeneficiarij poſſunt facere homagium ſuperiori domino, vt ſua retrofeuda, quibus ille dominico iure incumbebat, vti pleno feudo, ſibi reſtituantur.

Georgius *de la Trimoille*, ex cauſa vxoris Catharinæ *de Lisleboucbart* præbuit Dinumerationem feudalem Caſtellaniæ *de Rochefort ſur Loire* Duci Andium Die. 28 Auguſt. an. 1445. Item vidua ipſa *en donnna adueu* die. 7. Dec 1450. Ex Inuentario Cameræ Andegauen.

QVOD ſupraſcriptum eſt, maritos vxorij beneficij dominis fidem 7.
exoluere, hanc gignit dubitationem, nũm viro mortuo, vidua beneficiaria nouandæ fidelitati obſtringatur. Nec minùs id ambiguum in pupillari feudo, ex quo tutor ſeſe iuriſiurandi religione domino obligarit: Sitnè videlicet à pupillo iam adulto repetendum clientelare hominium. Patria quidem Conſtitutio iubet viduæ mulieri, fidelitatem renouare ob prædia in commune parta à defuncto coniuge. § 99. & 294. Andeg. leg. Optime, quùm viuo marito liberum fuerit quæſitorum arbitrium commerciúmque, tanquam ſolido ipſorum proprietario. §. 289. eiuſd. Conſuet. Sicuti, ediuerſò, cliẽtes ſuperioris Ditionis à coniugibus emptæ nouam fidem dant viduæ mulieri, dimidiatim dominæ prædij ære comparati. Ecquid verò de propriis nuptæ fundis ac hæredìis? Placuit Boërio, fœminam, quæ nuptiali vinculo ſoluta ſit, præſtare hominium iteratò non teneri. In Commentar. Biturici Iuris Municip. Tit. De conſuet. feud. & cenſ. Artic. 8. At ſecus lege cautum inuenio Pariſien. quæ ex variis Senatus decretis recèns concinnata eſt. §. 39. Nec abſimiliter ſancitum fuit Caluimontana Conſuet. §. 31. Andegaua. d. §. 99. Ac vniuerſim eam in ſententiam procliuior eſt Molineus ad §. 25. Num. 10. Pariſien. Morum. Cùm enim ſancta hæc fidelitatis ſponſio perſonalis ſit, nec perſonam tranſgrediatur, haud abſonũ eſt, ſacramenti nexu ſoluto, fidelitatem innouari. Argum. l. ſi non ſortem §. libertus. ff. De cõdict. indeb. Nam & veteres cliẽtelę, ex quibus ſumptam Feudalium beneficiorum originem produnt, totæ erant in perſonalibus ac exquiſitis clientum erga patronos officiis, ceu promeritis. Quarum clientelarum mentionem intulit Iulius Cæſ. Lib. 2. de Bello Ciuili, & Halycarnaſſeus, Roman. Antiquit. lib. 2. Sic propemodùm in priſca illa Frãcorum monarchia, Karolus Martellus ſingularem fidem obſequiúmque expertus eſt ſubditorum quorumdam ac clientum ſuorum. Eòque *fines Regni Burgundici* LEVDIBVS *ſuis, probatiſsimis viris & illuſtribus, ad reſiſtendum contra gentes rebelles in fide diſpoſuit.* Vt

Aliud in marito ſuperſtite, qui ratione conqueſtuum non tenetur fidem renouare, Nec etiam hæredes alterius coniugum, altero adhuc viuo, qui re tota fruitur d. §. 294. Andeg. Conſuet. Pariſiis itẽ. vidua nec hominium nec releuium debet ex conquiſitis matrimonio ſtante. Art. 5. Pariſ. Leg.

Quatenus autem vidua eſt vſusfructuaria, pro media fundi ab ea cũ marito acquiſiti ipſa nec dat nec recipit homagia §. 115. & 116. Andeg. Conſ. Niſi quòd in contumaciam proprietarij ipſa facit homagium. Vt ibi dicitur.

Conſuet. *de Chaumõt en Baſſigny.*

Martellus, Maior Palatij regij Francorum.

De Leudibus, eorũque ſignificatione dicemus. 1. Tit. De Alode. artic. 1.

Aymoini

Aymoini verbis vtar, De reb. geſt. Gallor. Lib. 4. Cap. 53.

8. AST liberior feudi pupillaris conditio eſt, quàm vxorij. A pupillo enim, pubere facto non iteratur fides, quæ patrono ſemel à tutore data ſit. Nam tutorio nomine geſta, cenſentur à pupillo acta, cui vni totum hoc ſeritur ac metitur, non tutori, qui beneficij reditus ſibi non lucrifacit. Alia verò mariti cauſa eſt, dotalium rerum domini, ſimul & acquiſitorum: ex quibus perceptos fructus ſuos facit, nullis poſtmodùm edundis rationibus obnoxius. Si tamen coniugum nuptiæ aliquantò pòſt Canonibus irritæ decernantur à Iudice, nec noua tunc fidei repromiſſio debebitur à muliere, nec redemptionalia feudi, quæ regulariter clientis fœminæ nuptiis domino appenduntur. Quemadmodùm notat Alberic. Roſates in. 1. Parte Statutor. Quæſt. 95. Vt autem intelligamus, qua ætate Feudalitij clientes, hominij iurandi capaces ſint, quo minùs adſcititia tutoris opera egeât, mares viceſimo, fœminæ decimo quarto anno exacto, dicuntur maiores annis, vt benefici domino ritè obſequium exhibeant. Andegauo More, §. 86. & 444. Ac Longobardi quidem, & Siculi anno. 18. definiunt legitimam ætatem, vt minor, maiorve ex eo annorum numero æſtimetur. In Lombar. l. 1. De prohib. alienat. minor. Et Conſtitut. Neapolit. De reſtitutione minorum. Sic Romanorum Sempronia lege cautum erat, ne minores decem & ſeptem annis ad militiam cogerentur, iuſque iurandum militare præſtandum. Vnde hæc poſtea ætas militaris obſeruata eſt, ante quam nemo inuitus ſacramento adigi potuit. Eam legem C. Gracchum tuliſſe, Plutarchus ait in vita Gracchorũ. Sed in noſtris militaribus prædiis ſeu beneficiis, quorum nomine iuratur in verba patroni, minor vſurpatur, Conſtitutione Friderici. 1. Cæſ. pro impubere, & eo qui nondùm impleuerit decimum quartum ætatis annum. §. preterea ſi quis infeudatus maior. 14. annis Tit. De prohib. feud. alienat. per Frideric. Neapoli itidem, beneficiarij cuiuſque *Baliatus* & cuſtodia nobilis finitur peracto anno. 14. nullo ſexus habito diſcrimine. Neapolit. Conſtitut. De ſucceſſ. filior. Comitum & Baronum. Matthæus in ſeq. Cõſtitut. De Iure Balij. Infans porro, ſiue patronus antiqui beneficij poſſeſſores veſtire poteſt, ſiue cliẽs nouo beneficio à patrono veſtiri. Nam quoad dominum attinet, errico. 6. Germanis imperante, factum eſt, vt eius impulſu Germanici proceres fermè omnes Cæſareum filium adhuc in cunis vagientem Regem agnoſcerent, eíque fidelitatem ſacramento confirmarent. Id quod auctor eſt Vrſpergenſis Abbas in vita Hẽrici. 6. Veteris enim feudi veſtitura licitè, noui illicitè fit à domino minore annis. §. 1. Per quos fiat inueſt. Et §. 1. Qui feud. dar. poſſ. In Feud. Neque alienum ab his morem Gallis vſurpatum refert I. Faber, ad Iuſtinianeam leg. 25. Cod. De adminiſtr. tutor. Pari modo, peculium ab impubere nec nouum conſtituitur, & paternum rectè conſeruatur. l. quam Tuberonis D. De pecul. Vice verſa, de infante clientulo, teſtis eſt Sigebertus, Ianam Vvihelmi Siciliæ regis coniugem, quæ ex Henrico Anglorum rege nata erat, in puerperio enixam

Ex matrimonio nullo cum vaſalla, non debetur nouum Homagium, nec Releuia domino feudi.

De ætate militum ſcribit Vegetius Lib. 1. De re milit.

Tutor etiam poteſt de antiquo feudo vaſallos inueſtire, & laudimia recipere: non tamen de nouo nec mutare conditionem rei in deteriorem, quia eſſet alienatio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Boamundum filium, húncque ſacro è baptiſmate redeuntem, à patre veſtitum fuiſſe Apuliæ Ducatu per aureum Sceptrum, quod parens manu geſtabat. An. 1180.

SVPERIORI affinis quæſtio ſuccedit de primigenio fratre, qui fi- 9.
dei in patronum onere iuniores fratres ac ſorores exemerit, An defuncto eo, minores natu adire dominum teneátur huícque rurſus honorariam fidelitatem offerre. Dixerit patronus, natu grandiorem ſingulari quodam Municipij Iure pro alijs in fidem admiſſum: cùm alioqui Feudalia Inſtituta perſonalem huiuſmodi fidem purè ſanxerint. Iſtud ergo clientelare munus, quod frater pro alio ſubierit, eiuſdem obitu primigenij perinde expirare, ac vicarij morte clientis hominiũ, quem Eccleſia ſuæ in dominum operæ ſuppoſuiſſet. Mihi tamé, contrà, videtur, eam ſolam cliẽtelaris fundi partem, quæ Moribus patriis natu maximo deferebatur, huius exceſſu mutare beneficiariũ poſſeſſorem, ac nouo fidei dandæ officio indigere. Hoc ita, ſi rebus etiamdùm indiuiſis, primigenius, fide præſtita, cæteros liberarit dominica penſitatione, ac dehinc vita deceſſerit. Nam meo nomine ſemel geſta perfectáque ab alio, minimè eius fato intercidunt. Vt vult Modeſtinus l. ſi per epiſtolam, & Africanus l. qui ſeruum ℼ. De acquir. hæredit. Sin autem herciſcantur inter cohæredes beneficia, quorum beſſem primigenius cœperit, retenta ſuperioris dominij auctoritate in ſecũdogenitos, tunc illius interitu beneficium totum domino aperitur: niſi iuniores, inita familię diuiſione, in clientelam ſe patroni actutum contulerint ex iis prædiis, quæ pro ſuo triẽtis beneficiarij modulo ipſis obueniſſẽt. Etſi enim ſtirpis maximus lege diuiſionis penes ſe receperit Dominica in cohæredes iura: hi tamen haud ſecurè prorſus rerum ſuarum potiuntur, quùm primogeniti morte feudum totum clientulis vacet. §. 213. 262. Andeg. Cõſuet. Primogenitus verò, ipſiuſvè hæres, cuius facto vel culpa vacuum fuerit poſſeſſore beneficium debet indemnes ſeruare clientulos ſuos fratres ſecundonatos, & iis, quanti ſua interſit, præſtare. cit. §. 262. Idque firmiùs adhuc obtinet in directa nobilium parẽtum hęreditate, cuius as totus proprietate cedit natu maiori, reliquis maribus trientis vſusfructus apud Andes, & Cenomanos. Nam eo caſu vnus rerum proprietarius fidem dat patrono, non fructuarij, & illo è viuis ſublato, hæres cogitur hoſce feudi prehenſione Dominica exonerare. Moribus Andium. §. 233. Proprietatis enim fundi onus eſt, non meri vſusfructus, clientelarem nexum inire erga patronum. §. 125. Legum Andenſium. Honorem quippe alius præbere, & operam patro[illegible] debitam nequit, quàm verus debitor, patroni beneficiarius. Vt à Pomponio I.C. reſponſum eſt. l. ſeruus patroni l. quia aliæ operæ D. De oper. libert. Iſthîc verò fundi proprietatem accipio ex noſtrate vulgari ſermone, pro rerum dominio vtili: quale in Scholis patrum ætate vſurpari cœpit, non pro recto dominio Feudiſtici autem ſcriptores, Proprietatis vocabulo ſignificant purè directum dominium prædij beneficiarij. §. econtrariò. Verſ. quamuis

Si primogenitus ſimpliciter homagiũ fecerit pro toto feudo, nullis expreſſis cohæredũ nominib' ſed quaſi totius ipſe proprietarius foret, tunc eius morte totum feudum vacat, quia is ſolus pro homine & vaſallo habitus eſt. Si verò idẽ expreſſe fidem feciſſet pro ſe, & pro ſecundonatis, tunc illius morte ſecundonati nihilominus manent homines & vaſalli ipſius domini qui eos recepit facto primogeniti Tamẽ ſuper eo dubio Curia Pariſien. interlocuta eſt de modo vtendi Conſuetudine *de Melun*. Die. 27. Iunij. an. 1587. Dn. Midorgio litis relatore in. 1. Camera Inqueſtarum Curiæ. inter Ludou. de *Campremy* patronum. & Franciſcam *d'Angennes*, tutricem liberorum ſuorum.

Primogenitus nobilis, paternorum maternorumque bonorum proprietarius, fructuarii autem ſecundogeniti mares.

Tit. De inueſt. de re alien. fac. Et §. 1. Qualiter domin. proprietate feudi priuetur. In Feudis. Eodemque ſenſu, Romani prudentes fundorum proprietatem definiunt, ita, vt locatio in tempus perpetuum, vel emphyteuſis priſtina dominia non immutet. Pauli. I. C. l. 1. §. vlt D. Si ager vectigal.

10. Exin alia cognata ſpecies difficilem parit controuerſiam de nepote ex primigenio, (qui natalitia patris prærogatiua vtitur in bonis auitis) Poſſit necne is à domino fidelitatis inducias petere in rem omniũ cohæredum, ex eòque ſuas amitas coniuges redemptionalibus feudi immunes præſtare. Ponamus enim fratri licere, ſuo clientelari officio ſorores luitione feudi eximere. (§. 35. Pariſien. Cõſuet.) Eius itẽ filium impuberem tutorum imperio regi, qui tãtiſper beneficium poſſidere à domino tolerentur, dum id ætatis pupillus attigerit, vt fidẽ illi dare valeat. Cedò, temporaria nè iſthæc beneficiariæ poſſeſſionis conceſſio tanti erit, ad leuandam onere illo beneficij partem muliebrem, quanti pura ac ſolida patris ipſorũ in fidem aſſumptio? Non videbatur, quùm binæ fictionis concurſum Lex regulariter non admittat. l. cùm poſt. §. gener. Et ibi notat. D. De iur. dot. Guliel. Cuneus vberrimè in l. ab emptione ☧. De pact. Quòd ſi nuptis fœminis hoc tribuant pupillares fidelitatis induciæ, ne à patrono ſuam beneficij partem redimãt, ſequetur quadruplex etiam fictio, confuſim non ferenda. Primò, vt filius protogoni, fictitia paternæ ætatis repræſentatione in patronum vtatur. Idem rurſùs pro aliis beneficiariis in fidem recipi poſtulet. Tam vt impubes ipſe fidelitatis inducias pro alio petat. Denique vt talibus induciis, quaſi iurato conceptis verbis hominio, ille cohæredes liberet feudi redemptione. Sed quia precarius hic rei cliẽtelaris vſus pro tempore æquipollet fidei præſtationi Francico Ritu, (Artic. 42. Pariſien. Conſuet.) puto nepotem ex primigenio, qui natalitium patris primatum lege retinet cum ſua omni cauſa, iure, & acceſſione, conſequenter obtenta fidei dandæ dilatione, parare cohæredibus fœminis immunitatem à dominico iure luendi beneficij: perinde ac ſi ipſa re fidelitatis obſequium domino exhibuiſſet. Tunc enim pluſculæ fictiones, quarum vna venit ex conſequentia alterius, iunctæ non improbantur. §. ſi ab hoſtibus. Quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluitur. Inſtitut. Ciuil. l. ſub conditione D. de ſolution. l. cùm duæ ☧. De captiu. In Andegauia tamen, nepos nec ipſemet ſoluitur lege Dominicorũ redemptionalium (§. 84.) & alios ſoluere eo onere multò minùs poteſt. Nã vel maximus quidem natu frater, luitione feudi ſorores nõ exonerat, tametſi fidem ab iis patrono debitam poſſit exoluere. Vt patrij moris Artic. 100. & 232. haud obſcurè adnotatur.

Si la ſouffrance demãdée par le tuteur du nepueu acquitte ſes tantes du rachapt feodal enuers le ſeigneur, comme euſt peu faire la foy portee par le frere pere du mineur.

Primogeniti repræſentatio.

Souffrance vaut foy tãt qu'elle dure. Nempè quand le ſeigneur ſouffre le vaſſal mineur, ou abſent loyt de ſon fief, pour vn temps, en attendant qu'il puiſſe venir à la foy.

Andegaua Cõſuet. nepotes ac neptes in ſucceſſione aui & auiæ debent Releuium ſeu rachatum domino feudi, ratione rerum feudalium auitarum.

11. A profanis ad Eccleſiaſticos venio clientelarum poſſeſſores. Andium Lege quiſquis præeſt Collegio canonicorum, tenetur ſe beneficiariæ fidei vinculo alligare ſacri Sodalitij nomine, & à patrono luere beneficium. §. 110. 111. & 112. Nuper obiit primicerius Canonicorum, qui in ſacra ea Familia principatũ tenebat, éque feudali bene-

De Eccleſiaſtica Manumortua, quatenus feudorum capax, & quibus feudorum oneribus adſtricta ſit, abundè diximus Lib. 1. Domanij Gallici. Tit. 13. Et ſupra Lib. 1. Cap. 37. & 38. Tum Lib. 3. De ſacra Politia foren. Tit. 1. Ac Manus mortuæ ſpeciatim meminit Cõſtitutio Karoli Mah. Capitul. Lib. 5. Cap. 47.

ſicio iurarat in verba patroni. Ea morte cognita, multi vacuũ poſſeſſore ſacerdotium aucupantur, mox competitores de eo altercantur in Fori ſubſelliis. Lite pendente, ſacri Sodales collegæ cuidam mandarũt prouinciam hominij fideíque patrono dandæ. Hic adſciſcitur in clientelam, & feudum à patrono redemit. Aliquantò pòſt, competitorum vnus, Templi primicerius decernitur vindiciaria Iudicum Sententia. Prouocante in Senatum altero, is ſecundùm quem dictæ fuerant Sacerdotij vindiciæ, deceſſit è viuis. Quæſitum eſt, an eius obitu apertum eſſet patrono feudum? Hic enim mordicùs aſſeruit, Canonicorum decurionem ſolum patriis Moribus cooptari in fidem poſſe à domino prædij ſuperioris. cit. § 110. Ne quenquam alium, vt ſacri Collegij ea in re vices ſuppleat, admitti Conſuetudine: Niſi Ædis Præfectus domo longiùs abeſſet, iuſtiſve occupationibus diſtrictus clientelare munus gerere nequiret. Quo vno caſu, is cui commiſſa ſit ab Sodalitio prouincia eiuſmodi, idoneè præſtat, vel recipit fidelitatis ſacramẽtum. d. § 110. Atqui vltimò mortuus Decanus nec peregre profectus eſt, nec tantopere publicis negotiis diſtẽtus, quin officio ſuo clientelari liberè defungi potuerit. Sufficit igitur, ei collatã fuiſſe Eccleſiæ Præfecturam, vt pro cliente beneficiario habeatur, aut cliẽtelę ſaltem obſequiis ſubeundis idoneo. Præd. Art. 110. Inſtant verò, contrà, Tẽpli Sodales, patriæ Legis Articulum hunc ſequẽti altero benignè tẽperari, vt in Eccleſiarum Sodalitiis, quæ præfecto careãt, attendatur vita vel interitus poſtremi beneficiarij, qui ſacræ Societatis vice fidelitatem domino, ſpoponderit. At enim propoſita in ſpecie, illis defuit omninò Præfectus, cui continua de Sacerdotio lis obſtiterit, ne in poſſeſſionem veniret, ſacrúmque impleret miniſterium. Quod namque eadem Lege cauetur de eo, cui templi Præfectura data ſit, idipſum accipi debet cũ effectu, & miſſione in poſſeſſionem ſacerdotij. Alioquin legitima ſaltem reſtat eius excuſatio impedimenti, vt locum faciat obuio cuique ſacrorum Sodalium procuratori, qui fiduciario ipſorum munere patrono obſequium exhibeat. His omnibus in medium adductis, cenſui Andium proprætorem male iudicaſſe ſecundùm Ægidium *Hugueau* patronum, aduerſus primicerium, & Canonicos ſacræ Ædis Mirebelli Andium oppidi an. 1583.

Recredẽtia Capiceriatus Eccleſiæ collegiatæ adiudicata vni litigatorum.

Andegauenſis Cleri bonorum temporalium Admortizatio Regia generalis, per Patẽtes an. 1522. die 1. Decemb. mediãte ſumma 11874. libellarum Turonẽ.

Conſuet. Artic. 110. Ibi, *chef d'Egliſe, qui eſt pourueu du benefice.*

Ita nouus Abba S. Sergi. ad Vrbem Andeg. edidit an. 1471. ſolennem Declarationem *de ce qu'il tenoit d'ancienneté, au pouuoir fief nuepce & ſeigneurie du Duché d'Aniou.* Itẽ die 1. Ianuar. an 1416. nouus tum Prior Grandimontis, *en Bureray. baille ſon adueu d'eſtre ſuiuant du Chaſteaudulor à cauſe des choſes anciennes fondees aud. Prioré par les Sieurs du Chaſteaudulorr.* Ex Inuentario *de la Chambre d'Aniou.*

Sententia Regij Iudicis apud Salmuriũ Andegauiæ oppidũ. *Contre les Cheuecier, & Chanoines de l'Egliſe Collegiale de Mirebeau.*

Homme viuant, mourãt & confiſcant, baille par l'Egliſe.

ECQVID porro de Eccleſiaſtici feudi vicario cliente, qui, trienne 12.
poſt ſpatium, Cœnobitica vota profeſſus ſit: An hac velut morte ciuili caducum fiat illud feudale beneficiũ, indéque rurſus, viuo cœnobita, de patrono redimendum à Collegio Templi? Ita quidem primo intuitu reſponderis forſan, quòd Monaſtica ſtatus mutatione feudum amittatur, ſeu capitis diminutione. Lãgobar. Leg. §. Miles Tit. De vaſal. milite, qui bellic. arm. depoſ. Tũ §. qui clericus efficitur, aut votum Religionis aſſumit, feudo excidit. Tit. Si de feud. defunc. content. ſit int. domin. & agnat. vaſ. Cum §. idem in omnibus qui habitum Religionis aſſumunt Rubr. De feud. femin. Sic Rachiſius Lõgobardiæ rex, Pontificio Zachariæ ſuaſu, Regnum cum cuculla commutauit. Teſte

De vaſallo milite ſeculi, qui factus ſit miles Chriſti.

Cæſarum Romã Regum Principum que ſeries, qui Monaſteriis ſe addixerint. deſcribitur noſtro Lib 2. Sacræ Polit. Tit. 1. Art 19. & ſeqq. Ac Lib 2. Monaſticon Tit. 2. Art. 24.

Alberto Krãtzio, Daniæ Lib. 3. Cap. 36. Nec abſimile à Theodorico obſeruatũ Frãco-Galliæ rege, tradit Aimoynus, Rerũ Gallicar. Volum. 4. Cap. 44. Ac ne lõgiùs è patriis Andiũ ſedibus euagemur; Gottofredus Martellus Andegauorum Comes omnib⁹ ceſſit bonis, vnà cũ eo inſigni Dominatu, ſtatim ac Monaſticã togã induit ſenex in Benedictino cœnobio D. Nicolai, Andibus ſuburbano. Vti Andegaua Hiſtoria Perhibetur, Cap. 38. Partis 2. Mitiori tamẽ diuerſæ partis ſẽtẽtiæ adherendũ videtur pro Sacerdotibus Tẽpli aduerſus patronũ: qui, accepto de iis vicario cliẽte, noua *feudi* Redẽptionalia depoſcat ex Religioſo Vicarij Inſtituto poſteriore, quaſi fato fũcti. Nãvt gradatim ſubſtitutis, ad bona reſtitutioni ſubiecta, nõ patefit adit⁹ morte ciuili anterioris poſſeſſoris, antequã reapſe è viuis exierit. l. Statius Flor⁹, §. Cornelio. ff. De iur. Fiſ. Leg. 77. §. 4. ff. De legat. 2. l. 121. §. 2. ff. De verb. oblig. Ita neceſſariẽ vicarij cliẽtis ſubſtitutioni locus nõ fiat ſola ipſius in Cœnobiũ tanquã ex vita migratione: Perinde ac paternus rerũ filij vſusfructus minimè extinguitur Monaſtico à patre edito voto. Accur. & Cynus ad Iuſtinianeã Nouellã. 118. in Authen. Idẽ eſt in his quæ ex lege deferuntur Cod. De bon. quæ liber. Ac improbabiliùs adhuc, Municipaliũ Cõſtitutionum verba, de naturali mortaliũ obitu, trahãtur ad ciuilem effictũmq; ſacris Canonibus, hominis interitũ. §. 111. Andeg. & 122. Cenomã. Morõ. Quẽ in ſenſum torquetur Cæſarea Lex. 4. Cod. De his qui vẽ. ætat. Verſ. præcipuè quidẽ in ſubſtitutionibus vel reſtitutionibus. Eòdẽ vergunt pariter Molinei Notæ, de vicario cliẽte patronis ab Eccleſia dato, ne quã diuitales auras hauſerit, eius cliẽtela expiret. In. §. 30. & 41. priſcæ Cõſuet. Pariſiorũ. Subde his, militaria Galliæ prædia iure teneri perpetuo ac patrimoniali, firmiùs multò quàm Lõgobardica illa tẽporaria de quibus ſuperiùs: quorũ Præſcriptis, beneficiari⁹ poſſeſſor, in Clerũ allectione, beneficiũ feudale amittebat: etſi Põtificũ Decretis aſſumerẽtur etiã ſacrati viri ad profanã rerũ Eccleſiæ procurationẽ & adminiſtrationem. §. alium Nouella Cõſtit. De ſanctiſſ. Epiſt. Can. credo Can. Cyprianus Cauſ. 21. Quæſt. 3. Can. placuit Can. monachi Cauſ. 16. Quæſt. 1. In ſingulis demũ Chriſtianis Politiis, libera manet profanorum quorumq; bonorũ poſſeſſio penes Eccleſiaſticos Præſules, ſaluo clientelæ & fidelitatis in Principẽ ſacramento. Quale Hungari Tẽplorũ Antiſtites præſtare ſoliti ferũtur veteri hoc Pannonũ More ſcripto. *Omnes domini Prælati, & perſonæ Eccleſiaſticæ, Regi noſtro ad fidelitatis homagium præſtandum obligentur, & quòd ratione bonorũ temporaliũ corã Iudicibus ſecularibus iuri ſtare teneãtur.* Armoricis quoque Nãnetũ in Archiis voluũtur antiquæ Epiſcoporũ in Ducẽ cliẽtelares Profeſſiones fundorũ ſuorũ Diuini iuris, æditæ an. 1315. & 1399. Quos & ipſi fundos agnorũt, vacuo quolibet Epiſcopali Solio, à patronis Ducibus teneri Cuſtodiæ nomine, in aduentũ vſque ſucceſſoris, Præfecti ſacris Eccleſiis. Ac de principali bonorũ id genus Cuſtodia vacuæ Põtificalis Cathedræ apud Delphinates, ſcripſit Franciſ. Marcus, ſenator Gratianopolitanus, in Delphin. Deciſ. 44. & 46. Parte. 1. Cum Deciſ. 556. Parte. 2.

Hic Martellus Cõmes, in Æde Nicolai ſacra monachus obiit, an. 1061.

Hominis, Legiſvè diſpoſitio de morte, intelligitur de naturali, nec ad ciuilem facilè producitur.

Verſ. led. Rachapt ſerà deu par la mort naturelle de celuy qui a faict hommage, & non pluſtoſt.

Molin. ad Artic. 30. Num. 82. Et ad §. 41. Num. 62. 63. Pariſiẽ. antiquæ Conſuetud.

Hunnorum Ius Cõſuetudinarium.

Adueu des Eueſques de Bretagne, Die Iouis, poſt Miſericordia, an. 1315. Et die. S. Gregorii an. 1399. De quibus etiam Argẽtræus, Britã. Hiſt. Lib. 4. Cap. 37.

Delphinus Viennẽſis eſt in cõſuetudine, poſſeſſione, vel quaſi, reducendi ad manus Delphinales temporalitatẽ, Epiſcopali Sede vacante. iure Regaliæ.

Tit. III.

DE HONORARIIS FIDEI PATRONO DATÆ ACCESSIONIBVS.

1. Vaſalli *tenentur rectum conſilium ſuggerere domino feudi.*
2. *Iidem, Pares Curiæ ſunt iudiciorum domini aſſeſſores.*
   In terris Prælatorum *&* *Baronum, Regia* Aſſiſia *iuridica exerceri poteſt in caſu* Reſſortus.
3. *Dominum in bello iuuare vaſſalli compelluntur.*
   Equeſtris Ordo Creſcentis, *ab Andegauo Duce Renato inſtitutus.*
   Eccleſiaſtici vaſalli Francicæ Coronæ, armato Regi auxilium præſtare ſoliti.
4. *An* vaſallo *in dominum cauſas orare liceat, ſeu teſtimonium in iudicio ferre.*
5. *Feuda primitus temporaria, nunc perpetua & hæreditaria.*
   Andegaui Principatus tituli, primitus Officij nomina, non patrimonij.
6. *Exorbitantia, nobilique vaſallo indecora feudi onera, temperata.*
7. *Officia inſignia, olim* infeudata, *& feudariæ ditioni annexa.*
   Baronia de Vihers, *nunc* Comitatus: *&* Sableya, *Marchionatus.*

De Homagii iurati ſequella, & ſequacibus iuribus honorificis in dominum feudi.

IVREIVRANDO deuincta clientis in patronum fidelitas, comites habet varias honorum obſeruantiæque notas. Quarum nonnullæ Francico vſu etiamdùm retinentur. Sicuti enim beneficiarius cum honoris præfatione debet fidei ſponſionem offerre patrono, ac beneficij veſtituram petere. (Gloz. vlt. in Cap. 1. Per quos fiat inueſtit.) Ita ſemel iuratus cliens honeſtis pleriſque alligatur officijs. Patronum enim conſilio iuuare optimo tenetur: ne inconſultus ille, de fortunis, capite, aut dignitate periclitetur, Cap. 1. De noua form. fidelit. Vbi Yſernias. Nam & alioquin Heſiodio verſu, * Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. Ideóque Carnutum Antiſtes Yuo Hugonem Trecenſium Comitem exhortans, Epiſt. 88. NVLLVS, ait, QVI FIDELITATEM FECERIT REGI, PRÆSVMET ILLVD DARE COFSILIVM, QVOD SIT CONTRA FIDELITATEM SVAM, ET REGNI MINVAT MAIESTATEM. CVM HIS ENIM QVÆ FIDELITAS CONTINET, PRÆCIPVE OBSERVANDVM EST VTILE ET HONESTVM QVÆ MINIME OBSERVARENT QVI FILIAM BONIFACII MARCHIONIS DE INCESTO CONIVGIO NATAM, REGIÆ PERSONÆ SOCIANDAM ESSE DECERNERENT. IAM ENIM INSONVIT MVRMVR DVCVM ET MARCHIONVM, QVI IAM DELIBERANT SE A REGNO DIVIDERE, SI TAM MANIFESTAM OCCASSIONEM VALVERINT INVENIRE. Quinetiam patroni Reges priſci de armis ac pace auſpicatò decernebant, cõmunibus ſubditorum ac cliẽtum ſuffragiis conſilióq; adhibito. Cuius rei luculentum 1.

* Conſultum malè, conſultori peſſima res eſt. Ex Heſiodi Opere, cui titulus, ἔργα καὶ ἡμέραι.

culentum promunt exẽplum Leudi Theodorici Francorũ regis, qui ad prælium iam accincto ipſi in Theodobertũ fratrem, ſuadere cœperunt, vtì cũ fratre in gratiã rediret. Protadius, cõtrà, diſſuadet, negátq; pacem iniri oportere. Tandẽ regio iuſſu fraterna Pax coïtur ex *Leudorum* ſententia, & Protadius iniqui conſilij reus mãdatu Principis morte afficitur. Vt eſt apud Aimoynum, Francicæ Hiſtor. Lib. 3. Cap. 92.

2. Ex eo pariter debito patronis conſilio rerum gerendarum, profécti ſunt Iuridici clientum cœtus, tanquam Parium Curiæ dominicæ, ac conſilium iudicanti domino præbentium: Qui ideo compares conſorteſque clientelæ dicebantur. Vt Langobarda Lege paſſim vulgatũ eſt, Belgicæque Galliæ Moribus ac Inſtitutis. Quàm longiſſime enim veterem Francicarum rerum Politiam reſpicere poſſumus, Vaſſos Dominico cernimus, iuri dicũdo præpoſitos, & quia ius petentibus non adminiſtraſſent, male mulctatos. Nam Francica Lege Karoli Mag. Comes, et missvs de bonis vassi dominici vivebant; donec ivsticias fecissent. Lib. 4. Leg. Franc. Cap. 44. & 64. Huic conſentanea eſt Neapolitana Conſtitut. 3. Tit. 19. Cũ Gallica feudalitij Iuriſiurandi formula, quam ſic refert Butelerius in Summa Rurali. *Sire, ie viens à voſtre hommage, & en voſtre foy, & deuiens voſtre homme de bouche, & de mains, & vous iure & promets foy & loyauté, & de garder voſtre droict à mon pouuoir, & faire bonne iuſtice à voſtre ſemonce, ou à la ſemonce de voſtre baillif à mon ſens.* Patroni viciſſim iudicio quódam dirimebantur priuatæ clientum liticulæ. Dionyſij enim teſtimonio, Rom. Senatus controuerſias Ciuitatum & gentium ad earum patronos remiſit, horũque decreta rata habuit. Antiquit. Romã. Lib. 2. Sed quia apud Gallos nil Feudo cum Iuriſdictione commune eſt, (ex Maſuerij Praxi in Tit. De Feudis Artic. antepenul.) Dominus minimè præeſt ſubditorum litibus cognoſcendis, niſi iam olim Iuridica poteſtate maiori præditus ſit. Nec eò ſecius Beneficiariæ cõtrouerſiæ deciduntur in foro patroni, talium diſceptationum capaci. Vt oſtẽdimus ℣. Lib. 1. Legvm Andegaven. Cap. 3. Artic. 2. Quod & maiores noſtros ſedulò obſeruaſſe, memorat Yuo Carnutenſis, Epiſt. 197. Hic námque ad Paſchalem ſummum Pontificem ſcripſit, *Perticenſem Comitem Rotrocum ædificaſſe in fundo Hugonis Carnutum Vicecomitis, à quo miles ipſius Yuo eundem tenebat in feudum, & Rotroco ædificium illud fuiſſe adiudicatum in Curia Comitiſſæ, de cuius feudo erat: quùm iudicio Eccleſiæ ad prædictam Curiam hæc cauſa tranſlata fuiſſet.* Quamuis autem Feudiſtica Lege patrono liberum ſit, in omnibus feudalis latifundij partibus ſuam inter clientes notionem accommodare beneficiariæ liti. Aluarot. in Cap. præterea De prohib. feudi alienat. per Frider. Attamẽ Saxonico Iure, vaga & ſoluta locorum eiuſmodi vſurpandorum poteſtas negatur dominis beneficij. *Landtrecht* Cap. 65. Et Lib. 2. Different. Iuris Ciuil. & Saxon. Cap. 63. In eo quoque latiùs patet Iuridici, quàm beneficii domini imperium, quòd ille, ab omnibus domeſticum larem fouẽtibus intra ſuæ Iuriſdictionis metas, rectè exigat iuratã fidelitatis pro-

Bolonienſis Cõſuet. Artic. 18. Et Ambianæ Artic. 15. *des vaſſaux tenans en Pairie, ou en plain hommage*; Ita Frãciæ Pares, dicti Iudiciorum, cum domino Rege, aſſeſſores. Qualis Comes Bellimontis Rogerij in Neuſtria. Franciæ Par factus à Phil. Valeſio rege an. 1328 Ianuar. Menſe. Ex ſolenni Inuentario Alenconiæ Domus regiæ.

Saxonica tamen Lege & conſuetudine, Pares curiæ non vtique ſunt iudices in cauſa feudali inter dominum & vaſallũ *Lehenrecht*. Cap. 68. Et Lib. 2. Different. Iuris Ciuil. & Saxonici Cap. 66.

Rotrocum hunc ſeu Rotrodum Pertici Comitem legimus, fuiſſe in exercitu regis Anglorum contra Fulconem Hieroſolymorum regẽ, & Comitem Andegauorum. Sub Annũ 1120 In Lib. hoc idiographo. Geſta Comitum Andegauorum, &c.

De iuramento fidelitatis, quod præſtari debet ab hominibus commorantibus in territorio alicuius Bannereti.

Parlamentare Areſtum, Philippo. 3. rege. Quòd in terris Prælatorum & Baronum regia Aſſiſia Iuriſdictioque exerceri poſſit in caſu Reſſortus ſeu appellationum à dominicis Iudicibus & ſubalternis.

Tit. 2 Art. 15.

De militari vaſallorum ſeruitio.

Quod ad ius publicum attinet, non ſequimur ius patriæ poteſtatis. l. nã quod D. Ad Trebel. Quam ad rem memorabile Q. Fabij, eiúſque filij exemplum proponit Valer. Maximus. Lib. 2.

In Concilio Clipiaci habito Hermarius gubernator palatij filij regis Ariberti perimitur ab Agniano. Clipiacum autẽ Aimoynus vocat Villam regalem in ſuburbana Pariſiorũ ciuitate. Lib. 4. De reb. geſt. Franc. Cap. 15.

feſſionem, etſi minimè talis domini beneficiariis. Vt notat Hoſtienſ.
in Cap. ex diligenti De ſymon. Quo itidẽ iure vsũ ſe affirmat Vidus
Papius apud Delphinates, in ſubditos ſuos, hoſpites nempè, ac ædiũ
habitatores, quæ intra ditionis ſuæ D. Albani fines continerentur.
Quæſt. Delphinali. 307. In ver præſtiterunt iuramentum, quòd erunt
mihi fideles. Exin quoque prolatum S.C. vetus Lutetianũ, in *Parlam.
Pentecoſtes* an. 1271. ſecundùm Procuratorem Fiſci, aduerſus Claromõ-
tanum Aruerniæ Præſulem, de iuridicis Conuentibus regiis in alieno
etiam Territorio, quoad ſuperiorem cauſarum cognitionẽ, iudiciáq;
prouocationum à Forenſibus inferiorum Procerum Sententiis. Eius
priſci Curiæ Conſulti formulam totam exſcripſimus, noſtro Lib. 2.
Monasticon, ſeu De Ivre Ceonobitarvm.

Beneficiarivs item neceſſe habet, patronum iuſto bello im- 3.
plicitum adiuuare, vel quidem contra poſteriorem dominum, ſi anti-
quior dominus bellum mouerit. Iacob. Ardizo in Sũma ſua. Aluarot.
in §. vlt. Tit. Hîc finitur Lex. Argum. Cap. 1. §. illud De prohib. feud.
alienat. per Frideric. Idque producendum puto aduerſus fratrem, &
alios clientis propinquos cum patrono dimicantes. Ex contextu Cap.
1. §. vlt. Et ibi Gloz. Tit. Hîc finitur Lex, &c. In Feud. Alterutrum ve-
rò parentem, qui cum patrono digladietur, huic cliens piè anteferet.
Speculat. In. Tit. De feudis Verſic. 16. Faber. ad l. Humanitatis Cod. De
excuſ. tutor. Bald. ad Cap. 1 De nou. form. fidelit. In Vſibus beneficiorũ
feudal. Contra vulgarem Interpretum opinionem in cit. §. vlt. Hîc fi-
nitur Lex. Patriæ tamẽ à patre proditæ cauſa filio ſanctior eſſe debet,
quàm paterna. Vt Marcello placuit in l. Minimè. ff. De relig. & ſumpt.
funer. Vnde etiã aiunt, publica Inſtituta eſſe priuata pietate potiora.
Ex Valerio Max. Lib. 2. Cap. 1. & Plutarcho, in Apohtheg. Roman.
Rurſus ſi prælianti patrono cliẽs ſuppetias laturus, videat certam ſibi
necem imminere, illius ſaluti meritò ſuam anteponet. Vt innuit Cap.
2. De feud. ſine culp. non amitten. Bald. ad Cap. 1. Verſ. quintò quæ-
ritur Tit. Quib. mod. feud. amitt. Porrò iniuſtum bellum gerenti pa-
trono nihil dandum adiumenti, niſi fortè in eius tutelam ac defenſio-
nem, non ad offẽſionem alterius. Bald. in cit. Cap. 1. Verſ. nota ergo
Tit. Quib. mod. feud. amitt. Bart. in l. ſi quis ingraueſcente valetudi-
ne. §. ſi maritus. D. de S.C. Syllaniano. Ecquid de beneficiario, qui in-
iuſſu patroni arma induerit? Hæc vnius quidem Principis in ſubditos
cenſura eſt, minùs morigeros prohibitoriis armorum Edictis. Verbi
gratia, in mediis Galliæ Comitiis apud Clippiacũ Pariſienſis agri Vi-
cum cæſus eſt ab Agniano Hermarius Aulæ præfectus filij regis Ari-
berti. Quo nomine obortam ſeditionem repreſſit Clotharius rex.
Levdisq. ſuis, qui tanti viri cædem indignè ferebant, ad ſe voca-
tis edixit, ſi ſe habere in offenſum vellent, ne in bellum prodirent. At-
que ita ſedato eorum impetu, inteſtini motus quieuẽre. Vt Aimoynus
narrat, Rer. Frãciſc. Lib. 4. Cap. 15. Sed & inferiores Rege Proceres ali-
quando Equeſtris militiæ Ordinem inſtituerunt peculiarem: Vt auxi-

liaribus Nobilium ſubditorum armis Dignitatem ſuam firmiùs tuerentur. Andegauiæ putà Dux Renatus, militarem Ordinem excitauit Crescentis avrei, ſub Annum. 1460. ad prouincialem Andium & Cenoman. Nobilitatem, obiecto hoc bellicæ virtutis titulo honorario, prouocandam, decorandam. Talium Equitum nomina, cum Inſignibus gentilitijs, iam olim legenda ſpectandaque proponuntur in Mauritiana Andium baſilica maiore. De quibus Andegauenſe extat. I. Bourdignei Chronicô, Parte. 3. Cap. 17. Haud diu pariter antea, Franciſcus. 1. Armoricarum Dux Equeſtrem ordinem ſurſum erexit, titulo *de l'Eſpy*: Quem graphicè deſcribit Argentræus, Britannicæ Hiſtor. Lib. 11. Cap. 13. Nec verò profani tátum dynaſtæ, at Eccleſiaſtici ſimul magnates tenétur, armatorũ numero iuuare Principem, vrgentibus Reipubl. negotiis. Hincmarus quippe, & Germanus viciſſim Rhemorum Antiſtites, coacta militum manu, adiêre Karolos Caluum, & Simplicem Galliæ Reges in hoſtem præliaturos. Flodoardo teſte, Rhemenſi hiſtoriographo. Bouinenſi dehinc acie, comitatus eſt Auguſtum regem Pontifex Bellouacorum, frater Druydum Comitis, in eaque ſtrenuè dimicauit aduerſus Flandrorum Comitem Ferrandum, & Othonem Cæſarem. Sicuti Vilhelmus Brito retulit, metricus Auguſti vitæ ſcriptor. Secundùm hæc, viſitur in regio Grammatophylacio, Philippi Pulchri Diploma an. 1314. iubentis Præfecto Meldorum, & Arnulpho Baboo, Campanam Briæque Nobilitatem, vnà cum ſacris Præſulibus, ad Flandricum bellũ euocare. Similiter publicis Ratiociniorum Pariſié. Regeſtis vetus inſeritur Chartula, hac epigraphe. *Milites, & Armigeri, & alij, qui debent ſeruitium Regi.* Cui adſcripta reperitur ſententia iſthæc *Epiſcopus Niuernenſis miſit ducentos milites pro Eccleſia ſua.* Neque ab iis diſſentit priſcum Curiæ *Parlamentaris* Conſultum an. 1387. in Cœnobium D. Medardi, Sueſſionen. Qvod tenetvr tradere Regi, in exercitv, 200. homines pedites.

L'Ordre des Chevaliers du Croiſſant, cum hac Inſcriptione. *Los en croiſſant* In Capella Equitum. Mauritianæ Ædis Andegauen.

Ordo Equitum *de l'Eſpy, ayant au bout d'vn Collier d'or pendu au col, ſçauoir en façon d'vne couronne à l'Eſpi de bled, vne petite beſte blanche, nômée l'hermine.*

Floruit antea Gallicus Ordo Equitum Virginis Mariæ Stelligerorum, (Iano rege auctore An. 1351.) à Stella Magis Orientalib. apparente in Dominica Natiuitate. Cuius imagini Stellæ hoc appictum Epigramma, Monſtrant Regibus Aſtra viam. In Hiſpania quoque, ſeptennio poſt, creatus Equeſtris Ordo regius *de la banda* ab Alphonſo Ferdinandi filio Rege, pro Nobilibus ſecundogenitis. In Sabaudia pariter, Ordo *de l'Annonciade*, ab Amedeo. 6. Principe ſub Ann. 1356 Ex Allobrogica Paradini Hiſtoria Lib. 2. Cap. 131.

4. Sed à caſtrenſi acie ad foréſem & togatam pergamus. Cliens beneficio priuatur, quiſquis patroni aduerſario ſpóte aduocationem in Iudiciis præbuerit. Afflicti Deciſione Neapolit. 265 Num. 46. Zaſius in Feudalis epitomes Parte. 10. Præter ea, quę Nos fuſiùs in hác parté cógeſſimus Lib. 1. De Privileg. Rvstic. Parte. 1. Cap. 6. Haud perpetuò tamen id obtinuit in Senatu Pariſiorũ, qui foréſem cauſidici in dominum operá, licitam pronunciauit, ſicubi alia de re quàm cliételari, nec de capite, vel exiſtimatione patroni ageretur. S. Cōſulto facto. an. 1384 quod Ioh. Gallus recéſuit Quæſt. 23. Quinetiam clienti in patronũ teſtimonij dictio nó erat lege Romuli, quam in huius vita Plutarchus, & Halycarnaſſ. deſcripſerũt. Idq; M. Cato refricat, Oratione apud Céſores habita in Létulum: & Romæ iudicio decretũ eſt, C. Herenniũ, qui patronus erat, teſtimonium ferre non cogi aduerſus C. Mariũ poſtulatũ ambitus, qui in illius cliétela erat. Sic Feudiſtica Regula, cliés teſtificari nó debet aduerſus dominũ, in criminoſis præſertim negotiis. §. In quibus Verſ. ſimiliter. Tit. De conſuet. recti feudi. In Feud. Afflictus in cit.

Dionyſ. Halycar. lib. 2 Antiquit. Roman.

Nec pro dominis quidē teſtes ſubditi, Britonico More, admittuntur. Art 130.

Decretum Curiæ Pariſien. die 25. Iunij an. 1581. pro Duce *de Mayenne la Iuhez*, in Cenomania, contra Domicellam Yuonã *Leporc, garde noble de ſes enfans.* Quod Areſtũ Curia publicè legi Meduanæ in iudiciali foro iuſſit. Iuxta veterem Sententiam Seneſchalli Cenomaniæ *donnee ſur enqueſte par turbes* die 23. Septemb. an. 1514. inter Baronem Meduanæ *demandeur en ſaiſie feodale, & Marguerite de Chaluz veufue de Iean de la Dinare, bail & garde de ſes enfans.*

ECONTRA verò, patronus allegabat, dominicum ius *Deportus*, 3. Cenomania tota receptiſſimum eſſe, nec in agnatos modò pupilli tutores, de quibus Mos ſcriptus legitur, ſed in matrem quoque ipſam filij tutricem fructuariam, ab longæua *Deportus* huiuſmodi certo in Territorio poſſeſſione. Areſto Pariſienſi 9. Kal. Quintiles an. 1581. pro Meduanæ Duce Carolo Lotharingo, aduerſus Yuonam *Leporc* liberorum ſuorũ cuſtodem nobilem, quæ à Meduanæ Iuridico Senatum appellarat. Hinc diſſerit patronus, firmiori ſe, quàm illum, cauſæ æquitate niti: cùm iuſta dominica repoſcat ab extraneo tutore, de quo expreſſa Lex, non à matre. CONSCRIPTI CVRIÆ quæſtionem hanc de interpretatione Conſuetudinis miſerunt in conſilium, addictis interim patrono vindiciis. Decreto in publicis cauſarum actionibus, lato, 6. Iduum Martiarum an. 1588. quùm Beſnardus pro tutore prouocante, Arnaldus pro domino beneficij, vtrinque dixiſſent. Mea certè fert ſententia, poſt ſuſceptam ab vtrouis paréte tutelam fructuariam, nullum honorariæ huic functioni locum ſupereſſe. Nec enim infirma ætas duplici viciſſim onere & incommodo premenda eſt, vt ipſius bonis liberè frui alterutrum parentem ſinamus, dehinc, eo mortuo, patronum prædiarios anni reditus auferre: Quos alioqui reditus tutor annuis rationibus adſcribere deberet, ac neceſſariis pupilli vſibus impendere. Aſt de hoc quidem *Deportus* problemate Cenomanorum, placuit Senatui, Municipalis Iuris peritos conſuli, déque patrio vſu, ipſorum rogari ſententias. Interlocutione, 4. Claſſis Curiæ Pariſiorũ, 6. Idus Iunias an. 1601. Secundùm conſimilem alteram, cuius ſuprà meminimus, lib. 1. cap. 6. art. 5. Si tamen, Beneficiaria Cautione peculiari, indictum ſit pure *Deportus* fructuarij onus *feudali* prædio inferiori, quod ad minorem annis. 20. deuolutum ſit hæreditate parentum, tunc haud dubiè legem ſequi oportet; ſpeciatim feudo impoſitam. Quali ſe iure ſubnixum obtendit nouiſſimè Credonius, Andium, Baro, in beneficiarium poſſeſſorem inſulæ Tizonis, ex clientelari Profeſſione patrono edita anno 1452. repetitáque anno 1581. *Feudalis* nimirum Veſtituræ pactio ſingularis, derogat publicæ Feudorum Conſtitutioni. Id quod alibi non ſemel tractauimus. Vtvt ſit, militare prædium, quod maiori. 20. annis obuenerit hæreditaria ex cauſa, non eſt *Deportui* obnoxium: Quippe quùm nouus hæres, tutorum iam imperio poteſtatéque ſolutus ſit, quibus modò tutelam gerentibus, incumbat præſtatio *Deportus* eiuſce Dominici. Artic. 119. & 455. Cenomani, 107. 444. Andegaui Moris. Sed de aduentitiis hiſce feudi commodis Nos aptiùs infrà, Parte. 2. Lib. huius. Vnum obiter explorare eſt, nouo ac duriuſculo More pupillos paterna etiam, maternáque ſua beneficia luere à Domino cogi, quæ ad maiores annis citra huiuſmodi onus Dominicum hæreditate tranſmitterentur. §. 107. ſcriptæ Conſuet. Andeg. Rigida hæc pariter, ac ſeuera Andium Lex, de Redemptionalibus auiti beneficij à nepote pendundis. §. 84. Item nobiles ſecũdonatos laudimia patrono debere ex fundo à patre

Prouiſionale Iudiciũ Curiæ, die 10. Martij. an. 1588. *ſur l'appel du Iuge de Laual.*

Curiæ Areſtũ interlocutorium die 3. Iunij 1601. informandi teſtium turbis. *Aſſauoir ſi apres le bail reſcindy, s'il y a lieu au ſeigneur feodal de deport de minorité ſur le tuteur.* Dn. *de Vertamont* litis relatore, à feudali domino motæ, Carolo *de Coſſe* tutori liberorum ſuorũ matris ſucceſſorum in Baroniam *de Sille le Guillaume.*

Adueu rendu au Baron de Craon, par le ſieur de Liſle-Tizon, ſubieƈt entre autres choſes au Deport de minorité tel, que pendant la minorité du vaſſal heritier, ledit Baron doit iouyr dudit fief, à la charge de l'entretenement du lieu, & d'une penſion annuelle au mineur. Cuiuſmodi Deportus, eſt Cõſuetudinario annali oneroſior, limitatoque, in defectum Gardiani nobilis minorum. Andegauæ Conſuet. Capita quædã paulo duriora. Vulquecini Franci Conſuetudine, clientum etiã liberi redimere tenentur à patrono beneficium. art. 3. Pariſien. Conſuet.

patre acccepto, iure donatæ proprietatis. §. 97. Item de laudimiis ab vtróque rerum permutatore exoluendis, quùm ab eodem patrono ambæ res tenentur permutatione datæ, ac receptæ. §. 155. Primigeniam inſuper filiam, maribus deficientibus, plures nobilis hęreditatis vncias à ſororibus euincere, quàmlibet ęqua ſexus conditione natis, paríque connubij lege bonorum tranſlatitij in alienas familias. §. 227. & 255. Nec minùs graue, patriis Andium Inſtitutis auum & auiam excludi nepotum ſucceſſione in res mobiles, immobiliúmque vſumfructum: quæ tamen ſucceſſio patri, matrivè ſuperſtitibus deferretur. §. 270. Subnecte his generoſam filiam domus familiæque ſuæ hæredem, cui, licet tot gentilitiæ hęreditatis bonis maritum augenti, Mos noſter abnegat donationem propter nuptias: quę vxoriæ doti compar eſt à marito conferenda Iure Romano. (*De æqualitate dotis & donationis propter nuptias*, In Nouel. Iuſtiniani.) §. 300. Andeg. Conſuet. Præterea mirum eſt, ordinem hypothecarum ea Conſuetudine aboleri, ne alius alio potior in pignore creditor habeatur. §. 476. & 481. Denique multis captionibus exponuntur venalium prædiorum licitatores, quòd eorum auctioni intercedere neceſſe non ſit Andegauo Ritu, *prædiarij* Reditus nomine, ſeu Vectigalis cuiuſquam tricenum ante annum conſtituti. §. 486. Alias eiuſdem notæ Leges Andium citauimus Lib. 1. cap. 38. In prin. Vt tandem aliquando huius ciuiles Prouinciæ Mores, aliorum inſtar, Mandatis Principalibus emendentur.

Mitius foret de rebus permutatis ſub diuerſo domin[illegible]rum tendo cõtentione: Vnde domino anti[illegible]qu[illegible]tur vaſalli [illegible]ctura eſſet compenſanda.

Fille noble heritiere principale de terre n'eſt fondee en droict de douaire couſtumier, s'il ne luy eſt expreſſement accordé.

Authent. Dos data donationem propter nuptias [illegible]. Cod. De donat. ante nupt.

Renta fundiaria.

4. Deinceps frater natu maximus in fidem adſciſcitur pro ſecundogenitis. Artic. 232. 233. Andeg. Conſuet. ac multiplici Francorum More conſimili. Quin & vni cohæredum promiſcuè ius eſt, ſolidam fidem clientelámque offerre patrono: ne qua mora noxia ſingulis imputari poſſit, beneficiúmque à domino, quaſi in contumaces, inuadi, occupari. §. 100. & 266. Legum Andenſium. Haud aliter prorſus in Germania, hæredes, rebus indiuiſis, vnum ex eis deligunt tanquam curatorem, *eintrager* dictum, qui omnium verbis feudi veſtituram petat, ac iuret. Eámque Germanorum Conſuetudinem recitat Zaſius in Parte. 7. Tract. Feudor. At Feudalibus placitis, non ita, quæ ſingulis beneficiarij hæredibus præcipiunt, fidelitatem domino ſpondere. §. omnes filij. Si de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. vaſal. Apertiùs necnon ſtatuit Fridericus. 1. Imp. Qui partem cunque haberent feudi iam diuiſi vel diuidundi, eos fidelitatem patrono debere. §. Præterea Ducatus De prohib. feud. alienat. per Frider. In Feud. Et hanc Radeuicus ſanctionem commemorat, Lib. 2. Cap. 7. Sic, econtrà, omnium patroni hæredum in verba iurare clientes oportet. Gloz. in cit. §. omnes Aluarot. ad Cap. 1. §. præterea. 2. De prohib. feudi alienat. per Frider. In Feudis. At Saxonico Iure, feudalitij clientes non coguntur ſingulos patroni liberos inuiſere, hominij cauſa, & obſequij exhibendi. Vt conſtat Lib. 2. Different. Iuris Ciuil. & Saxon. Cap. 51. In reliqua itidé Germania, cunctis domini liberis non præſtatur fides, ſed vni omnium nomine deieratur à beneficiario poſſeſſore.

Le fief peut eſtre conuert par l'un de pluſieurs coheritiers. [illegible]uibus & ſuam feudi partem à primogenito in cenſum tenentibus, is præſtare debet indemnitatem [illegible] tributs *des Francs fiefs & nouueaux acquests*, Quum hoc ius procedat ex cauſa feudi & feudalis qualitatis ignobilibus inconceſſæ. *Dont l'aiſné eſt garand vers ſes puiſnez*, qui eo ipſo *tiennent de luy* [illegible].

Sufficit vaſallo, petere Domum principalem feudi dominantis, & ibi offerre homagium domino, ſiue præſenti, ſiue abſenti.

Vt Zaſius refert in Epitome Feudor., Parte ſupraſcripta. Gallo tamen clienti de more ſatis eſt, dominicum in Prætorium ire, ex quo res beneficiariæ tenentur, eiuſque dominis generatim inibi honorarium fidelitatis munus deferre, ſiue adſint præſtò, ſiue domo abſint: Duobus itidem de vno caſtro certantibus, alterutrum ſufficit clienti agnoſcere poſſeſſorem. §. oportet. In Authent. De mandat. Princip. Collat. 3. Vidus Papa in Singul. 481. Argum. l. cuiuſcunque fundi. §. vlt. π. De vſufr. Et Cap. conſultationibus De iur. patron. Quum autem Francico

Seniores, ſignores, ſeigneurs.

Ritu, primigenij ſuopte in patronum officio cohæredes liberent onere clientelaris fidei, crebrò vſuuenit, iuniores viciſſim, à ſeniori cohærede partem ſe beneficij tenere profiteri. cita. §. 232. Inde Seniores quondam appellati, qui & inſigniora poſſiderent beneficia, & ex iis Regi ſacramento dicerent. Eo modo, Vaſconiæ ſeniores, cum Amando Duce, Clippiacum venêre ad Dagobertum regem, ac iureiurando fide deuincta, ſe fideles ei, ac ſucceſſoribus in Regnum Gallicum fore, veniam impetrarunt patrij ſoli repetundi. Vt Aimoynus narrat, De reb. geſt. Francor. Lib. 4. Cap. 31. Vice etiam verſa, Senioribus eiuſmodi beneficiaria ſeruitia debebantur. Id quod voluere eſt, Leg. Franciçę Lib. 1. Cap. 85. 142. 152. Lib. 2. Cap. 15. Et Lib. 3. Cap. 8. 24. Exhinc lege Conradi Auguſti, ſeniores pro dominis vulgò accipiuntur. §. ſi contentio emerſerit inter Seniorem & militem. Lib. 3. Feudor. Tit. 4. §. 2.

Epiſc. de Laon.

Eodem ſenſu, apud Aimoynum, Hincmarus Laudunenſis epiſcopus, AMODO, infit, DOMINO SENIORI MEO CAROLO REGI ITA FIDELIS ET OBEDIENS, SECVNDVM MEVM MINISTERIVM, ERO, VTI HOMO SVO SENIORI. Rerum Francic. Lib. 5. Cap. 24.

PORRO, vt ad communis beneficij ſocios redeam, agitatum fuit 5.
apud Conſcriptos Curiæ, an partis fundi emptor, cuius reliqua pars recto Domino competebat, licitè remoraretur clientelæ obſequium ex communi prædio debitum, quoad ambo ipſum partiti eſſent: ne

Hommage, adueu & denombrement.

incerta de re, nec agrorum numero, finibus & conditionibus circumſcripta, fieret patrono ambigua fides clientelaris, cum rerum dinumeratione obſcura & incondita. Iuxta Vlpiani legem. 4. π. De cenſib. Ediuersò autem, patronus, illum negare ſocium, cómuníſve latifundij conſortem, ac poſſeſſorem, donec, præſtita fidelitate, veſtitus à patrono fuiſſet. Vnius enim prærogatiua domini eſt, vacuam beneficiario poſſeſſionem tradere, ciuilem ſcilicet, ac (Gellij voce) feſtucariam. Vt Ianus Butelerius ſcripſit in Summa Rurali, *De leſclichement de fief & du Bail.* Maſuerius nuncupatim in Praxi, §. *Item ſucceſſor ſingularis, vel hæres teſtamentarius, qui non ſunt ſaiſiti per Conſuetudinem, non poſſunt ingredi nec apprehendere poſſeſſionem rei feudalis, niſi per manum domini.* Tit. De Feudis. Et Mynſingerus, ex vſu iudiciiſq; Cæſarei Senatus Germanici. Centuria. 3. Obſeruat. 38. Exin hominij & traditæ poſſeſſionis ſymbola fuêre iſta, baculus, aut fuſtis in veſtitura beneficij, haſta, enſis, annulus, lapilli iactus. Quorú plena omnia in Codice Ambianarú Legum,

Aul. Gellius.

Imperialis Cameræ Iudicium die 18. Maij an. 1555. Quod feudi poſſeſſio non continuetur in filium ipſo iure.

Ambianæ Conſuet. artic. 33.

Rhemenſium,

Rhemenſium, Laudunenſium, Inſulæ Flandricæ. Cum §. ſi duo homines In ver. donum inueſtituræ Tit. De Pace tenen. & eius violat. In Feudis. Cap. ex literis De conſuet. Cap. ex ore De his quæ fiũt à maior. par. capit. Nec diuerſum Mechliniæ Brabantinorum Lege vſurpatum eſt Municipali, quæ ex Theutonica dialecto in Latinam tranſlata fuit, interprete Petro Nánio Alemariano. Legis verba ſunt iſthæc, OMNIA FEVDA CONSTANTE MATRIMONIO QVÆSITA SI NVLLI LIBERI EXTENT, AD MARITI HÆREDES VENIVNT, QVI SOLENNI MORE INFESTVCATIONIS DOMINICÆ AD POSSESIONEM MISSVS EST. Huc quoque alludit Ducale Sueuorũ beneficium, Bertholdo Comiti promiſſum ab Errico Imp. cũ annulo ſuo, velut huius rei commonitorio. An. Chriſti. 808. Vt Abbæ Vrſpergẽſis Chronico proditum eſt. Quibus adiiciebat patronus, periculoſi etiam beneficij genus quoddam extare, quod beneficiario ingredi non liceat abſque Dominico permiſſu. Ei namque periculo ſubiicitur cliens, vt beneficium domino committat, quàm primùm vacuam ipſius poſſeſſionem arripuerit ante fidem datam, & oblatum patrono obſequium, Vt apparet ex Renunciatione Actorum in reformanda Trecenſi Conſuet. ad eius §. 37. Tum Caluimontanæ §. 56. Eapropter cauſa vltrò citròque diſceptata, obtinuit patronus, iudicante Senatu, clientulum communi diuidundo iudicio argẽtem minimè audiendum, priuſquàm honorario in dominum munere functus eſſet. Decreto in pomeridiana Fori concertatione lato Menſe. Februar. An. 1586. ex prouocatione, quam à Turonum Suppræfecto Rogerius vaſallus emiſerat, pro quo Martinus: contra Mathurinum *de broc*, Caſtellariæ ditionis dominum *de la Pille S. Mars*, pro quo Fommereus, hinc inde perorarunt.

Laudunen. 126. Rhemen. 165. Inſulanæ. 80.

Malines.

Exfeſtucare etiam, eſt Deueſtire. & *deſſaiſiner*. Apud Sigebertum in Chron. An. 1123. Et Ottonẽ Friſing. Chron. Lib. 7. Cap. 34.

Fiefs de danger, à quibus tamen paterna, & materna excipiũtur.

Proceſſus verbalis Conſuet *de Troyes, & de Chaumont en Baſſigny.*

Areſtum Parlamenti Pariſien. *en plaidant aux apres dinees.*

Caſtellania *de la Pille S. Mars*, in Turonia.

6\. INSVPER noſtræ Ciuitatis Iure, in fidem clientelámque aſſumi debẽt viduæ mulieres fructuariæ, emptores ſub lege fundi redhibitoria, ſeu quicunque beneficij vſumfructum habeát, quoties proprietatis dominus proluſoria fraude, vel deſidia cũctatus ſit clientelare iuſiurandum ſubire. §. 126. 233. Molineus ad Pariſien. Conſuet. §. 36. Gloz. 2. In ver. *Les proprietaires ou Seigneurs.* Vſuifructui enim adhæret generale quoddam proprietarij mandatum nomenque procurarorium in rem ipſam, ac eius tutelam rectè gerendam. Ex Vlpiani. l. 1. §. vlt. ff. De noui oper. nunciat. l. creditoris §. 1. ff. De furt. Aliàs ciuiles rerũ actus & iura competunt potiùs domino proprietatis, quàm fructuario poſſeſſori. l. Item apud Labeonem §. ſi vſumfructum ff. De Iniur. Artic. 125. Andeg. Conſuet. Verùm apud Meldos Briæ municipes, vidua coniux *doaria*, cogitur, hominio defungi in rectum dominũ, nudi Vſufructus ſui nomine: neque hoc leuatur munere à proprietario hærede mariti. §. 188. Meldenſ. Morum. Rurſus Andiũ fructuarios ſpectat onus luendi beneficij, quod perſonam beneficiarij fato mutauerit, non ſpontaneo ipſius connubio. Nam illo caſu, qui prædio fruũtur beneficiario, id redimere à domino compellũtur. §. 316. & 317. Andeg. Leg. Item vtilita-

Douairieres, Achepteurs à grace de remere.

Vſufructuarii ſimpliciter non ſunt capaces fidei hominiique dominis præſtãdi. §. 125. Andeg. Cõſuet.

Meaux.

Rachapt feodal.

Commiſſus regimini bonorum ſaiſitorum à creditoribus, poteſt facere fidem domino feudi vacãtis.

tis cauſa receptum eſt, fidem patrono ac hominium tunc præberi à ſequeſtro & curatore bonorum debitoris, cùm ipſorum poſſeſſor beneficiarius id exequi muneris recuſarit. Moribus Pariſiorum, Artic. 34. poſt mulcta de eo S.C. conſimilia, quæ cẽties animaduerti. Haud aliter curator ventri datus, ſeu vidua geſtans vterum, idonea fit clientelæ obeundis officiis. §. 99. Andeg. Leg. Ventris enim nomine peti poteſt beneficij veſtitura. Cardinal. ad Cap. 1. Tit. Quæ fuer. prim. cauſa benefic. amitté. Bald. ad l. qui in vtero π. De Statu hom. Et in l. vlt. Cod. De teſtam. milit. Neque iis malè ſuccinunt Edicta Prætoria, SI VENTRIS NOMINE MVLIERE IN POSSESSIONEM MISSA, &c. SI MVLIER VENTRIS NOMINE IN POSSESSIONE, &c. Ad hæc, ſubbeneficiis patrono apertis, cum beneficio ipſo, lege prouiſum eſt ſubclientibus, vt dormitante cliente, in fidem ſe domini cõferant, atque ita manum dominicam à ſubbeneficio tolli procurẽt. §. 55. Pariſien. Conſuet.

Arriereus fiaux, ſubbeneficiarij poſſunt facere homagium ſuperiori domino, vt ſua retrofeuda, quibus ille dominico iure incumbebat, vti pleno feudo, ſibi reſtituantur.

Georgius *de la Trimoille*, ex cauſa vxoris Catharinæ *de Liſlebouchart* præbuit Dinumerationem feudalem Caſtellaniæ *de Rochefort ſur Loire* Duci Andium Die. 28 Auguſt. an. 1445. Item vidua ipſa *en donnua aduen* die. 7. Dec 1450. Ex Inuentario Cameræ Andegauen.

QVOD ſupraſcriptum eſt, maritos vxorij beneficij dominis fidem exoluere, hanc gignit dubitationem, nũm viro mortuo, vidua beneficiaria nouandæ fidelitati obſtringatur. Nec minùs id ambiguum in pupillari feudo, ex quo tutor ſeſe iuriſiurandi religione domino obligarit: Sitnè videlicet à pupillo iam adulto repetendum clientelare hominium. Patria quidem Conſtitutio iubet viduæ mulieri, fidelitatem renouare ob prædia in commune parta à defuncto coniuge. § 99. & 294. Andeg. leg. Optime, quùm viuo marito liberum fuerit quæſitorum arbitrium commerciúmque, tanquam ſolido ipſorum proprietario. §. 289. eiuſd. Conſuet. Sicuti, ediuerſò, cliẽtes ſuperioris Ditionis à coniugibus emptæ nouam fidem dant viduæ mulieri, dimidiatim dominæ prædij ære comparati. Ecquid verò de propriis nuptæ fundis ac hærediis? Placuit Boërio, fœminam, quæ nuptiali vinculo ſoluta ſit, præſtare hominium iteratò non teneri. In Commentar. Biturici Iuris Municip. Tit. De conſuet. feud. & cenſ. Artic. 8. At ſecus lege cautum inuenio Pariſien. quæ ex variis Senatus decretis recẽns concinnata eſt. §. 39. Nec abſimiliter ſancitum fuit Caluimontana Conſuet. §. 31. Andegaua d. §. 99. Ac vniuerſim eam in ſententiam procliuior eſt Molineus ad §. 25. Num. 10. Pariſien. Morum. Cùm enim ſancta hæc fidelitatis ſponſio perſonalis ſit, nec perſonam tranſgrediatur, haud abſonũ eſt, ſacramenti nexu ſoluto, fidelitatem innouari. Argum. l. ſi non ſortem §. libertus. π. De cõdict. indeb. Nam & veteres cliẽtelę, ex quibus ſumptam Feudalium beneficiorum originem produnt, totæ erant in perſonalibus ac exquiſitis clientum erga patronos officiis, ceu promeritis. Quarum clientelarum mentionem intulit Iulius Cæſ. Lib. 2. de Bello Ciuili, & Halycarnaſſeus, Roman. Antiquit. lib. 2. Sic propemodùm in priſca illa Frãcorum monarchia, Karolus Martellus ſingularem fidem obſequiúmque expertus eſt ſubditorum quorumdam ac clientum ſuorum. Eòque *fines Regni Burgundici* LEVDIBVS *ſuis, probatiſsimis viris & illuſtribus, ad reſiſtendum contra gentes rebelles in fide diſpoſuit.* Vt 7

Aliud in marito ſuperſtite, qui ratione conqueſtuum non tenetur fidem renouare, Nec etiam hæredes alterius coniugum, altero adhuc viuo, qui re tota fruitur. d. §. 294. Andeg. Conſuet. Pariſiis itẽ, vidua nec hominium nec releuium debet ex conquiſitis matrimonio ſtante. Art. 5. Pariſ. Leg.

Quatenus autem vidua eſt vſusfructuaria, pro media fundi ab ea cũ marito acquiſiti ipſa nec dat nec recipit homagia §. 115. & 116. Andeg. Conſ. Niſi quòd in contumaciam proprietarij ipſa facit homagium. Vt ibi dicitur.

Conſuet. *de Chaumõt en Baſſigny.*

Martellus, Maior Palatij regij Francorum.

De Leudibus, eorũque ſignificatione dicemus. 1. Tit. De Alode. artic. 1.

Aymoini verbis vtar, De reb. geſt. Gallor. Lib. 4. Cap. 53.

8. Aѕт liberior feudi pupillaris conditio eſt, quàm vxorij. A pupillo enim, pubere facto non iteratur fides, quæ patrono ſemel à tutore data ſit. Nam tutorio nomine geſta, cenſentur à pupillo acta, cui vni totum hoc ſeritur ac metitur, non tutori, qui beneficij reditus ſibi non lucrifacit. Alia verò mariti cauſa eſt, dotalium rerum domini, ſimul & acquiſitorum: ex quibus perceptos fructus ſuos facit, nullis poſtmodùm edundis rationibus obnoxius. Si tamen coniugum nuptiæ aliquantò pòſt Canonibus irritæ decernantur à Iudice, nec noua tunc fidei repromiſſio debebitur à muliere, nec redemptionalia feudi, quæ regulariter clientis fœminæ nuptiis domino appenduntur. Quemadmodùm notat Alberic. Roſates in. 1. Parte Statutor. Quæſt. 95. Vt autem intelligamus, qua ætate Feudalitij clientes, hominij iurandi capaces ſint, quo minùs adſcititia tutoris opera egeát, mares viceſimo, fœminæ decimo quarto anno exacto, dicuntur maiores annis, vt benefici domino ritè obſequium exhibeant. Andegauo More, §. 86. & 444. Ac Longobardi quidem, & Siculi anno. 18. definiunt legitimam ætatem, vt minor, maiorve ex eo annorum numero æſtimetur. In Lombar. l. 1. De prohib. alienat. minor. Et Conſtitut. Neapolit. De reſtitutione minorum. Sic Romanorum Sempronia lege cautum erat, ne minores decem & ſeptem annis ad militiam cogerentur, iuſque iurandum militare præſtandum. Vnde hæc poſtea ætas militaris obſeruata eſt, ante quam nemo inuitus ſacramento adigi potuit. Eam legem C. Gracchum tuliſſe, Plutarchus ait in vita Gracchorũ. Sed in noſtris militaribus prædiis ſeu beneficiis, quorum nomine iuratur in verba patroni, minor vſurpatur, Conſtitutione Friderici. 1. Cæſ. pro impubere, & eo qui nondùm impleuerit decimum quartum ætatis annum. §. preterea ſi quis infeudatus maior. 14. annis Tit. De prohib. feud. alienat. per Frideric. Neapoli itidem, beneficiarij cuiuſque *Baliatus* & cuſtodia nobilis finitur peracto anno. 14. nullo ſexus habito diſcrimine. Neapolit. Conſtitut. De ſucceſſ. filior. Comitum & Baronum. Matthæus in ſeq. Cóſtitut. De Iure Balij. Infans porro, ſiue patronus antiqui beneficij poſſeſſores veſtire poteſt, ſiue cliés nouo beneficio à patrono veſtiri. Nam quoad dominum attinet, errico. 6. Germanis imperante, factum eſt, vt eius impulſu Germanici proceres fermè omnes Cæſareum filium adhuc in cunis vagientem Regem agnoſcerent, eíque fidelitatem ſacramento confirmarent. Id quod auctor eſt Vrſpergenſis Abbas in vita Hẽrici. 6. Veteris enim feudi veſtitura licitè, noui illicitè ſit à domino minore annis. §. 1. Per quos fiat inueſt. Et §. 1. Qui feud. dar. poſſ. In Feud. Neque alienum ab his morem Gallis vſurpatum refert I. Faber, ad Iuſtinianeam leg. 25. Cod. De adminiſtr. tutor. Pari modo, peculium ab impubere nec nouum conſtituitur, & paternum rectè conſeruatur. l. quam Tuberonis D. De pecul. Vice verſa, de infante clientulo, teſtis eſt Sigebertus, Ianam Vvihelmi Siciliæ regis coniugem, quæ ex Henrico Anglorum rege nata erat, in puerperio enixam

Ex matrimonio nullo cum vaſalla, non debetur nouum Homagium, nec Releuia domino feudi.

De ætate militum ſcribit Vegetius Lib. 1. De re milit.

Tutor etiam poteſt de antiquo feudo vaſallos inueſtire, & laudimia recipere: non tamen de nouo nec mutare conditionem rei in deteriorem, quia eſſet alienatio.

OTECA NAZ ROMA

Boamundum filium, húncque ſacro è baptiſmate redeuntem, à patre veſtitum fuiſſe Apuliæ Ducatu per aureum Sceptrum, quod parens manu geſtabat. An. 1180.

SVPERIORI affinis quæſtio ſuccedit de primigenio fratre, qui fidei in patronum onere iuniores fratres ac ſorores exemerit, An defuncto eo, minores natu adire dominum teneátur huícque rurſus honorariam fidelitatem offerre. Dixerit patronus, natu grandiorem ſingulari quodam Municipij Iure pro alijs in fidem admiſſum: cùm alioqui Feudalia Inſtituta perſonalem huiuſmodi fidem purè ſanxerint. Iſtud ergo clientelare munus, quod frater pro alio ſubierit, eiuſdem obitu primigenij perinde expirare, ac vicarij morte clientis hominiū, quem Eccleſia ſuæ in dominum operæ ſuppoſuiſſet. Mihi tamé, contrà, videtur, eam ſolam cliētelaris fundi partem, quæ Moribus patriis natu maximo deferebatur, huius exceſſu mutare beneficiariū poſſeſſorem, ac nouo fidei dandæ officio indigere. Hoc ita, ſi rebus etiamdùm indiuiſis, primigenius, fide præſtita, cæteros liberarit dominica penſitatione, ac dehinc vita deceſſerit. Nam meo nomine ſemel geſta perfectáque ab alio, minimè eius fato intercidunt. Vt vult Modeſtinus l. ſi per epiſtolam, & Africanus l. qui ſeruum ff. De acquir. hæredit. Si autem herciſcantur inter cohæredes beneficia, quorum beſſem primigenius cœperit, retenta ſuperioris dominij auctoritate in ſecūdogenitos, tunc illius interitu beneficium totum domino aperitur: niſi iuniores, inita familię diuiſione, in clientelam ſe patroni actutum contulerint ex iis prædiis, quæ pro ſuo triētis beneficiarij modulo ipſis obueniſsēt. Etſi enim ſtirpis maximus lege diuiſionis penes ſe receperit Dominica in cohæredes iura: hi tamen haud ſecurè prorſus rerum ſuarum potiuntur, quùm primogeniti morte feudum totum clientulis vacet. §. 213. 262. Andeg. Cōſuet. Primogenitus verò, ipſiuſvè hæres, cuius facto vel culpa vacuum fuerit poſſeſſore beneficium debet indemnes ſeruare clientulos ſuos fratres ſecundonatos, & iis, quanti ſua interſit, præſtare. cit. §. 262. Idque firmiùs adhuc obtinet in directa nobilium parētum hęreditate, cuius as totus proprietate cedit natu maiori, reliquis maribus trientis vſusfructus apud Andes, & Cenomanos. Nam eo caſu vnus rerum proprietarius fidem dat patrono, non fructuarij, & illo è viuis ſublato, hæres cogitur hoſce feudi prehenſione Dominica exonerare. Moribus Andium. §. 233. Proprietatis enim fundi onus eſt, non meri vſusfructus, clientelarem nexum inire erga patronum. §. 125. Legum Andenſium. Honorem quippe alius præbere, & operam patrono debitam nequit, quàm verus debitor, patroni beneficiarius. Vt à Pomponio I.C. reſponſum eſt. l. ſeruus patroni l. quia aliæ operæ D. De oper. libert. Iſthîc verò fundi proprietatem accipio ex noſtrate vulgari ſermone, pro rerum dominio vtili: quale in Scholis patrum ætate vſurpari cœpit, non pro recto dominio Feudiſtici autem ſcriptores, Proprietatis vocabulo ſignificant purè directum dominium prædij beneficiarij. §. econtrariò. Verſ. quamuis 9.

Si primogenitus ſimpliciter homagiū fecerit pro toto feudo, nullis expreſſis cohæredū nominib' ſed quaſi totius ipſe proprietarius foret, tunc eius morte totum feudum vacat, quia is ſolus pro homine & vaſallo habitus eſt. Si verò idē expreſſe fidem feciſſet pro ſe, & pro ſecundonatis, tunc illius morte ſecundonati nihilominus manent homines & vaſalli ipſius domini qui eos recepit facto primogeniti Tamē ſuper eo dubio Curia Pariſien. interlocuta eſt de modo vtendi Conſuetudine *de Melun*, Die. 27. Iunij. an. 1587. Dn. Midorgio litis relatore in. 3. Camera Inqueſtarum Curiæ. inter Ludou. de *Campremy* patronum, & Franciſcam *d'Angennes*, tutricem liberorum ſuorum.

Primogenitus nobilis, paternorum maternorumque bonorum proprietarius, fructuarii autem ſecundogeniti mares.

Tit. De

Tit. De inueſt. de re alien. fac. Et §. 1. Qualiter domin. proprietate feudi priuetur. In Feudis. Eodémque ſenſu, Romani prudentes fundorum proprietatem definiunt, ita, vt locatio in tempus perpetuum, vel emphyteuſis priſtina dominia non immutet. Pauli. I. C. l. 1. §. vlt D. Si ager vectigal.

10. Exin alia cognata ſpecies difficilem parit controuerſiam de nepote ex primigenio, (qui natalitia patris prærogatiua vtitur in bonis auitis) Poſſit necne is à domino fidelitatis inducias petere in rem omniũ cohæredum, ex eòque ſuas amitas coniuges redemptionalibus feudi immunes præſtare. Ponamus enim fratri licere, ſuo clientelari officio ſorores luitione feudi eximere. (§. 35. Pariſien. Cõſuet.) Eius itẽ filium impuberem tutorum imperio regi, qui tãtiſper beneficium poſſidere à domino tolerentur, dum id ætatis pupillus attigerit, vt fidẽ illi dare valeat. Cedò, temporaria nè iſthæc beneficiariæ poſſeſſionis conceſſio tanti erit, ad leuandam onere illo beneficij partem muliebrem, quanti pura ac ſolida patris ipſorũ in fidem aſſumptio? Non videbatur, quùm binæ fictionis concurſum Lex regulariter non admittat. l. cùm poſt. §. gener. Et ibi notat. D. De iur. dot. Guliel. Cuneus vberrimè in l. ab emptione ℳ. De pact. Quòd ſi nuptis fœminis hoc tribuant pupillares fidelitatis induciæ, ne à patrono ſuam beneficij partem redimãt, ſequetur quadruplex etiam fictio, confuſim non ferenda. Primò, vt filius protogoni, fictitia paternæ ætatis repræſentatione in patronum vtatur. Idem rurſùs pro aliis beneficiariis in fidem recipi poſtulet. Tam vt impubes ipſe fidelitatis inducias pro alio petat. Denique vt talibus induciis, quaſi iurato conceptis verbis hominio, ille cohæredes liberet feudi redemptione. Sed quia precarius hic rei cliẽtelaris vſus pro tempore æquipollet fidei præſtationi Francico Ritu, (Artic. 42. Pariſien. Conſuet.) puto nepotem ex primigenio, qui natalitium patris primatum lege retinet cum ſua omni cauſa, iure, & acceſſione, conſequenter obtentà fidei dandæ dilatione, parare cohæredibus fœminis immunitatem à dominico iure luendi beneficij: perinde ac ſi ipſa re fidelitatis obſequium domino exhibuiſſet. Tunc enim pluſculæ fictiones, quarum vna venit ex conſequentia alterius, iunctæ non improbantur. §. ſi ab hoſtibus. Quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluitur. Inſtitut. Ciuil. l. ſub conditione D. de ſolution. l. cùm duæ ℳ. De captiu. In Andegauia tamen, nepos nec ipſemet ſoluitur lege Dominicorũ redemptionalium (§. 84.) & alios ſoluere eo onere multò minùs poteſt. Nã vel maximus quidem natu frater, luitione feudi ſorores nõ exonerat, tametſi fidem ab iis patrono debitam poſſit exoluere. Vt patrij moris Artic. 100. & 232. haud obſcurè adnotatur.

Si la ſouffrance demãdée par le tuteur du nepueu acquitte ſes tantes du rachapt feodal enuers le ſeigneur, comme euſt peu faire la foy portée par le frere pere du mineur.

Primogeniti repræſentatio.

Souffrance vaut foy tãt qu'elle dure. Nempè quand le ſeigneur ſouffre le vaſſal mineur, ou abſent hors de ſon fief, pour vn temps, en attendant qu'il puiſſe venir à la foy.

Andegaua Cõſuet. nepotes ac neptes in ſucceſſione aui & auiæ debent Releuium ſeu rachatum domino feudi, ratione rerum feudalium auitarum.

11. A profanis ad Eccleſiaſticos venio clientelarum poſſeſſores. Andium Lege quiſquis præeſt Collegio canonicorum, tenetur ſe beneficiariæ fidei vinculo alligare ſacri Sodalitij nomine, & à patrono luere beneficium. §. 110. 111. & 112. Nuper obiit primicerius Canonicorum, qui in ſacra ea Familia principatũ tenebat, éque feudali bene-

De Eccleſiaſtica Manumortua, quatenus feudorum capax, & quibus feudorum oneribus adſtricta ſit, abundè diximus Lib. 1. Domanii Gallici. Tit. 13. Et ſupra Lib. 1. Cap. 37. & 38. Tum Lib 3. De ſacra Politia foren. Tit. 1. Ac Manus mortuæ ſpeciatim meminit Cõſtitutio Karoli Mah. Capitul. Lib 5. Cap. 47.

Recredētia Capiceriatus Eccleſiæ collegiatæ adiudicata vni litigatorum.

Andegauenſis Cleri bonorum temporalium Admortizatio Regia generalis, per Patētes an. 1522. die 3. Decemb. mediāte ſumma 11874. libellarum Turonē.

Conſuet. Artic. 110. Ibi, *chef d'Egliſe, qui eſt pourueu du benefice.*

Ita nouus Abba S. Sergii ad Vrbem Andeg. edidit an. 1471. ſolennem Declarationem *de ce qu'il tenoit d'ancienneté, au pouuoir, fief nuepce & ſeigneurie du Duché d'Anjou.* Itē die 2. Ianuar an. 1416. nouus tum Prior Grandimontis, *en Bureray. baille ſon adueu d'eſtre ſubiect du Chaſteaudulour à cauſe des choſes anciennes fondees aud. Prioré par les Sieurs du Chaſteaudulour.* Ex Inuentario *de la Chambre d'Anjou.*

Sententia Regij Iudicis apud Salmuriū Andegauiæ oppidū. *Contre les Cheuecier, & Chanoines de l'Egliſe Collegiale de Mirebeau.*

Homme viuant, mourāt & confiſcant, baillé par l'Egliſe.

ficio iurarat in verba patroni. Ea morte cognita, multi vacuū poſſeſſore ſacerdotium aucupantur, mox competitores de eo altercantur in Fori ſubſelliis. Lite pendente, ſacri Sodales collegæ cuidam mandarūt prouinciam hominij fideíque patrono dandæ. Hic adſciſcitur in clientelam, & feudum à patrono redemit. Aliquantò pòſt, competitorum vnus, Templi primicerius decernitur vindiciaria Iudicum Sententia. Prouocante in Senatum altero, is ſecundùm quem dictæ fuerant Sacerdotij vindiciæ, deceſſit è viuis. Quæſitum eſt, an eius obitu apertum eſſet patrono feudum? Hic enim mordicùs aſſeruit, Canonicorum decurionem ſolum patriis Moribus cooptari in fidem poſſe à domino prædij ſuperioris. cit. § 110. Ne quenquam aliũm, vt ſacri Collegij ea in re vices ſuppleat, admitti Conſuetudine: Niſi Ædis Præfectus domo longiùs abeſſet, iuſtíſve occupationibus diſtrictus clientelare munus gerere nequiret. Quo vno caſu, is cui commiſſa ſit ab Sodalitio prouincia eiuſmodi, idoneè præſtat, vel recipit fidelitatis ſacramētum. d. § 110. Atqui vltimò mortuus Decanus nec peregre profectus eſt, nec tantopere publicis negotiis diſtētus, quin officio ſuo clientelari liberè defungi potuerit. Sufficit igitur, ei collatā fuiſſe Eccleſiæ Præfecturam, vt pro cliente beneficiario habeatur, aut cliētelę ſaltem obſequiis ſubeundis idoneo. Præd. Art. 110. Inſtant verò, contrà, Tēpli Sodales, patriæ Legis Articulum hunc ſequēti altero benignè tēperari, vt in Eccleſiarum Sodalitiis, quæ præfecto careāt, attendatur vita vel interitus poſtremi beneficiarij, qui ſacræ Societatis vice fidelitatem domino, ſpoponderit. At enim propoſita in ſpecie, illis defuit omninò Præfectus, cui continua de Sacerdotio lis obſtiterit, ne in poſſeſſionem veniret, ſacrúmque impleret miniſterium. Quod namque eadem Lege cauetur de eo, cui templi Præfectura data ſit, idipſum accipi debet cū effectu, & miſſione in poſſeſſionem ſacerdotij. Alioquin legitima ſaltem reſtat eius excuſatio impedimenti, vt locum faciat obuio cuique ſacrorum Sodalium procuratori, qui fiduciario ipſorum munere patrono obſequium exhibeat. His omnibus in medium adductis, cenſui Andium proprætorem male iudicaſſe ſecundùm Ægidium *Hugueau* patronum, aduerſus primicerium, & Canonicos ſacræ Ædis Mirebelli Andium oppidi an. 1583.

De vaſallo milite ſeculi, qui factus ſit miles Chriſti.

Cæſarum Romā Regum Principum que ſeries, qui Monaſteriis ſe addixerint. deſcribitur noſtro Lib 2. Sacræ Polit. Tit. 1 Art. 19. & ſeqq. Ac Lib. 2. Monaſti con Tit. 2. Art. 14.

ECQVID porro de Eccleſiaſtici feudi vicario cliente, qui, trienne poſt ſpatium, Cœnobitica vota profeſſus ſit: An hac velut morte ciuili caducum fiat illud feudale beneficiū, indéque rurſus, viuo cœnobita, de patrono redimendum à Collegio Templi? Ita quidem primo intuitu reſponderis forſan, quòd Monaſtica ſtatus mutatione feudum amittatur, ſeu capitis diminutione. Lāgobar. Leg. §. Miles Tit. De vaſal. milite, qui bellic. arm. depoſ. Tū §. qui clericus efficitur, aut votum Religionis aſſumit, feudo excidit. Tit. Si de feud. defunc. content. ſit int. domin. & agnat. vaſ. Cum §. idem in omnibus qui habitum Religionis aſſumunt Rubr. De feud. femin. Sic Rachiſius Lōgobardiæ rex, Pontificio Zachariæ ſuaſu, Regnum cum cuculla commutauit. Teſte 12.

Alberto

Alberto Krátzio, Daniæ Lib.3.Cap.36. Nec ábſimile à Theodorico obſeruatú Fráco-Galliæ rege, tradit Aimoynus, Rerú Gallicar. Volum.4. Cap.44. Ac ne lógiùs è patriis Andiú ſedibus euagemur, Gottofredus Martellus Andegauorum Comes omnib⁹ ceſſit bonis, vnà cú eo inſigni Dominatu, ſtatim ac Monaſticá togá induit ſenex in Benedictino cœnobio D. Nicolai, Andibus ſuburbano. Vti Andegaua Hiſtoria Perhibetur, Cap.38. Partis 2. Mitiori tamé diuerſæ partis ſététiæ adherendú videtur pro Sacerdotibus Tépli aduerſus patronú: qui, accepto de iis vicario cliéte, noua *feudi* Redéptionalia depoſcat ex Religioſo Vicarij Inſtituto poſteriore, quaſi fato fúcti. Návt gradatim ſubſtitutis, ad bona reſtitutioni ſubiecta, nó patefit adit⁹ morte ciuili anterioris poſſeſſoris, antequá reapſe è viuis exierit. l. Statius Flor⁹, §. Cornelio. ff. De iur. Fiſ. Leg.77.§.4. ff. De legat.2. l.121. §.2. ff. De verb. oblig. Ita neceſſariȩ vicarij cliétis ſubſtitutioni locus nó fiat ſola ipſius in Cœnobiú tanquá ex vita migratione: Perinde ac paternus rerú filij vſusfructus minimè extinguitur Monaſtico à patre edito voto. Accur. & Cynus ad Iuſtinianeá Nouellá.118. in Authen. Idé eſt in his quæ ex lege deferuntur Cod. De bon. quæ liber. Ac improbabiliùs adhuc, Municipaliú Cóſtitutionum verba, de naturali mortaliú obitu, traháturad ciuilem effictúmq; ſacris Canonibus, hominis interitú. §.111. Andeg. & 122. Cenomá. Moró. Qué in ſenſum torquetur Cæſarea Lex.4. Cod. De his qui vé. ætat. Verſ. præcipuè quidé in ſubſtitutionibus vel reſtitutionibus. Eódé vergunt pariter Molinei Notæ, de vicario cliéte patronis ab Eccleſia dato, ne quádiu vitales auras hauſerit, eius cliétela expiret. In.§.30. & 41. priſcæ Cóſuet. Pariſiorú. Subde his, militaria Galliæ prædia iure teneri perpetuo ac patrimoniali, firmiùs multò quàm Lógobardica illa téporaria de quibus ſuperiùs: quorú Prȩſcriptis, beneficiari⁹ poſſeſſor, in Clerú allectione, beneficiú feudale amittebat: etſi Pótificú Decretis aſſumerétur etiá ſacrati viri ad profaná rerú Eccleſiæ procurationé & adminiſtrationem. §. alium Nouella Cóſtit. De ſanctiſſ. Epiſt. Can. credo Can. Cyprianus Cauſ.21. Quæſt.3. Can. placuit Can. monachi Cauſ.16. Quæſt.1. In ſingulis demú Chriſtianis Politiis, libera manet profanorum quorumq; bonorú poſſeſſio penes Eccleſiaſticos Præſules, ſaluo clientelæ & fidelitatis in Principé ſacramento. Quale Hungari Téplorú Antiſtites præſtare ſoliti ferútur veteri hoc Pannonú More ſcripto. *Omnes domini Prælati, & perſonæ Eccleſiaſticæ, Regi noſtro ad fidelitatis homagium præſtandum obligentur, & quòd ratione bonorú temporaliú corá Iudicibus ſecularibus iuri ſtare teneátur.* Armoricis quoque Nánetú in Archiis voluútur antiquæ Epiſcoporú in Ducé cliételares Profeſſiones fundorú ſuorú Diuini iuris, æditæ an.1315. & 1399. Quos & ipſi fundos agnorúţ, vacuo quolibet Epiſcopali Solio, à patronis Ducibus teneri Cuſtodiæ nomine, in aduentú vſque ſucceſſoris, Præfecti ſacris Eccleſiis. Ac de principali bonorú id genus Cuſtodia vacuæ Pótificalis Cathedræ apud Delphinates, ſcripſit Franciſ. Marcus, ſenator Gratianopolitanus, in Delphin. Deciſ.44. & 46. Parte.1. Cum Deciſ.556. Parte.2.

Hic Martellus Cōmes, in Æde Nicolaō ſacra monachus obiit. an.1061.

Hominis, Legiſvè diſpoſitio de morte, intelligitur de naturali, nec ad ciuilem facilè producitur.

Verſ. led. Rachapt ſera deu par la mort naturelle de celuy qui a faict hommage, & non pluſtoſt.

Molin. ad Artic.30. Num.82. Et ad §.41. Num.62. 63. Pariſiē. antiquæ Conſuetud.

Hunnorum Ius Cōſuetudinarium.

Adueu des Eueſques de Bretagne, Die Iouis, poſt Miſericordia, an.1315. Et die. S. Gregorii an.1399 De quibus etiam Argētræus. Britā. Hiſt. Lib.4. Cap.37.

Delphinus Vienneſis eſt in cōſuetudine, poſſeſſione, vel quaſi, reducendi ad manus Delphinales temporalitatē, Epiſcopali Sede vacante. iure Regaliæ.

C

Tit. III.

DE HONORARIIS FIDEI PATRONO DATÆ ACCESSIONIBVS.

1. Vaſalli *tenentur rectum conſilium ſuggerere domino feudi.*
2. *Iidem, Pares* Curiæ *ſunt iudiciorum domini aſſeſſores.*
   In terris Prælatorum *& Baronum, Regia* Aſſiſia *iuridica exerceri poteſt in caſu* Reſſortus.
3. *Dominum in bello iuuare vaſſalli compelluntur.*
   Equeſtris Ordo Creſcentis, *ab Andegauo Duce Renato inſtitutus.*
   Eccleſiaſtici vaſalli Francicæ Coronæ, armato Regi auxilium præſtare ſoliti.
4. *An* vaſallo *in dominum cauſas orare liceat, ſeu teſtimonium in iudicio ferre.*
5. *Feuda primitus temporaria, nunc perpetua & hæreditaria.*
   Andegaui Principatus tituli, primitus Officij nomina, non patrimonij.
6. *Exorbitantia, nobilique vaſallo indecora feudi onera, temperata.*
7. *Officia inſignia, olim* infeudata, *& feudariæ ditioni annexa.*
   Baronia de Viheŕs, *nunc Comitatus: &* Sableya, *Marchionatus.*

De Homagij iurati ſequella, & ſequacibus iuribus honorificis in dominum feudi.

IVREIVRANDO deuincta clientis in patronum fidelitas, comites habet varias honorum obſeruantiæque notas. Quarum nonnullæ Francico vſu etiamdùm retinentur. Sicuti enim beneficiarius cum honoris præfatione debet fidei ſponſionem offerre patrono, ac beneficij veſtituram petere. (Gloz. vlt. in Cap. 1. Per quos fiat inueſtit.) Ita ſemel iuratus cliens honeſtis pleriſque alligatur officijs. Patronum enim conſilio iuuare optimo tenetur: ne inconſultus ille, de fortunis, capite, aut dignitate periclitetur, Cap. 1. De noua form. fidelit. Vbi Yſernias. Nam & alioquin Heſiodio verſu, * Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. Ideóque Carnutum Antiſtes Yuo Hugonem Trecenſium Comitem exhortans, Epiſt. 88. NVLLVS, ait, QVI FIDELITATEM FECERIT REGI, PRÆSVMET ILLVD DARE COFSILIVM, QVOD SIT CONTRA FIDELITATEM SVAM, ET REGNI MINVAT MAIESTATEM. CVM HIS ENIM QVÆ FIDELITAS CONTINET, PRÆCIPVE OBSERVANDVM EST VTILE ET HONESTVM QVÆ MINIME OBSERVARENT QVI FILIAM BONIFACII MARCHIONIS DE INCESTO CONIVGIO NATAM, REGIÆ PERSONÆ SOCIANDAM ESSE DECERNERENT. IAM ENIM INSONVIT MVRMVR DVCVM ET MARCHIONVM, QVI IAM DELIBERANT SE A REGNO DIVIDERE, SI TAM MANIFESTAM OCCASSIONEM VALVERINT INVENIRE. Quinetiam patroni Reges priſci de armis ac pace auſpicatò decernebant, cómunibus ſubditorum ac cliétum ſuffragiis conſilióq; adhibito. Cuius rei luculentum 1.

* Conſultum malè, conſultori peſſima res eſt. Ex Heſiodi Opere, cui titulus, ἔργα καὶ ἡμέραι.

culentum promunt exẽplum LEVDI Theodorici Francorũ regis, qui ad prælium iam accincto ipſi in Theodobertũ fratrem, ſuadere cœperunt, vtì cũ fratre in gratiã rediret. Protadius, cõtrà, diſſuadet, negátq; pacem iniri oportere. Tandẽ regio iuſſu fraterna Pax coïtur ex *Leudorum* ſententia, & Protadius iniqui conſilij reus mãdatu Principis morte afficitur. Vt eſt apud Aimoynum, Franciciæ Hiſtor. Lib. 3. Cap. 92.

2. Ex eo pariter debito patronis conſilio rerum gerendarum, profẽcti ſunt Iuridici clientum cœtus, tanquam Parium Curiæ dominicæ, ac conſilium iudicanti domino præbentium. Qui ideo compares conſorteſque clientelæ dicebantur. Vt Langobarda Lege paſſim vulgatũ eſt, Belgicæque Galliæ Moribus ac Inſtitutis. Quàm longiſſime enim veterem Francicarum rerum Politiam reſpicere poſſumus, Vaſſos Dominico cernimus, iuri dicũdo præpoſitos, & quia ius petentibus non adminiſtraſſent, male mulctatos. Nam Francica Lege Karoli Mag. COMES, ET MISSVS DE BONIS VASSI DOMINICI VIVEBANT, DONEC IVSTICIAS FECISSENT. Lib. 4. Leg. Franc. Cap. 44. & 64. Huic conſentanea eſt Neapolitana Conſtitut. 3. Tit. 19. Cũ Gallica feudalitij Iuriſiurandi formula, quam ſic refert Butelerius in Summa Rurali. *Sire, ie viens à voſtre hommage, & en voſtre foy, & deuiens voſtre homme de bouche, & de mains, & vous iure & promets foy & loyauté, & de garder voſtre droiƈt à mon pouuoir, & faire bonne iuſtice à voſtre ſemonce, ou à la ſemonce de voſtre baillif à mon ſens.* Patroni viciſſim iudicio quõdam dirimebantur priuatæ clientum liticulæ. Dionyſij enim teſtimonio, Rom. Senatus controuerſias Ciuitatum & gentium ad earum patronos remiſit, horũque decreta rata habuit. Antiquit. Romá. Lib. 2. Sed quia apud Gallos nil Feudo cum Iuriſdictione commune eſt, (ex Maſuerij Praxi in Tit. De Feudis Artic. antepenul.) Dominus minimè præeſt ſubditorum litibus cognoſcendis, niſi iam olim Iuridica poteſtate maiori præditus ſit. Nec eò ſeciùs Beneficiariæ cõtrouerſiæ deciduntur in foro patroni, talium diſceptationum capaci. Vt oſtẽdimus 7. Lib. 1. LEGVM ANDEGAVEN. Cap. 3. Artic. 2. Quod & maiores noſtros ſedulò obſeruaſſe, memorat Yuo Carnutenſis, Epiſt. 197. Hic námque ad Paſchalem ſummum Pontificem ſcripſit, *Perticenſem Comitem Rotrocum ædificaſſe in fundo Hugonis Carnutum Vicecomitis, à quo miles ipſius Yuo eundem tenebat in feudum, & Rotroco ædificium illud fuiſſe adiudicatum in Curia Comitiſſæ, de cuius feudo erat: quùm iudicio Eccleſiæ ad prædictam Curiam hæc cauſa tranſlata fuiſſet.* Quamuis autem Feudiſtica Lege patrono liberum ſit, in omnibus feudalis latifundij partibus ſuam inter clientes notionem accommodare beneficiariæ liti. Aluarot. in Cap. præterea De prohib. feudi alienat. per Frider. Attamẽ Saxonico Iure, vaga & ſoluta locorum eiuſmodi vſurpandorum poteſtas negatur dominis beneficij. *Landtrecht* Cap. 65. Et Lib. 2. Different. Iuris Ciuil. & Saxon. Cap. 63. In eo quoque latiùs patet Iuridici, quàm beneficii domini imperium, quòd ille, ab omnibus domeſticum larem fouẽtibus intra ſuæ Iuriſdictionis metas, rectè exigat iuratã fidelitatis pro-

Bolonienſis Cõſuet. Artic. 18. Et Ambianæ Artic. 15. *des vaſſaux tenans en Parrie, ou en plain hommage.* Ita Frãciæ Pares, dicti Iudiciorum, cum domino Rege, aſſeſſores. Qualis Comes Bellimontis Rogerij in Neuſtria, Franciæ Par factus à Phil. Valeſio rege an. 1328 Ianuar. Menſe. Ex ſolenni Inuentario Alenconiæ Domus regiæ.

Saxonica tamen Lege & conſuetudine, Pares curiæ non vtique ſunt iudices in cauſa feudali inter dominum & vaſallũ *Lehenrecht* Cap. 68. Et Lib. 2. Different. Iuris Ciuil. & Saxonici Cap. 66.

Rotrocum hunc ſeu Rotrodum Pertici Comitem legimus, fuiſſe in exercitu regis Anglorum contra Fulconem Hieroſolymorum regẽ, & Comitem Andegauorum. Sub Annũ 1120 In Lib. hoc idiographo. Geſta Comitum Andegauorum, &c.

liaribus Nobilium ſubditorum armis Dignitatem ſuam firmiùs tuerentur. Andegauiæ putà Dux Renatus, militarem Ordinem excitauit CRESCENTIS AVREI, ſub Annum. 1460. ad prouincialem Andium & Cenoman. Nobilitatem, obiecto hoc bellicæ virtutis titulo honorario, prouocandam, decorandam. Talium Equitum nomina, cum Inſignibus gentilitijs, iam olim legenda ſpectandaque proponuntur in Mauritiana Andium baſilica maiore. De quibus Andegauenſe extat. I. Bourdignei Chronicō, Parte. 3. Cap. 17. Haud diu pariter antea, Franciſcus. I. Armoricarum Dux Equeſtrem ordinem ſurſum erexit, titulo *de l'Eſpy*: Quem graphicè deſcribit Argentræus, Britannicæ Hiſtor. Lib. 11. Cap. 13. Nec verò profani tãtum dynaſtæ, at Eccleſiaſtici ſimul magnates tenētur, armatorũ numero iuuare Principem, vrgentibus Reipubl. negotiis. Hincmarus quippe, & Germanus viciſſim Rhemorum Antiſtites, coacta militum manu, adiêre Karolos Caluum, & Simplicem Galliæ Reges in hoſtem præliaturos. Flodoardo teſte, Rhemenſi hiſtoriographo. Bouinenſi dehinc acie, comitatus eſt Auguſtum regem Pontifex Bellouacorum, frater Druydum Comitis, in eaque ſtrenuè dimicauit aduerſus Flandrorum Comitem Ferrandum, & Othonem Cæſarem. Sicuti Vilhelmus Brito retulit, metricus Auguſti vitæ ſcriptor. Secundùm hæc, viſitur in regio Grammatophylacio, Philippi Pulchri Diploma an. 1314. iubentis Præfecto Meldorum, & Arnulpho Baboo, Campanam Briæque Nobilitatem, vnà cum ſacris Præſulibus, ad Flandricum bellũ euocare. Similiter publicis Ratiociniorum Pariſiē. Regeſtis vetus inſeritur Chartula, hac epigraphe. *Milites, & Armigeri, & alij, qui debent ſeruitium Regi.* Cui adſcripta reperitur ſententia iſthæc *Epiſcopus Niuernenſis miſit ducentos milites pro Eccleſia ſua.* Neque ab iis diſſentit priſcum Curiæ *Parlamentaris* Conſultum an. 1387. in Cœnobium D. Medardi, Sueſſionen. QVÒD TENETVR TRADERE REGI, IN EXERCITV, 200. HOMINES PEDITES.

> *L'Ordre des Cheualiers du Croiſſant*, cum hac Inſcriptione. *Loz en croiſſant.* In Capella Equitum, Mauritianæ Ædis Andegauen.

> Ordo Equitum *de l'Eſpy, ayant au bout d'un Collier d'or pendu au col, faict en façon d'une couronne d'eſpi de bled, une petite beſte blanche, dicte Hermine.*

> Floruit antea Gallicus Ordo Equitum Virginis Mariæ Stelligerorum. (Ioanne rege auctore An. 1351.) à Stella Magis Orientalibus apparente in Dominica Natiuitate. Cuius imagini Stellæ hoc appictum Epigramma. Monſtrant Regibus Aſtra viam. In Hiſpania quoque ſeptennio poſt creatus Equeſtris Ordo regius *de la Banda* ab Alphonſo Ferdinandi filio Rege pro Nobilibus ſecundogenitis. In Sabaudia pariter, Ordo *de l'Annonciade*, ab Amedæo. 6. Principe ſub Ann. 1356. Ex Allobrogica Paradini Hiſtoria Lib. 2. Cap. 51.

4. SED à caſtrenſi acie ad forēſem & togatam pergamus. Cliens beneficio priuatur, quiſquis patroni aduerſario ſpōte aduocationem in Iudiciis præbuerit. Afflicti Deciſione Neapolit. 265 Num. 46. Zaſius in Feudalis epitomes Parte. 10. Præter ea, quę Nos fuſiùs in hác parté cōgeſſimus Lib. 1. De PRIVILEG. RVSTIC. Parte. 1. Cap. 6. Haud perpetuò tamen id obtinuit in Senatu Pariſiorũ, qui forēſem cauſidici in dominum operã, licitam pronunciauit, ſicubi alia de re quàm cliētelari, nec de capite, vel exiſtimatione patroni ageretur. S. Cõſulto facto. an. 1384 quod Ioh. Gallus recēſuit Quæſt. 23. Quinetiam clienti in patronũ teſtimonij dictio nō erat lege Romuli, quam in huius vita Plutarchus, & Halycarnaſſ. deſcripſerũt. Idq; M. Cato refricat, Oratione apud Cēſores habita in Lētulum: & Romæ iudicio decretũ eſt, C. Herenniũ, qui patronus erat, teſtimonium ferre non cogi aduerſus C. Mariũ poſtulatũ ambitus, qui in illius cliētela erat. Sic Feudiſtica Regula, cliēs teſtificari nō debet aduerſus dominũ, in criminoſis præſertim negotiis. 5. In quibus Verſ. ſimiliter. Tit. De conſuet. recti feudi. In Feud. Afflictus in cit.

> Dionyſ. Halycar. lib. 2 Antiquit. Roman.

> Nec pro dominis quidē teſtes ſubditi, Britonico More, admittuntur. Art 150.

rum Curiæ Conſiliario regio, *ſur l'appel de Meſſ. des Requeſtes du Palais.*

rio obeundum curarent. S.Conſulto pridie Idus Septemb.an.1587.In 2. claſſe Curiæ Inquiſitoria, ſecundùm clientem Vilhelmum *de Megaudais*,contra patronum Ioh.*deſvaux*, qui à Libellorum iudicibus Palatinis Senatum prouocarant. Eodem S.Conſulto vetitus eſt cliens, patroni fundos venationis ergô ingredi: niſi quam ille ſuo in ſolo feram deprehendiſſet, in alienum fugientem perſequi cogeretur. Atq; obiter ruſticum *Quintani* ludum (de quo ſ.)obſeruare eſt,patrio Ritu probatum Maiſieriæ in Turonibus Baroniæ. Artic. 8. & 9. peculiaris Conſuetud.eius Territorij,quæ ſcriptis Turonum Moribus intexitur. Verſ. *Les muſniers sõt tenus vne fois l'an frapper par trois coups le pal de la Quintaine en la plus proche riuiere dudit ſieur Baron.* Biturigum quoque Municipes ludicra hac pugna exerceri, perhibet Franc. Rагueolus Magduni Biturigum Suppræfectus,In Lib.Gallico De Regiis iuribus,ac Dominicis. Denique viles id genus, & extraordinariæ clientum operæ non ferendæ videntur Molineo,in §.53. Pariſien. Conſuetud. Num.16.17. 18.Sed militaria, & fortiſſimo cliente digna munia exigi poſſunt ab honeſtioribus beneficiariis. Quòd ſi armato Principi clientum ſuorum equitatus præſtò adſit, deinde equos armáque amiſerint illi, rogo, amiſſorumnè pretium ſubſidiario regreſſu iuſtè petant à Rege patrono? Iniuſte peti, ſenſit Innocent.ad Cap.ſicut De iureiur.Quippe quùm talis operæ debitores, fortuiti caſus occurſu non ſubleuentur.Bartol.ad l.ſi ſeruus.§.quod verò.ff.De furt. Secus Iure Saxonico, *Lehenrecht* Cap.4.Et Lib.2.Different.Iuris Ciuil.& Saxon.cap.57.

Baronia *de Maiſieres*, in Turonia(nũc Marchionatus.) Quæ, à Ludouico baſtardo *du Maine*,Barone, an. 1480.eiúſque pronepte nupta Franciſco Borbonio, venit ad Montpenſerios Duces, iam inde ab ann. 1567.

Meun ſur Eure.

Lib. *Des droits royaux, & ſeigneuriaux.*

De exorbitantibus his patronorum iuribus vide à nobis notata ſupra lib.1. Legũ Andegauenſ. cap.31. art.8.

Officia infeudata, & hæreditaria.

Tiltre de Chãbellan hereditaire appartenant au ſieur Chaſtelain de Taunay Charente.

Viſcomte d'Aulnay premier Chabellan du Comte de Poictou.

Le Baron de l'Afferté Chauderon, premier Baron, & Mareſchal hereditaire du pays de Niuernois.

Le Sieur d'Antoing Viſcomte hereditablement de la Terre de Flandres, qui mena les gẽs de guerre de la ville de Gand aſſieger Calais.

Præpoſitus Eccleſiæ Canonialis S.Donati Brugenſis,eſt Flãdriæ Cancellarius hæreditarius, à Roberto Comite olim inſtitutus. Vt in Flandriæ deſcriptione Guicciardinus ait.

INSIGNIORIBVS, ad hæc,ditionibus, quæ lege clientelæ tenentur, quaſi Militiis annexa ſunt officia quædam perpetua:ſeu militaria, ſeu Iuridica, aut domeſticis patroni vſibus accommodata. Eo modo Principis cubicularius Gallis hæreditarius eſt dictus Pictonum Comes Alphonſus D.Ludouici frater, quòd Caſtellariam in Santonibus dynaſtiam *de Taunay Charente* obtineret. Sub annum.1260. Vt ex Regiis Franciæ Scrinis retulit. I. Tilius Curiæ Pariſien. protonotarius, In Commentariis Francicar. Dignitat. vernaculè ſcriptis. Tit. De ſummo Galliæ Camerario. Ibidem perſpicias Subcomitem *d'Aulnay*, Pictauenſis Comitis cubicularium primum, ſuo quondam prædiario Subcomitatus iure factum beneficiario. Sic Nouioduni ad Ligerim, *Mareſchalus* perpetuus agnoſcitur Baro firmitatis Chaudroniæ: quaſi Tribunus ductorue militum, Niuernenſis Reguli belligerẽtis. Monſtreletus itidem tradit, dominos *d'Antoing*, Flandrici principatus Procomites hæreditarios haberi, eóque nomine vnum iſtorum, quaſi Flandricæ præfectum militiæ, Gandauenſis vrbis copias in Itij portus obſidionem deduxiſſe. An.1436. Lib.2.Franc. Hiſt. Atque idem Auctor Ianum Hoſſonuillæ dynaſtam vocauit Lotharingici Ducatus *Seneſchalum* hæreditarium. anno 1437. Antiquiùs verò, talia *Seneſchaliæ* munia, perſonali tractabantur functione & opera, non prædiaria hæreditate. Qualiter Hincmarus Rhemorum pontifex deſcripſit *Seneſchalos*, Palatináque alia Karoli Mag. Aulæ Officia.cap.16.& 23. Epiſtolæ. 7.

læ.3. Nec Andibus pariter, *Seneſchali* munus perpetuum fuiſſe ac hæreditarium, indicāt Almaricus Cliſſo, qui an. 1390. Vilhelmus à Bellaualle, qui an. 1450. cæteríque Andium Prætura iſta viciſſim functi, qui à Nobis recenſentur Libro ſuperiore. Sed, vt *feudaria*, perpetui iuris, Miniſteria repetam, Gallis finitimi Germani beneficiaria quædam Militiæ munia conſtituunt, perpetuo feudi nexu ſubeunda. Nam, teſte Zazio, nobiles *de Maſmunſter* beneficia poſſident hac lege, vt bellicis temporibus claues ad oppidum *Enſsheim*, tanquam ad Cameram archiducalem in exterioribus prouinciis retineant, portas Oppidi claudant, & aperiant. Sic illuſtres alij in aduentu Principis menſam parare adſtricti ſunt, alij cibos ferre, quidam præcedere, ſubſequi alij, & conſimiles multas feudalitiæ ſubiectionis notas re comprobare. Vt Zaſius memorat, Epitomes Feudor. Parte. 12. Qualia clientum beneficia, Feudiſtici Iuris profeſſores nominant *feuda conditionata*, Germani *Seſsleben*. Cap. 1. §. penul. Quid ſit inueſt. Imò & ea *feudorum* genera, quæ officioſæ operæ certæ mancipantur, improprie feuda dicuntur Langobardis. Cap. 1. In fi. Et ibi Glo. cum Aluaroto, De capitan. qui cur. vend. Cap. 1. In fi. Quib. cauſ. feud. amitt. Et citat. §. penul. Quoniam verò hodie clientelaria prædia, iiſque adiunctæ functiones patrimoniis adæquantur, quibus nulla non adhibita pactio pro lege ſeruanda, licitè beneficia dantur cum certi ſeruitij onere, perinde ac incerti. Nam Feudalia etiam ſcita præceptáque vincit tenor beneficiariȩ Conuentionis, in quem velut ſcopum omnis feudi ſtatus dirigitur Cap. 1. §. nulla Per quos fiat inueſt. Cap. 1. De fratr. de nouo benef. inueſt. Ex eóque contextu Baldus in præludio Feud. Glo. in Cap. 1. De feudo non habente propr. natur. feudi. In Feudis. Exempli gratia, Viherius, Andegauiæ, Baronatus, in Comitatum euectus fuit, nuncupatis quibuſdam conditionibus à Principe, ann. 1577. Sabolia itidem, Cenomani agri, Baronia aucta eſt Marchiæ dignitate celſiori, legibus condictis, vt deleta noui Marchionis virili prole, Ditio iſthæc, ſublato Marchionatus titulo, priſtinum Baronatus nomen inſigniáque reciperet. Diplomate Ianuar. Menſ. an. 1602. quod in Senatu promulgatur Idibus Martiis ſeqq.

Palatinâ. ſub Karolo Mag. fuere Officia Comitis Palatij, Camerarij, Buticularii, Cōmitis Stabuli, Māſionarij, Apocriſiarii, &c. Seneſchalus autem ibi præſertim curam habebat familiæ regalis in Palatio

Meſſ. Amaury de Cliſſō, & Guill. de Beauuau, Seneſchaux d'Anjou. ſuprà lib. 1. cap 46. art. 11.

Apparitorū quoque feudaria Officia, quæ Nobiles tenent, *Sergenteries fieffayées*, non ſunt obnoxia nūmariis indictionibus extraordinariis, quibus reliqui Apparitores regij, ſed tanquā patrimonialia feuda, ab illis exercentur per ſubſtitutos Conductoréſque temporarios.

Particularis inueſtitura feudi cuiuſque derogat Iuri cōmuni feudorum.

Baronia *de Vihers, tenuë du Chaſtel d'Angers*, competit ab antiquo Tourpinis dominis *de Criſſe*. Inter quos, memoratur in Inuentario Cameræ Andegauæ, (quæ eſt in Camera cōputorum Pariſ.) Guido Tourpinus domin *de Thorigne*, die 15. Auguſt an. 1396. & Lancelot Tourpinus an. 1435. Die 12. Octob.

Sableij Marchionatus erectio regia verificatur in Curia Pariſ. Die 15. Mart. 1602.

Tit. IIII.

DE MVTVIS PATRONORVM IN CLIENTES OFFICIIS.

1. *Reciproca vaſallis à domino debita beneuolentia, & auxilium in Bello.* Appariationes *ſeu Conſociationes bonorum Eccleſiæ,cum* laicis *Principibus.*
2. *Dominus tamen non præſtat iuramentum vaſallo,vt vaſallus ei.*
3. *In aliis quoque mitiùs agitur cum domino, quàm cum vaſallo.*

HACTENVS clientum erga patronos obligationem 1.
excuſſimus: deinceps reciproca, illíſque debita ab his iura expediamus. Mutua enim fide neceſſitudo clientis & patroni, alternſque officiis continetur: Vtque beneficiarius dominum omni obſeruantia ac obſequio colere debet, ita viciſſim dominus beneficiarios tueri. Cap. Imperialem In fi. De prohib. feud. alienat. per Frider. Et ibi Yſernias Cap. 1. de form. fidelit. Quod ſacris Canonibus inſertum voluitur, ex Philiberti Epiſcopi ad Ducem Aquitanorum Epiſtola, Can. de forma. 22. Quæſt. 5. Haud ſecus vetuſta Romanorum clientela contrahi ſolebat, vt ſui quique patronis clientes etiã chariores forent, quàm liberi ipſi. Id quod Atticis Noctibus traditum eſt. Lib. 20. Cap. 1. tum Lib. 5. Cap. 13. Ac propterea in Sacris Bibliis, feruntur Gabaonitæ, à Bellica hoſtium clade tecti ereptíque, victricibus Ioſuæ & Iſraëlitici pop. armis; cui ſe antea illi clientelæ nomine addixerant. Ioſuæ Cap. 10. Cyrus, ad hæc: Perſarum rex, publicè conteſtatus legitur, in Xenophontis Cyropædia, indefenſos ab hoſte, deſertóſque non paſſurum ſe eos, qui ſuam ipſius fidem patroni, clientes ſecuti eſſent. Atque, vt propiùs ad noſtros accedam, Karolus Caluus Imp. & Galliarum Rex, conflato exercitu, vltus eſt Robertum Andegauiæ Comitem clientulum, à Danis & Noruegis cæſum: ſuóſque Andium populares, obſeſſa receptáque armis Ciuitate, ab hoſtibus illis liberauit. Sigeberti Chronico, anno 873. & autographa eius ſeculi Hiſtoria, quæ in Cœnobio. D. Sergij & Bacchi viſitur apud Andes. Francorum item rex Philippus 6. Caſſetenſi prælio iuuit Sceptri beneficiarium, Regulum Flandriæ Ludouicum, aduerſus contumaces huius ſubditos, & ad iuſtum, in Comitem, obſequium victos reuocauit. Decimo Kalend Septembres. An. 1318. Coætaneo ſcriptore Froſſarto, hiſt. Lib. 1. Cap. 22. & 23. Idem à Karolo 6. Rege. in Flandros Comiti rebelles factitatum Roſebecana pugna an. 1382. memorauimus, *Gallici Fiſci* Volum. 3. In ſumma, Fulbertus Carnutum epiſcopus, ac Francici anuli Magiſter, Roberto rege, mordicùs aſſeruit in Epi-

Quænam reſpectiuè à domino vaſallis beneuolentiæ & honoris ergô debeantur.

Qua die, Ioſua Gabaonitas, conſerta acie, defendit aduerſus reges Amorrhæorum, ſtetit Sol in medio cœli, nec feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei.

Aimoyni lib. 5. cap. 31. refertur Karol. Caluus, Andium ciuitatem obſediſſe & cepiſſe, à Normanis vi occupatam. Vti primitùs eam ceperat Childericus Merouei Francorum regis filius, & Paulum Comitem, Romanarum partium, interemerat. Aimoyni lib. 1. Cap. 2.

Bataille de Caſſel, en Flandres. Die profeſto S. Bartholomei 1318. Nic. Ægidij Annalibus.

Bataille royalle, de Roſebec, en Flandres, pour Louys, Comte de Flandres Die 21. Nouemb. 1382.

De Domanio Franciæ lib. 3. Tit. 15. art. 3.

in Epiſtolis, patronum & clientem mutua fide, rerúmque ſuarum tutelari præſidio inuicem religioſè obligari. Ideóque Karolus 6. Princeps noſter, Andegauo Duci Ludouico 3. & Yolantidi Aragoniæ, matri reſpondit, auxiliares copias in Britannos hoſtes poſtulantibus, Francicum equitatum, ſuæque vires Nobilitatis attritas exhauſtáſque fuiſſe Azincuriano cum Anglis prælio infœlici, an. 1415. Sed Andegauo Regulo liberam ſe induciárum cum hoſte pactionem permittere. Authenticis literis, 4. Kal. Februar. an. 1417. Cæterum, Halycarnaſſæi ſententia, proditionis crimen habitum eſt, ſi patronus clientem, aut cliens patronum capitis accuſaſſet, ſeu graue in eum teſtimonium dixiſſet. lib. 2. Antiquit. Roman. Gunthranno certè per Gallias regnanti præclarum hoc tribuitur elogium, quòd LEVDIS ſuis beneuolum ſe præbuerit, Chriſti Sacerdotibus reuerentiſſimum, Gentibúſque externis mirè pacatum. Vt Aimoynus teſtatur, Francicæ Hiſt. Lib. 3. Cap. 81. Rurſus auctor eſt Rhegino Prumienſis cœnobiarcha, diſcordiam ſummam Errico Regis fratri interceſſiſſe cum Eberhardo Francorum Duce ob exortas inter *Vaſallos* eorum inimicitias, quorum dominus quiſque partes pro officio tuebatur. ann. 938. Lib. 2. Chronicōn. Inde etiam ob quas perfidiæ ac neceſſitudinis violatæ cauſas feudum eripitur *vaſallo*, ob eaſdem patrono adimitur. §. Domina committente feloniam Tit. Si de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. vaſall. §. 1. Qualiter domin. feudi propriet. priuetur. In Feud. Nec patroni ſoli in eum coguntur ordinem, ſed & Iuriſdictionis domini, qui ſua ac Iuridica in ſubditos poteſtate mulctantur, quos atrociùs diuexarint. Vt Ioh. Faber innuit, ad §. vlt. in fi. Inſtit. De his qui ſunt ſui vel alien. iur. Bald. in §. publici latrones Tit. De Pace tenenda & eius violator. In Feud. Idque Gratianopolitanos Patres ſequi in iudiciis, refert ipſorum collega Vido Papius, Delphinali Deciſ. 62. Sanctiſſimo autem tutelaris patrocinij vinculo colligantur vtrinque ſacra Collegia, cum profanis Magnatibus: quos illa in fundorum ſuorum communionem adſciuerint, ceu protectores, defenſores, ac patronos. Vnde Aduocati Eccleſiæ, & *feuda Aduocatiæ* dicta Alexandro 3. P. in cap. Quia clerici quidam *Aduocatias* Eccleſiarum De iur. patron. Secundùm canonem. 99. Africanæ Synodi, poſt Conſulatum Stiliconis: quo Canone, inducta fuerat Aduocatorum defenſio pro cauſis Eccleſiæ. Ob eam rationem, Delphinatium Principi communicata eſt quondam ab Archipræſule Ebreduni ciuitas, ſuperiúſque in ciues dominium: vt illius ope auctoritatéque potentioris Eccleſiaſtica iure commodiùs tegerentur. Pactitiis tabulis Delphini Allobrogum Guigonis, & Bertrandi Ebredunenſis Archiepiſcopi, ann. 1332. Quas recenſet Franciſc. Marcus, ſenator, Gratianopolit. Deciſione. 232. & 236. Parte. 1. Nec diſpar initum eſt profanæ Iuriſdictionis conſortium Viennenſis, & Vapincenſis vrbium ea in Prouincia, ab Viennenſi Allobrogum, & Vapincenſi Præſulibus viciſſim, cum Regulo Delphinatium. De quibus accuratè Marcus ille, Delphin. Deciſ. 266.

Extractum iſtud è Camera computorũ Nannetenſium. Die 29. Ianuar ann. 1417. *Permiſſion a la Reyne de Sicile, & au Duc d'Anjou ſon fils de faire treues & abſtinence de guerre pour eux & leurs vaſſaux, d'Anjou & du Mayne, auec les Anglois.*

Bataille d'Azincourt, Die S. Creſpini 25. Octob an. 1415.

Iudicia Parlamenti Delphinalis.

Les Vouez, & Voueries, ſeu Aduocatiæ feuda, cum æqua fide & reciproca, inter Eccleſias, & ſeculares Proceres ab illis, tanquã protectores, bonorum ſocios factos.

Ambrun.

Tales Appariatiões, ſeu conſociationes bonorum Eccleſiæ cum laicis maioribus dominis excuſſimus ſuprà lib. 1. cap. 42. art. 14. Et lib. 2. Doman Gallici Tit. 8. art. 7. Vt Sac. Polit. lib. 3. Tit. 3. art. 9.

Vienne & Gap.

& 577. Tomo 2. In Occitania pariter, Narbonenſis Oalliæ, Berengarius, Magalonenſis pontifex Franco regi ceſſit maiore imperio Monpeſſulani oppidi, in Iacobum regem Balearium Inſularum, Montiſpeſſuli poſſeſſorem. Solenni charta, circiter Idus Quintiles an. 1294. Quæ Ratiociniorum Lutetiæ Regeſtis intertexta voluitur. Haud aliter Ianus Armeniacus Comes, & Petrus Ruthenorum Antiſtes, coita ſocietate, egerunt inuicem de partiundo Ruthenenſis vrbis recto dominio: Quod ſolidum alioquin ſacræ Eccleſiæ primitus competierat. Tractatu habito, 4. Nonas Iunias an. 1322. His conſequenter, Ambarri cœnobitæ Fani Michaëlis, *Aduocatiæ* titulo, patronum tutelarem rerum ſuarum acclamarunt olim Comitem Ambarrorum, indicto Vectigali annuo: Vt profanum ſuum eius loci Territorium, quod à conditore Mag. Karolo dotale ſumpſerant, à vi iniuriáque firmiùs aſſererent vicinorum Dynaſtarum. Balduinus verò, eques, Doncherij Eſſuorum oppiduli & latifundij Aduocatus, iampridem agnouit, cum poſteris, ſe Cœnobij Medardi, Sueſſionenſis, beneficiarium, *feudali* lege & onere Protectionis Eccleſiaſtic. rerum. Authenticis inſtrumentis Decemb. Menſ. an. 1291. ac poſtridie Nonas Mart. an. 1398. Quanta poſtremò Iuris æquabilitate, tractanda ſit fortunarum conſociatio Cleri, cum Rege etiam ipſo, oſtendit vetus *Parlamentare* decretum, profeſtis Diuorum omnium an. 1273. in hanc formulam. *Dominus Rex aſſociatus fuit per Templarios in reditibus & iuſtitia Villæ de Paluello ſubtus S. Portianum Monetariis ibi cudentibus Monetam domini Regis, volentibus gaudere priuilegio, quo gaudent in propriis Villis domaniorum domini Regis, quod niſi pro magnis delictu non tenentur, niſi coram Magiſtro monetæ reſpondere. Aliquibus etiam dictorum Monetariorum nitentibus ſe poſſe vendere vinum in d. Villa, durante ibidem banno d. Templariorum, & nolentibus reſpondere ſuper delictis minoribus coram Iuſtitia d. Templariorum.* DICTVM *fuit per ius, quòd d. bannum d. Monetarij cuſtodire tenentur, & iuſtitiabuntur, ſi deliquerint ibidem, pro maioribus & pro minoribus delictis, nonobſtante priuilegio ſuo, ſicut cæteri homines d. Villæ.*

Literæ authenticæ *du ieudy apres les Octaues des Apoſtres S. Pierre & S. Paul* an. 1294. Extractæ ex Inuentario titulorum Cameræ *d'Aniou*, in Camera computorum Pariſ. Die 2. Iun. 1322.

Abbatia *de S. Mihiel en Barrou*, à Karolo Mag. fundata, cum dote eius Oppidi & confinium.

Voue, & Vouerie de Doncbery en Rethelois, ex antiquo patrimonio Abbatiæ S. Medardi, & Prioratus *de Donchery*, ab ea dependẽtis. Die 8. Mart. 1398.

Iudicia, Conſilia, & Areſta expedita in Parlamento Omniũ Sanctor. an. 1273.

IN multis porro Feudiſtici Iuris articulis, durior eſt clientum conditio, quàm patronorum: Illi enim præſcriptis verbis iurant dominis fidelitatem, hi verò iniurati fidem ac beneuolentiam clientibus debent. Cap. 1. Qualiter vaſall. iur. deb. fidelit. Cap. 1. Qualit. domin. propriet. feudi priuetur. Cap. domino Si de feudo fuerit contentio inter domin. & agnat. Cap. vlt. Per quos fiat. inueſtit. Cap. 1. De forma fidelit. In Feud. Can. de forma Cauſa. 22. Quæſt. 2. Quibus Sanctionibus, nulla certa iuriſiurandi & fidei adſtringendæ formula patrono æquè dictata eſt, vt clientulo. Huc quoque reuoluitur indigena Conſtitutio noſtrorum Andegauiæ Municipum, §. 287. Nec minùs etiam patronis, quàm parentibus remittitur calumniæ iuſiurandum: quod beneficiarius alioqui cum patrono litigans tenetur præbere iudicanti. Cap. 1. §. in quibus De conſuet. recti feudi Bald. ad cap. 1. §. ſinautem De controuer. inueſtit. In Feud. l. qui bona fide. §. penult. ff. De damno in- 2.

Andeg. Leg. hæc, 287. expreſſa de Domino, vaſalli feudariũ emẽte prædium, non trahitur ad caſum inuerſum, de vaſallo, feudum iam acquirente, ſuperius Dominico. Nam vetus forma ac poſſeſſio inueſtituræ feudalis inter eaſdem perſonas nouo debitoris facto ſubuerti nequit. Si tamen huiuſce dominus antiquus nollet eidem facere hominium ex feudo illo emptitio, tunc vaſallus emptor pari in eum iure vtetur, nec illi perſonalem fidẽ faciat. Ex Reg. Quod quiſque iuris.

no infec.l.de dle:§.iubetur.D.Qui ſatiſd.cogant. Verùm inclytos Reges, etſi auitum gentilitiúmque moderentur Imperium, iuratò polliceri decet, fidem ſe ac tutelá Regni imprimis curaturos. Hac nimirùm ſacramenti religione ſuis ſe ciuibus obſtrinxit Karolus Caluus Galliæ rex, cùm inauguraretur. Ex lib. 5. ſeu appendice Aimoyni De reb. geſt. Francor. Atque, vt domeſticis externa miſceam Principum exempla, in Saxonico Speculo intueri liceat Regij ſacramenti formulam, qua nouus Princeps fidem iuret, hominiúmque præſtet Auguſtali Imperio, quod omni ſe adhibita ope tecturùm ſanctè obteſtetur. Lib. 3. art. 54. Neque enim vnius tantùm hominis peculiaris poſſeſſio, Principatus eſt, ſed communis olim totius Populi. Quemadmodùm de Pop. Romano Maximus Imp. apud exercitum, Oratione habita, profitebatur. Quippe in illa Vrbe, Maximi verbis, ſita eſt Imperij fortuna: Cæſari autem, vnà cum militibus, diſpenſatio ſola demandata, & adminiſtratio Principatus. Herodiano ſcriptore.

De Regali. & Imperiali in ſubditos Populos iuramento.

Lib. cap. 21.

3. PRÆTEREA Lotharij & Friderici Cæſſ. ſanctionibus, beneficiario cuique vetita eſt ſine domini permiſſu alienatio beneficij: ne nudatus facultatibus ei ſeruire non poſſit: Cuius rei gratia primitus beneficia conſtituta ſunt. Tit. De prohib. feud. alienat. Tit. Quæ fuer. prim. cauſ. Patrono autem licita eſt recti ſui dominij alienatio in ęquè idoneum ſeu parem dominum, aut ſuperiorem. Si credimus Yſerniæ in Cap. 1. §. eadem lege Tit. De lege Conradi. In Feud. Speculat. in §. nunc aliqua Verſic. 93. De Locato. Afflictus idem ſenſit in Neapolit. Deciſ. 265. Tametſi Cæſarea Lex Friderici Ænobarbi, indiſtinctè patronis, vt clientibus, interdicat feudi alienatione. §. præterea Ducatus De prohib. feud. alien. per Frider. In Feud. domino item liberum fit, clientem ad ſingulare certamen prouocare: ſed non econtrà. Vt inquit Andr. in Cap. 1. §. vlt. De alienat. feudi paterni. Et in Cap. 1. §. ſi miles De Pace tenen. Ad hæc, Pretoria de dolo actione experiri patrono ius eſt, agentemvè doli mali præſcriptione excludere clientulum. Quod huic in illum minimè conceditur. Ex argumento l. apud Celſum. § aduerſus parentes. ff. De doli except. l. 3. Cod. De arbitr. Deinde quod ſuggeritur, eorum vtrumlibet æquo iure feudo mulctari perfidię cauſa, ceſſat in Principe, dynaſtáve alio ſuperiorem non agnoſcente, qui haud ideo Principatu exuitur. Luc. Pennatus ad l. in ſacris Cod. De proxim. ſacr. ſcrinior. lib. 12. Bald. in cap. 1. Qualit. domin. propriet. feudi priuet. Matth. Afflict. in citat. Deciſ. Neapol. 265. Beneficiarius demùm ex noxali cauſa domino committit & acquirit Beneficium: Hoc autem in illum delinquente, proprietas feudi in clientem non transfertur. Id quod Yſernias confirmat, in Cap. domino. Si de feudo fuer. controuerſ. inter domin. & agnat. In Feud.

Diſpares officiorum regulæ inter Dominos feudi & vaſallos.

PARTIS I. CAPVT SECVNDVM.

DE VTILIBVS IN FVNDVM CLIENTELAREM IVRIBVS DOMINICIS.

Tit. I.

De Releuiis & Rachatu feudali.

DE REDEMPTIONALIBVS FEVDI.

1. *Quibus caſibus* Releuia, *vel Laudimia, apud Gallos debeantur Domino feudi.*

Recta linea deſcendentes donatarij, vel hæredes, communiter tenentur, ſolam domino feudali *fidem & hominium præſtare, non* Releuium.

2. *An domini* firmarius, *qui erat tempore donationis feudi ſeruientis, præferatur in* Releuij *petitione, ſecundo* firmario, *qui erat tempore finiti vſusfructus, cuius cum retentione donatum fuerat.*

Releuium *necne* feudale *domino competat ex donatione feudi facta cum retentione vſusfructus, ante finitum vſumfructum.*

3. Rachatus *feudalis diuidundus ſit necne pro rata inter duos conductores feudi dominantis, viciſsim eodem anno prædicti* Rachatus *concurrentes.*

4. *Ex paterna feudi donatione in ſecundogenitum Nobilem, non debetur* Releuium *Domino ſuperiori, in partibus Andegauiæ, quibus, ſecundonati nobiles parentibus, rerum proprietate ſuccedunt, nedum vſufructu.*

Releuij *ſoluendi onus incumbit proprietario feudi ſeruientis, non vſufructuario.*

Niſi Patriæ Conſuetudo *ſcripta ſit in contrarium.*

5. *Nupta, cum iure reſeruato liberè per eam adminiſtrandi bona ſua, non debet* releuium *feudi, nec maritus pro ea.*

Bonis ſeparatæ coniugi feudum obueniens, non ſubiicitur Dominico Rachatui.

Nec conditionaliter *donatum feudum, ante conditionis euentum.*

6. *Dominus feudi, qui à marito* Releuij *debitore non exegit, illud, ſoluto matrimonio, petere nequit à nouo feudi poſſeſſore.*

7. Pen-

7. *Pendente raptus accuſatione, reus maritus ad* Releuium *vxorij feudi tenetur.*

Nûm abornati Rachatus feudalis *æſtimatio augenda ſit ob nouam ſeufeudi* augmentationem, *ab inferiorum feudorum, cum eo, vnione.*

8. *Syluæ cæduæ, & ſtagni piſcatorij fructus à domino feudi tantùm capiuntur pro rata vnius anni, in caſu* Releuij, *feudalis.*

9. *In anno* rachatus *feudalis, emptor* ſubfeudi *ſoluens laudimia domino* mediato, *liberatur.*

Domino nullum competit Releuium, *ex auita feudi donatione in filium primogeniti.*

10. *Maritus ex vxoria feudi parte* rachatum *ſoluere non tenetur ante diuiſionem bonorum cum vxoris cohæredibus factam.*

Secus ſi omnes hæredes, ſint filiæ nuota tempore delatæ ſucceſſionis.

Prior colonus domini, qui Releuium *feudi recepit ex diuiſione* prouiſionali *vaſallorum, non tenetur illud reddere ſecundo, qui erat tempore* diffinitiuæ *diuiſionis conformis.*

In partitione hæreditatis feudalis, iunioribus primogenitum agnoſcentibus cenſualem dominum partis ſuæ, is tum illos indemnes ſeruare tenetur à Rchatu *feudi totius petito à ſuperiore: quando talis* Rachatus *procedit eax facto vel culpa primogeniti: aliàs, non.*

11. *An conductor vtriúſque feudi, dominantis & ſeruientis, poſſit exigere* rachatum *à ſui locatoris hærede.*

Dominus feudi non tenetur ſtare colono nummario domaniorum *feudi ſeruientis.*

12. *Quid de feudo æreo ſine* domaniis, *cuius feudi conductori dominus ſtare nolit?*

Retrofeuda, *quorum proprietarij, ſunt in fide, non* ſaiſiuntur *cum pleno feudo vacante, Dempto* ſubfeudo *iuniorum cohæredum, ſeniori, conſtituto in diuiſione hæreditatis: vel ex cauſa antiqui* Paragij.

13. *Quando directæ hæreditati iacenti curator datur,* Releuium *debetur domino feudi.*

1. QVVM Honoratia patronorum in clientes iura diſcuſſerimus, Vtilia eorumdem & fructuaria perſequamur. Beneficium enim domino aperitur mutatione vel beneficiarij, vel patroni. Si mutetur cliens, manente patrono, videndum, fato necne, an pacto conuento hæc rerum viciſſitudo obtigerit. Illo caſu, Andegaui nepotes, & Cenomani, auita beneficia à patrono redimunt, & quibuſcunque tranſuerſo gradu agnationis feudum defertur, (fratre ac ſorore demptis) maréſque adeo nobiles ſecundonati, qui paterna, maternavè donatione perpetuum fundo fruẽdi ius, alioqui temporarium, aſſequuntur. Legis Andeg. §. 84. 97. tum Cenomanæ. 97. & 110. Hęc proinde feudi Redemptionalia, ſeu ἀοδικτικὰ vocant, Romana viceſima durius iſthîc, quæ in limite recto ſuccedentes nulla

Des profits de Fief.

Iuniores maſculi nobiles Andium Lege ſuccedunt paſſibus dũtaxat in vſumfructum tertiæ partis bonorũ. non in proprietatem.

De hac Viceſima Plinius Traiani Panegyrilles.

erat, nullum caducorum ius, nullum quartę Curiæ ciuitatis debitæ, aut ſiliquaticorum. Sic Gallicis in Regionibus pluſculis, nil patrono debetur ex donatis, vel inteſtatò relictis ab vtrouis genitore: quùm &, vtroque viuo, liberi quodammodo rerum domini exiſtimentur, ceu Græco idiomate* αὐτοκληρονόμοι. l. In ſuis. ff. De liber. & poſthum. l. 1. §. qui ſunt in poteſtate D. Si quis omiſſ. cauſ. teſtam. Imò nec, ſubinde poſt patrem obeunte grandiori natu, rebus indiuiſis, eius cohæredes feudum luunt à Domino ſuperiore. Meloduni Senonum Ritu qui facilè colligitus ex art. 52. 53. 54. & 94. Nam rectà quidem hæreditas: nondùm adita à primigenio, transmittitur ad hæredes, quaſi eiuſdem patrimonium. l. vn. §. in nouiſſimo Cod. De caduc. tollen. l. vn. C. D. his qui ante apert. tab. Atque ita extincti filij portio illa hæreditària, in lateralem bonorum ſucceſſionem ipſius traducitur, mutatione perſonæ ad paternos maternóſq; alios filij cohæredes. Argum. leg. Paulus. ff. De acquir. hæred. l. vlt. Cod. de inoff. teſt. Aſt meritò tamen Lege prouiſum fuit Melodunenſi, indiuiſam adhuc, die fraterni obitus, parentum hæreditatem, æqua lance totam metiundam, ac ſi frater ille genitori præmortuus fuiſſet: vt in eandem iunior frater primigenia obtineret. Quippe quùm præmaturæ etiam morti ſimilis repudiatio legati rem ad eum ſtatum retroducat, ac ſi hæredis ſemper fuiſſet quod legarit teſtator, & in corpore hæreditatis vſquequaque permanſiſſet. l. proinde. ff. De reb. cred. l. quædam. ff. De reb. dub. Enimuerò ſi Pactione aliqua prædium ſeruiens tranſcribatur alteri, & oneroſa quidem ea ſit, (venditio putà, vel permutatio fundorum) tunc Emptionalia domino debētur, quæ modò laudimia, modò quintus ac ſubquintus pretij nummus, appellantur. §. 155. 156. Andeg. Leg. cum 6. ſequent. Gratuito autem, & liberalitatis titulo conceſſa luere donatarius à patrono tenetur. §. 96. 97. 202. eiuſd. Conſuet. Porro ſi ex parte domini contingat feudi mutatio, iuſta Dominica, in Veſtituræ nouatione, nulla ſunt, preter oſculum porrectum, & ſupplices manus. Vt Longobardicis conſtitutionibus, & Gallorum Moribus ſcriptis continetur. Ac vniuerſim adeo Redemptionalia, & iuſta alia Dominica, quę nunc celebria ſunt per Gallias, incognita fuêre Langobardis: prę ſertim cùm beneficium rectum erat. Tit. Quo temp. miles. Nec quicquam interfuit dominorum, ſubbeneficia conſtitui, modò æquales eſſent ſubbeneficiarij beneficiariis, qui dominis ſeruire poſſent, ſi fortè, beneficiario abſque hærede mortuo, beneficium domino aperiretur. Tit. De lege Conradi. In Feud. Verùm Siculi, ac Neapolitani iampridem *Releuia* hæc quæ vocitant, inuexerunt in vſum: Ita quidem, vt clientis obitu, non contractu fundi tranſlatitio, patronus demetat anno ſui prouentum beneficij. Neapolit. Conſtitut. De morte Baronis nuntian. Regi. Et ibi Afflictus nominatim, Num. 16. 19. Idem in Tit. De pœna foriudicatorum baiulo dan. Num. 5. In verſ. *Releuium certo tempore, id eſt, quando moritur, in illo anno debet ſolui.* In Armorica verò Britannia, Ianus Dux Maucleri filius Lege ſanxit Clientelare munus redimendi

In liberos donatio paterna vel materna.

* ſui hæredes.

Ex donatione rachatus domino ſolui debet, niſi à parente liberis præſumptis hęredibus proprietarius donatum ſit.

Melun.

Collateralis autem hæreditas nondum adita, Iure communi non tranſmittitur ad hæredes. l. quoniã ſororem C. de iure delib.

Licet Rachatus feudi domino competat ex collaterali ſucceſſione art. 59. Meldunen. Cõſuet. Tamen primogenito moriẽte ante diuiſionẽ paternæ hæreditatis, eius portio, tanquam directa, & non collateralis, venit ad ſequentem primogenitum liberè, & ſine onere releuij feudalis.

La bouche & les mains ſeulement deus en changement du coſté du Seigneur de fief.

Sæpiùs tamen Releuium apud Neapolitanos non excedit quantitatem decem vnciarum auri pro aſſignanda poſſeſſione terræ conceſſa lib. 3. Tit. 25. Conſtitut. Neapolit.

Petr. *Maucler.*

redimendi à patrono Beneficij feudalis an. 1275. Qua pariter Lege iuſſi ſunt Plebeij militarium fundorum emptores, à rectis Dominis ipſos luere. Vnde poſterioribus ſeculis, renouatus eſt identidem ſolennis Catalogus Nobilium virorum citerioris Britanniæ.

Ordinatio mutationis iuris Balli in Rachatum dominicum. La reformation des Nobles de Bretagne, l'an 1427. l'an 1513. &c.

2\. REDEMPTIONIS feudi ſeu [illegible] commoda ſunt hæc Dominica in Municipiis Gallicis, quæ Conſuetudine reguntur, Vnius anni prouentus rei beneficiariæ, ſeu quæ boni viri Arbitrio, clientiue æqua videbitur pecunia domino offerenda. Sed cliens apud Andes luit à patrono beneficium, ſola reditus anni perceptione ipſi relicta, vel nummaria fructuum æſtimatione. §. 113. Andeg. Conſuet. Iam de eo incidit forenſis colonorum duorum conflictus, An qui prædium dominans conductione tenebat die donati ſeruientis prędij ſaluo penes donantem vſufructu, præferatur, in redemptione feudi petenda, ſecundo conductori, qui mortis tempore donatoris fructuarij ſuperiorem fundum poſſideat. Secundus quidem ita diſſeruit, puram abſolutámque non fuiſſe donationem, niſi re perfectè tradita, & alio traducta. Vſusfructus enim retentionem nil aliud eſſe, quàm ciuilem fictámque traditionem, ſeu tranſlationem in donatarium. Fictio autem non retrò agitur ad diem contractus in diſpendium tertij. Bart. & Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. De liber. & poſthum. Ac licet ex inutili contractu nobis quæratur naturalis poſſeſſio. l. 1. §. ſi vir. vxori. Vbi Accurſ. ff. De acquir. poſſeſſ. Ciuilis certè non tranſmittitur in ſucceſſorem ex tali contractu. Bald. ad l. ex teſtamento Cod De fideicommiſſ. Et Decius in l. Contractus. ff. De reg. iur. Inſuper Legis patriæ verbis vrgebat ita núcupati, QVI FVNDVM INGREDITVR IVRE DONATIONIS, EVM REDIMERE A PATRONO TENETVR. §. 96. Cuiuſmodi *Statuti* verba intelliguntur de vero ac naturali in fundum ingreſſu, poſſeſſione, ac collectione redituum ipſius: non de commentitia eiuſdem traditione, quam Romanum Ius retentioni vſusfructus affingit. l. 3. §. hæc verba Cùm Gloz. ff. De negot. geſt. l. conſtitutionibus. D. Ad municipal. Dyn. in l. 1. D. de verb. ſignif. Proin. Molineo. I. C. diſplicuit quadantenus Redemptionalium feudi petitio ex donatis cum retentione vſusfructus, ante huius conſolidationem fructuarij iuris cum proprietate rei donatæ. Annotat. in §. 69. Perticenſis, 30. Caluimótanæ, & 6. Montargiuæ Conſuet. cap. xi. Multiplici enim, grauioréque ideo Dominicarum ſeruitutum onere premeretur talis donatarius, cum ſuis, ſi iiſdem obnoxius foret ille antequam re frueretur, & ipſius donatori præmorientis hæredes denuò, feudum licet ab iis nondùm poſſeſſum, cogerentur à patrono redimere. Aſt ediuerſo ſuggeſtum eſt à parte primi conductoris, donatorem fundi, tranſcripta alteri proprietate, nudum manſiſſe fructuarium: ideóque exuta ab eo clientela, quæ citra vtile prædij dominium retineri à cliente nequiuerit, iam inde beneficiarij perſoná mutatam fuiſſe, ac beneficium domino apertum lui ſtatim à donatario oportere. Ad hæc, Pontanus ſenſit, donatarium nudę proprietatis fundi, recepto penes donantem

Le reuenu d'vne année, le dire de preud'hommes, ou vne ſomme de deniers à vne fois, au choix du Seigneur pour le droict de relief & rachapt.

Art. 96 Andeg. Conſuet Celuy qui entre en aucun heritage à tiltre de donation, doit rachapt au ſeigneur de fief, &c.

Statuta locorũ non fingunt, ſed ex naturali ſuo. ac proprio ſignificato interpretari debent.

Rachatus feudalis an ex donatione facta cum reſeruatione vſusfructus, ſtatim debeatur, à die contractus.

Dionyſ. Pontan in Commentar. Bleſen. Conſuet.

vſufructu, mox redimere cogi à domino beneficium ſeu beneficiarium prædium., donatoris obitu nequicquam expectato. In §. 87. Bleſen. Conſuet. Et ſecundùm eum, Molinęus denique in hanc pedibus iit ſententiam, ad §.22. Pariſien. Legum antiquatum. Num.152. 153. 154. Secus in Pactis conditione ſuſpenſis, qua nimirùm pendente conditione, non mutatur priſtina dominij cauſa. Reſponſo Caij I.C. in l. generaliter D. Qui & à quib. manumiſſi lib. non fi. l. 1. §. ſerui appellatione, D. de S. C. Syllan. Mea igitur fert opinio, priorem Dominici prædij colonum, in exactione redemptionalium feudi eſſe poſteriori anteponendum: ille tametſi ante donatoris fructuarij obitum ius ſuum proſecutus non fuerit. Neapolitanis porro in more poſitum eſt, *Releuia* patrono non antè deberi, quàm actu ipſo tranſlata in nouum beneficiarium poſſeſſione. Vt Matthæus ſenator Parthenopæus tradit, in Conſtitut. Neapolit. De morte Baronis nuncian. Num.16.

Matth. Afflict. in Neapolitano Senatu Conſiliarius.

An Reliuium feudale diuidatur pro rata inter duos feudi dominantis firmarios diuerſorum temporum.

3. ACCEDIT huc & alia inter prædictos colonos inſpectio. Titius cliens obiit Februario Menſe, relictis ex tranſuerſa linea hæredibus. Eadem tempeſtate, Lucius Dominico fundo conductionis lege incumbebat, ſed inde proximo Paſchate abiturus. Huic cùm ilicò nouus conductor in Dominica iura ſucceſſiſſet, dubitatum eſt, nùm fructuaria, ſeu nummaria feudi commoda, quæ ex lateralibus eiuſmodi hæredibus percipi ſolent, inſolidùm competant priori colono, an poſteriori diuiſim, pro rata ſcilicet parte anni, quæ ab incœpta hac conductione effluxerit. A priori namq; allegabatur, ſibi partum hoc feudi emolumentum fuiſſe ipſo obitus puncto beneficiarij clientis: ſolidum igitur ſibi penſitandum. §. 115. Andeg. Leg. Etſi enim Dominica luendi à cliente feudi vtilitas tractum habeat ſucceſſorium, & ſingulo quoque anni die excurrẽtem: pendet tamen ab actu ſemel conſumpto, ex quo beneficium redimi neceſſe eſt, Dominici in rem coloni, qui eius actus tempore extabat, quo redemptionalia deberentur. Nec enim ignotum eſt Legum Theorema, initium tunc ſemper intuẽdum, cùm ex eo finis neceſſariò conſequatur. Auctore Vlpiano l. denique. §. 2. D. de minorib. 25 ann. l. qui cùm maior. §. 1. D. de bon. libert. Contrà autem, à ſecundo conductore, adferebatur integrum anni prouentum clientelaris fundi ad patronum ſpectare * ἀντὶ τῆς ἀνακαινώσεως, ſiue pro inſtauratione feudi. Inde & concurrentes eodem anno duos conductores dominicorum iurium, partiri inuicem debere caducarij eiuſce anni reditus pro conductionis tempore vtriuſque: cùm fructus vel ipſo dierum numero diuiſionem recipiant, ac dietim colligantur. Idque euidenter apparet ex Andeg. Conſuet. vocabulo, *commence ledit rachapt*. Nec enim hac Lege cauetur, Redemptionalia momento percipi tota, ſed fatali ſolùm hora clientuli occipere: Ita, vt fructus anni, qui redemptionalium iure patrono cedit, eiuſvè conductori, per totum annum minutatim diffundatur, ac ideo cõductorum cuique viciſſim illum pro quota anni parte diſtribui expediat. E fundo quippe fructus decerpere,

Conſuet. art. 115. Ibi. *dés l'heure de la mort, ou autre cas aduenu, pour lequel ſoit deu rachapt.*

Quando finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium, tunc inſpici debet principium.

* pro renouatione.

L'an du rachapt cõmence du iour de la mort.

decerpere, niſi ſuo tempore, licet nemini. l. ſi merces. ff. conductor. D. locati. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuam immaturam. D. Ad leg. Aquil. Barr. & P. Caſtrēſis in l. ſi quis nec cauſam. §. res pignori D. ſi cert. petat. Idem Bartol. ad l. Et hæc diſtinctio §. cùm fundum D. locati. Nihilo tamen ſeciùs puto, anterioris coloni partes iudicio tuendas, vtpote æquiores. Sic pari occurrente controuerſia, decreuit Senatus Pariſiorum quinto Idus Maias an. 1585. probauítque Iuridici ſententiam Meduanæ Cenomanorum, inter Iac. Pitardum, & alios conductores Ducalium Meduanæ redituum. Pinceo ſenatore regio, litem enarrante in prima Curiæ claſſe Inquiſitoria. Similiter necnon ex venditione ſub redhibitorio pacto inita, laudatiuum ſolius eſt coloni Dominici, qui venditionis tempore ſuperius prædium occupabat, nó autem poſterioris, qui die finiti pacti de redimendo, quo ex die laudimia primú à patrono exigi Moribus Andium poſſunt, res Dominicas conduxiſſet.

Areſtum Curiæ Pariſiẽ. die xi. Maij. an. 1585. in. 1. Cameră Inqueſtarum Curiæ. au rapport de M. De Pince.

Vt S Conſulto deciſum alibi oſtẽdimus, ad prouocationem ex præſidali ſede Cenomanorum factam à Iano Bommierio, priori Claromõtanæ ditionis colono, aduerſus ſecundum, nomine Iohã. Vachierum. Lib. 2. GALLICI DOMANII Tit. 5. Artic. 7. Contra Molinei opinionem, in Commentar. Conſuet. Pariſien. Tit. De materia feudali. §. 1. in glo. 1. Num. 36.

Decretum Senatus à præſide ſummo Pariſiorum Harleyo ſolemniter recitatum. die. 22. Decemb. an. 1584.

Idem ſequendum reor de mutua cóiugum donatione in alterutrum collata ſuperſtitem, vt ex ea pendárur Feudi redemptionalia Dominico priori colono, qui die ipſa donationis, non poſteriori, qui die conditionis extabat. Donatio enim pura fuit, à viuis contracta, nec reuocabilis, eóque publicę in Actis profeſſioni intra quadrimeſtre obnoxia. Molinæſ. Edicti Artic. 58. Ac licet donationis effectus mora vitæ vtriuſque ſuſpenſus ſit, ac promiſcuè interim ambo donatis fruantur: haud propterea minùs perfectam dici oportet liberalitatem reciprocam, cum precaria rerum poſſeſſione in gratiam futuri ſuperſtitis. Vlpian. l. Nam ſi, CVM MORIAR ff. De condict. indeb. l. Hæres meus, CVM MORIETVR TITIVS, centum ei dato, purum legatum eſt: non poteſt enim conditio non exiſtere. D. De condit. & demonſtr. Sic quia certò cõſtat, coniugũ alterum alteri ſuperſtitem fore, tametſi incerta perſona, ius donatione paratur Domino ſuperiori, ſed cuius iuris vtì donationis, executio differtur in tẽpus mortis alterius mutuò donantium: vt tum ſuperſtes, certus feudi proprietarius iuſta Honoraria patrono exhibeat.

Mutua donatio eget inſinuatione.

An iura dominicalia quæ debet emptor publicus fundi, ſumantur ex die, quo eius fundi adiudicatio regiſtrata eſt in Actis fori, an ex eo quo leuata & expedita eſt in forma publica.

Præterea ex facto ferebatur, prædium Seio pluris licenti addictum fuiſſe, pretiúmque obſignatum Kalendis Ianuar. Vt forenſia Monumenta, quibus talis inſcripta ſit licitatio, teſtantur. At ſemeſtri pòſt ſpatio, publicæ addictionis tabulæ exſcriptæ ſũt è Regeſtis fori, & authentica formula licitatori traditæ Nonis Iuliis: quo Die ſimul & Conſule viſuntur pro more forenſi. Hinc diſputatum fuit, an ex iudicaria venditione deberentur pecuniaria iura conductori rei Dominicæ, qui die emptionis in Acta regeſtæ, an alteri, qui die traditionis eiuſdem ſuperiori fundo inhæreret. Si enim Inſtrumento emptori tradito fidem habeas, is fundũ mercatus dũtaxat videtur Nonis

Die.7.Iulij.

Quintilibus,cóque iuſta Dominica colono debita poſteriori. Sed rei veritate perpenſa,quæ ex forenſis Tabularij ſcheda, velut archetypo, eruitur,credo priorem colonum ſecundo anteferédum. Argum. l. vlt. Cod. De fide inſtrum.l.1.§.editiones.Et ibi Bart.ff.De eden.

Rvrsvs ex facto proponebatur, claros natalibus parentes ſecun- 4.
donato triētem dediſſe immobiliū ſuorum , ab vtriúſque obitu, perpetuò poſſidendum:Qui vſufructu tenus,alioquin triens, minori natu, Lege deferebatur Andegauenſi.§.222.& 228.Ex quo, donatarius luédis à patrono feudis adſtrictus putabatur,quaſi nouus in ea ſucceſſor extraneus.Iuxta Artic.97.Eiuſd.Conſuet.Poſtmodùm autē,ſublatis è medio donatoribus, horum primigenius fratri illi Gabinianum prædium nobile trāſcripſit, velut donatas vncias quatuor hæreditarij Aſſis:Qui Vindocinenſis Andium oræ fundis conſtabat totus, illo dempto latifundio.Inde rectus dominus à nouo prædij poſſeſſore depoſcit fructuariam feudi obuentionem,ſeu redemptionis pretium ipſius.At reus cóuentus negat,id ſe debere pro modo agrorum Vindociné.queîs fundus talis fraterno Pacto ſubrogatus ſit.Cùm enim Vindocinenſis regiunculæ in bona ſuccedant nobiles ſecūdogeniti, nexu ac mancipio,nedùm fructuaria poſſeſſione, minùs æquū videatur,filium paterna,maternauè clientelæ prędia à ſuperiori domino redimere,quæ ſibi nudè à parētibus prærogata ſint,cæteroquin hæreditate ad ipſum peruentura.§.231.Andegaué.Conſtitutionum,leg.cum quo §. vlt.D.Ad leg. Falcid.Itaque ſentio ędepol,rigidum iſtud ac duriuſculum in liberos ius Dominicum,quod merè fructuarios in ipſos Moribus ſācitum ſit, ad eos non porrigi,qui iuſtam rerum ſoli proprietatem legitima hæreditate parentum nanciſcerentur.Cita.§.97. patriæ Cóſuet.Quærebatur etiam,vtrius humeris incumbat onus luédi à patrono beneficij,fructuarij nè,an proprietarij cliētis.Prima quidé frōte ſentias,hoc quaſi ſolarium,& ſolo antiquitùs impoſitū, dependi ab vſufructuario oportere,Argū.l.Hactenus ff. De vſufr. l. Neque ſtipédium ff.De impenſ.in res dotal.fact.Nec enim fructus verè dicūtur,niſi ſubductis oneribus.Vlpiani ſentētia in l.27.§.ſi quid cloacarij D.De vſufr.Andiū tamen propria Cōſtitutio ita diſtinguit,vt ſi domino beneficiū aperiatur ſecundis nuptiis,aliauè proprietarij cóuentione , eo caſu iſte prædiū liberet beneficiarium,debitiſq; patrono fructuarium exoneret.Si verò proprietarij morte vacet beneficiū,túc ab eius hærede fructuarium indemnem non præſtari,cauetur eadem Cóſuet.Artic. 316.317.Sic Neapolitani fori vſu,fructuarius ſeruientis beneficij ſoluit Adohan,non proprietarius.Vt ab Anton.Capycio relatum eſt, Parthenopæo ſenatore,in Neapolit.Deciſione.184. Num.3. Quibus autē Prouinciolis ſimilis mos adſcriptus nó ſit ac vſitatus, redéptionalium onus indiſtinctè proprietatis dominum ſpectat,non fructuarium. Vti Senatus Pariſien.iudicio bino definitū fuit. 10. Kalend. Septemb. an. 1568.Iac.Saueuſio litis inſpectore.Tum ſeptimo Kalend.Martias An. 1570.in 5.claſſe Inquiſitionū Curiæ,vbi Franc. Paſtorellus cótrouerſiā explanabat

Artic.97.Verſ.*pource qu'iceux fils puiſnez nobles ne ſont heritiers, parce qu'ils ſuccedent en bienfaict & vſufruict ſeulement d'vn tiers des biens.*

In Vindocinenſi Andium Regione nobiles ſecūdogeniti mares,in bona parentū ſuccedunt proprietate, nedum vſufructu Idem in Cœnomaniæ parte Vindocinenſi.§.239. Cœnom.leg.

Præd.§.97 Verſ *Sauf és lieux cy apres declarez,ou les puiſnez nobles ſuccedent par heritage.*

Adoha, eſt militare ſeruitiū feudatariis omnibus impoſitum quando eſt guerra in Siculis regnis non momentanea Neapolit. Conſtitut. De pœna foriudicat. Vbi Afflictus,& in Conſtitut. De fideiuſſione dominorum à vaſallis.

explanabat Karolæ Boucheriæ, & Annæ Pleſſeæ inuicem litigantium. Ætiologia eſt, quòd fructuarius annua quidē & ordinaria prædij onera lege ſubeat, ſed accidentaria non item, quæ proprietario ſunt ferenda. Sicuti, econtrà, qui vtitur ac fruitur, extraordinarios fructus minimè carpit, nec niſi quotánis renaſcétes. l. diuortio §. ſi vir in fundo. D. ſolut. Matrim. His accedit vulgata Feudorū Regula, ſolum proprietatis dominum, vacuo clientibus feudo, capacem eſſe hominij patrono iurandi, cæteráque exequédi, quibus cliens beneficio veſtiatur. Vt antea demonſtrauimus. Atqui nemo ad dádam patrono fidem admittitur, ni iuſta Dominica pariter exoluat, redimátque beneficium quod redemptione egeat. Vt Gallica praxi ſatis exploratum eſt, cum indigenæ Legis noſtræ §. 109. 116. 416. Denique vt hęres, inſtante legatario tenetur ſuo impendio rem obligatam luere, cuius onera teſtator non ignorarit. Vlpiani reſponſo in l. Cùm res obligata ℼ. De legat. 1. Sic iuſtius céſeo cum auctoritate Séatus, fructuarium ab hærede proprietario notis feudi redemptionalibus in patronum leuari. Nec me iſthinc diuellere poteſt cótraria Molinei opinio in §. 22. Pariſié. vetuſtæ Cóſuet. Num. 155. & 156. qui ad ſuas partes vocat Pauli I.C. legé Quæro. ℼ. De vſufr. legat. Inibi enim, Iurecóſ. de temporariis indictionibus loquitur, poſt legatū vſusfructus ſemel impoſitis, non de poſſeſſionum muneribus, quæ ab priſca fundorum lege (vt redemptionalia noſtra) proficiſcútur. Plane apud Andes, Eccleſiæ Præfectus, qui nobile prædium poſſidet merè fructuario iure, luendo ipſi obligatur erga patronum. §. 110. & duob. ſeq. Andegauen. Morum. Sed antiquiùs debita à præceſſore, feudi commoda & emolumenta improbè exegerit Dominus à ſucceſſore in ſacram Præfecturam: niſi anteriore viuo ſacerdote, patronus in rem ſibi cauiſſet, Dominica manu publicè in fūdum immiſſa. Quippe contracto in perſonam æri alieno minimè obſtringitur poſterior Tépli ſacerdos. Cap. 1. De ſolut. Cap. grauis De depoſ. Cap. Quod quibuſdam De fideiuſſ. At verò ſi in deceſſorem antea pigneratus ſit fundus à recto Domino, Tunc eiuſmodi pignoré Prætorio ſemel affecta res tranſit in ſucceſſorem cum ſua pignoris cauſa, ac veluti prædiarium onus, ſequitur quemcúnque prædij detentorem: ſaluo iſtius regreſſu ad defūcti hæredes ſacerdotis. l. cùm poſſeſſor ℼ. De cēſib. l. Imperatores ℼ. De publican. Si tamen anteceſſor Eccleſiæ beneficiarius iudicio reſtituatur in ſacrum Beneficium, quo ſeſe in Titij gratiam certis modò legibus abdicarat, tum retrò ſoluta Rectoris Tepli, feudíque mutatione, eximitur Sacerdos Dominica *Releuiorum* obuentione. Quādo & inter profani ordinis viros, reſciſſa fundi alientione, exacta iam à patrono laudimia reddi oporteat. Faber ad leg. vlt. Cod. commun. de legat. Et in l. 1. 2. Cod. quan. lic. ab empt. diſced.

Areſta Curiæ Pariſien die. 23. vel. 28. Auguſti. 1562 & die: 23. Februar. an 1570. in 5 Camera Inqueſtarum Curiæ.

Andeg. Cōſuet. Art 109. Ibi, *luy offrir l'hōmage auec le rachapt, quand rachapt y appartient.*

Frācico tamen Edicto lato die 10. Ianuar. 1599. & in Senatu publicato die. 8. Mart. ſeq. cautum eſt (Art. 16.) regios nummariæ Decimæ Exactores cogere nō poſſe nouos Eccleſiæ beneficiarios ad reliqua præteriti tēporis ſoluenda, ni ſummatim doceant adhibitam eodem tempore collectioni nummorum diligētiam. Quo etiam diligentiæ caſu, perſecutioni tātum locus ſupererit in ſucceſſorem Eccleſiaſticū ex obitu. pro bienno anteriore, vel in reſignatariū Beneficii, pro triennio præcedenti.

Perſonalia Prælati debita ſucceſſor Eccleſiaſticus ſoluere non tenetur.

5. TRACTATVM quoque de eo eſt, an cliens fœmina, cui dotalibus tabulis nulla intercedit cum marito fortunarū ſocietas, eximatur hoc redemptionalium incómodo. Rem ita dirimédam arbitror, vt ſi à futuris coniugibus renuntiatū ſit duntaxat *Statutario* bonorū conſortio

Si le fief de la feme mariée ſans communité de biens auec ſon mary, & auec l'adminiſtration de ſes biens à elle reſeruée, ſera ſubiect à rachapt.

tunc maritus feudi redemptione immunis nõ habeat. Nã alia ratio eſt cõmunis quæſtus,ad quem ſolùm trahitur coniugalis rerum ſocietas, quæ iſthîc repudiatur:alia verò dotalium fundorũ vxoris, qui nihilominùs à marito pro ſuo iure adminiſtrantur.l.doce ancillã Cod.De rei vindicat.l.de his quæ in dotem Cod.de iur dot. Proinde maritus,quaſi dominus vxorij prædij,luendo beneficio manet obſtrictus.Ex §. 218. Andeg.Conſuet.At ſi ampliùs dotali Inſtrumento cautum ſit,mulierẽ ſua ſibi vſquequáq; habiturá,ac liberè poſſeſſuram,vt priùs, nulla idcirco mariti auctoritate veniáque petita,eo caſu iniquũ foret, beneficiariæ mulieris perſona cõnubio non mutata,eius maritum clientelares fundos,quos non poſſideat,à patrono redimere.Argum.l. Maritus Cod.De procurat.Et hoc quidem dilemmate nodum ſoluit propoſitæ quæſtionis Molineus, ad §. 25. priſcæ Conſuet. Pariſiorũ, Num.7. Quod enim purè ait Lex Andium(§.87.&96.)maritum hanc feudi liberationem debere, ciuili modo accipitur iuxta poſteriorem Legem prioris interpretem,qua viri vxoriis rebus præſunt,& coniunx in ſacris mariti ſic poſita eſt, vt niſi auctore eo, paciſci ſua de re nullatenùs valeat. Artic.510.Andeg.Conſuet.

Artic.218. Andeg. Leg.ibi. *Pour ceſte premiere foy faicte par parage failly,le parageur n'aura aucun rachapt de ſon parageau,ſi l'hommage n'eſt deu à cauſe de la femme auquel cas appartiendra Rachapt.*

Femme ſeparée de biens.

Cap.4.Art.16.

De muliere autẽ à viro ſeparata cenſu, nũm alteruter ſit redemptionaliũ oneri obnoxius,ſcriptum eſt à Nobis ꝟ·Lib.1.Summa huius rei eſt,vt ſi ante bonorum diuiſionem à Iudice decretam inter coniuges,paternum vxori feudum obtigerit,tùm maritus illud à patrono luere compellatur,diuiſione illa poſteriori nequicquam obſtante. Sin verò communium opum ſeparationem iudiciariam ſequatur muliebre eius feudi dominium, tunc neuter coniugum talibus in patronum beneficiariis commodis obligatur.Qua diſtinctione interpretandum cenſeo vetus S.Conſultum,cuius meminimus in citat.Cap.4.Andeg.Legis.Atque adeo ſui iuris tutelæque facta mulier,hæreditarios parentum fũdos non redimit à domino ſuperiori.d.§.96.eiuſd.Conſuet.Idque neotericis etiã Curiæ decretis pronuntiatum eſt.6.Kalend.Sextiles an.1601.in Senatoria.5. Decuria.ex Bleſenſi Municipio,ſecundùm Mariá *Grondeau*,Karoli Carnutenſis vxorem, quæ ab eo fortunis diſparata erat. Cõſimili item PATRVM CONSCRIPT.Sententia poſtridie Idus Martias an.1602.ad prouocationẽ à Vindocinenſi Iuridico,lata inter Antoniam Baugæam Gabrielis Rinei coniugem,quæ appellantis partibus fungebatur, & Iacobum *Leuaſſeur*,dominum ſuperiorem.Nec diuerſum,in forenſibus cauſis orãdis,decreuit nouiſſimè Prætorianus Senatus,14.Kalend.Octobres an. 1603.

Areſtum Curiæ die. 27.Iulij.1601.In.5. Camera Inqueſtarũ Dn.*Chenaiier*licus relatore.

Alterum Curiæ Placitum die.16.Mart. 1602.*ſur l'appel de la Sentence du Bailly de Vendoſmois,ou ſon Lieuten,à S.Calais du 19. d'Auril.*1600.in Cenomanæ Conſuet. interpretatione Ad relationem Dn. *Camus*,in Camera Edictali.

Nunc rogites forſan de dominicis Redemptionalibus nobilis fundi,ſub cõditione à parentibus donati puellæ,quæ nupſerit dehinc, conditio autem euenerit poſt ſolutam iudicio inter coniuges bonorum ſocietatẽ.Reor vtique,hac in hypotheſi,nihilò amplius, quàm ex prædictis,ius quæri patrono.Nam etſi in ſtipulatione condicionali ſpectandum veniat tempus quo contrahimus,non conditionis euentus:quæ nimirum exiſtens conditio ad diem contractus retroducatur. (l.ſi filius famil.ff.De verb.oblig) In donationibus tamẽ conditione ſuſpenſis,

MagniConſilij Iudicatum *en plaidant* die 18.Septem.1603.Leſpugnio dicente pro N.*Raffin* ſeparata bonis à marito Dn. *de Lanſac*.Et Iolyo, pro Comite *de Monſoreau*,feudali domino *à cauſe de la Seign.de la V·ejonnere*, in Cenomania.

ſuſpenſis, huius implemento vniuerſum ius emetimur. leg. 2. § vlt. Et l. ſeq. ff. De donat. Tertij rurſum alicuius intuitu, & quatenus eiuſdem intereſit, haud retroflectitur cōditio actui appoſita. l. potior D. Qui potiores in pign. L. Titius D. Quæ res pign. l. ſiverò non remunerandi ff. ſi filiofamil. D. Mand.

6. SED demus, eum, cui fructuaria vidua nupſerit, redemptionalium debitorem factum. Vt in quibuſdam Galliæ regionibus de more obſeruatur (§. 39.) Caluimontanæ Conſuet.) Cedò, non ſoluente marito, dein vxoris obitu conſolidato vſufructu, proprietarius nè licitè à patrono reijciatur, fidem huic offerens, nec feudi redemptionem ex fructuariæ nuptiis debitam? Domini vtique partes fulcit vſitata Gallici fori regula, clientes cum patrono nihil agere, niſi cū fidelitatis officio iuſta omnia dominica perſoluant. §. 105. 116. 175. 416. Andeg. leg. Atque hoc Gallorum proprium eſt, quòd dominus ob dilatam eorum, quæ beneficiarius debeat, ſolutionem, actionibus non experiatur fere, ſed manu in feudale beneficium immiſſa, fructus lucretur, donec in aſſem ipſi ſatisfiat. Si tamē priùs beneficiarium in fidem receperit, quàm ſua ab eo iura dominica, manus in prædium iniectio ceſſabit, & ad actionem dominus confugiet. Biturigum Conſuet. Artic. 38. 42. Aſt, econtrariò, beneficiarius diſſerit, ſe beneficij vtique obuentionem fructuariam, de qua diſceptatio eſt, nō debere patrono, at certam modo perſonam Lege Municipij deſignatam: maritum nēpe, quem ipſa vnum nominatim redemptionalium debitorem conſtituat. Artic. 87 & 96. Andeg. Cōſuet. Solam itaque condictionem ex lege iſta patrono cōpetere in maritum, eiuſvè hæredes, non in poſſeſſorem nouū beneficij: Quippe quùm tale *Statutum* in perſonam conceptum ſit, non in rem aut prædia clientelarum. Iuxta Bartoli diſtinctionem in l. 1. Cod. De ſum. Trinit. Eòdem refertur Molinei ſentētia nominatim, de luendis à viro vxoriis nobilibus fundis in Dominum ſuperiorem. Ad. §. 21. Victriacæ Campanorum Legis Municip. Verumenimuerò ſi conſtāte iam illo matrimonio, patronus ſibi cauerit dominica prehenſione fundi beneficiarij, tunc res ſemel deuincta iudiciario pignore, tranſmeat ad nouos poſſeſſores ſuo cum onere & cōditione. Inſtar hypothecæ cuiuſuis. l. pignoris perſecutio in rē eſt. Cod. De pignor. l. alienatio ff. De contrahen. empt.

Conſuet. de Chaumōt en Baſſigny, que douaire tenu par veufue ne doit rachapt, mais ſi elle ſe remarie, le ſecond mary doit ledit rachapt.

Main-miſe feodale.

Maritus ſolus debet releuium ex feudo vxoris.

Perſonalis modò, & extraordinaria eſt Rachatus feudalis obligatio, cui ſolus maritus obligatur ideò, quia facit fructus ſuos, non vxor proprietaria feudi. Molin.

Res affecta pignore prætorio, ſemper manet affecta, in quācunque manum tranſeat.

7. AGEDVM, quid ſi nouo coniugi raptus accuſatio mota ſit à tutore, vel propinquis vxoris, Ille nè interim clientelare prædium liberare à patrono tenebitur? Puto teneri, quia raptus in tutorē, vel conſanguineos, minimè cōtrouerſum facit ſtatum ipſum, ius ac vinculum matrimonij, nec impedimento eſt, quo minùs vterque inuicem coniunx maneat, quandiu alter cōmuni hac luce viuus perfruatur. Dempto tamen in caput raptoris ſupplicio, cui, habita quæſtione, cognoſcēs reū forſan adiudicabit. Cuiuſmodi pœnale iudicium non retroducitur ad diem initi connubij, vt ius interea domino partū eripiat. Secus in matrimonio prorſus Lege irrito, ſeu quod illicitum poſtea Iudex pronū-

Raptæ vxoris reus maritus tenetur nihilominus ſoluere rachatum feudi vxorij, licet poſtea cōdēnetur ex raptu.

Abournemens de fief.

tiarit. Ex eo quippe coniugio nulla patronis quæruntur feudi emolumenta. Boërio teſte, in §.8. Bituricæ Cõſuet. Tit. De cóſ. feud. & cenſ. De quo Nos etiam ṽ. Cap.1. Tit.2. Artic.8. Sed quia variis cliẽtelæ fundis moderato æris pretio adſcripta fuêre iuſta Dominica vetere Pacto, diſſertatum eſt in luce fori, nûm ita limitata *feudalis Releuij* æſtimatio, augenda foret ex inferiorum acceſſione nexúque prædiorum cum ſuperiori, *Releuius* obnoxio. Vt putà dominantis fundi poſſeſſor ſeruientem alterum venditum condixit pro imperio poteſtatéque Dominica apud Magiſtratum, ac eundem gẽtilitio ſuo coadunauit. Exin laterali huius hæredi mouetur lis à patrono maiore, Redemptionaliũ nomine feudi, & certatum vtrinque, an nummario quondam Honorario arctata illa commoda duplicari iam expediat, pro modo ſaltem, rationéque inita adiecti feudo latifũdij. A parte enim recti domini promitur antiquæ Conuentionis formula, probabiliter temperatrix patronalium eiuſmodi obuentionum, inſpecta fundi cõſtitutione, ac redituum ipſius, quæ tempore contractus extiterit. Sententia Proculi I.C. in l. Rutilia Polla, Et Iauoleni Priſci, in l.77.ff. De cõtrah. empt. Leg. 2.§.1.ff. De hæred. vel act. vend. Veri enim ſimile fit, paciſcentes exæquaſſe tùm Dominici iuris pretium annuo rei prouentui & æſtimationi. Iudicio Papiniani, in l.1.ff. De reb. dub. E diuerſò autem à cliẽte proponitur, ſubcliẽtelæ prædium (multò ante Pactionem iſtam) à ſuo ipſius decerptũ auulſumque ita fuiſſe Beneficij titulo, vt quaſi eiuſdem portio, in priſtinam cauſam, redhibitoria alienati feudi lege, reuocaretur facilè & in vnũ cum eo, vnde diuulſum fuerat, patrimonio ſuo redigeretur. Qualem feudorum conſolidationem ac *reunionem* miro fauore proſequitur Andeg. Mos (Art.205.) Vt antiquę ſuæ formę res ipſa reddatur. l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. De pact. Alia planè extranei ignobilis Agri conditio eſt, quem ſi emptor nobili ſuo adiecerit, & ambos, communibus mixtim rationibus prouẽtuum acceptolatis, inſtruxerit, haud ideò naturam eandem vterque ſortiri videtur: ſed emptitia arua, clientelaris patrimonij appendices quædam exiſtimãtur. §. 441. Andeg. Cõſuet. l. prædiis §. balneas D. de legat.3. Ex quibus colligitur, beneficiarium poſſeſſorem, diſtracti ſubbeneficij ſui Retractu vnioneque Moribus ſancita, vnũ modò, quod priùs, latifundium obtinere, nec ideo ampliori indictione nummaria onerãdum à domino ſuperiore, quàm quod veteri pacto inter ipſos præfinitum ſit.

Andeg. Leg. §.441. *L'acqueſt, don, ou legs tenu auec ſon fief, domaine, ou meſtairie par dix ans, eſt reputé des appartenances dudit fief, domaine, ou meſtairie, & non de la nature dudict fief, domaine ou meſtairie. Car l'vn peut eſtre hommage, & l'autre non.*

De la couppe du bois taillis, & peſche des eſtãgs, pẽdant l'an du rachapt.

Similiter dominus pendente anno *Rachatus* percipiet fœtus bubuli pecoris & armentorum feudi ſeruientis, duntaxat pro rata eiuſdem anni. Ideoque ſi fœtus (*que eſt l'eſtouail, proffit, & accroiſt du beſtiail*) longè ante nati fuiſſent, & in anno rachatus inſtaret tempus eos tollendi, non poteſt domini

8. IN eodem Redemptionalium argumento, hæc ambiguitas torſit multorum ingenia, nũm patronus, qui pro feudi redemptione ſemel percipit annuum eiuſdem prouẽtum, iuſtè retineat quinquenné tonſilis ſyluæ cæſuram, & piſcium triennem reditũ, qui in ſtagno capiuntur. Celebres enim Legum anteceſſores obnixè aſſerunt, quinquenne lignum è ſylua cædua, quæ poſtremo cuiuſque luſtri anno matura cędatur, vnicum eſſe, ac vnius anni ſyluæ fructũ, quid idcirco totus in patroni ius cõcedat. Iaſon ad l.2. Cod. De iur. emphyt. Et in Authẽt. qui rem Verſ. ſecũdò limita. Cod. De ſacroſanct. Eccleſ. Idque ſubindicat

Ius no-

Ius noſtræ Ciuitatis. §. 113. Et. 121. Aliis, contrà, placuit, annali prouẽtu feudi caduci venire dútaxat quinam portionem cæſorũ quinquennio lignorum, & ternam piſcationis: Népe pro rata vnius anni parte, & annalis reditus, tametſi eo in anno caducario patronus maturã & ſyluam & piſcinam offendiſſet. Ex Papiniani ſententia lib. xi. Quæſtion. l. 8. D. ſolut. matrim. cum Baldo ibidẽ, Alexand. in Reſponſo. 7. Verſ. quartò Lib. 3. Cõſil. Boërius in Cõmentar. Bituricæ Conſ. § 5. Tit. De conſuet. feud. & cenſ. Ac in Iudiciis demùm concertata re, decreuit ORDO AMPLISS. de feudo, Andegaui ſoli, patronum nihilò plus ex maturæ ſyluæ cæſura fructus relaturũ, quàm pro rata vnius quinque annorũ, quibus patrio Ritu maturuerit ſylua. Areſto Pariſien. 14. Kalend. Sextiles. An. 1586. ſecundùm Vilhelmum *Muſſet*. Caſſandræ *de Peingnay* maritũ, aduerſus Yſabellam *Chenu* patronã ex feudo *du Bouchet de Tonteuille*. Philib. Maſſurio litem collegis ſenatoribus explanante. Reliqua de eo in vtrãq; partẽ, ne toties inculcẽtur lectoribus, vide §. Lib. 1. huius Operis De Legibus Andiũ Cap. 36. Artic. 2. Et Lib. 3. FRANCICI CENSVS AVGVSTI. Tit. 17. Artic. vlt. Planè militaris equus, ſeu patria voce obſequioſus, qui à ſubcliente debitus reperitur, quùm cliẽtis feudũ patrono apertũ ſit, huic non competit, anno feudi vacãtis, iurẽque redemptionalium ab eo occupari. Talis enim honorarius equus accẽſetur rebus ſoli potiùs, quàm mouentibus, aut fructuario reditui prædiorum §. 133. Andeg. Cõſuet. De huiuſmodi equo beneficiario, plura in. §. 131. 132. 133. 177. 218. prædictæ Conſuet. & in pragmatici Galli Sũma Rurali. Poſt Macrum I.C. de equo militari extra prouinciam non ducendo in l. officiũ ff. De re milit. Vnde & militantis olim clientis ſucceſſor ferè quiſque ſolebat, defuncti equos & armaſuo *Seniori* donare. Vt Cõradus Cæſar Lege edita ſignificauit, quæ ex Lib. Lombardæ. 3. Tit. 8. De beneficiis deſcribitur. In §. Præcipimus, Ibi, *ſeruato vſu maiorũ valuaſorũ in dandis equis & arm:s ſuis Senioribus*. Ex eoque ſancitum comperio Germanica Lege aurea Karoli 4. Auguſti (Cap. vlt.) vt cùm Germani Proceres feuda ſua recipiant à Cæſare in maioribus ſacri Imperij Comitiis. equi, in quibus ſedẽt, acquirantur militari eiuſdẽ Imperij Architribuno Saxoniæ Duci. an. 1356. Ne quid de equorum collatione dicam, à ſubditis Roman. Principum debita, apud Symmachum Lib. 1. Epiſtol.

nus feudi vi Rachatus ampliùs recipere quàm ad menſuram & modum quo fœtus creuit, & auctus eſt anno rachatus. Alias perciperet fructus præcedentiũ annorum.

Decretũ Curiæ Pariſiẽ. Die. 19. Iulij. an. 1586. *ſur vn proces party en la premiere Chambre des Enqueſtes de la Court, & departy en la. 2. Chambre.*

Cheual ou roucin de ſeruice. Quẽ nũc à purè militari equo ſecernit vſus noſtratium feudorum. Vt diſtinximus ſuprà lib. 1. Cap. 47. Art. vlt.

Ioh Butelerius in Summa Rurali.

Hannoniæ Conſuetudine, ligio vaſallo mortuo meliorẽ eius equum Dominus capit quem voluerit, & arma quædã cap 79. Bulla aurea Imperialis.

Saxonum Dux, magnus Mareſchalus Imperij.

9. DISPICIENDVM inſuper, nũm eo anno, quo beneficium luere cliens neceſſe habet, ſubcliens, qui beneficiarium ſuum prędium mercatus ſit à Titio, rectè ſoluat quintũ & ſubquintum prætij denariolũ patrono ſuperiori. Facti hypotheſis hæc erat. Meuius ex latifũdio nobili beneficiarius fuit Sẽpronij: Ille vita deceſſit, hærede vnico relicto nepote: qui Andiũ Moribus patrono appendere cogitur redemptionalia feudi iura. Hoc igitur vacãte feudo, Publius ſibi ære cõparat gentilem quendã fundum, qui à Meuij ditione beneficiario nomine pendebat. Ac propterea nouus emptor, vt cliẽtelari in patronum munere defungeretur, adiit non proximum vtique, ſed eo ſuperiorem dominum: ad quem proximi feudi ius pro eo ſaltem anno, quo redimen-

Les quints & requints du fief vendu deux au Seigneur feodal.

Ex auitã feudi ſucceſſione releuia domino feudali debita. §. 84. Andeg Cõſuet.

dum iſtud fuit, deuolutum putabat. Aliquantò pòſt, inferior patronus emptoris, qui ab illo ſuperiore beneficium lucrat ſuú, depoſcit ex tali emptione Laudimia. Defédit reus, ea ſe ſuperiori perſoluiſſe, eo temporis puncto, quo beneficium legitimo poſſeſſore vacuú apparebat, aut Dominico certè vſuifructui pro tempore obnoxium. Emptionalia enim, aliæque eiuſmodi obuentiones beneficiariæ computátur in anni fructu caducarij, qui à patrono ex re cliételari lucrifit redemptionalium titulo. Delphinali Deciſion. 477. Replicat actor, hoc ita demùm obtinere, ſi manum fundo inieciſſet patronus: quo ſibi aduigilante, cliens dicitur obdormiſcere, & econtrà. Nec enim priùs ille beneficiarij agri fructus ſuos facit, quàm agrum ipſum vel publicè poſſidendú curarit, vel ſuapte manu Dominica prehéderit. §. 103. 116. 436. Andeg. Conſuet. Ad ea rurſus emptor reſpondet, multùm intereſſe, an ob diſſolutam modò fidem antiqui cliétis beneficium vacet, an ob debitam quoque beneficij redemptionem. Illo enim caſu, patronus illicitè ſibi arrogat beneficiarij prædij reditus, niſi manu priùs in fúdum immiſſa. Hoc autem caſu, ſtatim à die obitus vltimi beneficiarij, prouentus ennalis, qui è fundo carpitur, ſpectat ad dominantis prædij dominú ipſo iure, indies per annum colligendus. Artic. 113. 115. patriæ Cóſuet. Patroni quidem fauore ſtatutum eſt Articulo ſequenti, vt ſi ob deſertam fidem, vnà cum debitis redemptionalibus, feudum dominus occupet, ipſius tum feudi reditus, qui pœnæ cauſa in contumacem & inofficioſum clientem capiuntur, mero lucro cedant patroni nec clientem annaria lege ſoluát redimendi beneficij. Atque huic ciuicæ Conſtitutioni ſuccinit Modeſtini reſponſum, l. Id quod pœnæ nomine ff. De ſolut. Cum Vlpiani. l. pœnæ non ſolent D. de condict. indeb. Et Regula, quod à quoquam De regul. Iur. Ergo fauore Domini introducta, ne fas eſt in eius odium detorqueri. Pœnales item cótumaciæ fructus patrono difficiliùs tribuit Mos prouincialis, quàm qui primaria beneficij lege ab illo condicútur, quaſi antiqua ſua arua repetente, vel ab ſe redimi ſaltem procurante. Rectum enim dominium actu retentum trahit ſecum vtile, vi quadam ſua velut adamantina. Vt Baldus ait, Iuris Reſponſo. 9. Lib. 1. Maximéque iſthuc cófert. §. 123. patriæ Legis. Proinde, vt rem compendio abſoluam, de eo conſulentibus dixi, emptorem, ſuperiori patrono depéſis laudimiis, efficaciter liberatum videri. Enimuerò patronus idem minùs æquè ac probè redemptionem poſtularit beneficiariæ ditionis, quę à generoſo auo liberaliter erogata ſit nepoti ex primigenio. Nam hic quidem hæreditariú inteſtati aui feudum idcirco luit à recto Domino apud Andes, quòd intermedio ſolum patre repræſentato, nepos habilis fiat ad auitam cernendá hæreditatem. Moris patrij Art. 84. Sed ex donatione in liberos collata, nullum eſt, econtra, proditum Domino * τῆς ἀναλήψεως compendium: (Art. 96.) quia donatarius nepos directò poſſidendi cauſam deſumat ab auo donatore, nec patrem exprimere habeat neceſſe, eiuſuè repręſentandi iure vti. Quod longè diuerſum eſt à legitima in auitas res

ſucceſſione:

Guid. Pap.

Quád le Seigneur veille, le Vaſſal dort, & econuerſo. Vt noſtri Conſuetudinarij loquuntur.

Dominium directú habet vim attractiuam dominij vtilis.

Hoc vocatur Rachapt rencontre in d. §. 123. Andeg. Cóſuet. Sed locali etiam More del Afertébernard, au Maine, dicitur feudú burſale, cui quoties ſeruiés feudum aperitur, tunc releuium & emolumentú feudi dimidiatim diuiditur inter Burſalis feudi dominum, & ſuperioré immediatú De eo feudo Burſali. vide Artic. 282. Cenom leg. Cótra Molineum in Gloz. 9. Ver. Pendát la main Num. 43. 44. 45. 46. & 47. Tit. 1. Pariſien. Conſuet.

** Releuij feudalis.*

ſucceſſione: quæ nepoti tantùm defertur in ſtirpes ibidem, ac paterno ſtemmatum gradu relato. Artic. 222. & 225. Andeg. Conſuet. Illa rurſus odio digna Conſtitutio redemptionalium feudi in ſuos, rectóque tramite parentum hæredes, minimè eſt in argumentum protrahenda. l. Quod verò contra rationem Iuris receptum eſt. π. De legib. l. In ſuis. π. De liber. & poſthum. l. cùm miles D. Ex quib. cauſ. maior. l. ſi auus Cod. de liber. præter.

10. Certum eſt, beneficiario patre mortuo, qui nuptas filias hæredes cum maribus reliquerit, haud ideo patronos exigere feudi redemptionem debere pro rata nuptarum portione, ſed rerum inter hęredes diuiſionem opperiri. Vt æquiſſimis Curiæ Sententiis decretum præmonuimus Libro priore, Cap. 4. Artic. 15. Per enim abſurdum foret, mulierem, cui fortè, in herciſcunda pòſt familia, nihil ſit ex feudali beneficio obuenturum, eius interim redemptionalia vrgeǹti domino repræſentare. Nā etſi Molineus diuerſæ opinionis aſſertor ſcribat, ius in rem ſemel domino partum cohæredis filiæ nuptiis, ſequenti diuiſione adimi non poſſe (in §. 1. Legum Pariſien.) Illud tamen intelligitur de vero ac puro iure, ſeu purè quæſito, non autem de ſuſpenſo, pendentique, aut *ſuſpenſiuè* reuocabili. Quale iſtud eſt pro indiuiſo hæreditarium, quod ab altero cohæredum forſitan poſteriori diuiſionis ſorte auocabitur. Ius quippe iſtiuſmodi cōditionale, ſeu quod à futuro partitionis euentu propēdet, leuius eſt, quàm vt ei velut clauo trabali, patronum inniti oporteat. Nec tale ius citò mobile ſpectandum ait Iulius Paulus l. penult. §. 1. π. De except. rei iudic. l. 59. D. Ad Trebell. l. ſi maritus, vbi Bald. Cod. De inoff. teſtam. His ſubiunge, hæreditatis diuiſionem eſſe reſolutionem neceſſariam, quæ illius partem pro indiuiſo antea hæredi ſtatutam retrò reſoluat. Argumento Papiniani in l. 1. D. Qui potiores. Quùm præſertim bonorum communioni perenni nemo rectè obligetur. l. in hoc iudicium. §. ſi conueniat D. commun. diuid. l. Nulla ſocietatis in æternum coitio eſt D. Pro ſoc. Quoniam ergo diuiſionis actus vim obtinet retrò relatiuam ad diem obitus defuncti, cuius hæreditatem liberi inuicem partiuntur, horum cuiuſque ius pendulum eſt, ac futuræ partitionis expectatione ſuſpenſum. Quippe licet medio tempore filia cōiunx partis ſuæ fructus decerpat, non idcirco luere eam à patrono cogitur fructuaria ipſa, niſi cum iure fruendi proprietatem fundi habeat coniunctam. Quam ego fundi proprietatem ſic interpretor, vt id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non valeat. Regula, Id quod noſtrum De regul. Iur. Neceſſaria autem hereditariorum corporum diuiſione nobis vel inuitis noſtra auellitur portiuncula, quæ indiuiſim per totam hæreditatem difundebatur. l. alienationes D. famil. herciſc. Interea igitur quæ momento durant, non ſunt attendenda. l. ſi cōſentiente Cod. De donat. ante nupt. Nec cenſetur in rem verſum, quod minimè durat. l. ſi pro patre. §. verſum. π. De in rē ver. Quò per-

Ita licet paterna feudalis ſucceſſio, filiæ nuptæ, cum aliis ſororibus, obtigerit: Eius tamē diuiſione facta poſt mariti obitum, nulla debentur Releuia domino feudi. Quum partitio illa poſterior, tertij reſpectu non retrotrahatur ad tempus matrimonij, quo maritus nunquam feudū poſſederat, vnde fructuaria iura Domino, tanquā in extraneū vaſallū quæri poſſent.

Neceſſaria reſolutio actus habet effectū retro annullatiuum: De voluntaria ſecus.

Nemo etiam inuitus ad communionē cogi dicitur Vlpiano. l. ſi non ſortem. §. ſi cētum. π. De condict. indeb.

tinet etiam Biturigum Mos in ſcripta redactus.§. 17. Tit. De Feudis. Cum nota Regula Iuris antiqui, perfectè id cuiúſque eſſe non videri, quod ex cauſa auferri poſſit: & quod in pendenti eſt, pro eo haberi, ac ſi non ſit.l. Omnes actiones.§.1.ꝶ. De regul. Iur. Leg. 1.§. ſi pendeat. ꝶ. De S.C. Macedó. Ea de cauſa PATRES PARISIEN. iudicio cenſuerunt patronos ancipitem familiæ herciſcúdæ inter liberos euentú præſtolari debere, antequàm indiuiſas nuptarum filiarú partes, quaſi ab ipſis luendas, inuadant. Si tamen ſolæ fuerint hæredes filiæ, ac connubio iunctæ omnes, patronus à ſingulis redemptionalia exiget ſtatim à die hæreditatis delatæ, nulla diuidundæ ipſius inſpecta mora: quùm eo caſu hæredes omnes nullo diſcrimine ſint redemptionalibus obnoxij. Sed quia familiæ partitio, eſt nuda portionum cuiúſque explicatio, veriùs quàm attributio noua, cótentus eſſe patronus debet ſemel percepto redemptionalium emolumento. Propone nunc, filias bino diuiſionis placito communes res viciſſim diſtribuiſſe, fiduciario primùm, altero deinde communioné purè ſoluēte. Rogo, an, ſi vna hæredum à colono Dominico beneficium liberarit, quod ſibi vindiciaria partitione obuenerat, teneatur iterum, nouo colono, patronouè redéptionalia pendere ex vltima cóformi, puráque diuiſione hæreditatis: An patronus ſaltem priori colono iuſta perſoluta, ab eoque at repoſcere. Arbitror vtique, nec filiam gemino onere, eiuſdem rei intuitu, grauandam, nec patronum à colono recepta condicere poſſe. Quandoquidem pura ſimpléxque diuiſio poſterior retrorſum fertur ad diem præcedentis fiduciariæ, quam & illa confirmarit: Tantùm abeſt, vt luendi beneficij commoda metiri ſolùm pura rei partitione oporteat. Cæterum ſi natu minores puellæ Diuiſionis placito, profiteátur, ſuas feudi particulas primigeniæ ſorori vectigales, Cenſualíque lege addictas, Tunc ſoror, recta domina illis indemnitatem præſtabit Dominicæ * τ̃ Ἀναχάιμψεως erga ſuperiorem, quoties eiuſdem facto vel culpa, res cliētelæ de patrono luenda occurrerit.§.262. Andegaué. Morum. Cuiuſmodi factum, culpamuè, ex qua, redimi feudale beneficium expediat, perſpicuè definit iuſta Interpres, Andium Conſuetudo, §. 316. & 317. Vnde ſi iuniorum ſororum matrimonio, vt primogenitæ, vel propagatorum ab iis, mutetur feudi poſſeſſor nouus quiſque cliens maritus diſtinctè patrono Redemptionalia péſitabit, quaſi onus fructuum beneficiarij fundi, quos ſinguli cóiuges fructus ſuos faciút. Iuxta leg. Quæro.ꝶ. De vſufr. leg. l. Hactenus.§.1.ꝶ. De vſufr. Id quod pariter Andegauo Ritu præſcriptum eſt, Artic. 87. & 96. Denique redemptionalium ab clientulæ nuptiis cauſam primariam denotat Syriaca Lex, à Gottofredo Bulioneo quondam, & poſteris Regibus Latinis condita, in Solymorum Vrbe: quò Francica militum Colonia ſuas Leges, vnà cum ſacris militaribus Vexillis, intulerat. Philippo 1. Gallis imperante. Eius Legis conceptio talis eſt, *Le ſegnor ne peut deſtraindre de marier fame qui tient fié, qui ne doit ſeruice de cors, ne elle ne ſe peut marier ſans ſon congé:*

Hæreditatis partitio prouiſionalis, deinde definitiua.

Actus confirmatio, nó eſt noui iuris datio. §. interim Authent. De defenſ. ciuit. Bart. in l. More maiorum Num. ſ.ꝶ. De iuriſdict. omn. iudic.

* renouationis ſeu redemptionis feudi. In voluntaria quidé partis feudi alienatione, retéto directo dominio, vaſallus alienator, eiuſue hæres tenetur, emptorem donatariumuè particularem exonerare feudali releuio indiſtinctè erga patronum ſuperiorem. Art. 101. And. Cóſ. Sed in neceſſaria alienatione per diuiſionem hæreditatis, is qui habet maioré partem iure primogenituræ, tenetur tātum alios liberare. Rachatu feudi, ex ſuo facto vel culpa, contingente.

Lex Hieroſolymitana

congé: Autrement elle perdra ſon fié. Item *ſe homme dou Seignor prent fame, qui tient fié do ſeignor, de quei ele li en doit le mariage, ou ne ſe puiſſe marier ſans le congé dou ſeignor, & il ne le fet par le commandement dou ſeignor, il ne deit ſaiſir ne tenir le fié de la fame, ſe il ne le fet de par le ſeignor, Ains le doit laiſſer eſtre, &c.*

11. Ex facto agitata eſt apud CONSCRIPTOS CVRIÆ de redemptione feudi lis eiuſmodi. Caius ſuo, ac nepotis tutorio nomine locauit Vranio Dominicum ſeu patronalem fundum nepotis proprium, & clientelarem ipſius Titianum, qui auo Gaio proprietatis iure competebat. Poſtmodū facto functus eſt locator Caius, cui nepos in prędium iſtud inferius ſucceſſit. Eo tamē prædio frui ſibi licere poſtulat Vranius anno integro mortis auitæ, nulla quidem mercede cōductionis, ſed gratuito liberóque redēptionalium titulo. Ac propterea lege agit in nepotem hæredem, vt auitū beneficium à ſe ipſo luere compellatur, qui dominicum prædium ſeptenni conductione detineret. Iuxta Articulum. 84. Andeg. Conſuet. Econtrariò autem nepos, colonum iniqua poſcere, qui quod ab ipſo vno ius & cauſam poſſidēdi habeat, eodem in ſuum auctorem iure vti velit. Iuliani ſententia in. l. 41. D. de minor. 25 annis. Doctor. ad l. ſi poſt mortem. ff. De bonor. poſſeſſ. cont. tabul. Rurſus generali, aut indefinita rerum diſpoſitione perſonam loquentis minimè comprehendi. Labeonis Lege antepenul. §. ſi habitatoribus. ff. De Action. emp. Nec enim Iuris coniectura præſumptum eſt, quempiam aduerſum ſe alteri cedere actionibus velle. l. ſi peculium. § vlt. ff. De pecul. legat. Proinde tranſcriptis ab auo tutore in colonum pupillaris feudi obuētionibus cunctis fructuariis, tacitè cenſetur dempta ea, quæ in caput ipſum impuberis domini refunderetur. Item planè abſonum ſit, eundem actum cōtrarios effectus producere, obligationem nempe, & liberationem ſeu extinctionem ſeruitutis clientelaris, quam conſolidatio cōfuſióque prædiorum apud eundem poſſeſſorem inducat. l. Qui hominem. §. vlt. ff. De ſolut. Quùm enim auo clienti patronus nepos in beneficium lege ſucceſſerit hæreditatum, momento ſublata eſt clientelarum ſeruitus prædiaria: quòd nulli res ſua ac propria ſeruiat. l. in re communi. ff. de ſeruit. vrban. præd. l. Cùm eſſent In fi. ff. De ſeruit. ruſtic præd. His, atque aliis rationibus conſultori in Foro reſpondi, nepotis cauſam æquiorem videri, nec ipſius colonum redemptionalia feudi ab eodem petere poſſe. Cæteroquin tanta Redemptionalis huius Dominici vis eſt, vt quaſi conſolidato ſimul fundi dominio vtili, ac directo, patronus plene fruatur re beneficiaria toto anni curriculo, nec locationis lege teneatur inferioris prędij, quam antea cliens contraxerit. §. 122. Morum Andenſium. Cui non malè congruit dictum Baldi. ad. §. Rurſus ſi fidelis. Quib. mod. feud. amitt. Verſ. *quid ſi vaſallus domino refutauit, vtrum ille qui accepit per libellum, vel pignori, poterit per dominum expelli: Reſpondetur quòd ſic. Ergo fortius in ſimplici colono, qui nunquam habuit aliquod ius in re.* Et hæc quidem de eo qui nummis colat: ſecus de partiario colono, quem

An confuſione fundorum, de qua hic in textu, extinguatur ſeruitus feudalis *Rachatum & Releuij*.

Hac item Conſuet. frater fratris hæres, (quia nullo medio & ſine repreſentatione ſuccedit) non debet releuium domino feudi. artic 84. Quid de vterino fratre, qui in maternū feudum fratri ſuccedit Iudicatum eſt, eū debere quaſi medio, & repræſentatione matris ſucceſſerit inſpectoque ſtipite, ex regula. *Materna maternis* Supremo iudicio (die 1. Octob An. 1574.) Delegatorum à Rege in Camera Reginæ, in Palatio Pariſien ſecundum procuratorem [illegible], *contra Iean [illegible] d'E[illegible]nay & Marguerite d'Eſ[illegible] ſa femme Contre [illegible] de Dure[illegible]al.* Quod mihi nouum videtur, cum minimè origo bonorum, ſed perſonarū interpoſitio, per quas ſucceditur, inducat repræſentationem & medium ſuccedendi. d. §. 84. Alioqui, in omni collaterali mediatè ſuccederetur. (quia ibi per lineas ſucceditur. §. 2 8.) Quod eſſet abſurdū.

Les fruicts de l'an du rachapt au Seigneur de fief.

velut ſocium agnoſcere ferréque debet patronus, beneficium occupâs pro ſuo redemptionis iure. §.114. noſtræ Conſuet. Ex ratione. l. ſi merces. §. vis maior. D. Locati. Ad hęc, regula ſuperior non procedit in dominica venditi beneficij reuocatione ex legibus Retractuum Municipalium. Quùm enim hoc caſu redéptor patronus, ſuccedaneus ſit emptoris, qui fũdum bona fide locauerit, ei ſtare locationi debebit. Bald. in l.1. In fi. De iure fiſci. Lib. 10. Cod. Tiraquellus in Retractu conuentionali, Gloz. 1. Num. 14. 15. 16. 17. Promiſcuè verò apud Pariſios dominus, qui vacui ſui beneficij poſſeſſionem arripuerit, ſeruare neceſſe habet locationes à cliente priùs citra fraudem celebratas. §. 56. & 57. nouæ Legis Municip. Contra Molinei opinionem in §. 30. vetuſtæ Pariſiorum Conſuet. Num. 104. cum. 3. ſequent. Qui tamen hypotheca feudi ſubnixum conductorem tuendum opinatur.

Retractus feudalis.

Vacantis itẽ eccleſię Oeconomus nõ poteſt colonos expellere. Vt Areſto iudicatum eſt in Magnis Diebus Pictauorum Die. 19. Septemb. an. 1579. pro conductoribus reddituũ Abbatiæ *de la Celle, à Poictiers*, appellantibus, pro quibus Chauuetus dicebat, contra Abbatiæ Oeconomum, pro quo, *Faure*.

Fief en l'air.

ECQVID porro de feudis æreis, quæ incorporeo tantùm in clien- 12.
tes iure conflata ſint, abſque Dominicis rebus prædiariis? An talium conductioni feudorum patronus alligabitur, qui tanquã in vacua venerit? Pro conductore ſuggeretur, duram Andium legem, quæ corporalium fundorum colonos excludat, ingrediente patrono, (§. 122.) ad conductores ærei incorporalíſque feudi non pertinere, quod aduétitiis ſolùm in clientes commodis, ſolariíſque vectigalibus conſtet. Cé ſeo tamen, patronum nihilò arctiùs huic, quàm illi, feudorum conductioni caducorum adſtringi. Nam vtrobique eadem manet Dominicæ poteſtatis ratio, nec minùs clientes, quàm prædia ipſa, in feudi patrimonio habentur. Vt enim fateamur, clientum ceſſione, beneficij patrimonium (vulgò *domanium*) non tranſire. Bald. ad. §. in generali Tit. ſi de feudo fuer. content. inter domin. & agnat. In Feud. Patroni certe intuitu, beneficium peræquè ſubditis & clientulis, vt prædiis conſtituitur: illóque aperto, eadem in ſubditos iuſta cliẽtelaria patronus percipit, quę ipſius beneficiarius, antequàm vacaret poſſeſſore beneficium, exigere potuiſſet. Qua de re ab Aimoyno ſubmonemur, Regni Lotharij partitionem deſcribente inter Karolum Caluum, & Ludouicum Germaniæ regem. LVDOVICO, infit, METENSIS CIVITAS CESSIT, CVM COMITATV MOSLENSI, ET VILLIS IN EO CONSISTENTIBVS, TAM COMINICATIS, QVAM VASALLORVM. Francicæ Hiſt. Lib. 5. Cap. 25. Nec ita diu pòſt, Rheginonis teſtimonio, *Luidolfus in Regis patris gratiam reuocatus. Vaſallos quos habuit, & Ducatum patri reddidit, cui Burchardus in Ducatu ſucceſſit.* An. 954. Lib. 2. Chronicõn. Attamen ſubclientelæ fundos inuadere, ius tum non erit patrono, cùm ſubclientes in fidem aſſumptos eo tempore compererit, quo clientelare in prædium, amiſſo poſſeſſore, vacuum ſuam manum inuexiſſet. Sepoſitis inde iuniorum cohæredũ ſubbeneficijsquę, mutato beneficijs feudalis, maiori natu, poſſeſſore, licet ſuperiori domino mixtim confuſimque pignerari, cum beneficio ipſo. Vt à Nobis fuſè demonſtratum eſt in Commentariis Legum Pariſien. Verùm hoc certè caſu, primigenius cliens, quẽ minores natu

Conſuet §. 122. ſic incipit *Quãt aux meſtairies, ou domaines baillez à rente, ou à ferme, il ſera au choix du ſeigneur de fief, de prẽdre la portion des fruicts qu'vn ſeigneur a accouſtumé de prendre en ſa meſtairie labourée par meſtayer, ou la ferme ou rente, ſi la choſe eſt affermeé ou arrentée, &c.*

Ceſſione vaſallorum non venit domaniũ feudi.

Retrofeuda, iuſtè nõ ſaiſiuntur. cum pleno feudo. ſi tunc ſubuaſalli fuerint in fide Excepto ſubfeudo impoſito *par forme de Parage ou Chemerage* inter cohæredes.

Lib. 1. Tit. 2. Art. 20.

natu propinqui, * ἀμεσῶς patronum agnorint, tenetur, iis Dominicæ prehenſionis feudi indemnitatem præſtare Andegauo Ritu. §. 201. Pictonico, non item. art. 95.

*immediatè.

Andegauum hunc Morem accipe ſecūdùm diſtinctionem ſuprà poſitam in art. 10 cum Marginali Annotat.

13. IACENTI paternæ hæreditati curator datur extraneus, luere nè ipſam à patrono curator hic tenebitur? Variis certè Prouinciarum Moribus tutori indicitur onus redimendi pupillaris Beneficij. §. 107. Andegauæ. 119. Cenomanæ Conſuet. At non leue diſcrimen eſt inter curatorem bonorum, & tutorem perſonæ cum rebus datum. Illa enim curatio, tanquam nuda rerum cuſtodia, non mutat fundi dominium neque poſſeſſionem: ſed accommodato curatoris ipſius nomine bona diſtrahuntur in gratiam creditorum: l. cùm plures. D. de rebus auctorit. iudic. poſſiden. l. vlt. ⸗. De curat. bon. dan. Interim ergo hæreditas iacens defuncti perſonam ſuſtinet, nec ſub curatoris officio in alienam gentem ac familiam transmiſſa videri poteſt. l. Hæreditas. D. de acquir. rer. dom. l. mortuo reo. ⸗. De fideiuſſ. Huc alludit elegans Deciſio Capel. Tholoſ. 134. ſola bonorum ceſſione priores dominos ea non amittere. Ex Bart. in l. Quem pœnitet. ⸗. De ceſſ. bon. Iis ſuccinit etiam Pariſiorum conſtitutio Municipalis, (§. 151. 152.) hæredia defuncti, quæ bonorum curatore auctore venierint haſta publica, lege condici gentilitia ab agnatis demortui perinde, ac ſi ea hic ipſe auctioni ſubieciſſet. Quare primo quidem obtutu redemptionalia nulla patrono deberi ſentias, cùm hæreditati curator decernetur. Haud ſimpliciter tamen huic opinioni ſubſcribo, quùm nec priùs fermè conſtituatur curator bonorum, quàm liberi hæreditatem repudiarint, quos proxima ſucceſſionis tractandæ ratio ſpectat. Renunciantibus autem iuri ſuo liberis, nec fratre ſororéque hęreditatem ſubſidiò cernentibus, expedit bona publicè poſſideri, ac tantiſper ſequeſtrò deponi penes curatorem, dùm ſolennibus præconiis abalienentur. Ex quo patefit aditus Dominicæ feudi redemptioni. §. 84. Andeg. Conſuet. Quòd ſi iuſtæ ſobolis renunciatione frater defuncti miſceret ſe hæreditati, haud ideò redimere ei neceſſe foret à patrono beneficium, quia intermedio quodam liberorum gradu propiore bona capeſſere putaretur. Nam aliud eſt, propinquioris gradus repræſentato iure hæreditarias res petere, aliud, repudiantis locum ſubire, quaſi ex ſucceſſorio edicto. Nam illo caſu, quiſquis, medio interpoſito, defunctis ſuccedit, feudum à domino luit. Andegauo More, in cit. §. 84. Hoc autem caſu, repudians in ea cauſa habetur, ac ſi nunquam re ſpéque hæres extitiſſet. Vlpiani. l. quia retro Leg. ſeq. D. Ad Leg. Aquil. Et Martiani. l. quædã. ⸗. De reb. dub. Cum Pomponiana leg. 8. ⸗. De reb. cred. Exin frater ſubinde fraternam hæreditatem nanciſcitur, nullo mediæ perſonæ interuentu, propter quem redimat à patrono beneficium, ex præſcripto Legis noſtræ Prouincialis. Reliqua de luendis à cliente in patronum beneficiis perſtrinximus obiter ſuprà, Lib. 1. *De Iuriſdictione Andegaua.*

Vn heritage propre adiugé par decret ſur vn curateur aux biens vacans, ou ſur vn heritier par benefice d'inuentaire, eſt ſubiect à retraict: mais non pas l'heritage d'acqueſts dudit deffunct.

Quant le ſucceſſeur d'homme ou femme de foy n'eſt leur heritier sãs moyen, comme s'il n'eſt leur fils ou fille, frere ou ſœur, & non plus, en ce cas il doit le rachapt des fiefs hereditaires au Seigneur. cap. 84. Andeg. Conſuet.

Cap. 4 art. 14. 15. 16. Et cap. 12 art. 3. 4. 5.

Tit. II.

DE IVRE DEPORTVS MINORIS ÆTATIS, ET NOBILI PVPILLORVM CVSTODIA.

1. *Origo feudalium* Deportuum *minoris ætatis.*
Inter Nobiles tantùm, Deportui *iſti locus eſt.*
2. *A quo iudice detur tutor, cuius creatione,* Deportus, *Domino feudi apertus ſit.*
3. *An pupillaris feudi fructus capiente domino iure* Deportus, *minor* doariæ *feudi vidua ſoluat quod intereſt.*
4. *Pater, materuè non dicitur acceptaſſe pupilli* gardiam *nobilem, vt impediat* feudalem deportum, *niſi domino ſimul fidem ex feudo præſtiterit.*
5. *Nùm auus & auia, nepotum cuſtodes nobiles eſſe poſſint.*
An Gardia *nobilis præciſè acceptanda ſit in iudicio.*
Inuentarij confectio rerum pupillarium, Cuſtodi *nobili curanda; Alioqui ipſe priuandus* Gardia *nobili.*
6. *Impenſæ in funus defuncti, ſunt debita hæreditaria, quæ cuſtos nobilis ſoluere cogitur.*
Gardianus *nobilis tenetur, pupillaria Ædificia ſarta tecta tueri.*
7. *Retractu* feudali *quæſitum prædium à cuſtode nobili, reddendum ſit necne pupillo domino feudali, reſtituto pretio.*
8. *Bona vndecunque pupillo obuenientia apud Andes, teguntur nobili parentum cuſtodia.*
9. *Semel acceptata tutela ſimplici, fructuariam acceptare non licere.*
Rex, in Normania, concurrens cum alio Domino feudali minorum annis, huic præfertur in Gardia *ipſorum.*
10. *Quouſque extendatur hypotheca bonorũ tutoris pro adminiſtratione tutelæ.*
11. *Fructus bonorum pupillarium pro rata anni diſtribui inter cuſtodem nobilem, & hæredes pupilli.*
12. *Fructuariæ tutelæ acceptatio ſequens retrotrahitur ad diem mortis alterius parentis impuberum.*
13. *Lucrum mobilium impuberis à cuſtode nobili ſecundò nubente nec amitti, nec reduci ad vſumfructum, vbicunque ea cuſtodia ſecundis nuptiis non deperdatur.*
14. *Quænam cuſtodis nobilis debita* actiua *confundantur acceptatione nobilis cuſtodiæ.*
Vnius ſummæ Doarium *confunditur in vidua, Mobilium hærede, & vſusfructus Immobilium filij præmortui.*

VVLGARI

1. VVLGARI Redemptionalium oneri affine eſt ius *Deportus*, in beneficiaria prædia minorum annis. Nam licet odio digna ſit obuentio hæc dominica in filios, filiáſque inuptas parentum hæredes, & Andibus hodie parum vſitata: Eam tamen patriæ Legi adſcriptam ſilentio præterire nolui, tum ne deſerti officij reus coarguerer, tum vt Cenomanis finitimis, qui *Deportu* crebrò vtuntur, pro virili conſulerem. Ac regulariter quidem maiores annis paterna beneficia non redimunt, aut materna, Andeg. Legis §. 84. Sed de pupillis ita lege proſpectum eſt, vt ſi alteruter parens orbi filij cuſtodiam nobilem reſpueret, quam pietatis voto complectés, filij viciſſim bonorum fructus lucrifeciſſet, ſubſidio patronus clientis tutelam impuberis promoueret, operæque pretium, beſſem pupillarium fructuum anni perciperet. §. 107. ciuilium Andegauiæ Conſtitutionum. Cuiuſmodi iuſta dominica, *Deportus* ibidem nuncupatur, & §.119. Cenomanæ Conſuet. Sicuti enim Lege 12. Tabul. patrono deferebatur liberti tutela per conſequentias hereditatum, quæ ex ipſa lege manumiſſori datæ ſunt: Ita eius exemplo tutela dominorum in Mores irrepſit, facta etiam poteſtate fruendi. Inſtitut. Ciuil. De legit. patronorum tutela, ſecundùm Vlpiani legem 3. ff. De legit. tutor. Sed hoc quidem tutelare ius fructuarium, generoſis proprium eſt illuſtribúſque familiis, nec plebeiis indultum. §. 88. patriæ Leg. Excepto, ſi ignobilis mulier natalibus claro nupſerit: cui tanquam à viro nobilitatæ Cuſtodia nobilis datur orborum patre liberorum communium. Art. 94. præd. Conſuet. Vnde nec dominicus *Deportus* in plebeios impuberes locum ſibi vindicaret apud Andes. Pręd art. 107. Quod minùs diſertè explanatum fuit Cenomano More, in cita. Art. 119. qui *Deportum* pariter in lucem inuexit. De quibus voluere eſt, à Nobis prænotata Tit. 2. Partis. 1. Vniuerſim autem fructuariæ in pupillum Tutelæ onere liberatos oſtendi Vindocinenſes Andium Regulos impuberes, Principali Reſcripto Karoli 8. lib. 2. PARISIEN. MORVM.

Deport de minorité. Veluti Deportus, & Annatæ beneficiorũ Eccleſiaſtic. vacãtium.

En cas que le ſuruiuant des pere ou mere ne recueille le bail & garde noble de ſes enfans heritiers du predecedé, en ce cas le ſeigneur feodal leur faict ordonner tuteurs, & en ce faiſant, prend les 2. tiers du reuenu d'vn an du fief tenu de luy, l'autre tiers laiſſé au mineur pour ſa nourriture. Artic. 107. & 108. Andeg Conſuet.

Inter Nobiles ſolos Gardia nobilis procedit.

Art. 107. Verſ. *En celuy cas que le bail n'auroit eſté recueilly.*

Tit. 7. art. 10.

2. HOC vtique Tutelari in negotio primùm ambigitur, vbi, & apud quem petantur tutores, inſtante patrono. Concedamus enim, tutorem eo loci conſtituendum, in quo pupillus domicilium habeat ſedémque fortunarum. l. 1. ff. De tutor. & curat. dat. ab iis. Et Cæſarea Antonini lege vn. Cod. Vbi petan. tut. Mordicùs tamen aſſeret patronus, qui meri ſimul imperij iure præditus ſit, tutores ſuo in foro clienti decernendos, eóque pupilli agnatos, etſi alibi cum ipſo larem foueant, vocari debere. Cùm enim pupilli res clientelaris, quæ dato tutore, in *Deportum* incidit, contineatur intra Ditionis metas, Iuridicæque poteſtatis patroni, æquum videtur ſpecie ipſa prima, de tutore clienti dando perinde agi apud Domini magiſtratum, ac de iuſtis Dominicis, quæ tutoris conſtitutionem proximè ſequuntur Patrio Ri-

Dominus feudi idémque altus Iuſtitiarius locorum.

tu. Idem quippe iuris eſt de præparatorio, quod de præparato, déque antecedenti, quod de conſequenti. l. illud dubitari. ff. De acquir. hæred. Beneficiariæ verò controuerſiæ patronus iudex eſt, nec alieno in tribunali condicere penſitationes ſibi debitas ſolet. Vt ſuperiùs à nobis eſt expoſitum. Aſt in contrarium à propinquis pupilli adferetur, tutelam minorum annis latè patere in caput ac fortunas omnes impuberis vbicunque ſitas, nedùm in rem eius patroni beneficiariam, Iuríſque dictione ipſimet ſubditam. Proin vbi maior pars bonorum ſit, cum domicilio pupilli, neceſſariorúmque eius, ibi creari tutorem oportere. Ambiguæ demùm quæſtionis fori* Analyſin puto hanc, vt ſi Dominicus procurator ſuum in forum illos acciuerit nominatim tutoris legendi gratia, quò ſemel lectus, patronum ſuo *Deportus* honorario frui ſineret, tunc pro ipſius iuriſdictione ſit pronuntiandum: Sin autem purè abſolutéque iidem iſthuc arceſſantur, tutorem ſuffragiis deſignaturi, tùm ad ſuos Iudices cognitio reiiciatur. Controuerſæ enim iuriſdictionis negotium deciditur ex libelli formula petitoris. l. Cùm quædam puella. §. vlt. ff. De iuriſdict. omn. iudic. l. 1. D. ſi pars hæredit. petat.

° Cauſa feudi inter dominũ & vaſallum tractari debet in foro Domini feudi.

* Reſolution: quæſtion.

Quoties de quantitate ad iuriſdictionẽ pertinente quæritur, ſemper quantum petatur, non quantum debeatur, ſpectandum eſt.

Ex parte actoris ius metimur.

3. CVM filij hæredis minor ætas cauſam præbeat *Deportui* dominico, fuit quæſtionis, ille nè viduam indemnem ſeruare debeat eius prædij fructuariam, cuius reditum annuo ſpatio ab ea patronus euincat. Nam hunc ex euictione regreſſum vidua muniet Lege Andium. (§. 316. 317.) vti proprietarius hæres, in rem fructuariæ, prædium liberandum curet Dominico redemptionali. Sed aduerſus petitam indemnitatem ita ſe hæres tuebitur, patria quidem Conſtitutione, ſucceſſorem, viduæ periculum præſtare ablatorum à domino fructuum, ſi illius facto, ſeu connubio caducum beneficium fieret, ob idque, ex Dominica manu redimendum. °Vtputà ſi hæres filia conueniſſet in manum viri, & cum eo in matrimonium coiiſſet. citat. §. 316. At diuerſum vtique, ſi vltimi beneficiarij obitu hęreditarius fundus in cauſam caduci deciderit, vt in hac facti ſpecie. Tunc enim dominus proprietatis de euictione fructuum non tenetur. d. §. 317. Ad ea verò replicat fructuaria mulier, nulla iſthîc redemptionalium commoda patrono obtigiſſe fato, vel facto beneficiarij defuncti, qui ad filium bona ſua hæreditate tranſmiſerit: ſed hæredis pupillarem ætatem Dominico iuri cauſam dediſſe, iuxta §. 107. Andegau. Conſuet. Quoties autem hæres in cauſa eſt, nedum in culpa, cur beneficium à patrono luere ſit opus, tunc illius periculo ac ſumptu fructuaria indemnis abeat, oportet. cit. §. 317. Denique ſecundùm ea quæ proponuntur, hæres viduæ mulieri reſtituere debet, quanti ſua interſit, fundi vſumfructum quem habebat, à patrono non minui, redemptionalia ſua perſequente.

Vtrum in caſu *deportus* minor teneatur garentire viduã feudi doariã ab euictione fructuum à domino feudi captorum per annum pro ſuo iure *deportus*.

Andeg. Conſuet. art. 3.6. In ver. *C'eſt à ſçauoir quand l'heritiere de la terre tenue en douaire, ſe marie, parquoy droict de rachapt eſt acquis au ſeigneur de fief.*

Art. 317. Verſ. *Mais ſi par mort la terre tenue en douaire chet en rachapt, &c.*

d. Art. 317. Verſ. *Et pareillement en autre cas, dont l'heritier ou heritiere eſt en cauſe, ou coulpe.*

4. MERITÒ cauetur Andegaua conſtitutione, *Deportum* procedere ita demùm, ſi nobilis cuſtodia minorum annis ab alterutro parente repudietur. Cùm enim pater, materuè cuſtodem ſe gerit liberorúmque

Bail & garde noble d'enfans mineurs.

que tutorem fructuarium, patroni opera non egent pupilli in quærendis ſibi tutoribus, qui res ad eos pertinétes ex officio adminiſtrent. Siquidem paternæ pietatis opinione rarò fallaci, patrius Mos parentem domino anteponit in rerum pupillarium vt tutela procuranda, ſic fructibus ſibi priuatim acquirendis. Quemadmodùm ſcripſimus antea, Cap. 1. Tit. 2. huius Lib. 2. Ex §. 107. noſtræ Conſuetud. Hoc tamen ita velim acceptum, ſi pater, fructuarius tutor impuberis filij patronum adierit, eiuſque in fidem ac clientelam ſe contulerit, pupillaris beneficij nomine. Sunt enim hi pupillorum cuſtodes nobiles, hominij præſtandi capaces. §. 106. 125. Andeg. Leg. Ideóque non cenſentur vltrò ſubiiſſe nobilis cuſtodiæ munus, quoad patronum attinet, niſi ei pariter ſeſe exhibuerint adprobaríntque, clientelari fide data, & ſuſcepta. d. §. 106. Alioquin vel Iure Romano, fiduciaria eiuſmodi tutela ſeu cuſtodia paterna non admittebatur, longéque aberat fiducia iſthæc à vera & legitima pupillarium bonorum adminiſtratione. Vt notat Papinianus in l. liberto. §. quanquam. §. De negot. geſt. Quo loco etiam Baldus ait, hac paterni teſtamenti clauſula, *relinquo filium in cuſtodia matris ſuæ*, tutricem eam relictam non videri. Eodem reſpexit Terentius Clemens in l. ſed ſi hoc ſpecialiter. §. vlt. ff. De condit. & demonſtr. Vbi P. Caſtrenſis nuncupatim, Iaſon ad l. manumiſſiones. ff. De iuſtit. & iur. Num. 3. Quocirca, vt ad inſtitutum redeam, ſi parens filij cuſtodia nobili functus ſit, nec pàtrono fide iurata, deceſſerit, relicto adhuc impubere filio, hic *Deportus* onere non eximetur. Ætiologia eſt, quòd pupillaris feudi intuitu, fructuarius tutor, qui debita clientelæ munia non expleuerit, perinde habeatur, ac ſi nunquam talis cuſtodiæ fructuarieuè tutelæ prouinciam ſuſcepiſſet. Interim tamen obſeruare eſt, cuſtodem nobilem neutra Andium Lege, veteri, aut noua Dominicis redemptionalibus obligari. Vt conſtat ex Renunciatione actorum in emendanda ea Conſuet. Qua de re, ſimul & de beneficiario *Deportu* nonnulla diximus ſ. lib. 1. cap. 6. art. 4.

Conſuet. art. 107. Ibi, *en celuy cas que le Bail n'auroit eſté recueilly.*

Gardes nobles de mineurs, capables de porter & receuoir foy, & hommage.

Conſuet. art. 106. In Ver. *Mais quant les mineurs ont bail, tuteur, ou curateur, ils doiuent faire la foy & hommage, & ſeruir le fief.*

Ex Proceſſu verbali reformatio is Conſuetudinis Andegau. Cui hæc periodus adiicitur, ab priſco Andegauorum Vſu. *Et ne fait ledit bail naturel rachapt aux Seigneurs dont les heritages des mineurs ſont tenus à foy & hommage.*

5. QVONIAM verò in cuſtodum nobilium mentionem incidimus, quorum & Andenſi Lege crebra commemoratio in tractandis iuribus beneficiariis, ſciendum eſt, nobilem impuberum cuſtodiam Municipali hac Lege tribui patri vel matri. §. 85. Qualem nobilis cuſtodiæ Ritum à Venetis ſeruari, tradit P. Caſtrenſis, in Reſponſo. 371. Sed taxatiua vox, quæ citato §. noſtræ Conſuet. inſeritur, (*le pere ou mere tant ſeulement*) excludit meo iudicio auum & auiam: licet alioquin patris matríſque nomine contineantur, ac tutelare munus licitè gerant. Iuſtinianea ſanctione Nouella De fil. ante dotal. inſtrum. nat. §. 1. Et Authent. Matri & auiæ Cod. Quando mul. tut. offic. Sicuti enim Moribus patriis auus, auiáque omnimodò arcentur nepotum hæreditate, vel quidem rerum ſoli fructuaria. §. 270. Ita conſequenter fructuaria nepotum tutela his negari videtur. Argum. Regulæ, Quò tutela redit, cò & hæreditas De reg. Iur. Cum Iuſtiniano, Inſtitut. De

De cuſtodia nobili pupillorum.

Cuſtodis nobilis partes muneraque deſcribuntur. art. 85. 86. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 98. 99. 125. & 311. Andeg. Conſuet.

legit. patron. tutela. Taxatiuum namque illud vocabulum (*tant ſeulement*) reiicit ſimiles etiam caſus expreſſis, niſi alia Lege ſuppleantur. Bald. in l. ſi conſtante D. ſolut. matrim. Et ad l. cùm notiſſimi In glo. ſolus Cod. De præſcript. 30. vel 40. Panor. in cap. licet Verſ. hinc eſt quòd ſtatutum. De elect. Bartol. in l. ob æs alienum Cod. De præd. minor. Sicula certè ac Neapolitana Lege, auus nepti *Balius* decerni poteſt, tametſi minimè habilis ad eius hæreditatem capeſſendam. Neapolit. Conſtitut. De Iure Balij Et Matth. Afflict. in Conſtit. Neapol. De ſucceſſione filiorum Comitum & Baronum. Num. 68. Flandricarum autem Ciuitatum More, negatur matribus tutelare munus quoduis, aut curatorium: ſaluo temporariæ cuiuſdam adminiſtrationis officio. Vt ait Iodocus Damhouderus Brugenſis I. C. In Patrocinio pupillorum Cap. 5. Num. 44. Nobilem porro Cuſtodiam in iure accipi probaríque oportet ab alterutro parente: etſi Regionis Mos ſcriptus, de Forenſi ea acceptione nil cauerit nominatim. Alioqui enim is fructuarià tutela exuetur, quam Iudiciorum auſpiciis minimè ſuſceperit, edundíſque ipſius ratiociniis adſtrictus manebit. Sicuti in explicanda Senonum Conſuetudine (Art. 156.) placuit Senatui Pariſiorum. Decreto, in prima Inquiſitionum Decuria, ann. 1595. ex controuerſo negotio N. Parui, Lingonenſis Cauſidici, & N. Picoti, cum Bona Sanzaya coniuge. Quorum litem Dn. Meſnardus collegis ſenatoribus enarrauit. Verùm Andegaui tutores fructuarij, quos tacita Naturæ Lex eò vocat, ciuili non egent ſolennique nobilis Cuſtodiæ ſuſceptione apud Magiſtratum. §. 89. noſtratium Morum. Vbicunque tamen locorum, fructuario tutori onus incumbit Repertorij bonorum conficiundi, perinde ac extraneo cuiuis poſſeſſori temporario. Andeg. Conſuet. art. 85. Leg. 1. §. cauere D. Vſufruct. quemadm. cau. l. Non ſolùm §. qui opus. ✝. De nou. oper. nunciat. Patria quidem Conſtitutio de pupillaribus bonis in teſtatum redigendis, haud apertè deſidem abdicat huiuſque officij immemorem nobili Cuſtodia, pœnæ nomine. Sed quemadmodùm Iuſtinianeo Reſcripto, in Legum laqueos incidit pater, qui rerum filij vſufructu abuſus ſit; l. vlt. §. ipſum autem Cod. de bon. quæ liber. Ita nobilis Cuſtodis titulo mulctandus eſt parens, qui fructuario tutori præſcriptam bonorum annotationem ſeu * Ἀναγραφὴν neglexerit. Nec aliter Principis beneficiarius hæres, aut reſtitutioni in ſubſtitutum obnoxius, illo priuatur Beneficio, Pegaſianouè quadrante, ob omiſſam rerum Inſtrumentorúmque Notitiam publicam. l. vlt. §. ſinuerò poſtquàm adierit Cod. De iur. delib. Et §. ſi verò expreſſim Authen. De hęred. & falcid.

Garde noble, acceptable en iugement.

Senonen. Conſuet. art. 156. In ver. *ſeront en la garde du ſuruiuant pere ou mere.*

Art. 89. Verſ. *ſinon le bail naturel, comme le pere ou la mere. Et en celuy cas, qui n'ont bail naturel, Iuſtice en doit bailler la garde à leurs autres parens.*

* deſcriptionem.

Trebellianicæ quartę detractio ceſſat, ex omiſſione Inuentarij ab hærede grauato faciendi.

6. PVPILLARIVM fundorum vſusfructus, quem nobilis impuberum cuſtodia habet adiunctum, cuſtodes obligat æris alieni ſolutioni, quo pupilli alterius parentum hęredes obſtringantur cita. §. 85. Debitorum verò appellatione, quæſo, veniéntnè funerarij ſumptus in corpus deceſſoris, cuius hæreditas ad pupillum lege redierit? Hæſitandi cauſam præbet

Qui garde prent, quitte le rend. vulgari Francorum parœmia. Andeg Conſuet. art. 85. Ibi. *& payeront les debtes perſonnelles.*

præbet hoc genus æris alieni, quod præceſſor minimè conflarit, ab eius modò interitu contrahi cœptum. Hæreditariis autem debitis ſolis impuberem liberare tenetur eius cuſtos tutorue fructuarius, quando nouis alligare ſe pupillus Iure prohibeatur. Nihilò tamen ſeciùs qui propter funus aliquid impendit, cum defuncto contrahere creditur, non cum hærede. Inquit Vlpianus Lib. 10. ad Edictum l. 1. ꝟ. De relig. & ſumpt. funer. Imò priuilegium habet funeraria, ſi is, cuius bona væneunt, funeratus ſit. l. quæſitum ꝟ. De priuil. credit. Nam Iul. Pauli ſententia, Quicquid in funus erogatur, æs alienum primo loco deducitur. Recept. Senten. Lib. 1. Tit. 21. Rurſus ponetur in percontando, nûm ad fructuarij tutoris onus pertineat nummorum collatio debita ob cinctum mœnibus Pagum, cuius intra ſepta pupillare prædium conſtitutum ſit. Reor vtique, hanc intributionem, nec mobile nomen eſſe, nec in perſonam, ſed in rem conceptum, impoſitúmque poſſeſſionibus: vt pro modo quiſque patrimonij, cui ex nouo illo opere vberior accedat redituum annuorum commoditas ac ſecuritas, ita ampliorem æris ſummam curatoribus Operis publici largiatur. Argum. Cæſareæ legis, Ad inſtructiones Cod. De ſacroſ. Eccleſ. Proinde fructuarius tutor, qui prouinciali noſtro More perſonalia tantùm nomina diſſoluere habet neceſſe ſuo periculo, non ſubiicitur huic patrimoniorum oneri: quo tamen ex re pupillari defungetur. Nec mutat, quòd fundi vſufructu legato, vectigalia temporaria, quæ fundo indicta ſint, à fructuario penſitentur. l. 28. ꝟ. De vſufr. leg. l. vſufructu relicto D. De vſufr. Illîc enim agitur de gratuito, puréque donato vſufructu, & eo quidem ad extremum legatarij vitæ diem producto. Hîc, contrà, de vſufructu oneroſo, ac breuis æui: quùm fructuarius tutor omnia pupillo neceſſaria ſuppeditet, curet ſarta tecta, illúmque ære alieno eximat: tametſi plena eiuſdem pubertate finiatur hoc tutelæ genus, cum vſufructu ei muneri nexo. §. 85 86. 311. Andegauen. Et 267. Pariſien. Conſuetudin. De pupillarium maximè ædificiorum fultura ac inſtauratione, quæ nobili Cuſtodi incumbit, viſitur *Parlamentare* S. Conſultum in vetuſtis Curiæ Actis, factum profeſtis Pentecoſtes anno 1269 in hanc temporum phraſin. *Domino Roberto Louuet conquerente, quòd domus & maneria ſua de Condeto & de Duno deuaſtata fuerunt & ceciderunt propter defectum domini Regis, tempore, quo pater ipſius, & ipſe fuerunt in cuſtodia eiuſdem. Quare petebat reſtitutionem ſibi fieri à Domino Rege ad valorem 500. librarum Turonen. Probationibus d. militis ſuper his receptis, viſis pleniùs, & intellectis, Pronuntiatum fuit, quòd ſuper deterioratione d. Maneriorum, dum idem R. & pater ſuus erant in garda domini Regis, Rex non eſt in totum abſoluendus, nec in totum condemnandus. Commiſſum fuit domino Iuliano de Perona, vt ad arbitrium boni viri faciat fieri reſtitutionem d. Roberto.* Ac iſthæc quidem de profana, quid de ſacra Templorum Cuſtodia regia? Idem prorſus deciſum accipe, ex deſerto Eccleſiaſtici fundi cultu ab Officialibus Principis: qui, vacuo Pontificali ſolio, Regaliorum iure fruebatur bo-

Fraiz d'obſeques & funerailles.

Funeraria actio in hæredem defuncti, tanquam pro hæreditario debito, & priuilegiario.

Fraiz de cloſture de ville, ne ſont proprement d biens mobiliers, ains pluſtoſt ameliorats. n d heritages ſis en ladite ville, & autres.

Plena pubertas vicesimo ætatis anno in maſculis, decimo quarto in fœminis. d. §. 40 patriæ Leg.

Art. 267. Verſ. *Payer & acquiter, &c. Et iceux heritages entretenir de toutes reparations viageres.*

Inqueſtæ expeditæ & terminatæ in Parlam. Pentecoſtes An. Domini 1269. Queis aptè conſonat Normanica Conſuet in art. 215. ſic incipiente, *la garde Royalle eſt, &c.* Verſ. *à la charge toutesfois de tenir en eſtat les Edifices, Manoirs, Bois, prez, iardins, eſtangs, peſcheries, &c.*

nis Eccleſiæ. Senatorio decreto an. 1284. in hæc verba concepto. *Cùm diſcordia vertiretur inter dominum Regem ex vna parte, & Archiepiſcopum Bituricen. ex altera, ſuper eo videlicet, quod Archiepiſcopus petebat ſibi reſtitui vſque ad quandam pecuniæ quantitatem damna quæ dicebat ſe habere pro vineis Archiepiſcopatus Bituricen. tempore quo dominus Rex Regalia Bituricen. ad manum ſuam tenuit, minùs ſufficienter cultis per Guillelmum Sanore. Eodem Guillelmo præmiſſa negante, & in contrarium aſſerente, Archiepiſcopum prædictum non habere ius petendi aliquid occaſione præmiſſorum. Viſa Inqueſta ſuper hoc facta, auditis rationibus hinc & inde, Iudicatum fuit, Archiepiſcopum damna ſuſtinuiſſe & incurriſſe propter defectum culturæ vinearum prædictarum, vſque ad valorem 96. librarum.*

Vetus Areſtũ in Parlamento an. 1284.

IVXTA hæc, in diſquiſitionem vocabitur, an nobilis cuſtos, qui ex 7.
pupillari feudo ſeruiens prædium à cliente venditum redemerit, illud reddere pupillo teneatur, cùm legitimæ ætatis factus ſit. Quid enim ſi pater liberorum cuſtos, poſtquàm alienata reuocarit iure feudi, aliam deſponderit vxorem, vnde noua propagata ſoboles rei partem aliquando petitura ſit, quaſi à patre communi quæſitæ? Primùm igitur pro cuſtode nobili vrgent non pauca, Dominicum fundi Retractum numerari in fructibus pupillaris feudi, ac velut merum fructum à tutore fructuario iuſtè percipi & conſumi, nec puberi facto patrono reſtituendum. l. 7. ff. De Vſufr. In verſ. nec quicquam amittere, finito vſufructu. Haud aliter maritus, ex vxorio Dominico beneficiũ, quod pretio diſtractum recuperet, ſuum facit, commune ſaltem cum vxore. Ita, vt quaſi puri quæſtus liberam diſpenſationem habeat, alienandíque ipſius poteſtatem. Ioh. Faber ad §. ſi cui Inſtit. De legat. Deinde nobilis cuſtos, etſi pupillaribus aruis fruatur, non ideo cenſetur rem inde ſuam auxiſſe, & pupillari duntaxat ære prædium redemiſſe. Arg. l. ſi defunctus Cod. arbit. tut. Nec Molinei iudicio aſſentior, qui idcirco negat retracti feudi proprietatem vſufructuario quæri, quòd ius patronalis retractus à ſuperiori prædio ceſſione diuelli nequeat, ſeu cuipiam ſeparatim tranſcribi. In §. 13. Pariſien. Conſuet. Glo. 1. In Ver. *le Seigneur feodal.* Num. 27. 28. 29. 37. Nam variis Senatus decretis comprobatum eſt, huiuſmodi condictionem ex lege Municipali, quæ pro imperio Dominico exercetur, abſque dominanti prædio cedi remittiuè alteri poſſe. Id quod pariter Maſſilienſis Prouinciæ Conſtitutionibus expreſſum fuit. Iano Andegauo, auctore, Siculi regis Renati filio, an. 1456. Si enim Gallica beneficia liberiore patrimonij cõditione diſponuntur à poſſeſſoribus, & abalienantur, quanto firmiùs ipſorum aduentitia iura & obuẽtiones, in quibus venditi prædij retentio *feudalis* computatur? Imò vel honoraria quidem ac purè Dominica feudi commoda fructuariis cõpetere, ait Yſernias in Neapolit. Conſtitut. De adiutoriis exigend. ab homin. Et Anton. Capycius in Neapolit. Deciſ. 184. Nihilo minùs probabilior mihi videtur aliorum ſententia, qui dicunt, retracta à nobili cuſtode pupilli iure *feudariæ* redemptionis, ab eo adulto repeti poſſe, refuſo pretio redemptori. Quemadmodùm

Retractus feudalis.

Ius retractus feudalis cedi poſſe à domino feudi, tanquã merum fructum à feudo ipſo ſeparabilem. Senatus pluries iudicauit. Huc facit art. 499. Andegauæ, & 409. Cenomanæ Cõſuet.

De hac Retractus ceſſione, ſeu cõmunicatione inter ſocios omnium bonorum, Tiraquellus copioſè. in §. 16. Glo. 1. De Retractu lineari.

Statuti Comitatus Prouinciæ verba *Ius retinendi iure Prælationis, & laudandi cedi poteſt. Extractum è Regeſto Tauri, fol. 75.*

Feudi dominãtis fructuario, tanquam domino ſoluitur à ſubditis adiutorium pro militia ſua, vel ſuorũ.

dùm enim colonus Dominicus, qui redhibitoria fundi lege patronali vſus ſit, finita locatione, fundo cedere debet in patroni gratiam, reddita pretij ſorte. (§. 410. vicinæ Conſuet. Cenomanæ.) Sic fortiùs etiam, pupilli tutor fructuarius in paucos annos: cui & vſusfructus verè datus eſt in rem impuberis, vt eum alat, pupillaria prædia luat ære alieno, ipſorúmque rem lautiorem faciat, non deteriorem. §. 85. & 311. Andegau. Conſuetud. Item quod ait patria Lex, cuſtodem nobilem fructus pupillarium bonorum ſuos facere, id de mobilibus ordinariis fructibus accipi debet, in *Statutis* præſertim: quales vulgi vocabulo fructus nuncupantur. L. librorum §. quod tamen Caſſius ff. De legat. 3. Retractus autem, inter immobiles rei fructus meréque prædiarios habetur. Rurſus quod de marito ſuprà obiectum fuit, ceſſat in multis Galliæ regiunculis: quibus More proditum eſt, alterutrum coniugem, cuius intra *feudarias* metas prædium nummis partum ſit, à conſortis hæredibus illud abducere poſſe, dimidia pretij parte reſtituta. §. 284. Andegauen. Et 300. Cenomanæ Conſuetud. Ac propterea Maſuerius in Praxi rectè ſenſit, Præfectum Eccleſiæ, qui eius beneficium alienatum Dominica poteſtate retinuerit, illud Templo ſeruare debere, nec ſibi proprium priuatúmque vllatenùs adſerere. Artic. vlt. De retractu. Quò vergunt itidem notata à Bartolo in l. 1. §. vlt. ff. De noui oper. nunciat. Cap. præſentium De teſtibus In 6. Et Innocent. ad Cap. conquerente De offic. ordin. Nec immeritò diſtinctione vtitur Baldus, an quod beneficio cliens adiecerit, eidem accreſcat ipſo iure. Aut enim, infit, additamentum illud per ſe ſubſiſtit, vt prædium: tunc minimè accedit, neque annectitur rei clientelari. Aut verò ex ſe non ſubſiſtit, vt ſeruitus: tunc feudo aduoluitur prorſus, nec ab eo ſeparatur. In §. econtrariò De inueſt. de re aliena facta. In Feudis. Hinc quoque vidua mulier apud Andes, quæ communibus matrimonij quæſtibus Lege potitur, fructuaria partim, partim dominij tranſlatitia, ſibi quærit & aufert quicquid patronali fundorum retractu, ſoluto matrimonio, compararit. Saluo eo, vt ſi redemptionis pretium ipſi liberis orbæ reddatur ab hærede mariti, tunc redemptis prædiis cedere compellatur. Argum. d. §. 284.

Sumptus litis pupillaris à fructuario tutore facti repetũtur, nec cenſentur nomine debitorum mobiliũ minoris, quæ eius cuſtos ille nobilis ſoluere teneatur Niſi lis illa pupillaris reſpiciat tantùm poſſeſſionem merũmq; fructũ pupillaris fundi, quem fructum cuſtos ſibi lucrifaciens, debet quoque ſumptus ea cauſa factos ſibi imputare.

Retraict de my denier.

Retraict feodal.

La veufue iouït des acqueſts, moitié en proprieté, moitié en vſufruict.

Ex proprio autem vnius cõiugum feudo pendẽtia, quæ ipſi acquiſierint, ſuperſtes poſſidebit quandiu viuet. nõobſtante redemptione mediæ partis fundi in eum interim facta ab hærede præmortui, domini d. feudi.

8. Ex prædictis vtique conſtat, nobilem cuſtodem, rei pupillaris fructuum lucro affici: ſed quid de laterali hæreditate impuberi delata poſt cuſtodiam nobilem ſemel initam & acceptam? Credant plerique eius cuſtodis vſumfructum ad nouam hanc fundorum poſſeſſionem ſucceſſoriam non pertinere. Siquidem noto Iuris theoremate, vſusfructus, cuſtodiæ ſequela & acceſſio, intelligitur ſecundum tempus delatæ cuſtodiæ, nec ad alia referri bona videtur, quàm quæ pupillus eo, quo fructuaria tutela agnita ſit, die poſſideret. L. 4. §. ſi extraneus ff. De noxal. action. Ad hæc, nobilis cuſtodis vſusfructus, à Iure cómuni ſumpta interpretatione, reſpicit maternas facultates, quæque recta ex linea, non tranſuerſa ad pupillos deuenerint. Imperatoria Leonis

Qualitas adiecta verbo intelligitur ſecũdum tempus verbi.

Lege, Omnem Cod. De bon. matern. l. quod ſcitis Cod. De bon. quæ liber. Et ita Senatus iudicio decretum audio (ſub annum 1576.) ſecundùm impuberes quoſdam Iac. Roillarti ſenatoris hæredes, ad quos pluſcula Aureliorum latifundia eo iure dimanarant. In Andibus tamen; nobilis cuſtos nullo diſcrimine ſibi quærit omnes pupillarium hærediorum reditus, vnde illa cunque profecta ſint à tempore nobilis cœptæ cuſtodiæ. §. 92. Ex quo pariter elicitur, nobili cuſtodi licere, impuberem filium pontifici inſtituendum offerre Sacelli præfectum, cuius nominatio Sacellani pendeat à pupillari latifundio nobili. Quãuis enim templi patronus ſeipſum nominans ſacro collatori, explodatur. Cap. Cùm ad noſtram De inſtitut. Cap. Per veſtras De iur. patron. Haud ideo tamen prohibetur is; ſuum Epiſcopo filium porrigere, eius Templi beneficiarium futurum. Gloz. in Cap. Quia clerici, Et ibi Panor. expreſſim. De iure patron. Abbas Sicul. in Conſil. 97. Ac licet tutor hoc nomine pupillo gratificari non queat, ne ſub tutoris perſona impubes patronus ſibi ipſi cecinisse videatur: Diuerſum certè in nobili cuſtode procedit, qui vt fructus ſuos facit pupillaris beneficij profani, cui annexum ſacerdotium eſt, ita ſacerdotis nominationem, quæ eſt in fructu, exercet liberè, nec tanquam pupillus, aut eius loco, quem cuſtodit ac tuetur, ſed tanquam alius quiuis fundorum per ſe fructuarius. Ex ratione Pauli I. C. l. ſi conſul. π. De adoption. Can. non ſatis. 86. Diſtinct. Archidiac. in Can. Epiſcopus Cauſa. 10. Quæſt. 2. Ita Baldus aſſeuerat, Bonam Borboniam, (quæ Allobrogum Comitis vidua coniux, tutelam gereret nepotis ſui Allobrogici Reguli,) poteſtate præditam fuiſſe, dignis Iuridica munia diſpenſandi, præfecturas *Caſtellanias* aliáque id genus, publicum ſpectantia Iuris dicundi imperium. Reſponſo. 376. & 294. Volum. 5. Inde longo etiam temporum interiectu, Yolantilla Francica, tutorio filij nomine Ducis Sebuſiani, Magiſtratus populo legit, tulit Edicta, ac cliẽtelę formula dari ſolitos fundos, pari lege beneficiariis mancipauit. Antonio Sola teſte, in Commentariis ſuis ad Conſtitutiones Allobrogici Ducatus, & Principatus Subalpini. Nec minùs libera in ſubditos auctoritate, Inſubrum Dux Heroina tutelam obiit filij Ducis. Si Cumano credimus, Iuris Reſponſo 102.

§. 92. Andeg. Cõſuet. *Si aucun don de meuble, ou d'heritage eſt fait auđit mineur durant ledit bail, iceluy appartiet audit mineur, & non pas au bail, reſerué les fruits de l'heritage.*

An mater gardia nobilis poſſit præſentare filium ad beneficiũ vacans, cuius præſentatio à feudo pupilli filij dependet.

Bonne de Bourbon, ſœur du Duc Louys de Bourbon, femme de Amé 6. dit le Comte verd, de Sauoye. an. 1354. Ex Sabaudicis Paradini Annalibus, lib. 2. cap. 149. *Dame Yolant de Frãce,* ſoror Ludouici 11. Regis an. 1472.

Ac Principum adeo, Baronũmq; tutores, ex cauſa, donandi facultatem habere dicuntur. Innocent ad Cap. grandi De ſupplenda neglig. prælat. Alexand ad Bartol in l. Contra Iuris §. vlt. π. De pact.

Ast de patre illo videamus, qui à Iudice datus tutor, vocatis de more propinquis, aliquantò poſt cuſtodem ſe nobilem apud acta ſcripſerit ac prędicarit, hoc nomine multa egerit, contraxerit, eóque munere functus ſit. Magis eſt ſanè, ita variantẽ patrem non admitti, nec quaſi fructuarium, ſed datiuũ tutorem rationibus edundis obnoxium manere, in eáſque pupillarium bonorum prouẽtus annuos inferre cogi. Vnius quippe iuris optione alterum ſemel conſumptum, ac ſublatum reſpondit Vlpianus l. quod in hærede §. eligere π. De tribut. act. Et Papinianus l. cũ filius §. variis π. De legat. 2. His ſubde, priuilegio, contrariis actibus renũtiari. l. 1. De his qui ſpon. mun. ſub. li. 10. Cod. Quibus concinit Ampliss. Ordinis Sententia grauiſſima. 9. Kal. Febr. 9.

ann.

Ann.1587. pro Gaſparo Burgenſi, ſenatore, & Franciſca *Huppeau* coniuge, aduerſus Franciſcam Gaſtellam huius matrem, quę tutrix iudicio creata, ciuilem dehinc filiæ ſuæ cuſtodiam gerere ſe velle declaraſſet. Neapolitanis verò Legibus indiſtinctè *Balius* adminiſtrationis ſuæ rationes conficere tenetur, ceu quiuis alius tutor, vſufructu bonorum neutri adſignato. Conſtitut. Neapolit. De Iure Balij. Et ibi Matth. Afflictus, Num. 21. Inſuper Francico cuique Principis diplomati, quo, nobilis cuſtodia matri, alteriuè mandetur, ineſt conditio reddendarum pupillo rationum, ſimul ac ſuam in tutelā peruenerit. Cùm enim Regi in Neuſtria fructuariæ tutelæ prærogatiua quædam affulgeat, eam tutelam propinquis tranſcribere impuberis ſolet, inſignibus Codicillis: ſed qui ea lege promulgantur apud regios Rationales, vt Codicillaris hic tutor adulto geſtæ tutelæ ratiocinia edat. Id quod nouiſſimè etiam traductum eſt in Mores Normanicos, quùm Principali iuſſu emendarentur. §. 215. Concurrenti autem, cum priuato aliquo, minoris annis patrono Regi ſolida defertur Cuſtodiæ nobilis auctoritas eximia apud Neuſtrios eoſdem Municipes: quantulocunque pupillari feudo Princeps nudè puréque dominetur. Ex *Parlamentari* decreto ann. 1273. quod priſca hac verborum dialecto Regeſtis Curiæ inſertum recitatur. *Comite Atrebatenſi volente habere gardam hęredis domini Droconis de Alneto, de omni terra quam tenebat ab eo in feodum in Caſtellania de Conches. Bailliuo Vernolij ſe opponente, & dicente, gardam ſiue Ballium d. hæredis ad dominum Regem pertinere, eo quod tenebat aliquos reditus in feodum de Ducatu Normaniæ mouentes. Quod non negauit pars d. Comitis. Auditis hinc inde propoſitis, Iudicatum fuit, quod Ballium d. hęredis, ſecundùm Conſuetudinem Normaniæ, domino regi remaneret.* Cui S. Conſulto apprimè quadrat ſcripta poſteriùs Regionis eiuſce Conſtitutio Municipalis. d. artic. 215. & ſeq. Huic adeo Regiæ patronali Normanorum clientum Tutelæ affinem, ſibi vindicant Britanni reges patroni ſuorum *Vvardarum* Cuſtodiam: ita dictorum Anglica Lege, quam exprompſimus alibi, ſecundùm Cæſaream Karoli Mag. & Ludouici Pij Sanctionem. Ac veluti Neuſtriæ puellæ Dominicis modò Cuſtodum ſuorum auſpiciis incūt coniugia. (Art. 227. 231. Norm. Conſuet.) Ita Anglicis Moribus vetita fuit orbæ adoleſcentulæ ſponſio connubialis, niſi auctore Principe. Ex regio Henrici. 1. Edicto, quod Matthæus Paris, in Anglica Hiſt. ad verbum exſcripſit. Idémq; in maiores Gallici Imperij Proceres, Franci Monarchæ ſeriò obſeruarunt, graui pœnæ ſanctione: Nec Philippus. 4. Rex ſiuit, inconſulto ſe & renitente, Philippam Flandri Comitis Vidi filiam, à patre deſponderi primigenio Angli regis Eduardo. Anno 1294. Quantùm aſſequimur Francicis Vilh. Nangiſij Annalibus, cœnobitæ Dionyſiani.

Areſtum Curiæ Pariſien. die 24. Ianuar. an 1587. in magna Camera, pro Dn. de Burges Cōſiliario Curiæ contra Franciſc. Gaſteau ſur deſaut garde bourgeoiſe de ſa fille ſelon la Couſtume de Paris.

Literæ regiæ de don de garde noble, en Normandie.

Iudicia Conſilia & Areſta expedita in Parlamēto omnium Sanctor an. 1273.

Norm. Conſ. art 215. vers. Et a le Roy par priuilege ſpecial, que non ſeulement il faict les fruits ſiens des fiefs nobles immediatement tenus de luy, & pour raiſon deſquels on tombe en la garde. Mais aussi il a la garde, & faict les fruicts ſiens de tous les autres fiefs, rotures, & reuenus tenus d'autres Seigneurs que luy mediatement ou immediatement.

De Vvardis Anglicis Nos Volum 3. Dom. Frācici. Tit. 19. art. 11.

Lib 3. Capitul Karoli. ab Anſegiſo Abba. collectorum cap. 08.

Frat. Gulielmus de Nangis, cui. de Phil. Pulchro rege. paria narrātur li. 7 Gaguini Chronicon Gallicor.

10. PROPONEBATVR quædam mater filij res adminiſtraſſe iure nobilis cuſtodiæ, nec, tranſitu ad ſecundas nuptias, tutelari functione abſtinuiſſe. Poſtmodùm filius pubes factus ab ea repoſcit adminiſtratæ tutelæ rationes: Quibus diſpunctis ex die ſecundi cōiugij materni, re-

Mater vt ſecundo coniugio, ita viſa impudicitia amittit liberorum tutelā ne plus habeat luxuria quā caſtitas Authēt.

Sacramentum. Et ibi glo. Cod. Quan mul. tut. off. At per ſponſaliorum cõtractum mulier nõ repellitur ab habita, nec niſi ab habenda tutela Specul. in ₰. talis Ver. quid ſi nominatim De Tut. Faber in d. Authen. Sacramentum.

liquata eſt tutrix, & ob reliqua tutelæ creditor filius interceſſit auctioni maternorum bonorum ab aliis proſcriptæ. Hi verò magiſtri auctionis creditores intendunt, ſua nomina ſecundo communis debitricis connubio anteriora, ſéque ideo in pignore filio potiores eſſe, cuius nullę tutelares rationes matrem ante repetitos Hymenęos onerarent. Ediuersò autem filius, hypothecariam formulam, cum pupillari priuilegio, non minùs in cuſtodem nobilem inſtitui, quàm in datiuum quemlibet tutorem alium. Decreta enim Iudicantium, apud Gallos, ne in irritum recidant, hypothecaria ſunt, ac nouo hypothecæ vinculo res obligant damnati cuiuſuis. Art. 53. Edicti Molinenſis. Quàm primùm igitur fructuarius tutor Actis publicis cuſtodem ſe nobilem filij adſcripſerit, iam inde ſua omnia pro reliquis tutelaris officij creditur pigneraſſe. Nam etſi cuſtos nobilis in ſpeciem ratiociniis eximatur, repertorium facere debet cum exacta Mouentium impuberis cuſtodia, vt eadem annis prouecto ſumma fide reſtituat: (§. 85. Andeg Leg.) Neque is annuorum fundi prouentuum rationibus immunis ſit, niſi luendi æris alieni onere adimpleto, quod lucro fructuum, inſolubili nodo coniunctum eſt. Argum. l. ab adminiſtratione tutelæ. Cod. De legat. Fateamur ergo, matri ſecundò nuptæ demandatam non fuiſſe à Prætore tutelam: quia tamen pro tutrice negotia geſſit ex conſequentia prioris tutelæ fructuariæ, priuilegio locus eſt, tacitæque filij hypothecæ in bona materna. Vlpiani l. dabimus §. ſi quis cùm tutor non eſſet, Vbi Accurſ. & Bartol. D. de priuil. credit. Cum Pauli. I. C. lege Si negotium Eod. Tit. l. 1 Verſ. quare ſi quis finita tutela, pro curatore negotia impuberis geſſit, tenebitur. ⁊. De eo qui pro tut. Sed hoc benigna interpretatione moderandum puto, vt quandiu filius in minori ætate conſtitutus ſit, tum demùm vtatur priuilegio ſuo: Si autem poſt. 25. annum ſiuerit alterutrum parentem bonis ſuis, vt antea, perfrui, eidem non eſt ætatis priuilegium pro nouæ geſtionis vltroneæ reliquis accommodandum: ne is deſidię ſuæ præmium ferat aliorum incommodo creditorum. l. 87. §. 1. ⁊. De legat. 2. l. 3. Cod. In quib. cauſ. in integ. reſtitut.

Per Sententiam iudicis, à qua non ſit prouocatum, hypotheca acquiritur.

Pro actione pro tutelæ, tacita hypotheca eſt, de qua in l pro officio Cod. de adminiſtr. tutor.

Ceſſante cauſa priuilegij, ceſſat priuilegium.

NONNVNQVAM accidit, maternam filij cuſtodiam nobilem huius interitu extingui, præter commune parentum votum, ordinemq; mortalitatis. Subinde mater pupillares anni reditus prædiarios condicit, tanquam à ſolo reſectos Octobri Menſe, quo filius è viuis exceſſerat. Illa quippe non modò filij cuſtos nobiles annuos eius prouentus ſibi lucrifaciebat, ſed in res quoque mobiles defuncti ſucceſſerat, fructuſque prædiorum, qui die obitus mobiles euaſerant. At contrà, filij ſucceſſor in res immobiles, hæreditarios fundos annua penſione locatos fuiſſe, poſtridie Martinalium exoluenda, longè poſt demortui occubitum. Atqui penſio, quæ nondùm ceſſit, rebus ſoli adnumeratur. Bald. in Cap. 1. De pace tenen. In Feud. l. 1. §. ſi penſio. ⁊. De migran. Quamuis enim fructuarij hæres, qui collectis fructibus obierit ante diem debitæ penſitationis, in ea proprietatis domino præferatur. l. de- 11.

Annua fundi locati merces & pẽſio, quæ nondum ceſſit tẽpore mortis proprietarij, ad eius hæredem mobilium non pertinet, nec ad matrem, licet fructuariam ex filij cuſtodia nobili, niſi pro rata anni, & onerum dictæ tutelæ fructuariæ.

l. defuncta. ≠. De Vſufr. l. ſi vſufructuarius meſſem. D. quib. mod. vſuſfr. amitt. Alia vtique cauſa eſt mobilium hæredum, qui bona defuncti catenùs capiunt hæreditario iure, quatenùs mouentia illa tempore mortis apud eundem inueniantur. Enimuerò colonorum penſiones ſolæ ad defunctum ſpectabant, non prædiorum fructuariæ ſpecies: hæ mobiles quidem, ſed illæ etiamdùm immobiles die delatæ hæreditatis. Quòd ſi denuò immobilium ſucceſſori materopponat ius fructuariæ ſuæ tutelæ de lucro fructuum, viuo dùm filio, perceptorum: Reſponderit ſucceſſor, talem vſumfructum merè gratuitum non eſſe, at oneroſum, eòque pro rata onerum, & anni parte, qua mater nobilé filij cuſtodiam geſſerit, temperandum. Ex ſententia l. Diuortio D. ſolut. matrim. Faber ad. §. cùm verò Inſtitut. De rer. diuiſ. Quocirca meo iudicio mater, quaſi fructuaria tutrix, eo anno prædiarij reditus tantumdem auferet, quantùm, & quot anni menſibus filij tutelá adminiſtrarit. Idémque, verſa pagina, ſtatuendum opinor in præmortuæ matris hæredes, cuius nobilis cuſtodia, ſimul cum vita ſoluatur. Haud multò aliter, ac de ſacerdotalium fructuum diuiſione inter hęredes, & ſucceſſorem ſacerdotem Templi, Senatus pronúciauit. Vt copioſè expoſuimus Lib. 3. De Sacra Politia forensi. Tit. 1. Art. 23. & 24.

12. Cæterum ſi impuberis pater Iunio Menſe obierit, ſuperſtes verò mater propalam in iure declararit Octobri ſequenti, fructuariam ſe pupilli tutelam gerere velle, hæſitatum eſt, nùm medio tempore collectos fructus ſuos faciat paternorum agrorum. Quid enim ſi deinde ſecundò nupſerit mater, ab eáque nouus tutor depoſcat geſtæ tutelæ ratiocinia? Matri certè, quoad illius anni reditus, obiicietur imprimis, legitimá nobilis cuſtodiæ dationem eſſe conditionalem, si volverit. §. 85. Andeg. Leg. Atqui ſolus códitionis euentus actum abſoluit, nec conditionis in poteſtate noſtra ſitæ implementum retrò refertur ad tempus antecedens. Vt cumulate Bartolus ad l. ſi is qui pro emptore. Num. 46. & 47. D. de vſucap. Bald. ad l. vlt. §. ſed quia Cod. commun. De legat. Hęc tamen ſententia pleríſq; meritò diſplicuit, quùm eorum adiectio, quæ tacitè inſunt actui non conditionem in ſe, ſed admonitionem complectatur, l. Muto. §. 1. ≠. De Tutel. l. In conditionibus. §. 1. ≠. De condit. & demonſtr. Iſtiuſmodi autem hæc eſt, Si ei ita visvm sit, quæ Iuſtinianea etiam lege inhæret maternæ filiorum tutel. Authent. Matri & auiæ. Cod. Quando mulier tut. offic. Rurſus in illa exigui temporis mora, quod tutelæ acceptionem præceſſit, non eſt magnum detrimentum: Ac ne moram quidem adhibuiſſe vllam dicitur mater, cui lugendus fuerit maritus, iuſta funeri ſoluenda, & arceſſendi vndecúnque neceſſarij ac propinqui, vt rebus hæreditariis, pupillariúmque adminiſtrationi bonorum conſultiùs proſpiceretur. Cùm igitur illa meræ voluntatis códitio nullum exigat facti miniſterium, ſed animi iudicium nudum, nil vetat, quominùs interea percepti fructus matri competát, quaſi tutrici fructuariæ ac nobili cuſtodi liberorum.

Acceptatio Gardiæ nobilis minorum à matre facta poſt aliquot menſes à morte mariti, ex cauſa retrotrahitur ad diẽ mortis.

Cõſuet. Andeg. c. 85. Ibi, *ſe bon luy ſemble.*

Poteſtatiua cõditio non habet effectum retroactiuum.

Conditio intrinſeca non ſuſpendit actum nec conditionalem efficit. De quo, Glo. in Cap. 1. De Elect. In 6. l. Aliquando. ≠. De condit. & demonſtr.

Proceſſus verbalis Conſuetudinis Andium ſcripto redactę, an. 1508. abrogantis priſcum Morem de nobilium impuberũ Mobilibus.

Conſuetudines *de Melun, & de Senlis.*

VETVSTIORI Andium More, pupillaris ſupellex, cæteráque Mouentia cuſtodi nobili quærebantur iure dominij. Vt patet ex Renunciatione actorum à reformantibus Andegauam Conſuet. Idem & hodie Meloduni Mos percrebuit, §.287. ac Syluanecti. 152. Quid auté de patre Melodunenſi, qui nobilis cuſtodiæ iure non excidit ſecundo matrimonio. §. 286. An filij res mouentes hoc caſu reſeruare ipſi teneatur, manente ſolo penes patrem vſufructu? Cauſa dubitationis eſt, quòd paternum ius in materna filij bona, inductum cenſeatur huius gratia & fauore, tuendi tegendíque paterna cuſtodia. Vnde maternarum huiuſmodi opum filij proprietas ſic patri delata, videtur ſecundo iſtius coniugio reducenda ad vſumfructum. Ex ſententia l. fœminæ Cod. De ſecund. nupt. Et ibi Accurſius. Non modò enim lucra connubialia, quæ dote vel donatione alterutri coniugi obtigerint, communibus liberis adſeruari oportet: Verumetiam quæ vnius ipſorum hæreditate ad patrem legibus redierint, ſi nouas quidẽ ſuperſtes nuptias contraxerit. Bart. in cita. l. fœminæ. iuxta Gloz. in §.1. Authent. De nupt. In contrarium verò allegabitur, prædictam bonorum mobilium proprietatem lege patri acquiri, non pacto nuptiali, conſimilivè alio: proindéque ſuperſtitem coniugem res priore in connubio partas lege Municipalis ſocietatis, trãſmittere ad ſuos omnes cuiuſuis liberos matrimonij. §.279. Pariſien. Cõſuet. De quo Nos etiam, Lib.3. De PRIVIL. RVSTIC. Nec abs re inſuper Melodunen. Conſtitutio, quę patri mouentia filij attribuit iure nobilis cuſtodiæ, ſanxit, illũ hac cuſtodis functione nouo connubio minimè abdicari. Conſtante igitur nobilis cuſtodiæ onere, lucrum eidem lege adiectum perſeuerat. Adde quòd talis Mouẽtium proprietas donata nõ dicitur, nec patri gratuitò comparata, quæ admixtam habeat curam educandi filij, ære alieno liberandi, eiuſque patrimonia diligenter conſeruandi. Quare in propoſita hypotheſi exiſtimo, patri, ſecunda vxore ducta, mouentium filij proprietatem non adimi, quam eius cuſtodia nobili ſemel fuerit conſecutus. 13

Lucra nuptialia liberis eius matrimonij reſeruanda.

Mobilia, propriè materna vel paterna dici nequeunt, cùm ius lineæ vel ſtirpis in mobilibus nõ procedat, ſed tantum in rebus ſoli. Quia mobilium vilis abiectáque eſt poſſeſſio. l. ſi rem mobilem D. de acquir. poſſeſſ.

Partis. 5 cap. 3. De emphyteuſi.

QVOD autem ſpectat æris alieni ſolutionem, qua nobilis cuſtos neceſſariò defungitur, dubium fuit, an mater impuberum liberorũ cuſtos, à puberibus deinde nummos dotales debitos repetens audiatur: Verbi gratia, vxor in coëundis nuptiis ſtipulata eſt, nummariam dotem ſibi reddi, ſtatim ac dirempto morte viri matrimonio, communibus bonis abſtineret. At quia vidua mulier, quæ fructuariam natorum tutelam vltrò ſubierit, ſibimet exoluere potuit ac debuit è re pupillari: cuius ad eam rei fructus tranſierint cum onere æris alieni. l. quoties. §. 1. π. De adminiſtrat. tutor. l. debitor. π. De negot. geſt. l. ſi tutor poſt pubertatem. π. De tutelæ & ration. detrahen. & vtili curationis cauſa actione. l. fiſtulas. §. tutor. π. De contrah. empt. Rurſus vt hæreditatis aditione, ita cuſtodiæ nobilis ſuſceptione, æs debitum exorbetur ac tollitur. l. ſtichum. §. aditio. π. De ſolut. Itaque arbitror, matrem hoc caſu rei vxoriæ actione ſummouẽdam. Secus verò de ære dotali quod nuptialibus 14

Dos pecuniaria, quæ à filio patris hærede matri reddenda eſt, confunditur materna acceptatione Gardiæ nobilis filij: Niſi dotalis illa pecunia, rei immobilis vice haberetur ex nuptialibus pactis.

Pecunia dotalis, quã mulier ſtipulata ſit, in prædij emptionẽ impendi, proprij ſibi futuri, cum aſſignatione ſuper fundis in defectum præd. emptionis, exiſtimatur quidem immobilis, deſtinatione ipſa & aſſignatione Sed non

nuptialibus tabulis conuenerit in prædiorum emptionem collocari. Nam pecunia ſic deſtinata in rem prædiariam, cēſetur immobilis, nec cum mobili fructuum lucro confunditur, aut perſonalium nominum diſſoluendorum onere continetur. Bart. & Bald. ad l. cætera. §. ſed ſi parauit. ff. De legat. 1. l. 3. §. quid ergo. ff. De contrar. & vtil. act. tut. §. 93. Pariſien. Conſuet. Atque ita recentioribus Curiæ decretis identidem definitum: etſi diuerſam ſententiam Boerius Præſes amplectatur. Deciſ. Burdigalenſi. 209. Ac ne diutius in claris anceps cæcutias, en tibi patrius Andium ritus noſtro iudicio vtcunque cōformis, In. §. 243. Sed inde ambigua deſcendit quæſtio, an ſi dotali pretio vir fundum mercatus ſit cum pacto redimendi, aliiſque pigneratitij contractus formulis, vidua mulier experiūdi ius habeat dotis ergô in liberos mariti ſucceſſores. Clamitet enim iſta fortaſſis, ſua pecunia fūdum parari à marito debuiſſe (tanquam immobile patrimoniū, quod ſibi ſtipulata ſit) pura emptione dominij tranſlatitia: non autem hypothecaria, quæ inter mobilia nomina computetur. Argum. vicinæ Conſuet. Cenomanæ. §. 305. In ver. *s'il y a communité de biens meubles entre les conioinctz.* Ex aduerſo, filij defendunt, pigneratitias id genus comparationes agrorum rebus immobilibus accenſeri, tāquam patrimoniales reditus annuos. §. 1. In Authent. De alienat. & emphyt. Et. §. 1. Authét. De non alienan. Quali de negotio nobis in Senatu longa oratione dicentibus Kalend. Decemb. an. 1583. pronunciatum eſt, iſtiuſmodi contractus ad immobilia iura pertinere. Vindiciario Curiæ Pariſien. Areſto. 10. Kalend. Septemb. 1585. Decreuêre enim CONSCRIPTI PATRES, ſecundogenitos Andium nobiles, qui in mouentia parentum bona cum primigenio non ſuccedunt, partem laturos ſortis pretij talium emptionum pignoris cauſa contractarum, quam venditor ſortem, vt prædium ſuū lueret, hæredibus ſingulis obtuliſſet. Quapropter verius eſt, in prædicta liberorum cum matre controuerſia, huic dotis repetitionem in illos minimè competere. Cedo autem, quid de nummario Dotalitio mulieri cauto nuptialibus tabulis? Ea ne, filij poſtmodùm hæres mobilis, confuſione creditrix eſſe deſinet * ✝ Ἀντιφέρνης huiuſce? Dubitandi argumentum præbet ciuilis Regula patria, vt mobile æs alienum luet vniuerſum, quiſquis mouētia ſe bona omnia donatione capiat, iuſtave hæreditate. §. 235. & 326. Andegauen. Morum. His verò, contrà, opponetur conuenti Hypoboli ſeu *Doarij* ratio conditióque immobilis: vtpote quod, certo licet ære pręfinitum dotalibus Pactis, prędiario ſubrogetur Dotalitio Moribus conſtituto. Vtcunque ſit, filij hęreditate apud matrem ſuperſtitem omnimodò confunditur talis donatio propter nuptias: quia non ſolum mobiles in res, ſed immobilium quoque gnati in vſumfructum illa ſuccedet. Qualis vſusfructus, ad paria cum Legitimo dotalitio redigitur Iure Andiū prouinciali. §. 270. & 299.

reputatūr propriū & antiquum lineæ patrimonium, pro legitimis d. lineæ hæredibus: at purus acqueſtus, pro donatario mobilium & acqueſtuum. AreſtoPariſ. in Camera Edicti die. 9. Augu. an 1603 Dn. Viola litis relatore, inter Karolum *du Bouchet*, actorem: & N. *d'Aubigny*, ac Karolum *de Fonſeques*, reos. Ita Tiraquellus contra linearem retractum In §. 32. Num. 42 De Retractu, Et Molineus, in §. 5. Num 113. Conſuet. Pariſ.

Cōtractus pignoratitij fūdorum in formam ſimulatæ venditionis, reputantur effectu ipſo reditus annui pecuniarij quādocunque redimibiles, ſi eodem cōtractu venditor reconduxerit mercedé æſtimata *au denier douze du prix par luy receu.*

Plaidoyrie & appoincté au conſeil. Die. 1. Decembr an. 1583. Deinde ſecutū eſt Areſtum interlocutoriū die. 23. Auguſti, an. 1585. de inquirēdo Andegauæ Conſuet. vſu bina teſtiū turba: Et per modū prouiſionis res contractus pignoratitij iudicantur immobiles, ac velut tales partiundæ, cum pecunia inde redacta, inter nobiles omnes hæredes immobiliū. Pro Petro *du Mortier* intimato, cuius cauſam egi, cōtra Claudium *de Mondamer* appellātem à ſeneſchallo Andegauen. Pro quo Martinus orauit.

Doarium certę ſummæ pecuniarię, *a vne foys payer.*

* Dotalitij.

Tit. III.

DE LAVDIMIIS.

1. *Vnde Emptionalia Domini iura duxerint initium.*
2. *Laudimiorum quantitas taxatióque pendet à* Conſuetudine, *vel poſſeßione particulari.*
3. *Reditus annui venditione generalique conſtitutione hypothecaria, non quæruntur laudimia domino feudi.*
Secus de ſpeciali fundorum pro eo aßignatione, ſeu Aſſieta.
4. *Ex venditione ſub gratia* redemptiua *intra nouennium, quod pupillus vendentis hæres elabi ſiuerit, laudimia non debentur.*
Diuerſum in Lugdunenſi Patria Iuris ſcripti videtur.
5. *Euicta fundi venditi parte, reſciſſóque ob id contractu, nulla præſtantur laudimia.*
Ex prædij alienatione in publicum vſum facta, non exiguntur Dominica emolumenta.
Aliàs, etiam Aquitanica in Patria Iuris, laudimia debentur ex venditione prædij.
6. *Ceßio fundi,* mediante *reditu* fundiario *redimibili, parit laudimia domino feudi.*
7.8. *Idem de communis prædij licitatione inter alios, quàm cohæredes.*
9. *An permutatio inter cohæredes factæ diuiſioni proxima, quaſi mutua accommodatio, exempta ſit iure* Dominicali.
10. Cenſualis *dominus ſoli, laudimia capit ex tota venditiome ſuperficiei cum ſolo.*
11. *Acceptatio prorogatæ gratiæ redimendi, non retrotrahitur ad diem factæ prorogationis abſente parte.*
12. *Nùm pecuniaria redemptio ſeruitutis prædiariæ, tanquam emptio, laudimiis ſubiiciatur.*
13.14. *De emptore* feudi, *&* retrofeudi *diuerſo contractu, à quo pro ambobus laudimia petuntur.*
Gratuita laudimiorum remißio, à feudali *Domino, emptori facta, hunc non liberat à colono feudi dominantis.*
Secus in caſu veræ ſolutionis Domino factæ ab emptore, conductionẽ feudalis *prædij ignorante: Saluo cõductori regreſſu ad locatorem, qui Dominicas obuentiones fructuarias ipſi ceſſerat.*
15.16. *Sola retentio cenſus importat retentionem directi dominij.*
17. *Donata ob cauſam oneroſam laudimijs obnoxia ſunt.*
18. *Quatenus ex tranſactione inter fratres cohæredes laudimia ritè exigantur.*
19.20. *Prorogatio gratiæ redimendi facta à Iudice, æquipollet factæ à parte contrahente.*
21. *Venditio* Greffariatus *regij, nulla acquirit Domino venditionalia iura.*
22. *Nec eadem reuocatur à propinquis venditoris* lineari *retractu.*

PRISCO

1. PRISCO LANGOBARDORVM Vſu dominus emptorem beneficij adigere nequit ad præſtandum officium: & beneficiarius, emancipato beneficio, ac prætio conſumpto, ſeruire non poſſet. Tit. De prohib. feud. alienat. Tit. Qualiter olim poter. feud. Cui malo totius Galliæ conſuetudine obuiam itum eſt, qua beneficij acquiſitor fidem domino dare, & profiteri beneficium compellitur: vt dominus alienationem comprobare, Quod poſterius Langobardis nulla lege præſcribitur. cit. Tit. De prohib. feud. alienat. Et Tit. Qualit. olim. Inde apud Gallos patrono beneficij ſui venditionem laudanti, laudimia penduntur viciſſim. Honorariáque functio nummaria: quam idcirco Leo Imp. υοδεκτικὸν vocitat, quaſi clientis ſuſcipiendi cauſa delatum. Nouella Conſtit. 13. Vt enim nouus emphyteuta quinquagenam prætij partem domino debebat. l. vlt. Cod. De iure emphyt. Sic pecuniæ ſummam patrono præbet inferioris prædij emptor, quaſi beneficij agnoſcẽdi gratia. Quòd ſi cliens in ſubbeneficium dederit rem beneficij ſui feudalis, eamque denuò alienarit ſubbeneficiarius, emptor debebit quintũ pretij denariolum haud patrono quidẽ beneficiarij, ſed qui fundo proximus eſt, domino beneficiario. Ex forenſi Galliæ ritu, quem Faber recenſet in §. Adeò Inſtit. De locat. Et Petr. Iacobi in Tit. Super cõdict. ex moribus Col. 2. Verſ. Imperator. Contra Iuris profeſſorum ſentẽtiam, Salyceti, & Iaſonis in l. 3. Cod. De iur. emphyt. Specul. in §. Nũc aliqua Quæſt. 105. & 126. De locat. Atque adeò verum eſt M. Varronis dictum, Quod alterius fuit, id vt fiat meũ, neceſſe eſſe aliquid intercedere: Neque in omnibus ſatis eſſe ſtipulationem, aut ſolutionem nummorum, ad mutationem domini. De re ruſt. Lib. 2. Cap. 1.

Lods & ventes Seigneuriales.

Senonenſi Lingonũ & Montisſauionij More locali, nulla ſunt Dominica in ſubditos laudimia, *Quints, Requints, Reliefs*, nec alia feudorum commoda mouentium à Ducatu Lingonenſi, Comitatu *de Montſauion.* Baronatu *de Luſy. Gurgy le Chaſtel* Sed peculiarem hunc Ritum Procurator regius oppugnauit, In calce Senonen Conſuet. Deque eo lis pendet in Senatu an. 1601 ex prouocatione à Conſiliariis Requeſtarum Palat. Pariſ.

Vaſſallo ſubinfeudãti, non eius domino, debentur ventæ ab emptore rei ſubinfeudatæ.

2. ANDIBVS vtique, Dominica hæc penſitatio æſtimatur viceno pretij nummo: Demptis quibuſdam Andium regiunculis, in quibus laudimia conduplicantur, ob id Gallicè dicta, *ventes & yſſues*. §. 156. Morum Andegauen. Quod ſimiliter in Cenomania ſtatutum docet §. 174. Cenomanæ Conſuet. Præterea Vindocini Comite, ac patronis aliis quintum & ſubquintum pretij denariolum longo ſibi vſu aſſerẽtibus, ſancitum eſt ciuico Iure noſtro, patronos ſingulos, vti poſſederint hactenùs, ita deinceps dominica id genus cõmoda liberè poſſeſſuros. cita. §. 156. Nam de ipſorum modo, formáque exigendorum conſulenda eſt imprimis loci cuiuſque conſuetudo, ac diuturna poſſeſſio. Vt volunt. I. Platean. & Iac. Rebuff. in l. Domini prædiorum De agric. & cenſit. Lib. xi. Cod. Hinc verò exurgit laudimiorum quæſtiuncula, quæ duplicia petebantur idcirco peruicaciùs, quòd actor Iudici adprobaret, ſibi ſubditorum fundorum emptores alios omnes priſco ab æuo duplicia agnouiſſe, ſoluiſſe. Sed quia nullis nec tabulis nec teſtibus liquebat ſpeciatim, reum conuentum, eiuſuè auctores

Les Ventes ſe payent à la raiſon de 20. deniers pour liure, fors en aucunes contrées, où les ventes ſont doubles, à raiſon de 3. ſols quatre deniers pour liure.

Vſage local du pays de Vendoſmois, aux fiefs.

Ventes doubles.

ipſa re aut ſcripto profeſſos tantum patroni Honorarium, actor ſuccubuit, neque ei maiorem æris ſummam laudatiui titulo exoluere damnatus eſt emptor, quàm quæ patrio More definita & taxata eſſet. Decreto Senatus Pariſien. 6. Idus Februar. an. 1560. pro Christoph. Carterio, aduerſus Nicolaum *de Champagne* Dn. *de la Suze*, & Franciſcam Lauallam, coniugem, Dn. *du Pleſsisburet*, qui à Regio Cenomaniæ Præfecto Curiam appellarāt. His tamen ſaluum ius duplicis laudatiui à PATRIBVS reſeruatum fuit in ſubditos alios, & ſeruientium fundorum poſſeſſores, ex quibus talia feudi emolumenta percipere conſueuiſſent. Iuxta protritum hoc Legis dogma, *quantum poſſeſſum, tantum præſcriptum.*

Areſtum Curiæ Die. 8. Februar. an. 1560. ex appellatione à Seneſchallo Cenomaniæ.

NVLLA recto domino laudimia parantur ex annuo Reditu num- 3.
mis conſtituto ſub hypothecis prædiorum generatim cōceptis. §. 161. & 295. Iuris noſtri Municipalis. At ſi eius penſitationi vectigali annui adſignatus ſit fundus nominatim, expreſſumque pignus, quo reapſe fruatur creditor, tunc huius Fiduciæ titulo, iuſta Dominica patrono quæruntur. Eodem Andium More, Art. 162. 295. 491. Demus enim, pignoris dominium in creditorem vulgò non transferri (l. cùm & ſortis §. vlt. ff. De pignerat. act.) Nec hypothecariam prædij emptionem, quę veterem poſſeſſorem haud mutet, parere laudimia: quùm ex mente contrahentium emptor vſuras modò debitæ ſortis pro tempore efflagitet. Quo ſenſu, ac circūſtantibus cauſis Pacta eiuſmodi interpretatur R. Pont. Innocentius. 3. Cap. illo vos De pignor. Et Cap. ad noſtram De empt. & vend. Poſt Cæſaream Leg. Emptione pignoris cauſa facta Cod. plus val. quod agit. Verum enimverò longè alia Fiduciæ ratio eſt ſeu prędiariæ adſignationis in annū Æs debitū, quod è fundi prouentibus à fiduciario ipſius poſſeſſore quotánis percipiatur. Quemadmodùm à Nobis, de Fiducia, pluribus actum eſt, ℈. Lib. 3. Quoties namque in vſum nummarij Reditus annui, proque eius modulo, ceditur fūdus adſignaturque creditori, tunc abalienatus hic quadantenùs cēſetur, & in propriū illius patrimonium redactus. Scæuolæ iudicio, in l. qui habebat. ff. De legat. 3. Ex quo probabiliter colligitur, ſpeciali agrorum conceſſione in fructum perceptionémque debiti Vectigalis, Honoraria dominica à poſſeſſore deberi.

N'y a aucunes ventes en Acq. ests de rentes generales, dont Aſsiette ſpeciale n'eſt faicte.

Hui' Operis Volum. 3. Tit. De Præſcription. Art. 17.

De fundi venditione ſub facultate redimendi.

PORRO ſi libera ineatur latifundij venditio, facta in nouennium 4.
redimēdi poteſtate, vel in tempus anguſtius, non pręſtantur Emptionalia domino ſuperiori. Quòd ſi vltra nouennium redemptionis tempus extrahatur, primo die celebrati cōtractus & perfecti habebit dominus laudatiuum. §. 161. 362. Andeg. Conſuet. Siue etiam redhibendi prædij ſui ius copiámque venditor tranſcripſerit extraneo nummaria ſorte, tunc recto Domino gemina appendi laudimia, æquum eſt: ex venditione nimirùm, & ei appoſitæ redhibitoriæ facultatis ceſſione. Vt inquit Molineus, ad §. 178. Cenom. Conſuet. In Lugdunenſi verò Prouincia Romani Iuris, ſibi aſſerunt patroni fructuaria emptionaliū commoda, iam inde ab alienatione contracta ſub lege redimēdi intra tempus

Conſuet. Artic. 161. In Verſ *en vendition à grace, qui ne paſſe neuf ans, &c.*

Art. 362 *En vendition à grace, qui excede neuf ans &c. Et y a ventes.*

Seneſchalli Lugdunenſis Sententię die. 29. Mart. 1600. & 5. Decēb. 1602. *pour les lods & ventes des contracts gracieux. Sauf à les recouurer par l'acquereur ſur ſon vendeur en cas d'executiō de lad. grace de remere.*

tempus definitum. Sicuti Lugdunenſis Prætoris Sententia decretum eſt. 4. Kal. Apriles an. 1600. ex controuerſa facti ſpecie inter ſanctius Lugduni Collegium, & Ioh. Monchauuinum, cum Magdalene Marchantia, coniuge. Cui perſimile ab eodem Iudicatum acceſſit Nonis Decembr. an. 1602. ſecundum Albertum Belieureum, Lugdunenſem Archiepiſcopum, in Claudiam Fabram, emptricem: Quæ, ab ea Sententia appellato Senatu, contendit præfracte, nulla Domino laudimia competere ex venditione, tali Pacto reſoluenda. Cæterùm, apud Andes, proponitur Cornelius fundos diſtraxiſſe, recepto in ſeptennium, eorumdem reuocatorio iure. Inter moras deceſſit venditor, minore annis hærede nuncupato. Hic, ſeptenni exacto redimendi ſpatio, vel nouenni quidem, reſtituitur à Principe ætatis beneficio aduerſus temporis lapſum: Ita, vt vendita à parente redhibitorio iudicio recuperarit. Eueſtigiò laudimia ab emptore depoſcit patronus, tanquam ex pura venditione, aut nouem inde poſt annos reſoluta. Nam patrio Iure cautum eſt, redimédi facultatem ac copiam licite intra nouennium prorogari inter emptorem & venditorem: modò ne toties iterata facultas in prolixius nouénio tépus omnino protendatur. §. 362. 363. Andeg. Conſuet. Atqui in propoſito, extra nouennium redemptus eſt fundus: tametſi ætatis priuilegio, cui Iudex locum fecerit, ſepténium pacto receptum minimè fluxiſſe effingatur. Nec enim *Statutaria* placita ciuilibus verbis fictiſque intelliguntur, ſed naturalibus, genuinis, ac propriis. Vt ſuprà admonuimus. Proinde etiá integri reſtitutio minori annis indulta non retroducitur in diſpendium tertij, cui medio tempore ius quæſitum ſit: vt efficaciter fingat, lapſum non eſſe ſeptennem annum, intra quem diſtracta prædia redimere licuerit. Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ✠. De liber. & poſthum. Quippe quùm ſemel facta, infecta fieri nequeant. Ariſtonis philoſophi iudicio, & Tryphonini I. C. l. in bello. §. factæ. §. De captiu. Quò itidem pertinet Molinei Annotatio in §. 22. Morú Pariſien. A parte verò minoris, qui cauſa defenſionem pro emptore ſuſcepit, ita certatum eſt, ſeptémem modò repetundi agri copiam venditionis tabulis retétam fuiſſe, intra quam propterea nullum patrono emptionalium ius ſuppetierit. Quòd ſi lubrico ætatis diem conuentum exire ſiuerit pupillus venditoris hæres, Diplomate reſtitutus fuit, iudicióque admiſſus ad reuocationé alienatorum ex pactitia lege redimendi. Hęc autem integri reſtitutio, ac fictio, Iuris communis eſt potiùs, quàm veniæ gratiæque Regiæ: quùm vel conuentionalis quidem præſcriptio temporis effectu ipſo non excurrat in minores. 25. annis. Sicuti Antoninus Imp. pro Lariani hærede Rutiliana pupilla pronuntiauit. Teſte Paulo I.C. lib. 1. Decretorum in l. Æmilius D. de minor. Præterea Iudicú Sententiæ parum ſibiconſtarent, ſi poſtquàm integri reſtitutione ſemel pro minori annis deciſum ſit, ſeptenne redimendi fundi arbitrium non præteriiſſe, mox quaſi præterierit, contra eum iudicaretur. Quare his omnibus maturè perſpectis, CLARISS.

Archiepiſcopale Capitulum Lugdunéſe.

§. 361. En venditiô à grace, qui excede neuf ans, &c. Il y a ventes.

Statuta fictionem haud facilè admittunt, ſed eaſtrictè intepretamur.

In fiduciaria Agrorũ venditione locus eſt Retractui gẽtilitio, etſi laudimiis, nõ ita. Art. 94. And Leg. Sed licet in ea, Retractuum annus non currat pendente redimendi gratia, (d. Art.) In ſimplici tamen puraque venditione currit à die ipſo contractus, nedũ ſolutionis pretij in longiuſculum diem collatæ. Nec enim numeratio, ſed conuentio pretij facit emptioné. Ideoque contractu pure perfecto, tranſlatum eſt abſolutè in emptoré dominium, ſemel habita de pretio fide.

Decretum Curiæ Pariſ.

Conuentionalis Retractus Terrarum *de la Rocheſuryon, & de Luc* Die 8. Auguſti. 1414. Quæ à Ludouico Andium Duceuẽditæ fuerãt an. 1410. Margaretæ *de Cliſſon Comteſſe de Poinctieure, Viſcomteſſe de Limoges, Baronne de Cliſſon, & des Eſſartz en Poictou.* Ex Inuentario *de la Chambre d'Aniou, en la Chambre des Comptes à Paris:* Item ex Repertorio *de la Chambre du Threſor de Nantes en Bretagne.*

ORDO patronum laudimia petentem actione ſummouit. Areſto Pariſienſi lato Mẽſe Quintili an. 1585. aduerſùs Dn. *du Bellay* patronum. Ioh. *Leuoyx* regio in Senatu Conſiliario litis expoſitore. Neutiquàm verò maiori annis licet, ſtata fundi redemptioni tempora prætergredi, ſeu diem proferre, alieno tertij detrimento. Nam, vt ab ipſiſmet Andium Regulis ſumamus exemplum, Ludouicus. 2. Dux, ſuum fertur Rupiſſuryoniæ, in Pictonibus, Principatum, refuſa pretij ſorte, repetiiſſe à Margaride Cliſſona, Pentebriæ Comite, Lemouicum Subcomite, Barona Cliſſonis, & Eſſartorum, Sexto Idus Auguſti an. 1414. quarto ſcilicet, poſt venditionem ab illo, cum ea, contractatam an. 1410. numerata millium. 12. libellarum Turonen. ſumma. Cuiuſmodi acta geſtáque, in Tabulario deſcribuntur Andegauenſis regiæ Domus: tum Nannetenſi vetere Britonum Chartophylacio.

Euicta fundi venditi parte, ideoque emptionis reſciſſione pro reliquo poſtulata, nullum ius Dominicum ab emptore ſoluendum eſt.

SVBORITVR aliud de Emptionalium iure dubium, ex facti ſpecie 5.
infrarelata. Quidam ſolitum fundum Titio venundedit: Eum venditoris cohæres ex parte dimidia euicit ab emptore. Hic ſubinde Principis reſcripto fretus poſtulat aduerſus auctorem ſuum venditionem reſcindi totam: quaſi nunquam fundi partem fuiſſet empturus; ne cum alio in rerum cõmunionem anxiam cõiiceretur. Interea rectus dominus lege agit in prædij comparatorem, laudimiorum ergô, pro media ſaltem fundi parte, ei per iudicium non ablata. Obtendit enim, venditorem, portionis eiuſce dominium in emptorem tranſtuliſſe. Nã vt ſi mancipatæ rei pars euincatur pro indiuiſo, regreſſurus eſt emptor pro ſola euictæ partis quantitate ad auctorem ſuum. l. 1. π. De euiction. Sic reliquæ portionis manente commercio, manent quoque iuſta Dominica patrono ſoluẽda. Emptor autem, contrà, defendit, reſciſſa venditione, laudimia etiam domino præſtita reddi emptoribus oportere. I. Faber. ad l. vlt. Cod. commun. de legat. P. Caſtrẽſis in l. ab emptione. π. De pact. Iuſtam verò cauſam hoc loco ſubeſſe retractandæ vẽditionis eius prædij, quod totum venditoris eſſe ab eo deluſus exiſtimarit. Ita enim ſe contraxiſſe, vt niſi totum fundum, emptum habere nollet. Sicuti Celſus I. C. pariter animaduertit in l. Quòd ſi vno π. De in diẽ addict. Nec enim pro parte contractũ agnoſcere quis tenetur, & pro alia ab eo diſcedere. l. cùm quæritur. π. De adminiſtr. tutor. l. 1. π. De reſcind. vẽdit. l. Caius. π. De legat. 2. l. ſi negotia abſentis D. de negot. geſt. Aſt ſi plures quidẽ res ſimul vænijſſent nominatim ac diſtinctè, totidẽ venditiones dici poterant: licet eadem cautione emptionis complura prædia mercatus emptor comprehendiſſet. Ob idque reſoluta vnius fundi emptione, ſalua conſtánſque de aliis pactio remanſiſſet. Vt Caliſtratus reſpõdit. l. cùm plures D. de euiction. l. cùm eiuſdem π. de ædilit. edic. Vlpian. l. Et ſi vno pretio §. De Action. emp. Secùs igitur de vna ſolidáq; re indiuiſim alienata dicendum. Vt notat euidenter Maſuerius in §. Item vna Tit. De retract. Tandem PATRES PARISIENSES, venditione tota in irritũ deducta, emptorem ſimul laudimiorum petitione

Areſtum ſolenniter pronũciatum in Curia Pariſien. die. 23. Decemb an. 1587. *ſur l'appel du Lieutenãt d'Angiers.*

petitione abſoluerunt. Solenni decreto, quod ad prouocationẽ à Supp̃ræfecto Andium, recitatum eſt pridianis Diebus Natalis Chriſtiani an. 1587. Quinetiam aliquando, rata manente venditione, patrono abnegatur feudale emolumentum: vtpotè ſi neceſſarium, Reiq; Publ. in vſum priuatus fundus diſtrahatur. Tholoſano celebri S. Conſulto, Iunij luce. 17. an. 1560. Quod ciet Gerardus Maynardus, Senatorij eius ordinis, ſcriptor eruditus. Quæſt. Iuris Lib. 4. Cap. 43. In hanc quoque partem nonnulla attexuimus, Volum. 3. GALLICI PATRIMONII FISCALIS. Cæteroquin Francica in Patria Iuris, recto Domino peræquè ſua addicuntur *Feudalia* commoda ex inferiorum alienatione prædiorum, ac in Municipio quolibet Moribus regi ſolito. Vt Burdigalenſi Areſto definitum fuit. 10. Kalend. Ianuarias an. 1518. ad prouocationem à Sentẽtia Petragoricẽ. Iuridici maioris, poſt ſolẽnem Pragmaticã teſtationem de populari laudimiorum vſu obſeruationeque apud Petrocorios & Lemouices. Nam Aquitanico illo S. Conſulto deciſum quidem eſt, militaria ac clientelæ prædia venundari ibidem, perinde ac libera alia & immunia, poſſe, inconſulte patrono: Sed emptor ſimul damnatus, Honoraria feudi commoda ſuperiori Domino tribuere, quibus prouincialis Prætor illum iudicio exemerat. Talis S. C. verba ſunt iſthæc. *Viſo proceſſu, præfata Curia noſtra, malè per eundem Seneſchalum, ſeu eius Locumtenentem iudicatum, & bene per d. appellantem appellatum fuiſſe dixit & declarauit, iamque d. Iudicium emendando, prælibatum de Bourdeille ad ſoluendum eidem de Mareuil octo albos pro libra pro laudimiis & ventis ſummæ. 6275. librarum Turonen. in contractu venditionis Caſtellaniæ des Bernardieres factæ d. de Bourdeille ab Antonio d'Anthon die. 9. Februar. an. 1502. mentionatarum, dictumque de Mareuil ad recipiendum præfatum de Bourdeille ad homagium tale & ſimile, quod ſibi antea d. Anthon & ſui prædeceſſores ad cauſam plateæ & dominationis des Bernardieres facere conſueuerant, condemnauit, & condemnat. Iamdictum verò de Bourdeille aliis finibus & concluſionibus per ipſum de Mareuil captis abſoluit & relaxauit.*

Tholoſanum Areſtũ in Feudalem. Tholoſæ. colonnm. *que le fons prins pour eslargir la Rue.* ſoluto inde proprietariis pretio *ne porteroit droict de lods & ventes au ſeigneur direct,*

Tit. 13. Art. 4.

Burdigalẽ. Curiæ ſedẽtis *à Perigueux* certis ex cauſis Areſtũ die. 2 . Decemb an. 1518. inter Guidonẽ Baronem *de Mareuil,* dominum feudi, appellantẽ ab abſolutoria Sententia Petragoricen Seneſchali; & Franciſcum Bardonem *de Bourdeilles.*

6. IS nunc ſeſe nobis locus offert, quo in genere habeatur fundi per libellum alienatio, vt Dominicis necne laudimiis obnoxia ſit, expendamus. Putà Seius Caio prædium libellario nomine dedit, hoc eſt, vectigalis annui lege ita luendi, pro arbitrio accipientis, vt illo ad aſſem reducto, poſſeſſor qua ſorte tota iureque vectigalis liberaretur. Ex eo contractu dixeris nulla domino laudimia parari. Andium enim Moribus, ſi ager vectigalis tradatur ſub libera redimendi certo pretio poteſtate, is nec retrahi ab agnatis concedentis poteſt, nec à domino ſuperiore, quaſi nummaria fundi mãcipatio: niſi pactitius ille reditus intra annuũ ſpatiũ à die cõtractus, data pecunia, redimatur. §. 352. 354. cum 5. ſequent. Expreſſiùs adhuc cõſtitutum fuit. §. 127. 154. & 159. eiuſdem Cõſuet. purè libellarios cõtractus fructuarias nulla feudi obuẽtiones producere, ſed redẽpto poſtea vectigali annuo, quod prędiis impoſitũ

Baulx à rente fonciere d'heritages.

Renta fundiaria. redimibilis ad rationẽ duodecimæ ſortis, *à la raiſon du denier douze.*

ſit, laudimia patrono deberi. Plerique ergo cenſuerũt, luitionis diem eiuſce Reditus domino expectãdum, antequàm de emptionalium iure ſuo conteſtari valeat: Sed non parum referre arbitror, vicena necne, an duodena pretij rei parte Vectigal annuum æſtimemus. De illo quidem ſolo, prædiarióque Reditu vidétur ſenſiſſe patrij Moris compoſitores an. 1508. quo ignotæ propemodùm erant aliæ nummarij Reditus conſtitutiones, quem volatilem dicimus & hypothecarium. Lógè enim diſcrepat pecuniarium vectigal, quod fundi hypothecam creditori adſignat, ab alia merè agraria Péſitatione annua, quæ vt agri proprietario ius vectigalis perpetuum quærit (niſi de redimendo eo cóuenerit) ita poſſeſſori perennem eius latifundij vſum ac fructum. Quapropter is, cui prædium ceditur lege annui reditus nummarij, cuius redemptio, duodecies iterato ipſo, æſtimetur, emiſſe illud creditur certa pretij ſorte: cuius vſuras venditori tantiſper appendit, dùm æris ſummam vniuerſam dinumerarit Leg. 5. Cod. De Action. empt. l. Iulianus §. ex vẽdito D. eod. Tit. Et leg. 2. Cod. De vſur. Iuxta receptas Pauli Sẽtentias, Lib. 2. Tit. 17. §. poſt rem traditam. Talis enim æſtimatio fundi ſimilis eſt emptioni. Argum. Vlpiani in l. plerumque l. quoties D. de iure dot. Et Scæuolæ I.C. in l. Æſtimatis D. Solut. matrim. Ab his non multùm abludunt, quæ Molineus ſcribit in. §. 58. Pariſien. Conſuet. Num. 60. etſi prædictam Reditus annui queſtionem minimè attigerit. Exhinc quoque opinantur nonnulli, prædiarium quemuis reditum, quem in lege fundi libello dati lui poſſe ære certo conuenerit, iuſtam laudimiorum cauſam domino præbere, die ipſo celebrati contractus, nedùm redemptionis poſterioris. Vt compluribus Curiæ decretis preiudicatum fuit, ac in municipales Pariſiorum Mores traductum §. 78. Nec abs re profectò, quùm alioqui vectigalia hæc annua clanculũ redimerentur poſtea in fraudem captionémque patronorũ: quibus debitũ laudatiuum, fauorabile eſt, ac patrimonij vice fungitur. Sed quoad leges Andium ſpectat, exiſtimarim, perpetuam fundi locationem ſub onere vectigalis luitioni obnoxij, nihilò magis patrono ius adferre laudimiorũ, quàm agnatitij Retractus, niſi à die redépti vectigalis. cita. §. 154. 159. & 358. Cum exprompta in id Molinei ſentétia, ad §. 356. eiuſd. Leg. Quippe etiam patria Conſuetudine ſancitum eſt, fiduciariam Agrorum mácipationem nullum tribuere laudatiuum recto domino: niſi remancipationi ſtatuta dies exierit, eòq; venditio purè confirmetur. §. 161. prædict. Cóſuet. Verùm enimuerò aliter de Honorariis feudi commodis pronũtiauit Senatus Lutetianus, cenſuitque. Andegauum prædij colonum perpetuum cum libera prædiarij Reditus luendi copia, iam tum emptionalia patrono debere, nec idcirco redemptionis tempus æris debiti expectandum. Soléni Decreto in peruigiliis Dominicæ Reſurrectionis An. 1601. Quod recenſuimus obiter in Margine Artic. 14. Tit. 3. PARISIEN. LEGVM. Volum. I.

Rente fonciere.

Rente hypothecaire & conſtituée à prix d'argent.

Bail à rente rachetable, ſubiect à lods & ventes des le iour dudict contract.

Lods & ventes, domaniaux & patrimoniaux aux Seigneurs directs.

Laudimia domino debeanturnè ex venditione facta ſub pacto redimendi, antequàm ea temporis lapſu purificetur, apud Andes.

Areſtis Paſchalibus an. 1601. laudimia Domino adiudicata apud Andes, ex conceſſione libellaria fundi, *baillé à rente admortiſſable au vouloir du preneur.* Idque *ſans attendre le iour de l'Admortiſſement.*

PALAM

7. PALAM eſt, laudimia ex diuiſione bonorum inter cohæredes non præſtari. §. 282. Andeg. 97. Antiſſiodoren. Conſuet. & Cameracenſi, in Belgio, More conſcripto an. 1574. Quibus congruit Iuriſprofeſſorum opinio vulgò comperta, quos protulimus. §. Cap. 4. Artic. 7. Lib. 1. LEGVM ANDEGAVEN Ecquid iam de duobus extraneis, qui hæreditariam propinquorum duorum partem mercati, & cum aliis cohæredibus diuiſione inita, ſubdiuidant inuicem portiunculas, quæ diuiſionis ſorte ipſis obuenerint, ſupplemento nummorum addito? Quid etiam ſi licitatione inter eos totus vni fundus adiudicetur? Illane partiũ ſubſectio, pro rata pecuniæ, licitatiovè patronis attribuet emptionalium iura? Pro libertate diſſeretur, primæ diuiſionis conſectaneam eſſe ſubdiuiſionem, vel etiam licitationem: ergo pari vtramuis immunitate frui debere. Rurſus eadem dominicæ penſitationis exemptio ſociis videtur competere, quæ cohæredibus bona communia partiuntibus: Quùm vtrobique rerum diuiſio, neceſſaria alienatio céſeatur. Guliel. de Cugno in l. & ideò. ff. De condict. furt. Vidus Papa in Decil. Gratianopol. 411. l. vlt. Verſ. exceptis Cod. De litig. In ver. aut diuiſionis. Et §. 1. Authét. De litig. l. per diuerſas Cod. Manda. His affine eſt Vlpiani reſponſum, in familia herciſcunda, vel communi diuidundo prædio, ſi fieri commode partitio nequeat, poſſe Iudicem in vnius perſonam totam condemnationem conferre, omneſque ipſi res adiudicare. l. antepenul. D. famil. hercisc.

Hæreditatis tamen diuiſione laudimia debentur *en Auxerr où pour ſoulte d'argent, ou ſoulte mobiliere, autre que de la ſucceſſion, iuſques à la concurrence du lad. ſoulte.*

Ex licitatione rei communis inter extraneos. nec cohæredes. laudimia nè domino competant.

Cameracen. Conſuetud. verba, *pour partage entre coheritiers comme n'eſtant nouueau tiltre, ne ſont deux droicts ſeigneuriaux.*

8. AT diuerſa ſententia forenſi Galliæ vſu probata eſt, quem multiplici priuatarum litium iudicio, & experimento percepi. Si enim duo hæreditariæ partis emptores, quæ vnico fundo conſtet, eum finibus diuidant cũ additamẽto pretij, aut ſubſidio licitentur, Siue etiá hoc modo vidua mulier cum mariti hæredibus cupiat à bonorũ ſocietate diſcedere, tunc alteruter licitator Emptionalia debet domino prædij ſuperioris. Iuxta Deciſionem Capell. Tholoſ. 75. & Aufrerij ibidem Annotat. In Verſ *quando diuiſione adiudicatio totius rei emphyteuticæ fieret vni, quia tunc non poſſet fieri ſine conſenſu domini, per conſequens deberet laudimium.* Iaſ. ad. l. vlt. Cod. De iur. emphyt. col. 224. Quod & perſpicuè innuit noua Pariſiorũ Cóſuetudo, quę ex rebus à Curia iudicatis ſparſim cópoſita voluitur. § 88. cuius initium eſt, *Si l'heritage ne ſe peult partir entre coheritiers, &c.* Lucidiùs adhuc idipſum oſtendit Andegauus Mos (cita. §. 282.) excipiens, laudimia deberi patrono, vbicunq; materni ſtemmatis prædia cóſanguineo, vel paterni, vterino fratri partitione attribuãtur. Sed & Lutetianæ Præfectus vrbi nuper iudicio addixit laudimia Pariſiorum Antiſtiti, tanquam profano ædium quarumdam Pariſien. domino recto, quæ marito cum vxoris hæredibus communes ad alterum licitatione perueniſſent. Ac propterea vereor, ne quis tenaciùs ęquo Molinei opinioni inhæreat (quod pace tanti viri dictum ſit) qui licitationem inter ſocios, nedùm inter cohæredes, nulla domino parere laudimia exiſtimarit. In. §. 22. Pariſien antiquæ Cóſuet. Num. 69. & 73. Si tamen duo partium hæreditatis emptores ita cũ cohærede agant

Andeg. Cóſuet. Art. 281. Verſ. *Mais ſi l'on bailloit à celuy qui eſt ſeulement frere en vne ligne l'heritage de l'autre ligne, où il n'eut peu ſucceder, y eſcherroit ventes au ſeigneur de fief.*

primario diuiſionis placito vt tuẽdæ æqualitatis gratia,huic pecunio-
lam dent ac ſuppleant, eo caſu nil patrono appendere tenentur iure
laudatiui,ſed ex primo emptionis titulo ſolutis contentum eum ma-
nere oportet.

PROXIMB alia occurrit difficultas ex hac hypotheſi. Duo fratres 9.
communem hæreditatem conſenſu diuidunt. Biduo pòſt, necdùm re
mutuò tradita,aut poſſideri cœpta,illi nouum ineunt pactum,cómo-
dioris vſus ſingulorũ gratia, pureq; cómutant hæreditarios agros,qui
ſeparatim cuiq; diuiſionis lege obuenerant.Rogo,taliſnè permutatio
ius laudimiorũ domino prębuerit? Quę alioqui laudimia ex permuta-
tione præſtantur.§. 155. &156.Andeg.Cóſuet. Primo quidẽ intuitu,pa-
ciſcentes iuſtiore cauſa niti dicẽtur,quaſi ſecũda pactio & cómutatio
fuerit potiùs nuda primæ diuiſionis executio,rerumq; accómodatio
hæredes inter ipſos,quàm nouus contractus dominij tranſlatitius. Vt
ſenſit Matthæus ad Cap.1.De mil.vaſſ.decrep.ætat.In Feudis.Quod &
bini actus vicinitate colligitur,vt quæ ex cótinenti fiũt ineſſe credan-
tur.l.lecta D.ſi cert.petat.l.pacta couenta.ꝑ.De cótrah.empt.Iis adiũ-
gitur,priorem actum,ex quo nulla dùm ſecuta ſit traditio ac poſſeſſio
nil officere, quo minùs,re velut integra,cohæredes mutua fundorum
commutatione, quaſi vera diuiſione hæreditatis defungi potuerint:
Quando & Romanis legibus diuiſio vicem permutationis obtineat.
Huc vergit.l.1.& 2.Vbi Faber de laudimiis nuncupatim Cod.Quã.lic.
ab empt.diſced.Ego tamen coactus veris,in cótrariam procliuior ſum
ſentẽtiam Nec enim cohæredibus inuicem traditionis formula opus
fuit,poſſeſſioniſvè adeptione ad primam bonorũ partitionẽ ſtabiliẽ-
dam, vel exequendam.Specialiter enim Iure cauetur, in herciſcunda
familia,communibuſvè ſociorum rebus diuidundis promiſcuam eſſe
omnium poſſeſſionem,communem,reciprocam, citra peculiare facti
miniſterium vllum.§.ſi familiæ Inſtitut. De offic.iudic.l.3. D. pro ſoc.
Hinc ſi vnus cohæredũ ſolus ex rebus hęreditariis fructus decerpſe-
rit,eos non maiore ex parte ſuos faciet,quàm ex qua hæres eſt: perti-
nẽtque ad officium cognoſcentis de iudicio Famil. herciſc. vt omnia
commoda cum cæteris communicet. Caij I. C. reſponſo in l. item ex
diuerſo D.famil.herciſc.Quò tendit pariter Gordiani Imp. reſcriptũ,
portionem hæreditatis incremento fructuum augeri.l.Non eſt ambi-
guũ Cod.famil.herciſc. Cum Diocletiani & Maximiani lege Cohæ-
redibus Eod.Tit. Atque id firmiùs adhuc obtinet in Francicis tribu-
nalibus, quorum certa hæc parœmiologia eſt, proximum quemque
defuncto hæredem ipſo iure *ſaiſitum*, boniſque veſtitum eſſe hæredi-
tariis. Vnde nec diutina poſſeſſione res capitur à cohærede priuatim
infra triceſſimum annum.§. 434.Andeg.Cóſuet. Præterea in Domini-
cis feudi commodis diiudicandis ſolus tunc attenditur cótractus,non
traditio,aut poſſeſſio fundi,quùm patria Conſtitutio, quæ iuſta Do-
minica ſanxit,de ſolo contractu eloquitur,ex quo illa debeantur, non
de poſſeſſione,aut clientis veſtitura inde ſumpta.Nam tum ſemel có-
tracta

Andium Cõſuetudine *en contract d'eſchãge y a ventes au ſeigneur, ſoit que les heritages ſoyent en vn meſme, ou en diuers fiefs.* d. Artic. 155.

Matth. Afflict.

Francica regula. *Le mort ſaiſit le vif ſon plus prochain her. tier habile à luy ſucceder.*

tracta emptione, aut permutatione Andegaui prædij, Domino parantur laudimia: tametſi ab ea ſtatim pactione mutuo contrahentium diſſenſu recedatur. Iohan. Faber in. §. pretium autem Inſtit. Ciuil. De empt. & vendit. Tiraquellus vbertim, in calce Lib. De retractu conuentionali. Poſt Bertrandum Carpentoractenſem, Iuris Reſponſo. 199.

10. Solvm quoddam vectigale datum eſt Mæuio. Hic ſolo ſuperficiem adiecit, commodáſque ædes ſuperſtruxit. Deinceps ab eius hærede diſtracta re tota, dominus petiit ab emptore laudimia non tantùm pro modulo ſoli diuenditi, verùm & ſolo impoſitæ domus. Emptor, ex aduerſo, nudam aream ſuo auctori libellario nomine conceſſam fuiſſe, non ædificium: quo proinde ſuperiorem iactare ſe dominum arctor non debeat, relatione facta ad vectigalis conſtitutionem ipſam, quaſi prædiariæ ſeruitutis. l. Non modus Cod. De ſeruit. & aq. Sed quia ædificium ſolo cedit, nil proponi video, cur integra patrono laudimia non præſtentur ex toto contractu: licet ſeorsùm vendita ac diruta ſuperficie, laudatiuum nullum huic deberetur domino ſoli. Vt eleganter Boërius adnotat, in Deciſ. Burdegalen. 19. & 229. ſentiens, laudimia quidem ſoluenda ex vniuerſo fundi pretio cum ædificiis, fructibúſque pendentibus, vel ædium cum vtenſilibus parieti affixis venditarum: non autem ſi fructus à ſolo, vel vtenſilia à pariete ſeparata ſint. Id quod Burdigalenſes Patres iudicaſſe, idem ſcriptor commemorat. Inde ſcitari lubet, poſſeſſori nè ius ſit, inuito patrono ædificia demoliri in ſolo conſtructa, & in alienæ Ditionis fundum transferre. Puto hercle, iuſtam patroni querelam fore, qui cum area ſuperficiem in cenſum dediſſet: Aliter, ſi aream nudam abſque ſuperficie, modò hęc tollatur abſque fundi detrimento. Speculat. in §. Nunc aliqua De locato. Verſ. 119. & 59. Maſuerius nuncupatim in §. Item & adhuc Tit. De locat. & iur. emphyt. Quibus appoſitè ſubdas Vlpiani reſponſum, ſi quis exciderit arbores, vel vites, nihilominùs eum profiteri numerum debere, qui fuit cēſus tempore: niſi cauſam excindendi probauerit cenſitori. l. 4. §. 1. ff. De cenſib. Imò & Alphenus Varus exiſtimat, hæredem in fundo, cuius vſusfructus legatus ſit, villam, quam poſuerat, inuito fructuario diruere non poſſe: nihilò magis, quā ſi arborem ab ſe poſitam ex fundo is euellere vellet. l. Hæres in fundo. ff. De vſufr. leg. Eóque pertinet Borbonia Conſuetudo, §. 398. ac Trecenſis Campanorum, art. 78. Queîs conſonat Pomponiana lex Inter quos §. damni. ff. De damn. inf. l. forma. §. vlt. ff. De cenſib. l. in fraudem D. de iur. fiſ. l. 7. D. comm. diuid. Bald. ad leg. 1. & vlt. Cod. De iur. emphyt. Proin vectigalium ædium poſſeſſor iudicio damnatus fuit quondam, dirutas ipſas priſtinum in ſtatum reſtituere: quò ſoli dominus annuum inde ſolarium commodè perciperet. *Parlamentari* Areſto poſtridie Martinalium ann. 1261. Nam & potior ſoli cauſa eſt, cenſúſque honorarij, quàm pretij à venditore fundo ſuo dicti: Qui ipſemet cenſuali penſitatione defungi, poſſeſſor rei debitórque te-

Ad originalem Inueſtituræ titulum, vel cenſualis conceſſionis ſemper recurrendum eſt Cardinal. Florent. in Conſil. 98. Alexand. Conſil. 9. Lib. 5.

Num. 3.

Art. 398. Borboniæ Legis. *le tenancier, qui tient vn heritage en fief, cens, rente, ou taille d'aucun ſeigneur, il le peut meliorer, & non pas empirer & s'il a baſty, ou faict de nouuel melioration ou augmentation audit heritage, il ne peut demolir, vendre ou exploicter ladite melioration, ſans le congé dudit ſeigneur.*

In hanc partem multa Chaſſeneus. In tit. *Des Cenſes* Burgund. Conſuet. q. 23. & 63.

Ex Curiæ Regeſto 1. fol. 43.

tronus eodem, vtì optimus maximúſque fundus extiterit, pro ſuo iu-
re potiatur. Secundùm quæ tandem, Senatus cõtradicto iudicio pro-
nuntiauit. Decreto ex tempore lato pridie Kal. Martias an. 1586. pro
Barone *de Druy* in agro Niuernenſi, cuius Arnaldus cauſam egit: victo
eius patrono, Nouioduni ad Ligerim pontifice, pro quo Gillotius
perorarat.

S. Conſultum Pariſien. die vlt. Februar. an. 1586. inter Baronem *de Druy*, & Epiſcopum Niuernẽſem, dominum feudi.

A PROPOSITO themate non multùm abeſt, quod in eodem 13.
Senatu tractatum fuit de beneficiario cliente, qui matutinis horis be-
neficium permutatione, pomeridianis ſubbeneficium venditione
Seio tranſcripſerit. Seius enim permutationis nomine patrono obtu-
lit redemptionalia feudi, vnà cum fidelitatis obſequio, ac præter ea ni-
hil. Quippe qui ſubbeneficium, quod poſteriùs emerat, à ſeipſo te-
neri obtenderet, ex pleno proximóque beneficio commutatione illa
quæſito. Idque noſtrates Formularij dictitant, *acquerir en ſon fief.* Sed
patronus oblata reſpuens ait, vtrúmque tum beneficium, tum ſub-
beneficium apud venditorem confuſum fuiſſe amborum vnione, &
in vnum feudi ius redactum, quod ab eo purè agnoſcere poſſeſſor
debuerit. Proin mordicùs aſſerit Dominus, iuſta feudi commoda ſi-
bi perſolui ex venditione oportere, non minùs quàm ex permutatio-
ne: Quùm ille præſertim beneficij commutator, in lege mancipi, ſu-
perius dominium fidémque ſibi non receperit, vt ſubbeneficium
poſtea, quaſi ab ipſo propendens iure feudi, liberè alienaret. Quibus
ſubdit patronus, gemini contractus propinquitatem euidens fraudis
conſilium emptoris arguere, qui iam certus tota de re comparanda,
ſubdolè cœperit à beneficij acquiſitione parui momenti, vt extem-
plò dehinc, tanquam ſuæ clientelæ ſubbeneficium grandi ære mer-
catus, patronum ſuperiorem iure laudimiorum excluderet. Ab
aduerſa verò parte vrget emptor, præſumptam feudorum ex con-
iunctione confuſionem ceſſare, quoties poſſeſſor contrariæ volunta-
tis teſtationem edidiſſet. §. 53. Pariſien. Conſuet. Cui res ſimiliter præ-
iudicatæ in Senatu cauſam præbuêre. Quod & fuſiùs alibi proſecu-
tus ſum, Lib. 1. REGII PATRIMONII GALLICI Tit. 6. Atqui
patronus in ſpecie, qua de agitur, clientelarem fidem ſeparatim acce-
perat, priùs ex beneficio, inde ex ſubbeneficio, quaſi diſtinctis, vt an-
tea, clientelæ fundis. Si tamen inita beneficij commutatione, patro-
nus actutùm in illud ſuam manum inuexiſſet, tunc non ſolùm be-
neficio ſibi aperto potuiſſet frui, verùm & ſubbeneficio, quod inte-
rim antiquo cliente vacuum factum, ſibique itidem adapertum ven-
ditione comperiſſet. Nam eo caſu ad Dominicæ manus auocationem
neceſſe fuiſſet emptori, non modò beneficij ratione domino fidem
ſuam alligare, ſed etiam ſubbeneficij: ob idque iſtius ergô, quintum
ac ſubquintum pretij nummum illi dependere. Cæteroquin priuati
paciſcentes, etſi binum eadem die contractum celebrarint, fraudaſſe
dominum non videntur, qui ſuo viciſſim iure ſint vſi. l. qui autem. §.
ſciendum. D. quæ in fraud. credit. Regula, nullus, Regula, non vide-
tur.

Plenum feudum, & Retrofeudum ſi eadem die ſeparatim à vaſallo vendantur ſine fraude, vnica laudimia domino debẽtur ex vẽditione pleni feudi, non autem ex venditione Retrofeudi *faicte ledit iour precedemmẽt dans le fief dudit vaſſal.*

Art. 8.

Nec, econtrà, deceptus videtur, Iure cõmuni vſus. l. Inter eos §. penul. ff. De fideiuſſ. Nec capitur, qui jus publicum ſequitur l. nihil conſenſui §. 1. ff. De reg. iur.

tur. ff. De regul. Iur. l. 3. §. is tamen. ff. De liber. hom. exhib. l. Iniuriarum. §. 1. ff. De iniur. Nec quod lege permittente fit, in alterius iniuriam fraudemvè tentatum coniicitur, pœnamvè demeretur. l. Gracchus Cod. Ad L. Iul. de adulter. Atque ita CONSCRIPTI CVRIÆ ſecundùm emptorem decreuerunt. S. Conſulto Pariſienſi. 12. Kal. Octobr. an. 1585. pro Roberto *de Gombault*, qui à Sententia Præfecti Vrbi Lutetianæ in Senatum prouocarat: aduerſus Iac. Freminum, & Ioh. d'Araſium tutores liberorum Ioh. Fremini, qui feudo *de Roſty* dominabantur, in finibus Monfortianæ Præfecturæ.

Areſtum Curiæ Pariſien. Die 20. Sept. an. 1585. de feudo *de Groſſay comme plain fief*, & de feudo *des Menus, comme arriere fiefs tenus du fief de Roſty ſis au Bailliage de Montfort Lamaury.*

14\. NEC diſſimilis admodùm ſuperiori quæſtio in conſultationem collata eſt ex facto ſubſequẽti. Quidam paterfamilias æreum feudum vili pretio emit. Is poſtera luce ditionem opimam ſibi comparauit, tanquam feudi iam empti beneficiariam, i. ſibimet ſubiectam beneficij nomine. Patronus, à quo feudum æreum pendebat, iuſta quintana depoſcit ex vtraque nummaria emptione. Quanquam enim ſubbeneficij ratione, actor purè patronus non foret emptoris: faciebat tamen vtriuſque mixtura feudi in eodem ambarum emptore poſſeſſoréque clientelarum, vt vnus pariter idémque nullo intermedio patronus haberetur, cui Dominica ſua commoda præſtari deberent. Argum. Marcelli I. C. in l. damnas eſto. §. 1. ff. De vſufr. legat. In Verſ. vt hæc forma in agris ſeruetur, quæ viuo teſtatore obtinuerit. l. ſi quis duas. §. ſi quis partem Verſ. planè D. commun. præd. Quòd ſi ærei beneficij emptor ſubinde patrono fidem datum veniſſet, antequàm ſubbeneficiarij prædij emptionem contraheret, Dominicis tum nouæ emptionis iuribus abiiſſet immunis. Quippe qui ſubclientum prædiola recto ſuo dominio ſeruare potuiſſet, diſtincta illa & diſcreta fidei profeſſione ex æreo feudo. Siue etiam ipſius auctor ſigillatim ac ſeorſùm ex vtroque beneficiorum genere functus fuiſſet clientelari in patronum officio, (vt ſupraſcripta ſpecie,) tunc ordinata beneficiorum ipſorum ſeries priſtina, graduſque retineretur. At ceſſante huiuſmodi rerum diſtinctione, patrumvè familias deſtinatione alio actu teſtata, propius erat, ambas res beneficiarias vno ab patrono indiſcriminatim teneri, nec proponi, cur ad eum ſpectantia feudi emolumenta minuerentur. Nos itaque in Foro ſententiam rogati reſpondimus, patroni libellum iuſtum nobis & æquum videri. In ſumma, efficacior nulla eſt fundorum deſtinatio priuati poſſeſſoris, quàm quæ beneficiaria clientis in patronum profeſſione, velut digito, indicatur. Imò nec poſſeſſionem quidem beneficiarij metimur fructuariis prædij rationibus, ſed Dominica ſolùm veſtitura. Vt luculento priſcæ memoriæ exemplo confirmat Albertus Krantzius, Saxonicæ Hiſt. lib. 10. cap. 38. Cùm enim de belli cauſa inter Danum regem, & Holſatiæ Duces varia ſererentur colloquia, his ſubditi milites ita dixêre, DVCES TENERE, ET TVERI PATERNAM DITIONEM, A QVA VIVI NON DISCEDERENT. IVS ESSE, IN FEVDVM SVCCEDERE PATRI FILIOS: ID SE PRO DOMINIS SVIS, VT TENERENTVR, TVITVROS. Sed Regij,

Fief en l'air.

Droicts ſeigneuriaux de Quints & Requints de fiefs vendus.

In conſtitutione & qualitate fundorum, deſtinatio patrisfamilias imprimis ſpectanda.

Proceſſus verbalis Conſuetudinis Andium ſcripto redactę, an. 1508. abrogantis priſcum Morem de nobilium impuberũ Mobilibus.

Conſuetudines *de Melun, & de Senlis.*

Lucra nuptialia liberis eius matrimonij reſeruanda.

Mobilia, propriè materna vel paterna dici nequeunt, cùm ius lineæ vel ſtirpis in mobilibus nõprocedat, ſed tantum in rebus ſoli. Quia mobilium vilis abiectáque eſt poſſeſſio. l. ſi rem mobilem D. de acquir. poſſeſſ.

Partis. 3 cap. 3. De emphyteuſi.

VETVSTIORI Andium More, pupillaris ſupellex, cæteráque 13
Mouentia cuſtodi nobili quærebantur iure dominij. Vt patet ex Renunciatione actorum à reformantibus Andegauam Conſuet. Idem & hodie Meloduni Mos percrebuit, §. 287. ac Syluanecti. 152. Quid autẽ de patre Melodunenſi, qui nobilis cuſtodiæ iure non excidit ſecundo matrimonio. §. 286. An filij res mouentes hoc caſu reſeruare ipſi teneatur, manente ſolo penes patrem vſufructu? Cauſa dubitationis eſt, quòd paternum ius in materna filij bona, inductum cenſeatur huius gratia & fauore, tuendi tegendíque paterna cuſtodia. Vnde maternarum huiuſmodi opum filij proprietas ſic patri delata, videtur ſecundo iſtius coniugio reducenda ad vſumfructum. Ex ſententia l. fœminæ Cod. De ſecund. nupt. Et ibi Accurſius. Non modò enim lucra connubialia, quæ dote vel donatione alterutri coniugi obtigerint, communibus liberis adſeruari oportet: Verumetiam quæ vnius ipſorum hæreditate ad patrem legibus redierint, ſi nouas quidẽ ſuperſtes nuptias contraxerit. Bart. in cita. l. fœminæ. iuxta Gloz. in §. 1. Authent. De nupt. In contrarium verò allegabitur, prædictam bonorum mobilium proprietatem lege patri acquiri, non pacto nuptiali, conſimilivè alio: proindéque ſuperſtitem coniugem res priore in connubio partas lege Municipalis ſocietatis, tráſmittere ad ſuos omnes cuiuſuis liberos matrimonij. §. 279. Pariſien. Cóſuet. De quo Nos etiam, Lib. 3. De PRIVIL. RVSTIC. Nec abs re inſuper Melodunen. Conſtitutio, quę patri mouentia filij attribuit iure nobilis cuſtodiæ, ſanxit, illũ hac cuſtodis functione nouo connubio minimè abdicari. Conſtante igitur nobilis cuſtodiæ onere, lucrum eidem lege adiectum perſeuerat. Adde quòd talis Mouétium proprietas donata nó dicitur, nec patri gratuitò comparata, quæ admixtam habeat curam educandi filij, ære alieno liberandi, eiuſque patrimonia diligenter conſeruandi. Quare in propoſita hypotheſi exiſtimo, patri, ſecunda vxore ducta, mouentium filij proprietatem non adimi, quam eius cuſtodia nobili ſemel fuerit conſecutus.

Dos pecuniaria, quæ à filio patris hærede matri reddenda eſt. confunditur materna acceptatione Gardiæ nobilis filii: Niſi dotalis illa pecunia, rei immobilis vice haberetur ex nuptialibus pactis.

Pecunia dotalis, quã mulier ſtipulata ſit, in prædij emptionẽ impendi, proprij ſibi futuri, cum aſſignatione ſuper fundis in defectum præd. emptionis, exiſtimatur quidem immobilis, deſtinatione ipſa & aſſignatione Sed non

QVOD autem ſpectat æris alieni ſolutionem, qua nobilis cuſtos ne- 14
ceſſariò defungitur, dubium fuit, an mater impuberum liberorũ cuſtos, à puberibus deinde nummos dotales debitos repetens audiatur: Verbi gratia, vxor in coëundis nuptiis ſtipulata eſt, nummariam dotem ſibi reddi, ſtatim ac dirempto morte viri matrimonio, communibus bonis abſtineret. Atqui vidua mulier, quæ fructuariam natorum tutelam vltrò ſubierit, ſibimet exoluere potuit ac debuit è re pupillari: cuius ad eam rei fructus tranſierint cum onere æris alieni. l. quoties. §. 1. ff. De adminiſtrat. tutor. l. debitor. ff. De negot. geſt. l. ſi tutor poſt pubertatem. ff. De tutelæ & ration. detrahen. & vtili curationis cauſa actione. l. fiſtulas. §. tutor. ff. De contrah. empt. Rurſus vt hæreditatis aditione, ita cuſtodiæ nobilis ſuſceptione, æs debitum exorbetur ac tollitur. l. ſtichum. §. aditio. ff. De ſolut. Itaque arbitror, matrem hoc caſu rei vxoriæ actione ſummouẽdam. Secus verò de ære dotali quod

nuptialibus

nuptialibus tabulis conuenerit in prædiorum emptionem collocari. Nam pecunia ſic deſtinata in rem prædiariam, cẽſetur immobilis, nec cum mobili fructuum lucro confunditur, aut perſonalium nominum diſſoluendorum onere continetur. Bart. & Bald. ad l. cætera. §. ſed ſi parauit. ff. De legat. 1. l. 3. §. quid ergo. ff. De contrar. & vtil. act. tut. §. 93. Pariſien. Conſuet. Atque ita recentioribus Curiæ decretis identidem definitum: etſi diuerſam ſententiam Boërius Præſes amplectatur. Deciſ. Burdigalenſi. 209. Ac ne diutius in claris anceps cæcutias, en tibi patrius Andium ritus noſtro iudicio vtcunque cóformis, In. §. 243. Sed inde ambigua deſcendit quæſtio, an ſi dotali pretio vir fundum mercatus ſit cum pacto redimendi, aliiſque pigneratitij contractus formulis, vidua mulier experiũdi ius habeat dotis ergô in liberos mariti ſucceſſores. Clamitet enim iſta fortaſſis, ſua pecunia fũdum parari à marito debuiſſe (tanquam immobile patrimoniũ, quod ſibi ſtipulata ſit) pura emptione dominij tranſlatitia: non autem hypothecaria, quæ inter mobilia nomina computetur. Argum. vicinæ Conſuet. Cenomanæ. §. 305. In ver. *s'il y a communité de biens meubles entre les conioinctz*. Ex aduerſo, filij defendunt, pigneratitias id genus comparationes agrorum rebus immobilibus accenſeri, táquam patrimoniales reditus annuos. §. 1. In Authent. De alienat. & emphyt. Et. §. 1. Authét. De non alienan. Quali de negotio nobis in Senatu longa oratione dicentibus Kalend. Decemb. an. 1583. pronunciatum eſt, iſtiuſmodi contractus ad immobilia iura pertinere. Vindiciario Curiæ Pariſien. Areſto. 10. Kalend. Septemb. 1585. Decreuêre enim CONSCRIPTI PATRES, ſecundogenitos Andium nobiles, qui in mouentia parentum bona cum primigenio non ſuccedunt, partem laturos ſortis pretij talium emptionum pignoris cauſa contractarum, quam venditor ſortem, vt prædium ſuũ lueret, hæredibus ſingulis obtuliſſet. Quapropter verius eſt, in prædicta liberorum cum matre controuerſia, huic dotis repetitionem in illos minimè competere. Cedo autem, quid de nummario Dotalitio mulieri cauto nuptialibus tabulis? Ea ne, filij poſtmodum hæres mobilis, confuſione creditrix eſſe deſinet * τῆς ἀντιφέρνης huiuſce? Dubitandi argumentum præbet ciuilis Regula patria, vt mobile æs alienum luet vniuerſum, quiſquis mouétia ſe bona omnia donatione capiat, iuſtave hæreditate. §. 235. & 326. Andegauen. Morum. His verò, contrà, opponetur conuenti Hypoboli ſeu *Doarij* ratio conditióque immobilis: vtpote quod, certo licet ære præfinitum dotalibus Pactis, prædiario ſubrogetur Dotalitio Moribus conſtituto. Vtcunque ſit, filij hæreditate apud matrem ſuperſtitem omnimodò confunditur talis donatio propter nuptias: quia non ſolùm mobiles in res, ſed immobilium quoque gnati in vſumfructum illa ſuccedet. Qualis vſusfructus, ad paria cum Legitimo dotalitio redigitur Iure Andiũ prouinciali, §. 270. & 299.

reputatur propriũ & antiquum lineæ patrimonium, pro legitimis d. lineæ hæredibus: at purus acqueſtus, pro donatario mobilium & acqueſtuum. Areſto Pariſ. in Camera Edicti die. 9. Augul an 1603 Dn. Viola litis relatore, inter Karolum *du Bouchet*, actorem: & N. *d'Aubigny*, ac Karolum *de Fonſeques*, reos. Ita Tiraquellus contra linearem retractum In §. 32. Num. 42 De Retractu, Et Molineus, in §. 5. Num. 113. Conſuet. Pariſ.

Cõtractus pignoratitij fũdorum in formam ſimulatæ venditionis, reputantur effectu ipſo reditus annui pecuniarij quãdocunque redimibiles, ſi eodem cõtractu venditor reconduxerit mercedé æſtimata *au denier douze du prix par luy receu*.

Plaidoyrie & appoincté au conſeil Die. 1. Decembr an. 1583. Deinde ſecutũ eſt Areſtum interlocutoriũ die 21. Auguſti, an. 1585. de inquirẽdo Andegauæ Conſuet. vſu bina teſtiũ turba: Et per modũ prouiſionis res contractus pignoratitij iudicantur immobiles, ac velut tales partiundæ, cum pecunia inde redacta, inter nobiles omnes hæredes immobiliũ. Pro Petro *du Mortier* intimato, cuius cauſam egi, cõtra Claudium *de Mondamer* appellãtem à ſeneſchallo Andegauen. Pro quo Martinus orauit.

Doarium certę ſummæ pecuniarię, *a vne fois payer*.

* Dotalitij.

Tit. III.

DE LAVDIMIIS.

1. *Vnde Emptionalia Domini iura duxerint initium.*
2. *Laudimiorum quantitas taxatióque pendet à* Conſuetudine, *vel poſſeſſione particulari.*
3. *Reditus annui venditione generalíque conſtitutione hypothecaria, non quæruntur laudimia domino feudi.*
 Secus de ſpeciali fundorum pro eo aſsignatione, ſeu Aſſieta.
4. *Ex venditione ſub gratia* redemptiua *intra nouennium, quod pupillus vendentis hæres elabi ſiuerit, laudimia non debentur.*
 Diuerſum in Lugdunenſi Patria Iuris ſcripti videtur.
5. *Euicta fundi venditi parte, reſciſſóque ob id contractu, nulla præſtantur laudimia.*
 Ex prædij alienatione in publicum vſum facta, non exiguntur Dominica emolumenta.
 Aliàs, etiam Aquitanica in Patria Iuris, laudimia debentur ex venditione prædij.
6. *Ceſsio fundi,* mediante *reditu* fundiario *redimibili, parit laudimia domino feudi.*
7. 8. *Idem de communis prædij licitatione inter alios, quàm cohæredes.*
9. *An permutatio inter cohæredes facta diuiſioni proxima, quaſi mutua accommodatio, exempta ſit iure* Dominicali.
10. Cenſualis *dominus ſoli, laudimia capit ex tota venditiome ſuperficiei cum ſolo.*
11. *Acceptatio prorogatæ gratiæ redimendi, non retrotrahitur ad diem factæ prorogationis abſente parte.*
12. *Nùm pecuniaria redemptio ſeruitutis prædiariæ, tanquam emptio, laudimiis ſubiiciatur.*
13. 14. *De emptore* feudi, *&* retrofeudi *diuerſo contractu, à quo pro ambobus laudimia petuntur.*
 Gratuita laudimiorum remiſsio, à feudali *Domino, emptori facta, hunc non liberat à colono feudi dominantis.*
 Secus in caſu veræ ſolutionis Domino factæ ab emptore, conductionẽ feudalis *prædij ignorante: Saluo cõductori regreſſu ad locatorem, qui Dominicas obuentiones fructuarias ipſi ceſſerat.*
15. 16. *Sola retentio cenſus importat retentionem directi dominij.*
17. *Donata ob cauſam oneroſam laudimijs obnoxia ſunt.*
18. *Quatenus ex tranſactione inter fratres cohæredes laudimia ritè exigantur.*
19. 20. *Prorogatio gratiæ redimendi facta à Iudice, æquipollet factæ à parte contrahente.*
21. *Venditio* Greffariatus *regij, nulla acquirit Domino venditionalia iura.*
22. *Nec eadem reuocatur à propinquis venditoris* lineari *retractu.*

PRISCO

1. PRISCO LANGOBARDORVM Vſu dominus emptorem beneficij adigere nequit ad præſtandum officium: & beneficiarius, emancipato beneficio, ac prætio conſumpto, ſeruire non poſſet. Tit. De prohib. feud. alienat. Tit. Qualiter olim poter. feud. Cui malo totius Galliæ conſuetudine obuiam itum eſt, qua beneficij acquiſitor fidem domino dare, & profiteri beneficium compellitur: vt dominus alienationem comprobare, Quod poſterius Langobardis nulla lege præſcribitur. cit. Tit. De prohib. feud. alienat. Et Tit. Qualit. olim. Inde apud Gallos patrono beneficij ſui venditionem laudanti, laudimia penduntur viciſſim. Honorariáque functio nummaria: quam idcirco Leo Imp. ἰσδικτικὸν vocitat, quaſi clientis ſuſcipiendi cauſa delatum. Nouella Conſtit. 13. Vt enim nouus emphyteuta quinquagenam prætij partem domino debebat. l. vlt. Cod. De iure emphyt. Sic pecuniæ ſummam patrono præbet inferioris prædij emptor, quaſi beneficij agnoſcẽdi gratia. Quòd ſi cliens in ſubbeneficium dederit rem beneficij ſui feudalis, eamque denuò alienarit ſubbeneficiarius, emptor debebit quintũ pretij denariolum haud patrono quidẽ beneficiarij, ſed qui fundo proximus eſt, domino beneficiario. Ex forenſi Galliæ ritu, quem Faber recenſet in §. Adeò Inſtit. De locat. Et Petr. Iacobi in Tit. Super cõdict. ex moribus Col. 2. Verſ. Imperator. Contra Iuris profeſſorum ſentẽtiam, Salyceti, & Iaſonis in l. 3. Cod. De iur. emphyt. Specul. in §. Nũc aliqua Quæſt. 105. & 126. De locat. Atque adeò verum eſt M. Varronis dictum, Quod alterius fuit, id vt fiat meũ, neceſſe eſſe aliquid intercedere: Neque in omnibus ſatis eſſe ſtipulationem, aut ſolutionem nummorum, ad mutationem domini. De re ruſt. Lib. 2. Cap. 1.

Lods & ventes Seigneuriales.

Senonenſi Lingonũ & Montisſaui[illegible] More locali, nulla ſunt Dominica in ſubditos laudimia, *Quints, Requints, Reliefs*, nec alia feudorum commoda mouentium à Ducatu Lingonenſi, Comitatu *de Montſauion*. Baronatu *de Luſy*. *Gurgy le Chaſtel* Sed peculiarem hunc Ritum Procurator regius oppugnauit, In calce Senonen Conſuet. Deque eo lis pendet in Senatu an. 1601 ex prouocatione à Conſiliariis Requeſtarum Palat. Pariſ.

Vaſallo ſubinfeudãti, non eius domino, debentur ventæ ab emptore rei ſubinfeudatæ.

2. ANDIBVS vtique, Dominica hæc penſitatio æſtimatur viceno pretij nummo: Demptis quibuſdam Andium regiunculis, in quibus laudimia conduplicantur, ob id Gallicè dicta, *ventes & yſſues*. §. 156. Morum Andegauen. Quod ſimiliter in Cenomania ſtatutum docet §. 174. Cenomanæ Conſuet. Præterea Vindocini Comite, ac patronis aliis quintum & ſubquintum pretij denariolum longo ſibi vſu aſſerẽtibus, ſancitum eſt ciuico Iure noſtro, patronos ſingulos, vti poſſederint hactenùs, ita deinceps dominica id genus cõmoda liberè poſſeſſuros. cita. §. 156. Nam de ipſorum modo, formáque exigendorum conſulenda eſt imprimis loci cuiuſque conſuetudo, ac diuturna poſſeſſio. Vt volunt. I. Platean. & Iac. Rebuff. in l. Domini prædiorum De agric. & cenſit. Lib. xi. Cod. Hinc verò exurgit laudimiorum quæſtiuncula, quæ duplicia petebantur idcirco peruicaciùs, quòd actor Iudici adprobaret, ſibi ſubditorum fundorum emptores alios omnes priſco ab æuo duplicia agnouiſſe, ſoluiſſe. Sed quia nullis nec tabulis nec teſtibus liquebat ſpeciatim, reum conuentum, eiuſuè auctores

Les Ventes ſe payent à la raiſon de 20. deniers pour liure, fors ez aucunes contrées, où les ventes ſont doubles, à raiſon de [illegible] ſols quatre deniers pour liure.

Vſage local du pays de Vendoſmois, aux fiefs.

Ventes doubles.

ipſa re aut ſcripto profeſſos tantum patroni Honorarium, actor ſuccubuit, neque ei maiorem æris ſummam laudatiui titulo exoluere damnatus eſt emptor, quàm quæ patrio More definita & taxata eſſet. Decreto Senatus Pariſien. 6. Idus Februar. an. 1560. pro Chriſtoph. Carterio, aduerſus Nicolaum *de Champagne* Dn. *de la Suze*, & Franciſcam Lauallam, coniugem, Dn. *du Pleßisburet*, qui à Regio Cenomaniæ Præfecto Curiam appellarāt. His tamen ſaluum ius duplicis laudatiui à PATRIBVS reſeruatum fuit in ſubditos alios, & ſeruientium fundorum poſſeſſores, ex quibus talia feudi emolumenta percipere conſueuiſſent. Iuxta protritum hoc Legis dogma, *quantum poſſeſſum, tantum præſcriptum.*

Areſtum Curiæ Die. 8. Februar. an. 1560. ex appellatione à Seneſchallo Cenomaniæ.

NVLLA recto domino laudimia parantur ex annuo Reditu nummis conſtituto ſub hypothecis prædiorum generatim cōceptis. §. 161. & 295. Iuris noſtri Municipalis. At ſi eius penſitationi vectigali annui adſignatus ſit fundus nominatim, expreſſumque pignus, quo reapſe fruatur creditor, tunc huius Fiduciæ titulo, iuſta Dominica patrono quæruntur. Eodem Andium More, Art. 162. 295. 491. Demus enim, pignoris dominium in creditorem vulgò non transferri (l. cùm & ſortis §. vlt. ɑ. De pignerat. act.) Nec hypothecariam prædij emptionem, quę veterem poſſeſſorem haud mutet, parere laudimia: quùm ex mente contrahentium emptor vſuras modò debitæ ſortis pro tempore efflagitet. Quo ſenſu, ac circūſtantibus cauſis Pacta eiuſmodi interpretatur R. Pont. Innocentius. 3. Cap. illo vos De pignor. Et Cap. ad noſtram De empt. & vend. Poſt Cæſaream Leg. Emptione pignoris cauſa facta Cod. plus val. quod agit. Verum enimverò longè alia Fiduciæ ratio eſt ſeu prędiariæ adſignationis in annū Æs debitū, quod è fundi prouentibus à fiduciario ipſius poſſeſſore quotānis percipiatur. Quemadmodùm à Nobis, de Fiducia, pluribus actum eſt, ȷ. Lib. 3. Quotiès namque in vſum nummarij Reditus annui, proque eius modulo, ceditur fūdus adſignaturque creditori, tunc abalienatus hic quadantenùs cēſetur, & in propriū illius patrimonium redactus. Scæuolæ iudicio, in l. qui habebat. ɑ. De legat. 3. Ex quo probabiliter colligitur, ſpeciali agrorum conceſſione in fructum perceptionémque debiti Vectigalis, Honoraria dominica à poſſeſſore deberi. 3.

N'y a aucunes ventes en Acqueſts de rentes generales, dont Aſſiette ſpeciale n'eſt faicte.

Hui' Operis Volum. 3. Tit. De Præſcription. Art. 17.

De fundi venditione ſub facultate redimendi.

PORRO ſi libera ineatur latifundij venditio, facta in nouennium redimēdi poteſtate, vel in tempus anguſtius, non pręſtantur Emptionalia domino ſuperiori. Quòd ſi vltra nouennium redemptionis tempus extrahatur, primo die celebrati cōtractus & perfecti habebit dominus laudatiuum. §. 161. 362. Andeg. Conſuet. Siue etiam redhibendi prædij ſui ius copiámque venditor tranſcripſerit extraneo nummaria ſorte, tunc recto Domino gemina appendi laudimia, æquum eſt: ex venditione nimirùm, & ei appoſitæ redhibitoriæ facultatis ceſſione. Vt inquit Molineus, ad §. 178. Cenom. Conſuet. In Lugdunenſi verò Prouincia Romani Iuris, ſibi aſſerunt patroni fructuaria emptionaliū commoda, iam inde ab alienatione contracta ſub lege redimēdi intra tempus 4.

Conſuet. Artic. 161. In Verſ. *en vendition à grace, qui ne paſſe neuf ans, &c.*

Art. 362. *En vendition à grace, qui excede neuf ans &c. Et y a ventes.*

Seneſchalli Lugdunenſis Sententię die. 29. Mart. 1600. & 5. Decēb. 1601. *pour les lods & ventes des contracts gracieux. Sauf à les recouurer par l'acquereur ſur ſon vendeur en cas d'executiō de lad. grace de remere.*

tempus definitum. Sicuti Lugdunenſis Prætoris Sententia decretum eſt. 4. Kal. Apriles an. 1600. ex controuerſa facti ſpecie inter ſanctius Lugduni Collegium, & Ioh. Monchauuinum, cum Magdalene Marchantia, coniuge. Cui perſimile ab eodem Iudicatum acceſſit Nonis Decembr. an. 1602. ſecundum Albertum Belieureum, Lugdunenſem Archiepiſcopum, in Claudiam Fabram, emptricem: Quæ, ab ea Sententia appellato Senatu, contendit præfracte, nulla Domino laudimia competere ex venditione, tali Pacto reſoluenda. Cæterùm, apud Andes, proponitur Cornelius fundos diſtraxiſſe, recepto in ſeptennium, eorumdem reuocatorio iure. Inter moras deceſſit venditor, minore annis hærede nuncupato. Hic, ſeptenni exacto redimendi ſpatio, vel nouenni quidem, reſtituitur à Principe ætatis beneficio aduerſus temporis lapſum: Ita, vt vendita à parente redhibitorio iudicio recuperarit. Eueſtigiò laudimia ab emptore depoſcit patronus, tanquam ex pura venditione, aut nouem inde poſt annos reſoluta. Nam patrio Iure cautum eſt, redimẽdi facultatem ac copiam licite intra nouennium prorogari inter emptorem & venditorem: modò ne toties iterata facultas in prolixius nouẽnio tẽpus omnino protendatur. §. 362. 363. Andeg. Conſuet. Atqui in propoſito, extra nouennium redemptus eſt fundus: tametſi ætatis priuilegio, cui Iudex locum fecerit, ſeptẽnium pactò receptũ minimè fluxiſſe effingatur. Nec enim *Statutaria* placita ciuilibus verbis fictiſque intelliguntur, ſed naturalibus, genuinis, ac propriis. Vt ſuprà admonuimus. Proinde etiã integri reſtitutio minori annis indulta non retroducitur in diſpendium tertij, cui medio tempore ius quæſitum ſit: vt efficaciter fingat, lapſum non eſſe ſeptennem annum, intra quem diſtracta prædia redimere licuerit. Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ✠. De liber. & poſthum. Quippe quùm ſemel facta, infecta fieri nequeant. Ariſtonis philoſophi iudicio, & Tryphonini I. C. l. in bello. §. factæ. §. De captiu. Quò itidem pertinet Molinei Annotatio in §. 22. Morũ Pariſien. A parte verò minoris, qui cauſa defenſionem pro emptore ſuſcepit, ita certatum eſt, ſeptẽnem modò repetundi agri copiam venditionis tabulis retẽtam fuiſſe, intra quam propterea nullum patrono emptionalium ius ſuppetierit. Quòd ſi lubrico ætatis diem conuentum exire ſiuerit pupillus venditoris hæres, Diplomate reſtitutus fuit, iudicióque admiſſus ad reuocationẽ alienatorum ex pactitia lege redimendi. Hęc autem integri reſtitutio, ac fictio, Iuris communis eſt potiùs, quàm veniæ gratiæque Regiæ: quùm vel conuentionalis quidem præſcriptio temporis effectu ipſo non excurrat in minores. 25. annis. Sicuti Antoninus Imp. pro Lariani hærede Rutiliana pupilla pronuntiauit. Teſte Paulo I. C. lib. 1. Decretorum in l. Æmilius D. de minor. Præterea Iudicũ Sententiæ parum ſibiconſtarent, ſi poſtquàm integri reſtitutione ſemel pro minori annis deciſum ſit, ſeptenne redimendi fundi arbitrium non præteriiſſe, mox quaſi præterierit, contra eum iudicaretur. Quare his omnibus mature perſpectis, CLARISS.

Archiepiſcopale Capitulum Lugdunẽſe.

§. 362. *En vendition à grace, qui excede neuf ans. &c. Et y a ventes.*

Statuta fictionem haud facilè admittunt, ſed eaſtrictè intepretamur.

In fiduciaria Agrorũ venditione locus eſt Retractui gẽtilitio, etſi laudimiis, nõ ita. Art. 9. And Leg. Sed licet in ea, Retractuum annus non currat pendente redimendi gratia. (d. Art.) In ſimplici tamen puraque venditione currit à die ipſo contractus, nedũ ſolutionis pretij in longiuſculum diem collatæ. Nec enim numeratio, ſed conuentio pretij facit emptionẽ. Ideoque contractu pure perfecto, tranſlatum eſt abſolutè in emptorẽ dominium, ſemel habita de pretio fide.

Decretum Curiæ Pariſ.

G

Conuentionalis Retractus Terrarum *de la Rocheſuryon, & de Luc* Die 8. Auguſti. 1414. Quæ à Ludouico Andium Duce vẽditæ fuerãt an. 1410. Margaretæ *de Cliſſon Comteſſe de Poinctieure, Viſcomteſſe de Limoges, Baronne de Cliſſon, & des Eſſartz en Poictou.* Ex Inuentario *de la Chambre d'Aniou, en la Chambre des Comptes à Paris:* Item ex Repertorio *de la Chambre du Threſor de Nantes en Bretagne.*

ORDO patronum laudimia petentem actione ſummouit. Areſto Pariſienſi lato Mẽſe Quintili an. 1585. aduerſùs Dn. *du Bellay* patronum. Ioh. *Leuoyx* regio in Senatu Conſiliario litis expoſitore. Neutiquàm verò maiori annis licet, ſtata fundi redemptioni tempora prætergredi, ſeu diem proferre, alieno tertij detrimento. Nam, vt ab ipſiſmet Andium Regulis ſumamus exemplum, Ludouicus. 2. Dux, ſuum fertur Rupiſſuryoniæ, in Pictonibus, Principatum, refuſa pretij ſorte, repetiiſſe à Margaride Cliſſona, Pentebriæ Comite, Lemouicum Subcomite, Barona Cliſſonis, & Eſſartorum, Sexto Idus Auguſti an. 1414. quarto ſcilicet, poſt venditionem ab illo, cum ea, contractatam an. 1410. numerata millium. 12. libellarum Turonen. ſumma. Cuiuſmodi acta geſtáque, in Tabulario deſcribuntur Andegauenſis regiæ Domus: tum Nannetenſi vetere Britonum Chartophylacio.

Euicta fundi venditi parte, ideoque emptionis reſciſſione pro reliquo poſtulata, nullum ius Dominicum ab emptore ſoluendum eſt.

SVBORITVR aliud de Emptionalium iure dubium, ex facti ſpecie 5.
infratelata. Quidam ſolitum fundum Titio venundedit: Eum venditoris cohæres ex parte dimidia euicit ab emptore. Hic ſubinde Principis reſcripto fretus poſtulat aduerſus auctorem ſuum venditionem reſcindi totam: quaſi nunquam fundi partem fuiſſet empturus; ne cum alio in rerum cõmunionem anxiam cõiiceretur. Interea rectus dominus lege agit in prædij comparatorem, laudimiorum ergô, pro media ſaltem fundi parte, ei per iudicium non ablata. Obtendit enim, venditorem, portionis eiuſce dominium in emptorem transtuliſſe. Nã vt ſi mancipatæ rei pars euincatur pro indiuiſo, regreſſurus eſt emptor pro ſola euictæ partis quantitate ad auctorem ſuum. l. 1. ff. De euiction. Sic reliquæ portionis manente commercio, manent quoque iuſta Dominica patrono ſoluẽda. Emptor autem, contrà, defendit, reſciſſa venditione, laudimia etiam domino præſtita reddi emptoribus oportere. I. Faber. ad l. vlt. Cod. commun. de legat. P. Caſtrẽſis in l. ab emptione. ff. De pact. Iuſtam verò cauſam hoc loco ſubeſſe retractandæ vẽditionis eius prædij, quod totum venditoris eſſe ab eo deluſus exiſtimarit. Ita enim ſe contraxiſſe, vt niſi totum fundum, emptum habere nollet. Sicuti Celſus I. C. pariter animaduertit in l. Quòd ſi vno ff. De in diẽ addict. Nec enim pro parte contractũ agnoſcere quis tenetur, & pro alia ab eo diſcedere. l. cùm quæritur. ff. De adminiſtr. tutor. l. 1. ff. De reſcind. vẽdit. l. Caius. ff. De legat. 2. l. ſi negotia abſentis D. de negot. geſt. Aſt ſi plures quidẽ res ſimul vænijſſent nominatim ac diſtinctè, totidẽ venditiones dici poterant: licet eadem cautione emptionis complura prædia mercatus emptor comprehendiſſet. Ob idque reſoluta vnius fundi emptione, ſalua conſtánſque de aliis pactio remanſiſſet. Vt Caliſtratus reſpõdit. l. cùm plures D. de euiction. l. cùm eiuſdem ff. de ædilit. edic. Vlpian. l. Et ſi vno pretio §. De Action. emp. Secùs igitur de vna ſolidáq; re indiuiſim alienata dicendum. Vt notat euidenter Maſuerius in §. Item vna Tit. De retract. Tandem PATRES PARISIENSES, venditione tota in irritũ deducta, emptorem ſimul laudimiorum petitione

Areſtum ſolenniter pronũciatum in Curia Pariſien. die. 23. Decemb. an. 1587. *ſur l'appel du Lieutenãt d'Angiers.*

petitione abſoluerunt. Solenni decreto, quod ad prouocationē à Supp- præfecto Andium, recitatum eſt pridianis Diebus Natalis Chriſtiani an. 1587. Quinetiam aliquando, rata manente venditione, patrono abnegatur feudale emolumentum: vtpotè ſi neceſſarium, Reiq; Publ. in vſum priuatus fundus diſtrahatur. Tholoſano celebri S. Conſulto, Iunij luce. 17. an. 1560. Quod ciet Gerardus Maynardus, Senatorij eius ordinis, ſcriptor eruditus. Quæſt. Iuris Lib. 4. Cap. 43. In hanc quoque partem nonnulla attexuimus, Volum. 3. Gallici Patrimonii Fiscalis. Cæteroquin Francica in Patria Iuris, recto Domino peræquè ſua addicuntur *Feudalia* commoda ex inferiorum alienatione prædiorum, ac in Municipio quolibet Moribus regi ſolito. Vt Burdigalenſi Areſto definitum fuit. 10. Kalend. Ianuarias an. 1518. ad prouocationem à Sentētia Petragoricē. Iuridici maioris, poſt ſolēnem Pragmaticā teſtationem de populari laudimiorum vſu ob ſeruationéque apud Petrocorios & Lemouices. Nam Aquitanico illo S. Conſulto deciſum quidem eſt, militaria ac clientelæ prædia venundari ibidem, perinde ac libera alia & immunia, poſſe, inconſulte patrono: Sed emptor ſimul damnatus, Honoraria feudi commoda ſuperiori Domino tribuere, quibus prouincialis Prætor illum iudicio exemerat. Talis S. C. verba ſunt iſthæc. *Viſo proceſſu, præfata Curia noſtra, malè per eundem Seneſchalum, ſeu eius Locumtenentem iudicatum, & bene per d. appellantem appellatum fuiſſe dixit & declarauit, iamque d. Iudicium emendando, prelibatum de Bourdeille ad ſoluendum eidem de Mareuil octo albos pro libra pro laudimiis & ventis ſummæ. 6275. librarum Turonen. in contractu venditionis Caſtellaniæ des Bernardieres factæ d. de Bourdeille ab Antonio d'Anthon die. 9. Februar. an. 1502. mentionatarum, dictumque de Mareuil ad recipiendum præfatum de Bourdeille ad homagium tale & ſimile, quod ſibi antea d. Anthon & ſui prædeceſſores ad cauſam plateæ & dominationis des Bernardieres facere conſueuerant, condemnauit, & condemnat. Iamdictum verò de Bourdeille aliis finibus & concluſionibus per ipſum de Mareuil captis abſoluit & relaxauit.*

> Tholoſanum Areſtū in Feudalem. Tholoſæ. colonnm. *que le ſons prins pour eslarger la Rue*, ſoluto inde proprietariis pretio *ne porteroit droict de lods & ventes au ſeigneur direct,*

> Tit. 13. Art. 4.

> Burdigalē. Curię ſedētis *à Perigueux* certis ex cauſis Areſtū die. 2. Decemb an. 1518. inter Guidonē Baronem *de Mareuil*, dominum feudi, appellantē ab abſolutoria Sententia Petragoricen Seneſchali; & Franciſcum Baronem *de Bourdeilles.*

6. Is nunc ſeſe nobis locus offert, quo in genere habeatur fundi per libellum alienatio, vt Dominicis necne laudimiis obnoxia ſit, expendamus. Putà Seius Caio prædium libellario nomine dedit, hoc eſt, vectigalis annui lege ita luendi, pro arbitrio accipientis, vt illo ad aſſem reducto, poſſeſſor qua ſorte tota iuréque vectigalis liberaretur. Ex eo contractu dixeris nulla domino laudimia parari. Andium enim Moribus, ſi ager vectigalis tradatur ſub libera redimendi certo pretio poteſtate, is nec retrahi ab agnatis concedentis poteſt, nec à domino ſuperiore, quaſi nummaria fundi mācipatio: niſi pactitius ille reditus intra annuū ſpatiū à die cōtractus, data pecunia, redimatur. §. 352. 354. cum 5. ſequent. Expreſſiùs adhuc cōſtitutum fuit. §. 127. 154. & 159. eiuſdem Cōſuet. purè libellarios cōtractus fructuarias nulla feudi obuētiones producere, ſed redēpto poſtea vectigali annuo, quod prędiis impoſitū

> *Baulx à rente foncière d'heritages.*

> Renta fundiaria. redimibilis ad rationē duodecimæ ſortis, *à la raiſon du denier douze.*

ſit, laudimia patrono deberi. Plerique ergo cenſuerũt, luitionis diem eiuſce Reditus domino expectãdum, antequàm de emptionalium iure ſuo conteſtari valeat: Sed non parum referre arbitror, vicena necne, an duodena pretij rei parte Vectigal annuum æſtimemus. De illo quidem ſolo, prædiarióque Reditu vidétur ſenſiſſe patrij Moris compoſitores an. 1508. quo ignotæ propemodùm erant aliæ nummarij Reditus conſtitutiones, quem volatilem dicimus & hypothecarium. Lógè enim diſcrepat pecuniarium vectigal, quod fundi hypothecam creditori adſignat, ab alia merè agraria Péſitatione annua, quæ vt agri proprietario ius vectigalis perpetuum quærit (niſi de redimendo eo cóuenerit) ita poſſeſſori perennem eius latifundij vſum ac fructum. Quapropter is, cui prædium ceditur lege annui reditus nummarij, cuius redemptio, duodecies iterato ipſo, æſtimetur, emiſſe illud creditur certa pretij ſorte: cuius vſuras venditori tantiſper appendit, dùm æris ſummam vniuerſam dinumerarit Leg. 5. Cod. De Action. empt. l. Iulianus §. ex vẽdito D. eod. Tit. Et leg. 2. Cod. De vſur. Iuxta receptas Pauli Sẽtentias, Lib. 2. Tit. 17. §. poſt rem traditam. Talis enim æſtimatio fundi ſimilis eſt emptioni. Argum. Vlpiani in l. plerumque l. quoties D. de iure dot. Et Scæuolæ I.C. in l. Æſtimatis D. Solut. matrim. Ab his non multùm abludunt, quæ Molineus ſcribit in. §. 58. Pariſien. Conſuet. Num. 60. etſi prædictam Reditus annui quęſtionem minimè attigerit. Exhinc quoque opinantur nonnulli, prædiarium quemuis reditum, quem in lege fundi libello dati lui poſſe ære certo conuenerit, iuſtam laudimiorum cauſam domino præbere, die ipſo celebrati contractus, nedùm redemptionis poſterioris. Vt compluribus Curiæ decretis pręiudicatum fuit, ac in municipales Pariſiorum Mores traductum §. 78. Nec abs re profectò, quùm alioqui vectigalia hæc annua clanculũ redimerentur poſtea in fraudem captionémque patronorũ: quibus debitũ laudatiuum, fauorabile eſt, ac patrimonij vice fungitur. Sed quoad leges Andium ſpectat, exiſtimarim, perpetuam fundi locationem ſub onere vectigalis luitioni obnoxij, nihilò magis patrono ius adferre laudimiorũ, quàm agnatitij Retractus, niſi à die redẽpti vectigalis. cita. §. 154. 159. & 358. Cum exprompta in id Molinei ſentẽtia, ad §. 356. eiuſd. Leg. Quippe etiam patria Conſuetudine ſancitum eſt, fiduciariam Agrorum mãcipationem nullum tribuere laudatiuum recto domino: niſi remancipationi ſtatuta dies exierit, eòq; venditio purè confirmetur. §. 161. prædict. Cóſuet. Verùm enimuerò aliter de Honorariis feudi commodis pronũtiauit Senatus Lutetianus, cenſuitque. Andegauum prædij colonum perpetuum cum libera prædiarij Reditus luendi copia, iam tum emptionalia patrono debere, nec idcirco redemptionis tempus æris debiti expectandum. Soléni Decreto in peruigiliis Dominicæ Reſurrectionis An. 1601. Quod recenſuimus obiter in Margine Artic. 14. Tit. 3. PARISIEN. LEGVM. Volum. I.

Rente fonciere.

Rente hypothecaire & conſtituee à prix d'argent.

Bail à rente rachetable, ſubiect à lods & ventes dés le iour dudict contract.

Lods & ventes, domaniaux & patrimoniaux aux Seigneurs directs.

Laudimia domino debeantur nè ex venditione facta ſub pacto redimendi, antequàm ea temporis lapſu purificetur, apud Andes.

Areſtis Paſchalibus an. 1601. laudimia Domino adiudicata apud Andes, ex conceſſione libellaria fundi. *baille à rente admortiſſable au vouloir du preneur:* Idque *ſans attendre le iour de l'Admortiſſement.*

7. PALAM eſt, làudimia ex diuiſione bonorum inter còhæredes non præſtari. §. 282. Andeg. 97. Antiſſiodoren. Conſuet. & Cameracenſi, in Belgio, More conſcripto an. 1574. Quibus congruit Iuriſprofeſſorum opinio vulgò comperta, quos protulimus. ℥. Cap. 4. Artic. 7. Lib. 1. LEGVM ANDEGAVEN Ecquid iam de duobus extraneis, qui hæreditariam propinquorum duorum partem mercati, & cum aliis cohæredibus diuiſione inita, ſubdiuidant inuicem portiunculas, quæ diuiſionis ſorte ipſis obuenerint, ſupplemento nummorum addito? Quid etiam ſi licitatione inter eos totus vni fundus adiudicetur? Illane partiũ ſubſectio, pro rata pecuniæ, licitatiovè patronis attribuet emptionalium iura? Pro libertate diſſeretur, primæ diuiſionis conſectaneam eſſe ſubdiuiſionem, vel etiam licitationem: ergo pari vtramuis immunitate frui debere. Rurſus eadem dominicæ penſitationis exemptio ſociis videtur competere, quæ cohæredibus bona communia partiuntibus: Quùm vtrobique rerum diuiſio, neceſſaria alienatio cẽſeatur. Gulielm. de Cugno in l. & ideò. ff. De condict. furt. Vidus Papa in Decil. Gratianopol. 411. l. vlt. Verſ. exceptis Cod. De litig. In ver. aut diuiſionis. Et §. 1. Authẽt. De litig. l. per diuerſas Cod. Manda. His affine eſt Vlpiani reſponſum, in familia herciſcunda, vel communi diuidundo prædio, ſi fieri commode partitio nequeat, poſſe Iudicem in vnius perſonam totam condemnationem conferre, omneſque ipſi res adiudicare. l. antepenul. D. famil. herciſc.

Hæreditatis tamen diuiſione laudimia debentur en Auxerre où pour ſoulte d'argent, ou ſoulte mobiliere, autre que de la ſucceſſion, juſques à la concurrence de lad. ſoulte.

Ex licitatione rei communis inter extraneos, nec cohæredes, laudimia à domino competant.

Cameracen. Conſuetud. verba, pour partage entre coheritiers comme n'eſtant nouueau tiltre, ne ſont deux droicts ſeigneuriaux.

8. AT diuerſa ſententia forenſi Galliæ vſu probata eſt, quem multiplici priuatarum litium iudicio, & experimento percepi. Si enim duo hęreditariæ partis emptores, quæ vnico fundo conſtet, eum finibus diuidant cũ additamẽto pretij, aut ſubſidio licitentur, Siue etiã hoc modo vidua mulier cum mariti hæredibus cupiat à bonorũ ſocietate diſcedere, tunc alteruter licitator Emptionalia debet domino prædij ſuperioris. Iuxta Deciſionem Capell. Tholoſ. 75. & Aufrerij ibidem Annotat. In Verſ *quando diuiſione adiudicatio totius rei emphyteuticæ fieret vni, quia tunc non poſſet fieri ſine conſenſu domini, per conſequens deberet laudimium.* Iaſ. ad. l. vlt. Cod. De iur. emphyt. col. 224. Quod & perſpicuè innuit noua Pariſiorũ Cõſuetudo, quę ex rebus à Curia iudicatis ſparſim cõpoſita voluitur. § 88. cuius initium eſt, *Si l'heritage ne ſe peult partir entre coheritiers, &c.* Lucidiùs adhuc idipſum oſtendit Andegauus Mos (cita. §. 282.) excipiens, laudimia deberi patrono, vbicunq; materni ſtemmatis prædia cõſanguineo, vel paterni, vterino fratri partitione attribuãtur. Sed & Lutetianæ Præfectus vrbi nuper iudicio addixit laudimia Pariſiorum Antiſtiti, tanquam profano ædium quarumdam Pariſien. domino recto, quæ marito cum vxoris hæredibus communes ad alterum licitatione perueniſſent. Ac propterea vereor, ne quis tenaciùs ęquo Molinei opinioni inhæreat (quod pace tanti viri dictum ſit) qui licitationem inter ſocios, nedùm inter cohæredes, nulla domino parere laudimia exiſtimarit. In. §. 22. Pariſien antiquæ Cõſuet. Num. 69. & 73. Si tamen duo partium hæreditatis emptores ita cũ cohærede agant

Andeg. Cõſuet. Art. 281. Verſ. Mais ſi l'on bailloit à celuy qui eſt ſeulement ſiere en vne ligne l'heritage de l'autre ligne, où il n'eut peu ſucceder, y eſcherroit ventes au ſeigneur de fief.

primario diuiſionis placito vt tuédæ æqualitatis gratia, huic pecuniolam dent ac ſuppleant, eo caſu nil patrono appendere tenentur iure laudatiui, ſed ex primo emptionis titulo ſolutis contentum eum manere oportet.

Andium Cōſuetudine en contract d'eſchãge y a ventes au ſeigneur, ſoit que les heritages ſoyent en vn meſme, ou en diuers fiefs. d. Artic. 155.

PROXIMB alia occurrit difficultas ex hac hypotheſi. Duo fratres 9. communem hæreditatem conſenſu diuidunt. Biduo pôſt, necdùm re mutuò tradita, aut poſſideri cœpta, illi nouum ineunt pactum, cómodioris vſus ſingulorú gratia, pureq; cómutant hæreditarios agros, qui ſeparatim cuiq; diuiſionis lege obuenerant. Rogo, taliſnè permutatio ius laudimiorú domino prębuerit? Quę alioqui laudimia ex permutatione præſtantur. §. 155. & 156. Andeg. Cóſuet. Primo quidé intuitu, paciſcentes iuſtiore cauſa niti dicētur, quaſi ſecúda pactio & cómutatio fuerit potiùs nuda primæ diuiſionis executio, rerumq; accómodatio hæredes inter ipſos, quàm nouus contractus dominij tranſlatitius. Vt

Matth. Afflict.

ſenſit Matthæus ad Cap. 1. De mil. vaſſ. decrep. ætat. In Feudis. Quod & bini actus vicinitate colligitur, vt quæ ex cótinenti fiūt ineſſe credantur. l. lecta D. ſi cert. petat. l. pacta couenta. ff. De cótrah. empt. Iis adiúgitur, priorem actum, ex quo nulla dùm ſecuta ſit traditio ac poſſeſſio nil officere, quo minùs, re velut integra, cohæredes mutua fundorum commutatione, quaſi vera diuiſione hæreditatis defungi potuerint: Quando & Romanis legibus diuiſio vicem permutationis obtineat. Huc vergit. l. 1. & 2. Vbi Faber de laudimiis nuncupatim Cod. Quá. lic. ab empt. diſced. Ego tamen coactus veris, in cótrariam procliuior ſum ſentétiam Nec enim cohæredibus inuicem traditionis formula opus fuit, poſſeſſioniſvè adeptione ad primam bonorú partitioné ſtabiliédam, vel exequendam. Specialiter enim Iure cauetur, in herciſcunda familia, communibuſvè ſociorum rebus diuidundis promiſcuam eſſe omnium poſſeſſionem, communem, reciprocam, citra peculiare facti miniſterium vllum. §. ſi familiæ Inſtitut. De offic. iudic. l. 3. D. pro ſoc. Hinc ſi vnus cohæredú ſolus ex rebus hęreditariis fructus decerpſerit, eos non maiore ex parte ſuos faciet, quàm ex qua hæres eſt: pertinétque ad officium cognoſcentis de iudicio Famil. herciſc. vt omnia commoda cum cæteris communicet. Caij I. C. reſponſo in l. item ex diuerſo D. famil. herciſc. Quò tendit pariter Gordiani Imp. reſcriptú, portionem hæreditatis incremento fructuum augeri. l. Non eſt ambiguú Cod. famil. herciſc. Cum Diocletiani & Maximiani lege Cohæredibus Eod. Tit. Atque id firmiùs adhuc obtinet in Francicis tribunalibus, quorum certa hæc parœmiologia eſt, proximum quemque defuncto hæredem ipſo iure *ſaiſitum*, boniſque veſtitum eſſe hæreditariis. Vnde nec diutina poſſeſſione res capitur à cohærede priuatim infra triceſſimum annum. §. 434. Andeg. Cóſuet. Præterea in Dominicis feudi commodis diiudicandis ſolus tunc attenditur cótractus, non traditio, aut poſſeſſio fundi, quùm patria Conſtitutio, quæ iuſta Dominica ſanxit, de ſolo contractu eloquitur, ex quo illa debeantur, non de poſſeſſione, aut clientis veſtitura inde ſumpta. Nam tum ſemel cótracta

Francica regula. Le mort ſaiſit le vif ſon plus prochain heritier habile a luy ſucceder.

tracta emptione, aut permutatione Andegaui prædij, Domino parantur laudimia: tametſi ab ea ſtatim pactione mutuo contrahentium diſſenſu recedatur. Iohan. Faber in. §. pretium autem Inſtit. Ciuil. De empt. & vendit. Tiraquellus vbertim, in calce Lib. De retractu conuentionali. Poſt Bertrandum Carpentoractenſem, Iuris Reſponſo. 199.

10. SOLVM quoddam vectigale datum eſt Mæuio. Hic ſolo ſuperficiem adiecit, commodáſque ædes ſuperſtruxit. Deinceps ab eius hærede diſtracta re tota, dominus petiit ab emptore laudimia non tantùm pro modulo ſoli diuenditi, verùm & ſolo impoſitæ domus. Emptor, ex aduerſo, nudam aream ſuo auctori libellario nomine conceſſam fuiſſe, non ædificium: quo proinde ſuperiorem iactare ſe dominum arctor non debeat, relatione facta ad vectigalis conſtitutionem ipſam, quaſi prædiariæ ſeruitutis. l. Non modus Cod. De ſeruit. & aq. Sed quia ædificium ſolo cedit, nil proponi video, cur integra patrono laudimia non præſtentur ex toto contractu: licet ſeorsùm vendita ac diruta ſuperficie, laudatiuum nullum huic deberetur domino ſoli. Vt eleganter Boërius adnotat, in Deciſ. Burdegalen. 19. & 229. ſentiens, laudimia quidem ſoluenda ex vniuerſo fundi pretio cum ædificiis, fructibúſque pendentibus, vel ædium cum vtenſilibus parieti affixis venditarum: non autem ſi fructus à ſolo, vel vtenſilia à pariete ſeparata ſint. Id quod Burdigalenſes Patres iudicaſſe, idem ſcriptor commemorat. Inde ſcitari lubet, poſſeſſori nè ius ſit, inuito patrono ædificia demoliri in ſolo conſtructa, & in alienæ Ditionis fundum transferre. Puto hercle, iuſtam patroni querelam fore, qui cum area ſuperficiem in cenſum dediſſet: Aliter, ſi aream nudam abſque ſuperficie, modò hęc tollatur abſque fundi detrimento. Speculat. in §. Nunc aliqua De locato. Verſ. 119. & 59. Maſuerius nuncupatim in §. Item & adhuc Tit. De locat. & iur. emphyt. Quibus appoſitè ſubdas Vlpiani reſponſum, ſi quis exciderit arbores, vel vites, nihilominùs eum profiteri numerum debere, qui fuit cẽſus tempore: niſi cauſam excindendi probauerit cenſitori. l. 4. §. 1. π. De cenſib. Imò & Alphenus Varus exiſtimat, hæredem in fundo, cuius vſusfructus legatus ſit, villam, quam poſuerat, inuito fructuario diruere non poſſe: nihilò magis, quã ſi arborem ab ſe poſitam ex fundo is euellere vellet. l. Hæres in fundo. π. De vſufr. leg. Eóque pertinet Borbonia Conſuetudo, §. 398. ac Trecenſis Campanorum, art. 78. Queîs conſonat Pomponiana lex Inter quos §. damni. π. De damn. inf. l. forma. §. vlt. π. De cenſib. l. in fraudem D. de iur. fiſ. l. 7. D. comm. diuid. Bald. ad leg. 1. & vlt. Cod. De iur. emphyt. Proin vectigalium ædium poſſeſſor iudicio damnatus fuit quondam, dirutas ipſas priſtinum in ſtatum reſtituere: quò ſoli dominus annuum inde ſolarium commodè perciperet. *Parlamentari* Areſto poſtridie Martinalium ann. 1261. Nam & potior ſoli cauſa eſt, cenſúſque honorarij, quàm pretij à venditore fundo ſuo dicti: Qui ipſemet cenſuali penſitatione defungi, poſſeſſor rei debitórque te-

Ad originalem inueſtituræ titulum. vel cenſualis conceſſionis ſemper recurrendum eſt Cardinal. Florent. in Conſil. 98. Alexand. Conſil. 9. Lib. 5.

Num. 3.

Art. 398. Borboniæ Legis. *le tenancier, qui tient vn heritage en fief, cens, rente, ou taille d'aucun ſeigneur, il le peut meliorer, & non pas empirer & s'il a baſty, ou faict de nouuel melioration ou augmentation audit heritage, il ne peut demolir, vendre ou exploitter ladite melioration, ſans le congé dudit ſeigneur.*

In hanc partem multa Chaſſeneus. In tit. *Des Cenſes* Burgund. Conſuet. q. 23. & 63.

Ex Curiæ Regeſto 1. fol. 43.

Dominicum Quintũ pretij, eſt pars primi, quod vtili domino venditori debetur.

neatur. Martiani leg. 17. π. De pignerat. act. Et Pauli leg. 15. D. Qui potior. in pign. hab. Diuerſa planè aduentitij laudatiui conditio eſt, Feudaliúmque obuentionum aliarum: Quæ debito diſtracti fundi pretio poſtponuntur. Vtcunque enim ab emptoris creditore pignerata res pluris licenti addicatur, haud priùs certè in eius comparatorem proprietas tranſiit, quàm ſoluta conuenti pretij ſorte auctori ſuo. In Municipiis verò, quorum More alienator laudimiis in patronum oneratur, iſthæc debito venditori pretio anteferũtur: Siue quòd pendundis ipſis lege obligatus maneat alienator, ſeu quòd propterea is rem ſuam cariùs indicarit emptori, quia pretij partem ab eo inferri rectis dominis oporteret. Denique ſi vectigalis areæ nudæ colonus perpetuus in fraudem domini vendat indies tecta ædium, trabes, tigna, & lapides, tunc eorum pretium, cum ſolo poſtea alienato, vnum idémque cenſetur, ex quo laudimia ſolida exigantur. Burdegalen. Deciſione 230.

Prorogationis gratiæ redemptiuæ fundi acceptatio facta poſt tempus primæ gratiæ, non retrotrahitur in præiudicium tertij.

ALIAM fraudis quæſtionem forenſibus Iureconſ. ſubiiciebat Titius Andium municeps noſter. Diſtracto fundo ſub lege redimendi intra biennium, emptor adiit publicum tabellionem paulò ante biennij fluxum, eíque pro venditore, qui tum aberat, ſtipulanti obſignatis tabulis prorogauit tempus reuocandæ ex pacto alienationis. Nec diu pòſt, ſed elapſo iam biennio, venditor ratam habuit redhibitoriæ facultatis prorogationem. Interea verò dominus iudicio cóuenit emptorem, vt iuſta Dominica ex emptione penſitaret. Contrà, certat emptor, Andium Moribus nulla prodita eſſe ex vẽditione laudimia, quæ ſub pacto redimendi ad nouennium celebrata ſit, eiuſque renouandi pacti liberam fieri copiam modò ne extra tempus venditione redemptioni dictum ea redimendi libertas proferretur. §. 362. & 363. Andegau. Conſuet. Etſi igitur ampliatæ intra diem facultatis redimendi ſecuta ſit poſt diem acceptio ratíque habitio prorogationis: hæc tamen ratihabitio Iuris fictione ad tempus retroducitur, quo actus prorogatus ſit. Vulgata Regula, ratihabitionem Lib. 6. Decretal. Epiſtol. Cap. ſi tibi abſenti De præbend. Apud Bonifacium. 8. Pontif. Quod & Iuſtinianus de ratihabitione vniuerſim edixerat, ſedata controuerſia inter Sabinianos & Proculianos, qui olim fuit ea de re. Sed iis, ediuersò, patronus opponit, ſupradictam Iuris regulam ita demùm obtinere, ſi intra id tempus, quo geri actus potuit, facultáſque protrahi, eiuſdem ſimul protractæ acceptio fuiſſet conſecuta, & mandata ſcriptis. Nec enim valet actus ratihabitio, nec ad eum ipſum retro flectitur, niſi intra diem pariter fiat, quo actum peragere licuerit. l. penult. D. rem rat. hab. l. vlt. D. quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſeruet. Item municipales Leges, quæ de prorogata intra diem redimendi gratia ſtatuunt, naturaliter ac propriè ſumuntur, non fictè, aut de prorogatione abſenti indulta, deindéque ab eo accepta. Quibus ritè conuenit Vlpiani ſententia, eum qui abſenti ſeruo ſcribit, vt in libertate moretur, non eam mentem habere, vti confeſtim velit ſerui poſſeſſionem dimittere:

Acceptatio facultatis redimendi abſenti venditori cõceſſæ, vel prorogatæ ab emptore.

dimittere: ſed magis deſtinationem ſuam in id tempus conferre, quo ſeruus certior factus ſit. l. qui abſenti. D. de acquir. poſſeſſ. Vnde & Tullius in Topicis ſcribit, defendi poſſe, non eſſe deditum qui non ſit acceptus, nec ſine acceptione deditionem eſſe, aut donationem. Denique ratihabitio nunquam habet vim retrorelatiuam incommodo tertij, cui interea ius comparatum ſit. Bald in l. obſeruare. §. poſt hæc D. de his qui notan. infam. Franciſc. Aretin. in l. ſi Stichum. §. ſtipulatio ff. De verb. oblig. Quapropter, tali prorogatione nequicquàm obſtante, cenſeo ſecundùm actorem pronunciandum, eique laudimia ex venditione addici oportere.

12. PLAVTIVS Baronatum emit, cui nemus opacum inerat, alterius cuiuſdam venationi, vſui, cæſuræque lignorum obnoxium. Emptor, iuſtis Dominicis patrono ſolutis, in fidem & clientelam cooptatur. Aliquantò pòſt, idem mercatur ius illud ſeruitutis venandi, cædendæque ſyluæ, pretio venditori numerato. Ex noua emptione patronus laudatiuum poſtulat, fretus hoc Iuris axiomate, conſolidata feudo, recens quæſitis adſcribi, non auitis feudi patrimoniis. Iaſ. in l. Non quocunque. §. fundus ff. De legat. 1. Angel. Aretin. in §. ſi cui (poſt l. Fabrum) Inſtit. De legat. Boërius in Conſuet. Biturigum. §. 5. Tit. De feud. & cenſ. Col. vlt. Et § 2. Tit. De matrim. & dote. Quod tamen prudenter intelligendum eſt de conſolidatis emptitio & aduentitio iure, non profectitio purè, & in antiquum ſtatum per ſe reſtitutorio. Sicuti pleniùs Lib. 1. DOMANII FRANCICI diſtinximus. Tit. 4. art. 3. & ſeqq.

Conſolidata prædia cum feudo principali, ſi conſolidêtur per ſpontaneũ acqueſtũ nummariũ, vniuntur quidem feudo, & feudalia fiunt, ſed non, inſtar feudi, antiqua patrimonia reputantur, at meræ acquiſitiones potiùs.

Proinde in illa facti ſpecie Dominus præfractè contendit, emptorem tantò minoris coemiſſe Baronatum, quantò grauiori hac ſeruitute res empta oneraretur. Rurſus perinde laudimiis adſtringitur prædiariæ ſeruitutis emptor, vt ſolarij reditus, quaſi partis ſoli beneficiarij: quem reditus annui emptorem laudimia patrono debere oſtendimus Lib. 2. De PRIVIL. RVSTIC. Parte 1. cap. 6. Ediuersò autem, diſſertabat emptor, debitorem ſeruitutis fundi, qui eam redimat, alia in cauſa ac conditione haberi, quàm ſi exter aliquis eam mercatus fuiſſet. Tunc enim ſeruitutem extingui veriùs, liberari, ac confundi, quàm certum corpus, aut incorporeum ius permanſurum acquiri, cuius ergô laudimia debeantur. §. vlt. Inſtit. De vſufr. l. ſi tibi homo §. vlt. ff. De legat. 1. Tiraquellus in §. 1. Glo. 7. in Ver. *ou autres choſes*. Num. 60. De Retractu lineari. Suam enim cuiuſque rem ipſimet non ſeruire manifeſtum eſt. l. Neque pignus ff. De regul. Iur. l. vtifrui D. ſi vſusfruct. petat. l. quicquid. D. commun. præd. l. cùm in fundo ff. De iur. dot. l. ei à quo ff. De Vſucap. Quibus adiiciebat, perdiu ſe Negatoria expertum in iure, aduerſus dominantis prædij aſſertorem, ac cum eo tandem, modico decidiſſe de ſeruitute negata, & controuerſa. Tranſactæ igitur litis argumentum nil patrono conferre ad iuſta Honoraria, velut ex emptione quadam, exigenda. Vtut ſit, dominum in publica commoda pugnare, quùm prædiariæ ſeruitutis iugo ſublato, melior euaſerit Baroniæ fundus: vt quoties beneficiario poſſeſſore vacauerit, pa-

tronus eodem, vtì optimus maximúſque fundus extiterit, pro ſuo iure potiatur. Secundùm quæ tandem, Senatus cõtradicto iudicio pronuntiauit. Decreto ex tempore lato pridie Kal. Martias an. 1586. pro Barone *de Druy* in agro Niuernenſi, cuius Arnaldus cauſam egit: victo eius patrono, Nouioduni ad Ligerim pontifice, pro quo Gillotius perorarat.

S. Conſultum Pariſien die vlt. Februar. an. 1586. inter Baronem *de Druy*, & Epiſcopum Niuernẽſem, dominum feudi.

A PROPOSITO themate non multùm abeſt, quod in eodem 13.
Senatu tractatum fuit de beneficiario cliente, qui matutinis horis beneficium permutatione, pomeridianis ſubbeneficium venditione Seio tranſcripſerit. Seius enim permutationis nomine patrono obtulit redemptionalia feudi, vnà cum fidelitatis obſequio, ac præter ea nihil. Quippe qui ſubbeneficium, quod poſteriùs emerat, à ſeipſo teneri obtenderet, ex pleno proximóque beneficio commutatione illa quæſito. Idque noſtrates Formularij dictitant, *acquerir en ſon fief.* Sed patronus oblata reſpuens ait, vtrúmque tum beneficium, tum ſubbeneficium apud venditorem confuſum fuiſſe amborum vnione, & in vnum feudi ius redactum, quod ab eo purè agnoſcere poſſeſſor debuerit. Proin mordicùs aſſerit Dominus, iuſta feudi commoda ſibi perſolui ex venditione oportere, non minùs quàm ex permutatione: Quùm ille præſertim beneficij commutator, in lege mancipi, ſuperius dominium fidémque ſibi non receperit, vt ſubbeneficium poſtea, quaſi ab ipſo propendens iure feudi, liberè alienaret. Quibus ſubdit patronus, gemini contractus propinquitatem euidens fraudis conſilium emptoris arguere, qui iam certus tota de re comparanda, ſubdolè cœperit à beneficij acquiſitione parui momenti, vt extemplò dehinc, tanquam ſuæ clientelæ ſubbeneficium grandi ære mercatus, patronum ſuperiorem iure laudimiorum excluderet. Ab aduerſa verò parte vrget emptor, præſumptam feudorum ex coniunctione confuſionem ceſſare, quoties poſſeſſor contrariæ voluntatis teſtationem edidiſſet. §. 53. Pariſien. Conſuet. Cui res ſimiliter præiudicatæ in Senatu cauſam præbuêre. Quod & fuſiùs alibi proſecutus ſum, Lib. 1. REGII PATRIMONII GALLICI Tit. 6. Atqui patronus in ſpecie, qua de agitur, clientelarem fidem ſeparatim acceperat, priùs ex beneficio, inde ex ſubbeneficio, quaſi diſtinctis, vt antea, clientelæ fundis. Si tamen inita beneficij commutatione, patronus actutùm in illud ſuam manum inuexiſſet, tunc non ſolùm beneficio ſibi aperto potuiſſet frui, verùm & ſubbeneficio, quod interim antiquo cliente vacuum factum, ſibique itidem adapertum venditione comperiſſet. Nam eo caſu ad Dominicæ manus auocationem neceſſe fuiſſet emptori, non modò beneficij ratione domino fidem ſuam alligare, ſed etiam ſubbeneficij: ob idque iſtius ergô, quintum ac ſubquintum pretij nummum illi dependere. Cæteroquin priuati paciſcentes, etſi binum eadem die contractum celebrarint, fraudaſſe dominum non videntur, qui ſuo viciſſim iure ſint vſi. l. qui autem. §. ſciendum. D. quæ in fraud. credit. Regula, nullus, Regula, non videtur.

Plenum feudum, & Retrofeudum ſi eadem die ſeparatim à vaſallo vendantur ſine fraude, vnica laudimia domino debẽtur ex vẽditione pleni feudi, non autem ex venditione Retrofeudi *faicte ledit tour precedemmẽt dans le fief dudit vaſſal.*

Art. 8.

Nec econtrà, deceptus videtur, Iure cõmuni vſus. l. Inter eos §. penul. ff. De fideiuſſ. Nec capitur, qui jus publicum ſequitur l. nihil conſenſui §. 1. ff. De reg. iur.

tur. ff. De regul. Iur. l. 3. §. is tamen. ff. De liber. hom. exhib. l. Iniuriarum. §. 1. ff. De iniur. Nec quod lege permittente fit, in alterius iniuriam fraudemvè tentatum coniicitur, pœnamvè demeretur. l. Gracchus Cod. Ad L. Iul. de adulter. Atque ita CONSCRIPTI CVRIÆ ſecundùm emptorem decreuerunt. S. Conſulto Pariſienſi. 12. Kal. Octobr. an. 1585. pro Roberto *de Gombault*, qui à Sententia Præfecti Vrbi Lutetianæ in Senatum prouocarat: aduerſus Iac. Freminum, & Ioh. d'Araſium tutores liberorum Ioh. Fremini, qui feudo *de Roſty* dominabantur, in finibus Monfortianæ Præfecturæ.

Areſtum Curiæ Pariſien. Die 20. Sept. an. 1585. de feudo *de Groſſay comme plain fief*, & de feudo *des Menus, comme arrierefiefs tenus du fief de Roiſty ſis au Bailliage de Monsfort Lamaury.*

14\. NEC diſſimilis admodùm ſuperiori quæſtio in conſultationem collata eſt ex facto ſubſequẽti. Quidam paterfamilias æreum feudum vili pretio emit. Is poſtera luce ditionem opimam ſibi comparauit, tanquam feudi iam empti beneficiariam, i. ſibimet ſubiectam beneficij nomine. Patronus, à quo feudum æreum pendebat, iuſta quintana depoſcit ex vtraque nummaria emptione. Quanquam enim ſubbeneficij ratione, actor purè patronus non foret emptoris: faciebat tamen vtriuſque mixtura feudi in eodem ambarum emptore poſſeſſoréque clientelarum, vt vnus pariter idémque nullo intermedio patronus haberetur, cui Dominica ſua commoda præſtari deberent. Argum. Marcelli I. C. in l. damnas eſto. §. 1. ff. De vſufr. legat. In Verſ. vt hæc forma in agris ſeruetur, quæ viuo teſtatore obtinuerit. l. ſi quis duas. §. ſi quis partem Verſ. planè D. commun. præd. Quòd ſi ærei beneficij emptor ſubinde patrono fidem datum veniſſet, antequàm ſubbeneficiarij prædij emptionem contraheret, Dominicis tum nouæ emptionis iuribus abiiſſet immunis. Quippe qui ſubclientum prædiola recto ſuo dominio ſeruare potuiſſet, diſtincta illa & diſcreta fidei profeſſione ex æreo feudo. Siue etiam ipſius auctor ſigillatim ac ſeorſùm ex vtroque beneficiorum genere functus fuiſſet clientelari in patronum officio, (vt ſupraſcripta ſpecie,) tunc ordinata beneficiorum ipſorum ſeries priſtina, graduſque retineretur. At ceſſante huiuſmodi rerum diſtinctione, patrumvè familias deſtinatione alio actu teſtata, propius erat, ambas res beneficiarias vno ab patrono indiſcriminatim teneri, nec proponi, cur ad eum ſpectantia feudi emolumenta minuerentur. Nos itaque in Foro ſententiam rogati reſpondimus, patroni libellum iuſtum nobis & æquum videri. In ſumma, efficacior nulla eſt fundorum deſtinatio priuati poſſeſſoris, quàm quæ beneficiaria clientis in patronum profeſſione, velut digito, indicatur. Imò nec poſſeſſionem quidem beneficiarij metimur fructuariis prædij rationibus, ſed Dominica ſolùm veſtitura. Vt luculento priſcæ memoriæ exemplo confirmat Albertus Krantzius, Saxonicæ Hiſt. lib. 10. cap. 38. Cùm enim de belli cauſa inter Danum regem, & Holſatiæ Duces varia ſererentur colloquia, his ſubditi milites ita dixère, DVCES TENERE, ET TVERI PATERNAM DITIONEM, A QVA VIVI NON DISCEDERENT. IVS ESSE, IN FEVDVM SVCCEDERE PATRI FILIOS: ID SE PRO DOMINIS SVIS, VT TENERENTVR, TVITVROS. Sed Regij,

Fief en l'air.

Droicts ſeigneuriaux de Quints & Requints de fiefs vendus.

In conſtitutione & qualitate fundorum, deſtinatio patrisfamilias imprimis ſpectanda.

ediuerſò, FEVDVM, OMNIVM GENTIVM VNANIMI CONSENSV AD FILIOS PERTINERE POST PATREM, MODO ID LEGITIME POSTVLETVR A DOMINO, NEC SVBSINT AMITTENDI CAVSÆ GRAVIORES. Hæc ſub annum 1405. quo Sigiſmundus Cæſar huiuſce tandem controuerſiæ arbiter Romano Orbi imperabat. Haud vſquequaque tamen libero patroni arbitrio permittitur feudalium commodorum diſpoſitio in ſubditos fundorum comparatores. Illi videlicet, qui Ditionem ſuam purè locarit in quinquennium, non licet deinceps, gratioſo cuiquam inferioris prædij emptori laudatiuum remittere, conductoris diſpendio temporarij. Vtcunque enim, Dominica ſolutionis apocha laudimiorum, pariat nouó poſſeſſori iuſtam in colonum liberationem & exceptionem: ſalua huic in locatorem ſubſidiaria actione. (l.3. Cod. de nouat. l. vlt. ff. De tranſact.) Munifica tamen, gratuitáque Dominici Honorarij remiſſione præripi nequit ius coloni in debitorem laudimiorum: neque hic tùm regredietur, ſuæ indemnitatis nomine, ad eum qui debita Emptionalia ſibi condonarit: Ne eo caſu liberalitatis ſuæ donator pœnam patiatur. Herennij Modeſtini ſententia, in l. Ad res donatas ff. De ædil. edic. Ac Labeonis reſponſo, §. vlt. l. Ariſto. ff. De donat. Cuiuſmodi diſtinctione Lutetiani PATRES rem diremerunt in tertia Curiæ Claſſe Inquiſitoria. Sextili Menſ. ann. 1598. ſecundùm conductorem profanorum Cœnobij bonorum D. Germani Pratenſis, aduerſus Niuernenſem Ducem, cœnobiarchæ donatarium, Cardinalis Borbonij, de Nigellana illuſtri domo à Duce coëmpta. Quoties, ad hæc, ſuperius latifundium nobile, creditorum inſtantia pigneratur, ac propalam locatur pluris licitâti per Magiſtratum, ius non eſt ipſius proprietario, à nouis dehinc clientibus fructuarias feudi obuentiones exigere, publici coloni detrimento. Solenni quippe fundorum ſequeſtratione, ablata eſt domino eorum poſſeſſio. l. Intereſſe puto. ff. De acquir. poſſeſſ. Forenſibus itidem futuræ locationis præconiis ac proſcriptione moniti ſunt omnes quorum interſit, iiſque teſtatò denunciatum, ne quid agant; contrahantuè de rebus ſequeſtratæ Ditionis cum alio, quàm eius conductore iudiciario fructuarióque poſſeſſore. Argum. leg. ſed ſi pupillus §. de quo palàm proſcriptú fuerit ff. De inſtit. act. l. ſed & ſocius §. ſi abſenti Verſ. quoad is ſcierit D. pro ſoc. l. vlt. ff. De leg. commiſſ. Eòdem alludit ciuicus Andium Mos §. 347. Quæque in hunc ſenſum obiter adnotauimus Lib. 3. De IVRE FISCI GALLICI, Rubr. 23. Art. vlt.

Quod Andium Conſuet ait. Dominũ directum. aut eius Receptorem ordinariũ, ab emptoribus laudimia recipere, eorumque Quitãciam dare poſſe (art. 347. & 389. Id expreſsè protenditur ad firmarios feudi dominâtis. Cenomano More (artic. 359 & 399.) ayans leſd. fermiers pouuoir eſpecial de receuoir les ventes ou rachapts.

Pariſien. Curiæ placitum, In 3. Camera Inqueſtarum, pro filio hærede N Moreau firmarij Abbatiæ S. Germani Des prez, cõtra Dn de Neuers emptorem de l'Hoſtel de Neſle à Paris, Dn. Le grand litis relatore.

Andeg. Leg. art. 347. Verſ. Et qu'il euſt faict publier la [illegible] ou reſeruation en ſes Plaids, ou Aſſiſes, ou autrement deuement.

CLAVDIVS fundum perpetuò fruendum locauit cuidam, certo 15.
vectigali indicto, cum nummario Reditu in annos ſingulos. Locator ſucceſſu temporis diſtraxit pecuniarium Reditum nullo feudi iure penes ſe recepto ſpeciatim. Emptor rurſus annuum iſtiuſmodi prouentum venundedit Mæuio, qui à duobus hinc inde dominis in ius vocatus eſt, vt rei ab eo acquiſitæ laudimia diſſolueret. Primùm enim locator intendit, laudatiuum ſibi deberi, ab eximia cenſus, ſolarij vè prærogatiua, quod, vnà cum reditu illo, minimè emanciparat. Aſt ſuperior, contrà,

Qui terram conceſſit in cenſum, & in reditum fundiarium, licet cum reditũ poſtea vendat. manet ratione cenſus ab eo retenti directus dominus, & ex terræ venditione ſequentĩ laudimia ei debẽtur.

contrà, patronus, locatorem in vendundo Reditu nil ſibi dominici in eum iuris feudíque reſeruaſſe, at nudum Vectigal in agrum ipſum, quaſi vectigalem: vt ſi hic abalienaretur, Dominica in eum iuſta ſua locator exequeretur. Diſtracto igitur non fundo quidem, ſed reditu annuo, iuſta beneficiaria ad ſuperiorem patronum deuoluta eſſe pro maiori imperio poteſtatéque Dominica. Sed hæc præterea diluens locator in cenſum, ſibi ſufficere ait, quòd ſolarium, cenſúmque penes ſe retinuerit, directi ſui dominij indicem, ex quo laudimia ſibi quærantur. Ioh. Faber in §. Adeo Inſtit. De locato. Et in l. 1. Cod. De iure emphyteut. Cui non inconcinnè aptatur. §. 179. Andegau. Leg. Quemadmodùm igitur, mancipato vectigali prædio, locator ille perpetuus rectè exegiſſet laudimia: ſic etiam prædiario Reditu annuo diſtracto, qui in parte latifundij numeratur. Annuus ſaltem iſte prouentus, tanquam fructus fundi, eodem iure cum ipſo cenſetur, & cui fundus, eidem fundi reditus Agrario obnoxius eſt vectigali. Ex argumento Cæſareæ Legis, Domini prædiorum De agric. & cenſit. Lib. 11. Cod.

Andeg. Conſuet. art. 179. Cens, & deuoir deus à aucun, qui a fief denotēt ſeigneurie de fief en nuepce ſur les choſes par raiſon deſquelles ils ſont deuz.

16. Secvs autem, ſi dominus cenſus hunc purè ſimplicitérque abalienaſſet (nedùm annuos reditus) nullo etiam feudi iure, vel dominij in emptorem disertè tranſlato. Nam emancipato cenſu, rectum omne dominium tacitè abdicatur, & in emptorem tranſcribitur. Vt Delphinatis Curiæ vſu ſeruari dicit Vido Papa, in Deciſ. 264. Nec aliter Senatus Pariſiorum iudicio decidit ex infraſcripta hypotheſi. Otacilius domum perpetuò vtendam dedit Androſtheni ſub vectigalis onere prædiarij, ac retentionis ædium pari pretio, quo forſitan olim à conductore illo perpetuo diſtraherentur. Circumactis aliquot annis, rerum vices ita mutantur, vt & dominus ſolarium, & poſſeſſor ædes abalienarit. Nihilo ſeciùs ille domum ab emptore condicit oblata pretij ſorte, ab pactitia lege redemptionis ædium, quam libellariæ ipſarum dationi adiecerat. Obnixè enim intendit, ſe, licet vectigali ceſſerit aliis, non ideo reliqua libellarij contractus iura à ſeipſo abdicaſſe. Sic legato cenſu, rectum dominium haud propterea eſſe legatum. Argum. l. Titius. §. Lucius. ff. De contrah. empt. Seruo item conceſſo, qui vt principalis habetur, peculium, quod ſeruo accedit, minimè conceſſum exiſtimari. Auctore Vlpiano in l. 21. §. antepenul. ff. De pecul. Aſt, ediuersò, domus emptor, annuo Vectigali diſtracto, omnia in fundum vectigalem iuſta Dominica, quæ perpetuæ eius conductioni impoſita erant, videri tranſlata: niſi ea nominatim venditor ſibi reſeruaſſet. Delphinatium Deciſ. 264. de qua ſuprà Cauſa vltrò citróque diſceptata in primario Curiæ Pariſien. Auditorio, placuit actorem ab ædium condictione depelli. Iudicato. 9. Kalend. Iunias an. 1588. ſecundùm appellantem à Prætore Antiſſiodoren. Dauidio aduerſarij cauſidico. In Volumine cauſarum Campanarum.

Alienato cenſu, directum omne dominiū rei cenſualis transfertur.

Areſtum Senatus die 24. Maij an. 1588. *donné en plaidāt ſur vn appel du Bailly d'Auxerre. Au Roolle de Chāpagne.*

17. Sextilivs fundum Cornelianum Titio legauit, adiecto onere,

H

Ex donatione ob cauſam oneroſâ debentur ventæ domino feudi.

vt hic bina aureorum numûm milia daret notho teſtatoris. Legatario in poſſeſſionem eunti dictatur iudicium à domino ſuperioris prædij, qui ex tali legato laudatiuum poſtulat, quaſi ex venditione. Reus defendit, ob donationem, legatumvè laudimia non deberi, ſed feudi redemptionalia ſola, quæ vltrò ipſe actori obtulerit. Nec enim teſtatorem æs vllum ex re legata præſtandû ſibi recepiſſe, velut fundi pretium, ſed pietatis nomine duntaxat pecuniolá notho ſuo tradi iuſſiſſe. Cuiuſmodi defenſionem ita refutat patronus, donata ob cauſam, peræquè laudimiis ſubiici, ac ære diſtracta. Faber ad l. 1. Verſ. quid ſi duo Cod. De inoff. donat. Saltem pro rata nummariæ erogationis donatario indictæ: quùm eatenùs vendita res, potiùs quàm donata cenſeatur. Cynus, & Angel. in l. quęritur. ff. De ſtatu homin. Alciatus in l. 2. Num. 18. ff. De verb. oblig. Etſi enim mera donatio, laudimiorum commoda nulla adferat domino ſuperiori. §. 161. Andeg. Leg. Diuerſum tamen de ea, quæ vel alimentorum quidem pręſtatione oneret donatarium. Capel. Tholoſ. Deciſione. 278. Vidus Papa in Deciſ. Gratianopol. 48. Quocirca puto vtique, laudimia pro oneris modulo donationi adhibiti patrono exolui oportere. Vnde tantùm donata ob cauſam nuptiarum excepit Senatus Pariſienſis. Talia námque iuſtis Honorariis immunia P. C. pronuntiarunt, licet pretio taxata, & ab extraneo quoque collata in alterutrum coniugem intuitu promeritorum Celebri S. Conſulto Idibus Sextilibus an. 1583. facto ad prouocationem ex Victriaca Præfectura: cuius More ſcripto Dominica laudimia trahuntur etiam ad prædiarias benemeritorum remunerationes. Nec mirum certè, quùm res ita donatæ, vel filiabus adſcriptæ doti, nullatenùs ad maritos transferantur iure dominij, licet æſtimatæ tradantur. l. ſi dotem. l. ſi gener. l. rem quam Cod. De iur. dot. l. vn. §. accedit Cod. De rei vxor. act. Nam haud vſquequaque fundi æſtimationem pro emptione habendam oſtendit Papinianus, l. Cùm poſt. §. cùm res. ff. De iur. dot. l. ſi æſtimatis D. ſolut. matrim. l. ſeruos D. famil. hercíſc.

Art. 161. Andeg. Cõſuet. *En donnaiſon ſimple cauſée & faicte de la liberalité du donneur n'a aucunes ventes.*

Areſtum Curiæ ſolenniter a Bern. Preuoſto Præſide recitatum die 13. Auguſti an. 1583. *ſur l'appel & ſur le faict de la Couſtume du Bailliage de Vitry.*

Don remuneratoire, ou onereux, ſubiect à droicts ſeigneuriaux. §. 30. & 39. Victriacæ Cõſuet.

Dvo fratres anxiam de diuiſione bonorum controuerſiam deci- 18.
dunt eo Pacto, vt maximus natu feudum integrum perpetuò ſuum retineret: eius nempè beſſem, ætatis priuilegio, trientem verò, in ſolutum pecunię à primigenio in litem expenſæ, & quanti ſua interfuerat, à fratre litibus non vexari. Quæſitum eſt, an ex tali contractu, & quatenus, emptionalia patrono debeantur. Primogeniti cauſam iuuant argumenta non pauca. Imprimis ius *πρωτογονίας, quo quidē, duæ clientelaris fundi partes præcipuæ grandiori natu competunt hæreditate parentum, veriùs quàm tranſacti negotij titulo. Vnde nil proponitur, iure honorariæ functionis à patrono exigendum. Vt notant Bart. Iaſ. & alij in l. ſi pro fundo Cod. De tranſact. Bald. ad l. 1. Cod. De bon. matern. Cap. 1. De controuer. int. domin. & vaſall. In Feudis. Quod autem ad reliquas hæreditarij aſſis vncias. 4. attinet, quas primigenius à iuniori acceperit, probabile quoque eſt, nulla domino iuſta ſoluenda Moribus Andegauorum. Nec enim ſtirpis maximus, qui totum beneficium

Lods & ventes.

* Primogenituræ.

beneficium poſſidet, deteriore loco eſt ac conditione, quàm ſi eius trientem beneficij ſecundo nato diuiſionis lege præbuiſſet, ab ſe agnoſcendú ſubbeneficiario iure. Nam regulariter natu minores, quem diuiſione à primogenito ſumunt, trientem beneficiorum ab eodem tenere ſe profitentur, non ab antiquo & ordinario ipſius patrono beneficij. §. 232. 262. & 263. Andeg. Conſuet. Proin maior natu, quaſi iuniorum fratrum patronus, videtur liberiùs ab iis recipere trientem beneficij potuiſſe, tanquam ipſiuſmet primigenij ex ſuo beſſe clientelarem: Ita, vt ſuperiorem idcirco dominum adire, eíque laudatiuum pendere non cogatur. Præterea, nullo accedente pretio, triens primigenio ceſſit, eáque ceſſio minoris natu, hæreditatis potiùs repudiatio quædam eſt, nullo accepto. Hic quippe nec teruncio ditatus fuit, qui ex tranſactione nil tulerit penitùs, cuique litis ſolùm impendia, cum eo quod intereſt, remiſſa ſint à fratre maiore. His conſequenter, annis prouectior cenſetur, fraterna renunciatione beneficio toto potiri hæreditario, ob ídque nec Dominicis laudimiis, quaſi extraneus emptor, illigari. Verumtamen pro Domino rationes ſtant validiores. Neutiquàm enim pura, gratuitáque hæreditatis dimiſſione vſus fuit ſecundogenitus in tranſigenda lite, at hæreditariam particulam fratri tranſcripſit in liberationem grauiſſimi æris, quod fratri debebat. Itaque fundi ceſſio in ſolutum, æquipollet venditioni, Honorariis domini functionibus ſubditæ. Faber. ad l. ſi prædium Cod. De euiction. l. pretij cauſa Cod. De reſcind. vendit. Bald. & Salycet. in l. libera Cod. De ſentent. & interlocut. Nec me mouent ſupradicta de Andegauo fraternæ partitionis Ritu feudorum. Nam ſi re ipſa clientelare prædium inter fratres partibus regionibúſque diuideretur, tunc iuniorum optioni relinquitur, vel fratrem patronum, vel ſuperiorem appellare. Sicuti patriis Andium Inſtitutis cauetur. citat. §. 262. cum ſeq. Sed nulla iſthîc à fratribus inita fundorum partitio eſt, quùm tranſactione totum protogenio acceſſerit, quaſi iunctis ſimul partibus conſolidatum, nudéque patrono veteri obnoxium. Primigenius ergo non videtur, fraternam beneficij partem, veluti ſuæ ipſius ſubbeneficiariam comparaſſe: vt inde laudimiorum præſtatione eximatur, nec ea petenti patrono morem gerat.

Les puiſnez roturiers en partage de fiefs ont le choix de tenir feodalement, ou cenſiuement de leur aiſné, ou du ſeigneur ſuzerain.

La part feodale des puiſnez diuiſe tenue en plein fief de l'aiſné: & en arrierefief du ſeigneur ſuzerain.

19. ANDIBVS ſtatutum annotauimus ſuprà, rectos dominos nullum ex fiduciaria prædij mancipatione laudatiuum nanciſci, dùm redimendæ rei poteſtas duret in vendundo recepta, ſiue intra primú eiuſdem facultatis exercendæ ſpatium diutiùs protracta ſit. §. 161. & 362. Andegau. Conſuet. At ſi ea ſemel conceſſa, tempore interciderit, etſi ilico poſt condicta ipſi dies proferatur, talis renouatio fraudi eſſe non debet ſolarij Domino, quo minùs iure ſuo laudimiorum ſecurè experiatur. §. 363. cita. Conſuetud. Ecquid iam de libera redimendi copia non ab emptore prorogata, ſed à Iudice pro tribunali ſedente? Vtputà Lucius fundum mercatus eſt ſub lege redimendi ad biennium. Venditor, bienni hoc ſpatio propemodùm lapſo, vocatur ad iudiciú,

Prorogatio facultatis redimendi facta à iudice æquipollet factæ à parte, ac peræquè impedit iurium Dominicalium aperturam, ſeu laudimiorum.

vt prçterito eo die alienatorum reuocatione excluderetur. Sed cognita cauſa, Iudex decreuit, prædium à venditore intra nouum annum redimi poſſe refuſa pretij ſorte cum impendiis, aliíſque huiuſmodi acceſſionibus. Mox intra annum iſtum, quo redhibitoria fundi libertas ampliata eſt, patronus agit laudimiorum ergô, velut ob rem venditam debitorum. Quamquam enim priuatis licuerit, temporariam redimendi facultatem (nouennium vſque) prolatare: Magiſtratui tamen negat tempus hoc producere longiùs inuita parte fas eſſe, quò Dominica feudi commoda patrono auferantur, vel differantur. Nam qua ſolenni formula celebratus ſit actus, eadem renouari ipſum oportere. l. ſi vt proponis Cod. De Nupt. Cùm igitur pacto conuento venditori facta ſit rei ſuæ redimendæ gratia ac venia, hæc alio itidem pacto proroganda fuit, non iudicio, quod in inuitos redditur. l. inter ſtipulantem. §. 1. π. De verb. obligat. Nam quod vulgò fertur, prorogatum actum, eundem cum primo cenſeri (l. ſed ſi manente. π. De precar. l. item quæritur. §. qui impleto D. locati. l. legem Cod. eod. Tit. l. Labeo. π. De arbitr.) Id ciuiliter ſentiendum de actu peracto ſimul & continuato, inuicem conformi, non difformi. Quibus conſentaneum eſt Papiniani reſponſum, tempus humanitatis gratia debitori indultum ad iudicati executionem, tanti non eſſe, vt viciſſim creditæ ab eo pecuniæ compenſationem præpediat. l. ſi cùm militi. §. cùm intrà. π. De compenſat.

Eadem ſolennitas requiritur in actu renouando, quæ in conſtituendo.

Actus renouatio ſeu prorogatio, cenſetur fieri, eadē primi qualitate & conditione repetita.

SED pugnat, ex contrariò, fundi poſſeſſor, verba municipalis *Statuti*, quæ prorogatæ illius facultatis meminerint, generatim concepta eſſe, nullo habito delectu, ab vtrouis redimendi poteſtas amplietur, ſiue à paciſcentibus priuatis, ſiue à magiſtratu. cita. §. 362. Rurſus acta geſtáque à Iudice, geri à litigatore cenſentur. l. ſi ob cauſam iudicati. Cod. De euiction. l. 1. Cod. ſi in cauſam iudic. pign. capt. Deinde in Iudiciis quaſi contrahitur, prorogaſſéque eam facultatem perhibetur emptor, qui Iudiciariæ prorogationi non reclamarit. Noſtratium, ad hæc, Iuris profeſſorum calculo, nulla ſuppetunt patrono laudimia ob rem diſtractam cum lege redimendi. Ioh. Faber. ad l. vlt. Cod. commun. de legat. Et ſecundùm eum, Boërius in Conſuet. Biturigum. §. 18. Tit. De conſuet. feudor. Chaſſeneus ad Burgund. Conſuet. Tit. *des Cenſes*. §. 1. Num. 15. Contra Pauli Caſtrenſis opinionem in l. 1. Cod. De pact. int. empt. Denique ſummam eſſe rationem puto, quæ pro libertate faciat ſuæ rei à venditore fiduciario recuperandæ, intra nouennium ſcilicet à die contractæ venditionis. Nec enim ante id temporis in emptorem verè tranſlatum eſt vtile prædij dominium. §. 126. Andeg. Leg. 20

Art. 362. Verſ. *Et peut eſtre ladite grace donnee & r'alongee au dedans d'icelle, iuſques à 9. ans.*

Factum iudicis reputatur factum partis.

Ex venditione facta ſub pacto redimendi, an debeantur laudimia domino feudi.

A PRIVATIS ad publicos fundos Regióſque tranſgrediamur. Princeps Caſtellariam quandam Reipub. ditionem Gaio tranſcripſit pigneratitio iure. Ei ditioni Iuriſdictio adhæret, inſignéque Scribatus Actorum iudicialium munus. Rex deinde nouo Edicto publicè diſtraxit hoc, aliáque regiorum Actuariorum Officia, ab emptore, ipſiuſque 21.

ipſiuſque hæredibus perpetuò poſſidenda, donec reſtituto prætio luerentur. Quale Edictum, Mart. Menſ. an. 1580. promulgatum fuit in Senatu Pariſiorum, cui Rex præſidebat. 7. Kal. Sextiles ſubſequentes. Hinc emptione contracta, fiduciarius ille Fiſcalis ditionis dominus petit laudimia ab nouo Caſtellariæ iuriſdictionis Actuario. Intendit enim, publicum Officium, quod tali promercio in formam patrimonij tranſierit, rebus ſoli adnumerari. Quo modo & annonæ, ſportulæ, penſiones, ſeu qua alia ſolo cohæreant, in beneficium dantur: immobilis fundi inſtar, reíque patrimonialis. §. ſciendum, cum Gloz. & Bald. in Tit. De feudi cognit. Yſernias ad Cap. 1. Si de feud. vaſall. ab aliq. interpell. Zaſius in Epitome Feudor. Parte 4. In talibus enim feudum conſiſtit, quod dicitur *de Camera*, id eſt, cùm ex ærario ſiue arca domini adſignatur clienti ſtipendium certum, Vel quod dicitur *de Cauena*, id eſt, cùm ex cellario patroni clientulo præbentur annonæ. Huius generis feudum eſt in curte Domini §. ſciendum Tit. De feudi cognitione Lib. 2. Feudor. Militiæ item venales ac hæreditariæ, ſeu alia quæuis incorporea iura Officiáque accenſentur communi iuri patrimoniorum: atque vt libero alienandi arbitrio, ſic laudatiui præſtandi lege diſponuntur. l. Omnimodò. §. imputari Cod. De inoff. teſtam. l. vlt. Cod. De pignor. Celſus I. C. in l. lucius ff. De legat. 2. l. fideicommiſſa §. ſi ſeruo l. penult. §. alumno præcepit militiam. Et §. teſtator liberto militiam legauit. ff. De legat. 3. l. libertis. §. ab hæredibus D. de aliment. & cibar. legat. Verùm hæc patroni argumenta refellens emptor ita fatur, Officium miniſteriúmque publicum, quod mercatus ſit, nullo clientelæ nexu, cenſuvè teneri: ſed è Regio immuni ſolutóque Patrimonio decerptum nec ſeruire, nec auctorem laudare quenquam. Tale enim publici Scribæ munus verſatur duntaxat in diurna forenſi induſtria, operáque ſeruorum, quæ nullo certo prouentu alterius beneficiario, ſeu vectigali continetur. Secus de aliis quibuſdam clientelaribus Officiis, ac perpetuo beneficij titulo poſſeſſis: Qualia, prædiorum inſtar, reguntur, ac prædiariis legibus ſubſunt. Itaq; ex facto conſulto reſponſum eſt à Nobis, Actuarium emptorem petenti laudimia non debere.

Regia Ordinatio ſuppreſſionis Officiorum *des Greffes ciuils, criminels, & des preſentations, & Clercs d'iceux, en toutes les Iuriſdictions royales. Pareillement des Tabellionages, Garde Seaux, gardes Notes, pour eſtre reunis & incorporez au Domaine du Roy.* Verificata in Parlam. Pariſien. die 26. Iulij 1580.

Le Greffe d'vne Chaſtellenie royale aliené par engagement du Domaine à vn particulier.

Proprium feudum eſt extra curtem Domini. & conſiſtit in prædiis.

Feudum ſoldatæ ſignificatur eſſe feudũ de Camera vel Cauena: quia plerũque in ſolidorum donatione conſiſtit: quandoque autem in vino & auena. Vt Ardizo interpretatur.

Offices fieffez, & infeodez, comme ſergenteries, mairies, & autres.

2\. Consimili ratione pronuntiatum fuit, Actuarij munus iſtiuſmodi, licet hæreditarium, & ab emptoris hærede diſtractum, legibus non teneri gentilitiæ redhibitionis fundorum, nec à venditoris propinquo redimi poſſe condictitia lege Municipali. Decreto Curiæ Pariſien. pridie Kal. Sept. an. 1585. lato in prima Inquiſitionum Decuria, pro Stephano Iolíueto, qui à minori Andegauæ vrbis Iuridico regio prouocarat in Curiam, contra Laurent. Nicolonem, & Anton. Baſtardum tutores liberorum ſuorum. Carolo Menardo ſenatore collegis ſuis cauſam renunciante. Prudenter, quùm *Statutaria* conſanguineorum ratio, quæ familiaria tantùm, & à maioribus profecta reſpicit latifundia, non pertineat ad operariũ Munus, quod è regiis fundis delibatũ, ad Regem aliquando reuoluetur, nec à priuatis perpetuo

Placitum Curiæ die vlt. Auguſti an. 1585. *touchant l'vne des places & Eſtats de Clercs du Greffe de la Iuriſdiction des Conſuls d'Angers vendus par le Roy, & reuendus par l'achepteur particulier du Roy, declarez n'eſtre ſubiect à retraict lignagier.* In prima Camera Inqueſtarũ Curiæ Pariſien. Cuiuſmodi miniſteria *de Clercs de Greffes*, paulo antea à Rege erecta fuerant in titulum officij regij. Edicto à Nobis citato, Pariſ. Leg. Volum. 1. Tit. 1. art. 37. In Marg.

iure aſſeri poſſet. Eòdem relabitur quod Andium More definitum eſt, agnatitio Retractui, Dominiciſvè laudimiis locum non eſſe in vſusfructus venditione, penſionis prædiorum, aut temporariæ Emphyteuſos. §. 402. Cui Tiraquelli opinio conſonat, In Retractu lineari. §. 1. Glo. 7. Num. 61. Aduerſus Matth. Afflicti dictata in Tract. protomixeos. Sed quoad merum fructum attinet, fructuariámque venalis Officij poſſeſſionem, de eo idem, quod de fundo, reor iudicandum. Ob id mater, nobilis filij cuſtos perinde lucrabitur pupillaris Officij reditus hæreditarij, quod vicaria ſubſtituti opera excolitur, ac prædij auiti eiuſdem. Vtrumque enim in fructu eſt, maternúſq; vſusfructus ad qualiacunque ſpectat filij bona, ex quibus prouentú quendam annuum carpere liceat. l. vxori meæ l. fundi l. vxori vſufructu. ff. De vſufr. legat.

Tit. IIII.

Retraict feodal.

DE DOMINICO FVNDI RETRACTV.

1. *Quo iure inſtitutus ſit* Feudalis Retractus *venditorum prædiorum.*
2. *Talis retractus etiam ab eo exercetur, à quo feudum euictum fuit poſt ius retrahendi quæſitum & apertum.*
   Ex permutatione fundorum laudimia tùm debentur, quùm poſt conuentum vnius pretium, alter pro eo datur ad breue tempus, intra quod, hic cum illo priùs æſtimato & vendito commutatur.
3. *De annali exceptione contra fundi retractum dominicum.*
   Feudalis Retractus *actio annalis non currit à die poſſeſsionis fundi adprehenſæ, ſed exhibitionis modò* Contractuum *factæ domino feudi.*
4. *Solutis pro parte laudimiis* firmario *domini, reſtat huic tantùm pro parte alia retrahendi ius in emptorem.*
5. *Vidua retrahentis iure feudi, tenetur, nonobſtante conſolidatione, facere fidem domino ſuperiori pro media parte fundi retracti.*
6. *Feudalis retractus cenſetur* acqueſtus, *ſecùs de* lineari *retractu.*
7. *Feudum tamen ab Eccleſia patrona retractum, perque annum poſſeſſum habetur inter antiqua Eccleſiæ patrimonia.*
8. *Supplementum pretij rei venditæ, à Domino retrahente emptori reddi debet.*
9. *An* renta *nummis conſtituta, & reuendita poſsit retrahi iure feudi.*
10. *Laudimia non debentur ex reditu hypothecario, niſi pro eo ſpecialis* aſſieta *ſeu aſsignatio fundi facta ſit.*
11. Feudalis, *vt* Linearis *retractus præſcriptio currit contra minores.*
12. *Ad præſcriptionem retractus acquirendam non ſufficit exhibuiſſe contractum acquiſitionis* Officiariis *regiis, aut alteri Domino ſuperiori, niſi* immediato *domino facta ſit* exhibitio.

13. 14. *Vſus*

13. 14. *Vſus feudalis Retractus per ſuperiorem* mediatum en cas de deſpie de fief.

15. *Poſt annum à die exhibitionis Literarum acquiſitionis facta* Officiariis *Domini, vel poſt ſoluta huius* Receptori *ordinario* firmario vè *laudimia, Dominus à retractu depellitur.*

16. Feudarius *retractus habet locum in Patria Iuris ſcripti.*

Quæ ſimiles, & quæ diuerſæ Iudiciorum regulæ in Patria Iuris, & in Patria Conſuetudinaria *Franciæ.*

1. VBICVNQVE laudimia, ibidem redemptio Dominica fundorum, lege prodita eſt Andegauenſi: præterquàm in mera ipſorum commutatione. §. 155. 156. 346. 353. Ex quo patronis ius eſt, identidem è beneficio Dominicum facere. §. 348. 387. 392. 399. Andeg. Conſuet. Hoc autem Ius προτιμήσεως habet patronus, emphyteutico ſimile, de quo Iuſtinianus Imp. l. cùm dubitatur Cod. De iur. emphyt. Patronalem vtique fundorum retractum ſanxêre ex Inſubrum moribus Feudiſtici auctores. Lib. 2. Tit. 9. In fi. Gentilitia verò alienatorum in familiam reuocatio producta eſt ab Hebræorum legibus in Mores Lágobardicos, Ruth. 4. Leuit. 25. Hieremiæ. 32. & Feudorum Lib. 2. Tit. 4. ac lib. 4. Tit. 14. Eadem iſthęc apud Romanos legibus confirmata fuit ante Theodoſium & Arcadium Cæſſ. l. Dudum Cod. De contrah. empt. Deinceps reducta in Oriente, Romani Lacapeni, & in Occidente, Friderici. 1. Imp. Conſtitutionibus, quæ extant. Quinetiam eo Iure ante Fridericum Saxones vſos, patet veteri iſtorum Lege ſcripta. Cap. 62. Sed iam ex vmbratili Stoa, vel Lyceo, veniamus in lucem Fori noſtri, & theoriæ Praxim miſceamus.

En eſchangé ſont deux lods & ventes; mais n'y a retraict.

Faire de ſon fief ſon domaine.

Feudalis Retractus

Retractus linearis.

Ambæ hæ Conſtitutiones Imperatoriæ ſunt in calce Feudalium quorundam Librorum.

2. NIGIDIVS diſtraxit Dominicum prædium ſub pacto, ipſius intra luſtrum redhibitorio. Pendente hoc quinquennio, ſeruiens fundus væniit, lege adiecta redimendi intra biennium. Sub finem biennis ſpatij, prædium dominans euicit ab emptore venditor pactitia illa redéptione. Nihilò ſeciùs idem emptor beneficium ſeruiens diuenditum Lege condicit * προτιμήσεως. Intendit enim, Dominicum fundi retractú eſſe in fructu prædiario; ſéque Dominicæ rei, licet euictæ, fructum hunc, tùm mobilem ſeparatúmque à ſolo, exigere poſſe. Nam vt concedamus, laudatiuum nó deberi ex alienatione contracta ſub facultate redimendi: patrono certè datur interim actio fundi redhibitoria in nouum emptorem, cum futuræ redemptionis onere, quam ſibi venditor recepiſſet. §. 362. Andeg. Conſuet. Econtrariò autem, patronus venditor, Dominicam fundi condictionem ex lege, ſibi vni competere, non emptori, à quo ſuperius prædiú redemerit. Talem enim actionem, quæ ad res immobiles tendit, immobilem cenſeri, tranſiréque, vel potiùs redire cum fundo ad veteres poſſeſſores. Inſuper rationi ab-

Ius retractus feudalis competit etiã prędij dominantis emptori, de quo prædiũ illud redemptum ſit poſt ius illud retrahendi quæſitum.

* Retractus fundorum.

ſonum videri, eum qui feudi dominus nõ ſit, Dominicas feudariáſque actiones iudicio perſequi. Nihilominùs mea quidem ſententia, obtinere debet qui Dominico illo iure inferius prædium ſibi vendicarit. Quippe vt alia fundi cauſa habetur, alia fructuum qui terra contineri deſierint: Ita abſurdum non eſt, eos qui dominicum ſolum mercati fuerint ſub reuocatoria lege, ſuos interea facere fructus, qui ex meſſe collecti ſint. Inquit Labeo in l. ſi eius fundi D. de rei vindicat. l. 2. Cod. De pact. int. emptor. Cap. Ad noſtram de empt. & vendit. Longè aliter, ac ſi fructus poſt euictum fundum perciperentur. Iuliani I.C. reſponſo in l. qui ſcit. §. bonæ fidei ff. De Vſufr. A quibus non multùm abeſt S. Conſultum Pariſienſe, de quo Ioh. Gallus Quæſt. 16. à Præſule empta, licet Eccleſiæ ſuæ beneficiaria, non ideo cõnecti Eccleſiaſtico feudo, ſed ad profanos emptoris hęredes trãſmitti ſucceſſorio iure. Admittamus porro, commutatos inuicem agros retrahere non licere Domino ſuperiori. §. 346. Andeg. Leg. Municipalis certe Retract⁹ huiuſmodi iudiciũ ritè ei dictabitur, qui cùm, de vendunda re primitùs, ære dato, cõuenerit. Nam etſi huius vice rei, quam temporaria* Antichreſi occupabat creditor, alia, pari interim pretio mancipetur, ipſius tamen permutatione ſequenti, tradita illa, crediturvænijſſe, initio ſpectato, nec, vltronea nouâq; fundorum commutatione, eiuſdem comparatori ceſſiſſe. Quoties enim vænale latifundium, alio ſponte mutatur, licet nondum taxata illius ſorte pretij, naſcitur tùm ex empto potiùs actio, quàm præſcriptis verbis. l. ſi cùm patruus venalẽ poſſeſſionem haberet Cod. De rer. permut. Multò igitur firmiùs conuenta iam rei æſtimatione nummaria, ſi neceſſariò ineatur agrorum permutatio, vt contractæ priùs venditioni ſatisfiat, de vendũdo actum interpretamur, non de rei permutatione celebranda. Quare Prætoriano Cõſilio placuit, talem fundum diſtracti alterius cõmutatione traditum, rectè condici pro imperio feudalíque poteſtate. Bino Decreto, pridie Kalend. Apriles an. 1601. & ſeptimo Iduum Sextilium an. 1602. ſecundùm Philippum *de Mornay*, qui tranſcriptitio iure Lemouicẽſis Procomitis, Dominicum retractum poſtularat Caſtellariæ ditionis *de Baſbruſac* apud Petragorios ſitæ: Quam Vaſto Martonius, reus poſſidebat.

Num autem redempta à Prælato poteſtate feudali, fiant eius propria, an Eccleſię, vide ſupra Tit. De iur. deport. Artic. 7.

Feudalis retractus non habet locum in permutatione fundorum, niſi venalem alterũ primitus certo pretio cõuenerit.

* poſſeſſione hypothecaria.

Magni Conſilij Areſtum die vlt. Mart. 1601. Altero confirmatum *ſur Requeſte ciuile*, die 7. Auguſti. 1601. pro Dn. *du Pleſſis Mornay* ceſſionario Retractus feudalis, Regi tum Nauarræ, tanquam Lemouicẽſi Vicecomiti competentis. Aduerſus Gaſtonem *de la Martonie*.

ANNALIS exceptio à Retractu patronum repellit, qui intra annum, 5.
ex quo emptionis cautiones ipſi exhibitæ fuerint, iudicio non ſit expertus. §. 347. 387. & 391. Andeg. Conſuet. Cui diſſentanea non eſt Mediolanenſium obſeruatio vetus. In §. vlt. Tit. 9. Feudor. Lib. 2. Verſ. *conceſſa erat domino pro æquali pretio redemptio, niſi hoc ius amiſerit dominus per refutationem, vel annali ſilentio, quo ſciuerit, computando.* Nec tamen patrono argumẽta deſunt, quibus temporis præſcriptionem illam conetur elidere. Cauſabitur enim, clientem minùs officio functum, qui emptionis inſtrumenta, quorum domino copiam fecerat, repetitum non venerit, ac ſcitatum ab eo, vtrum mallet, laudimianè ſuſcipere, an fundum Dominica poteſtate retinere. Vulgò enim receptum eſt Frãcico

Si du iour de l'exhibitiõ du contract d'acqueſt faicte au ſeigneur feodal la preſcription annale court contre le retraict feodal, ſans attendre le retour du ſubiect vers ledict ſeigneur, pour reprẽdre ſondict contract.

cico ritu feudorum, patronos bis adiri à clientulis, primò vt alterutram iis offerant Honorariam penſitationem, deinde ab illis reſciſcant, vtrú eorum, quæ ſint oblata, domini optauerint. Alioquin patroni cliétes ſuos perquirere non tenentur, horumque mora poſterior extinguit priorem illorum. l. Semel mora D. Solut. matrim. l. ſi & per emptorem ℔. De action. empti. l. illud ℔. De peric. & commod. Quandiu igitur moras nectet beneficiarius reuiſendi patroni, & cótractuum quas edi-derit tabulas repoſcendi, probabile eſt, annale ſpatium agéti patrono minùs nocere. Arg. §. 436. Andeg. Leg. Verùm inſpecta patriæ Legis formula, non video, cur poſt continuum anni ſilentium, à die exhibiti contractus, emptor debeat inquietari. cita. §. 347. & 387. Andeg. Conſuet. Hinc moræ pœna, ſimul cum die, Legi adſcriptis, huius beneficio Legis mulctatur fruſtrator, irrita ſpe emendandæ in poſterum morę. l. Magná. Cod. De cótrah. & committ. ſtipul. l. 2. Cod. De iur. emphyt. Idque præſertim in iure quæredo, quod faciliùs tollitur ſemel acquiſito. Diuerſum planè obtinuiſſet, ſi patria Inſtituta certum domino tépus agendi nó præfinijſſent à die editarum tabularum. Quo caſu, Dominica venditi beneficij condictio ex lege Municipali tanquam actio in perſonam moueri tricenum intra annum potuiſſet. §. appellamus. Inſtitut. De action. §. porro Tit. 9. Feudorum Lib. 2. In Verſ. Præſcriptione autem. 30. annorum ſubmouebatur tam ſciés quàm ignorans, &c. Maſuerius in Praxi Tit. De Retractu §. item retractum petés Verſ. à tempore ſcientiæ, quemadmodùm dominus directus, &c. Sic denique P.C. iudicio definierunt, in publica Fori diſceptatione, ex Cenomana prouincia, ſexto Kalend. Quintiles. 1603. Patronalem Rei venditæ condictioné annalem intelligi, non à die quidem cœptæ poſſeſſionis, ſed exhibiti ab emptore Inſtruméti emptionis patrono, oportere. Iuxta Cenomanam Legem Andegauæ conſimilem. §. 359. & 397.

Secunda mora purgat priorem.

Conſuet. Artic. 436. In Verſ. *ou qu'on aura faict à ſçauoir d'y retourner.*

Artic. 387. Ver. *Apres laquelle exhibitió & offres ainſi faictes le ſeigneur feodal a encores delay de faire adiourner led acquereur en demande de retraict, dedans l'an & iour d'icelle exhibition, & offres, &c.*

Quando dies & pœna ſimul apponũtur in obligatione, tunc mora redditur impurgabilis.

Areſtũ Curiæ *en plaidant* die 26. Iunij An. 1603. *plaidant Duual pour le ſeigneur feodal apppellant du Seneſchal du Maine, Et Paſquier pour l'acheteur intimé.*

4. SEPTITIVS patronus in lege locationis fundi ſibi reſeruauit ſemiſſem laudimiorum, quæ locatæ Ditioni identidem obuenirent. Inde ſeruientis beneficij emptor tantumdem exoluit colono Dominico. Sed patronus, cui media laudimiorum pars reliqua competebat, ſolidum prædium ad ſe reuocat Dominica poteſtate, oblato venditionis prætio, cum ære conductori ſoluto in cauſam laudimiorum. Ait enim, ſe locationis quidem pacto conductoré ſuis laudimiis fraudatum noluiſſe, velut feudi commodis fructuariis. Haud ideo tamen dominum immobili ac patrimoniali parte feudi ſui priuandum, quæ Dominico retractu ipſi deferretur. At verò rectius eſt, alterutro contétum dominum quieſcere, vel dimidiatis laudimiis, vel mediæ partis fundi redéptione: Niſi malit emptor, toto fundo cedere, quod eius optioni meritò relinquitur. l. tutor vrgétibus. §. 1. ℔. De Minor. 25. ann. l. 13. §. vlt. ℔. De in diem addict. Quòd ſi emptor à cótractu vltrò non diſcedat, patronus ipſe, & eius colonus, duorum inſtar dominorum, habentur: quorum altero laudimia, altero prædij retétionem poſcente ius quilibet ſuum obtinebit. Vt Albericus Roſates animaduertit, in l. per fun-

Si le ſeigneur par bail à ferme de ſa ſeigneurie s'eſtant reſerué la moictié des ventes, peut agir au retraict feodal pour le tout contre l'acquereur ayãt payé la moictie des ventes audict fermier.

Cap.4. Artic. 5.

dum.ꝑ.De ſeruit.Ruſtic.præd.De quo Nos ſ.fuſiùs Lib.1.

Si la veufue du retraiƈt feodal, qui a faiƈt de ſon fief ſon domaine, ſera tenue pour ſa moictié des choſes retirées venir à la foy vers le ſeigneur ſuzerain.

MARITVS venditum redemit ſuæ clientelæ fundum, ac Dominico ſuo, patrimoniovè adiúxit. Eius vidua mulier dimidiam fundi partem tulit indiuiſim iure ſocietatis quæſtuum communium. Sed quia hæc diutius remorabatur nouũ fidelitatis in ſuperiorem obſequium, publicè poſſideri iubetur fundus Dominica manu. Vidua publicę poſſeſſioni intercedit, ſuumque ius ita tuetur patria lege. Rerum quidem à coniugibus partarũ hominio nouo adſtringi ſuperſtitem mulierem. §.294. Andeg.Conſuet. Verùm iſthæc non procedere in ſeruientibus prædiis, quæ dominanti maritorum fundo nummis redempta conſolidentur. Tunc quippe ipſorum viduis, reddita pretij parte, nil supereſſe, quo in fidem ſe patroni commendent, quaſi dominæ ſint proprietatis: at nudum in res ita quæſitas, vel à coniuge retractas vſumfructum adſignari. §.284. Morum Andeg. Interea verò fundum inferiorem pecunia redemptum purè pendere à dominanti illo, quod mariti hæredi competeret, non à Dominico ſuperiori: quandiu vidua ipſa, ante pretij reſtitutionem, ſua parte, ſeorſum ab hærede, potiretur iure proprietatis, needùm ideo ad effeƈtum integrè perduƈta feudi conſolidatio foret. Ex Fabri iudicio in §.ſi cui De legat. Apud Iuſtinianum. Quibus à vidua obieƈtis patronus reſpondebat, nil ſe morari ſuinè beneficij fundo, quem illius maritus teneret, adunatum fuerit prædium, quod patronali imperio vir idem recuperarit. Sufficere enim patrono ſibi, vtrúque mariti obitu poſſeſſore nudari beneficiario clientis nempe mariti prædium, & eius ſubbeneficium, quod vacante beneficio, vacuum quoque maritus inueniſſet. Duorũ ergo alterum, aut, Dominica redẽptione ſubbeneficium beneficio annexum eſt: quo caſu, vacuo faƈto beneficio, vacat vtrumque permixtim. Aut nondùm perpetua vnione ambo ſimul iunƈta & confuſa ſunt, muliebris ſaltem particulæ reſpeƈtu fundi redempti: Tunc aperto beneficio, ſubbeneficia itidem cliente vacua, patrono aperiũtur. Itaque neceſſariò expedit viduæ mulieri, ab ſua feudi particula in cliẽtelam ſe patroni conferre. Si tamen mariti hæres, refuſo Viduæ eius partis pretio, totum poſſidere feudum occœperit, nõ iam, diuiſim aut particulatim fide data, liberabitur, ſed ab vnico ſolidóque beneficio integrum fidelitatis officium domino exhibebit. §. Omnes filij, Si de feudo defunƈti cõtẽtio ſit int.domin.& agnat.vaſall. In Verſ. quòd ſi feudum ex diuiſione ad vnum tantùm peruenerit, &c. Et argum. §.205. & 284. Andeg.Leg. 5.

L'arrierefief eſtant vny auec le fief par retraiƈt feodal, l'ouuerture ſubſequente du fief emporte ouuerture d'iceux.

Art. 205. ſic orditur. *Pource que la conſolidation & redintegration des fiefs, c'eſt à ſçauoir qu'ils demeurent entiers eſt bien fauorable, &c.*

Artic. 284. Verſ. *parquoy tout l'acqueſt ſera conſolidé en proprieté auec le fief, &c.*

Si le retraiƈt feodal eſt reputé acqueſt, ou propre.

RETRACTVS clientelarum, recẽns necne quęſitis adſcribi debeat, 6.
aũ patrimoniis, hæſitatur. Lege cautum eſt Andegauenſi, ære parta, donata, vel legata tricenum abhinc annum, tanto tempore, vſuq; capi poſſe in ſacram Eccleſiam, quanto res priuatorum ac plebeiorum. §. 448. Ecquid igitur de fundis Dominico patronæ Eccleſiæ titulo retraƈtis in nouum emptorem? Vtrum hi deinde tricena præſcriptione Templo auferentur? Haud dubium vtique eſt, gentilitia prædia, quæ

Retraƈta iure sãguinis cenſentur retrahẽtium patrimonialia.

quæ ab agnato in familiam reuocata ſint, in antiqua ipſius hęredia referri, tranſmittique ad ſolos patrimoniorum ſucceſſores. §. 139. Pariſ. Conſuet. quæ ex multiplici Curiæ decreto excerpta eſt. Idque pariter deſignat Andium Mos. §. 368. 369. Iuxta Fabri ſententiam, qui retrahendi prædij familiare ius hæreditario peræquauit. In. §. ſi plures ſint gradus. Inſtitut. Ciuil. De legit. agnat. ſucceſſ. Et in §. cùm filius Inſtitut. De hæredit. quæ ab inteſt. defer. Quinetiam coniugum alter, cuius ab propinquo fundum ambo coëmerint, ab altero partem rectè condicit, pari precij ſorte eidem oblata. §. 285. & 396. Andeg. Cõſuet. Longè igitur fortiùs de redemptis gentilitia lege idem erit ſtatuendum. Phil. Decij Reſponſ. 88. Et Tiraquelli, qui res ita recuperatas patrimoniis accenſuit. In Tract. Retractus linearis. §. 32. Glo. vn. Num. 7. Secus verò de Dominica fundi redemptione ſimpliciter puréque ſumpta; quam in album quæſitorum redegit Benedict. in Repetit. Cap. Rainutius Ad verb. vxorem nomine Adelaſiam Num. 791. Boërius in Conſuet. Biturigum. Tit. De Cõſuet. matrimonij & doar. §. 2. Tiraquellus de retractu lineari. §. 32. Glo. 1. Num. 72. 73. Nec enim patronali ipſa alienatorũ reuocatione, adunatus ilico cenſetur ſeruiẽs fundus dominanti. Iudicio Molinei, in Dunenſem Bleſorum Conſuet. §. 15. Demptis hinc modò Neuſtriæ feudis, Art. 177. & 178. patriæ Leg. Sed nec apud Neuſtrios ipſos, clientelæ res à patrono emptæ, connectuntur mox inuicem ac conſolidanti ", ante permixtam amborum fundorũ poſſeſſionem quadragenariam. Art. 200. Normanici Iuris Municip. Latum quippe diſcrimen eſt inter Dominicam fundorum conſolidationem, quæ ex oneroſa cauſa fiat cum pretij acceſſione emptioni rerum adęquata, Et eam quæ ex cauſa lucratiua contingat ipſo iure, putà ſi obclientis noxam, ſeriemvè generis abſumptá patrono committatur beneficium, autDominicam ad menſam nullo pretij interuẽtu reuo'aatur: Quod ideo priſtinæ patrimonij formæ redditur, tanquam prorſus copulatũ antiquo feudo ſuperiori. Ex Scęuolę I.C. Leg. lex vectigali fundo. ff. De pignor. Vt toties alibi edocuimus, potiſſimũ Lib. 1. Rei Dominicæ Francorum. Tit. 6. Ac propterea mariti hæredes, qui inferius prædium Dominica poteſtate redemerat, eo quaſi patrimoniali non excludunt viduam redimẽtis mulierem, niſi dimidiatum ei pretium reſtituãt. Quinetiam poſt numeratum pretium, vidua fundi partem mariti fructuaria poſſeſſione retinebit, tãquam nouè acquiſiti. §. 283. & 396. Andeg. Conſuet. Idem de varię ſtirpis hęredibus inter ipſos, quoad acquiſita à defuncto intra *Feudariæ* metas ditionis, quæ ab alterutra ſtirpe proceſſerit. §. 403. præd. Leg. Atque vt diſtinctionis cõpendio lucidiùs tota vis intelligatur cõſolidationis beneficiariæ, duplex eſt prædiorum conditio, prior quidem, vt nobiliter, ruſticenè teneantur: Eoque intuitu, Dominicum in fundum reuerſa & conſolidata quouis modo, nobilitãtur, etſi antea ignobiliter poſſeſſa ſint: ita, vt inſigniori clientelæ iure in poſterum occupentur. Poſterior verò fundorum conditio huc ſpectat, vt alij hæreditarij ſint, alij pretio recens

Andeg. Cõſuet. Art. 368. Ibi, *Qui ne ſuccede ne vient a retraict, &c.*

Ioh. Faber ait in d. §. cùm filius. Repręſentationem locũ habere in Retractu, vt in ſucceſſionibus. & tã in linea collaterali, quàm in directa. Et *ſic ſe diuiſera le retraict par eſtoc & ſouches, & non par teſtes.* Idẽ cautum, in §. 369. Conſuet. Andium.

Subfeudum à vaſallo emptum, non vnitur ipſo iure. Ac debet quidem hæres vaſalli releuium totius, tanquam de domanio, non de ſubfeudo Sed vaſallus, eiuſuè hæres poteſt feudũ quæſitum extra manum ſuam ponere, ad quod, patrono etiam inuito, habebit dilationem.

Norman Conſuet. A domino acquiſita in feudo ſuo nobili, alio iure quàm Dominico, cenſentur *nõdũ Acqueſtus* ignobiles. Sed emptoris ſucceſſor, continua poſſeſſione. 40. annorum creditur tacitè, empta reuniſſe cũ feudo, etiamſine expreſſa vnione.

Reunion de fief à la table, ou domaine du ſeigneur & au groz de ſon fief.

S'aucun ayãt acquis en ſon fief, laiſſe heritiers en deux diuerſes lignes, ceux en la ligne de qui le fief ſeroit mouuant, auront leſdits acqueſts, s'ils veulent, en rendant aux heritiers de l'autre ligne le my denier, dedans l'an & iour apres le decez.

Heritages roturiers, ou nobles & feodaux.

comparati. Quo reſpectu, prædiorum cõſolidatio, quæ Dominica redemptione, vel emptione contrahitur, nõ mutat quæſtuum naturam, & qualitatem, vt acquiſita, paulo momento patrimonialia & auita videantur. Hæc vtique inter priuatos, ac profanos.

Que le retraict feodal adiugé & executé par l'Egliſe eſt reputé propre comme ſon fief principal quoad quid, *& par ainſi impreſcriptible par moindre temps que de 40. ans.*

QVID ergo, de patronæ Eccleſiæ beneficio feudali, quod à cliente 7. diſtractum Antiſtes templi retraxerit, annuoque ſpatio mẽſæ adplicarit Eccleſiæ? An quaſi nouè quæſitum, aduerſus eandem præſcribetur tricennio? Piè credimus, redempta iure feudi à ſacris Collegiis, amitti quadragena ſola, nec citerioris temporis præſcriptione, inſtar veterum Eccleſiæ patrimoniorum. Specialiter enim Pontificia Lege Templis prouiſum eſt, ea bona, quæ ad ſacram Eccleſiam redierint, menſæ Eccleſiaſticæ rebus, quibuſcum vel anno poſſeſſa ſint adunari, nec tantillo leuiùs, quàm Eccleſiæ *menſalia*, emancipari. Cap. ex parte De Feudis. Cap. 8. De reb. eccleſ. non alienan. Archydiac. in Can. 1. Cauſa. 32. Quæſt. 8. Temporis autem præſcriptio, alienationis nomine etiam ſignificatur, & qui patitur vſucapi, dicitur alienare. l. Alienationis. ff. De verb. ſignific. Item Eccleſię immortali, non eius mortali Præfecto adiudicari ſolet Dominicus retractus ab eo qui tali cognitioni præſit.

Supra Lib. 1 Cap. 4. Art. 9. in Margin. Annotat.

Art. 448. Andeg. Cõſuet.

Vt ſuprà ex Maſuerij Praxi adnotauimus, & Lib. I. LEGVM ANDEGAVEN. Quapropter meliùs æquiùs ſentiunt, qui putant, Andium Conſtitutionem de tricena nouorum Eccleſię quæſtuum pręſcriptione, Iuris publici derogatoriam, in arctũ cogi debere, nec ad Dominiçum fundi retractum, qui propriè nouus quæſtus non eſt, extendi: Vt quàm proximè fieri potuerit, ad Ius commune, vnde licentiùs digreſſa ſit, *Statutaria* Lex reducatur, odioſique *Statuti* verba latiùs, quàm pro vulgari & populari ſuo ſenſu, non proferãtur. Authent. Quas actiones Cod. De ſacroſanct. Eccleſ. Imò & inter profanos, ethnicóſque adeo, Iulius Paulus refert, Adiũctiones, quas fundo legato teſtator ex diuerſis emptionibus applicarat, legatario cedere placuiſſe. Recept. Sentẽt. lib. 3. Nec diſſimiliter Andegauo More, quæſtus, donata, legatauè, quę ſimul cum antiquo noſtro ſolo, poſſeſſa ſint decennio, eius ſoli appẽdices partéſque cẽſentur. §. 441. Obiter tamen aduertito, ſuperiori patrono Eccleſię ius eſſe, ne ipſa retractum beneficium penes ſe retineat, vetare, prohibere, aut perpetuã eiuſce cum Eccleſiaſticis fundis vnionem beneuolè pati. Ac ſigillatim vtique Andium Comites & Cenomanorum, eo iure prędıti feruntur eximio quondam, vt patrium Clerum non modò cedere nouis poſſeſſionibus liberent (de quo, Lex Andeg. 37. 38.) ſed has etiam compacto ęre ſinerent adſeruare, perpetuo Numinis cultui conſecratas. Præclaro enim Belbranchei cœnobij Repertorio intexuntur vetuſtę Karoli. 1. Andium Comitis Tabulę Morticinę poſſeſſionis, nummaria quadam intributione, permiſſę Monaſtico ipſi Conuentui, an. 1269. Aliæ pariter inibi à ſucceſſoribus Andium Regulis cõſignatæ Chartulę an. 1318. & 1369. in eius gratiam Monaſterij. Inſigni rurſùm Alenconiæ Domus Tabulario patent ſolennes id genus, Morticinij Literæ regij fratris Karoli Valeſij, Comitis Alenconij

Admortizationis Literæ Andegauorum Principum. pro Eccleſiis & Monaſteriis.

Abbatiæ *de Bellebranche, au Maine, les nouueaux Acqueſts admortu & indemnez* à Karolo Andium & Cenomaniæ Comite, Ludouici. 9. regis fratre.

Compoſitiones pro financia *des nouueaux Acqueſts* ſoluta Commiſſariis deputatis à Comite Andeg & Cenom. Ex inuentario *des Tiltres du Threſor de lad. Abbaye de Bellebranche.*

Admortiſſement pour l'Abbaye de la Trappe au Perche. Ex Inuẽtario titulorũ *de la maiſon d'Alençon* facto ab Anton. *du Bourg*, magni Conſilij Cõſiliario, in id delegato. an. 1525.

Alenconij & Perticenſis, in Ciſtercienſes Trapeæ cœnobitas An. 1328.

8. Patronvs, qui beneficium ſuum, quod vænierit, lege redimat, non modò reſtituere tenetur conuentum ipſius pretium, ſed & pretij additamētum, quod emptor Magiſtratus pręcepto ſuppleuerit. §. 365. Andeg. Conſuet. Hoc præmiſſo, itum eſt in iudicium, ex Principali diplomate vēditionis reſciſſorio cōtra fundi acquiſitorem. Reus litium oſor apud Acta offert pretij auctarium quoddam. Ita lite ſpōtaneo iudicio deciſa ſecundùm emptorem, quæſtionis eſt, huicnè pretij auctarium reſtitui oporteat. Reſtituendum exiſtimo, quicquid ipſa re ſolutum legitimè conſtiterit. Qui enim ſoluit, nunquam ita reſupinus eſt, vt facile ſuas pecunias iactet, ac indebitas effundat. Verbis Pauli I. C. in l. Cùm de indebito π. De probation. Ob idque indemnis emptor abſcedere debet. Vt ait Vlpianus, lib. 1. ad Edictum ædilium curuliū l. 27. π. De ædil. edic. Aſt ſi poſt acceptum de Retractu fundi iudicium, emptor pretij ſupplementum venditori obtulerit, in fraudem alterius facta geſtáque prætor infirmabit. cita. §. 365. Nam ab omni mortalium pactione dolum ſemper exceptum ſanxerunt legiſlatores. l. In venditione. §. 1. π. De reb. auctor. iudic. poſſid. l. Actione Cod. De tranſact. Ecquid autem de colono Dominico, qui in emptorem, retractus lege agat poſt depēſa patrono laudimia? Cenſeo illum iudicio repellendū, niſi tranſcripta ſibi Dominica iura ſignificarit emptori ac prænūciarit l. 3. Cod. De nouat. Huc vergit quodammodò Pontificiorum ſcriptorum regula, nominatum ab impubere Domino ſacerdotem Templi, nominato à tutore præferendum. Vt ex Rotæ Romanæ ſententiis admonuimus, Lib. 3. Domanii Gallici. Tit. 19. Artic. 8.

Le ſupployement du prix de la vente faict par authorité de Iuſtice ſans fraude, remboursable par le retrayant feodal.

Conſuet. Artic. 365 Verſ. *Mais s'il faiſoit tel ſupployement apres ledit adiournement en retraict, &c.*

Le fermier du fief dominant demandeur en retraict feodal.

Ceſſione vtiliū actionum & iurium, directa tamen remanent penes cedentem.

9. Pvblivs Meuius annuum vectigal nummarium conſtituit Gaio Seio certa prætij ſorte, cuius vſura ad aſſis vnciam rediret in annos ſingulos. Eo nomine debitor res ſuas, cum opima Ditione pignori dedit creditori. Hic paulò pòſt, hypothecariū Reditum vendidit alteri, proiecítq; viliori pretio. Debitor, hoc cognito, lege experitur Dominici retractus in emptorē pigneratitij vectigalis. Differit enim, hypothecā creditori ſtatutam, quæ ſua mole æris alieni trientem *feudariæ* Ditionis exhauriat, genus eſſe alienationis feudi: quod proinde in membra ſic diſcerptum, deuoluatur in feudalis domini clientelam. §. 210. Andeg. Conſuet. Cui aptè quadrat Scæuolæ reſponſum. l. qui habebat. π. De legat. 3. Bartol. ad l. in quorū π. De pignor. Bald. in l. manumiſſiones π. De Iuſt. & iur. Hinc pecuniaria illa fundi oppigneratio laudimia patrono attribuit, (quaſi venditio partis eiuſdem prædij) aut pro eius arbitrio Dominicam rei venditæ redemptionem. Etſi namque hypothecarium vectigal ille met adſignarit, qui eius cōdictitiam nunc moueat: huic tamen condictioni Dominicæ patefactus ex eo videtur aditus, quòd hypothecaria illa adſignatio, quę Ditionis pignori nexę partem faciat, à creditore alteri diſtracta ſit, tanquam ſub nobilis eiuſcē Feudi complexu, quod debitor retinet iure dominij ac proprietatis.

Rēte cōſtituée à prix d'argent ſur vn fief, reuendue par le creancier à vn autre pour moindre prix; à ſçauoir ſi elle ſera ſubiecte à retraict feodal par le proprietaire dudict fief au meſme prix, ou par le ſuperieur en cas de deſpiecé fief.

Conſuet. §. 500. Verſ. *Mais le ſeigneur de fief viendroit bien à temps au retraict de la rente, nonobſtant la poſ-*

ſeſſion du crediteur d'icelle rente par an & iour.

Eíque opinioni ſuffragatur quadantenùs Lex Andium.§.500.

Quant le fief eſt chargé de Rente excedãt le tiers du reuenu d'iceluy, il eſt deſpiecé, & tombe en deſpie de fief au profit du ſeigneur ſuzerain.

NIHILO ſeciùs in diuerſam ſententiam vocor dilemmate veriſſimo. Aut enim nummaria illa Pẽſitatio, pluris triente fundi æſtimatur aut minoris. Si pluris, beneficium totũ membratim ſcinditur, omniaque eius fructuaria commoda, quæ deinde obtigerint, altiùs deferuntur ad ſuperiorem dominum, nõ ad poſſeſſorem beneficij. cita.§. 210. Eòque caſu, emptionalia patrono ſoluuntur dominanti rebus beneficiariis.§.203. Andeg. Cõſuet. Aut verò Reditus, minoris valet tertia feudi parte, tunc nuda prædij hypotheca manet, nõ alienatio dominij tranſlatitia. Atqui pura hypothecæ conſtitutio nullum infert domino ius laudimiorum, ſeu alias quaſuis obuẽtiones beneficiarias: quùm pignus nulla ſocietate dominio coniungantur.§.161.162.& 295. Andeg. Conſuet. Papiniani. l. 44.§. non mutat. l. pignori. π. De vſucap. Pauli I. C. l. 3.§. creditores D. Vti poſſid. l. ſciendum. §. poſſeſſor. D. Qui ſatiſd. cognat. Excepto, ſi ſolennis adſignatio æſtimati prædij, quo fruatur creditor, decreta ſit à Iudice in formulam patria Lege dictatã, Tit. De Aſſignatione redituum annuorum. Quo caſu, iuſta dominica penduntur velut ex nummaria æſtimatæ rei alienatione iudiciaria, nedùm ex pacta antichreſi, ſeu merè hypothecaria inæſtimati fundi poſſeſſione. cita §.162.295.& 500. Eòque alludit quodammodò Martiani lex Si fundus.§. ſi duo In fi. π. De pignor. l. Titius. π. De pignerat. act. Tametſi nec aſſignationẽ quidem illam tollere priſtina fundi dominia, conſtet bino Pariſiorum S. Conſulto. Quod recenſuimus Lib. 2. De PRIVIL. RVSTIC. Cap. 6. in Marginal. annotat. Et 3. Lib. I. LEGVM ANDENS. Cap. 79. Art. 8. Iuxta Bartol. ad. l. ſi cõſtante D. ſolut. matrim. Num. 93. Et Iaſonem in l. ſi fundum per fideicommiſſum. π. De legat. I. In vtraque verò Sicilia, iampridem Nicolaus. 5. Pontifex Reſcripto præcidit voracem fœneratorum vſuram, qui pigneratitios debitorum fundos ſibi manere emptos ſtipulabantur pacto legis commiſſoriæ, niſi edax quoddam æs ſibi debitum ſtata die exolueretur. Literis Apoſtolicis Pridie Kalend. Octobr. an. 1452. quæ in Bullario Romano ita ſummatim deſcribuntur, VT INCOLÆ, HABITATORES AC VNIVERSITATES REGNORVM SICILLIÆ CITRA ET VLTRA PHARVM, CONTRACTVS CENSVALES (MODO ET FORMA, DE QVIBVS IBI) INTER SE CONTRAHERE LIBERE ET LICITE POSSINT, CVM POTESTATE REDIMENDI SIMILI PRETIO: DVMMODÒ ANNALIS CENSVS HVIVSMODI CENSVALIVM, DECIMAM PARTEM PRINCIPALIS RECEPTI, SEV PRETII EORVMDEM NON EXCEDAT. Vt eſt in Romano Codice ſic inſcripto. *Collectio diuerſarum Cõſtitutionum, & Literarum Roman. Pontif. à Gregorio. 7. vſque ad Gregorium. 13.* 10

Pignus cauſam dominij non mutat.

Andeg. Cõſuet. Tit. *D'Aſſiette de rente.*

Plura Nos de vi & efficacia talis aſſignationis prædiariæ redituum annuorum i. Lib. 3. Tit. De pigneratitia fundorũ poſſeſſione.

Bulla Apoſtolica Nicolai. 5. Die vlt. Septemb. an. 1452.

LINEARIS prædiorum Retractus Dominico antefertur.§. 348. 390. Andeg. Cõſuet. Et.§. porro Qualit. ol. feud. poter. alien. In Feudis. Atqui proximo cuique cognato annalis pręfinitur fundi redhibitoria actio, omni adẽpta integri reſtitutione vel pupillis quidem, ac furioſis §.456.457. Andeg. Leg. Patrono autem triginta anni ſuppetunt, intra quos, 11

quos, ſuæ clientelę rei condictitia experiatur: aut annus à die editarum à cliente emptionis tabularum. §. 387. 391. eiuſdem Conſuet. Quid ſi impuberis patroni tutor incuria labi paſſus ſit annum, ex quo aditus ab emptore, & emptionis cautiones ab eo exhibitæ? Reor certè, huic minùs etiam, quàm conſanguineo pupillo, dandam integri reſtitutionem aduerſus annale huiuſmodi curriculũ. Quùm enim propinquus à patrono fundum euincat condictione ex Lege prouinciali, trita eſt Iuris regula, *Si vinco vincentem te, &c.* l. Claudius Fœlix D. Qui potior. in pign. Nam etſi Andium Conſuetudo quauis temporis præſcriptione ſolutos exemptoſque eſſe iubeat minores annis, dempta cauſa gentilitij Retractus. (d. §. 457.) Haud ideo tamen Dominicæ redemptionis cauſam excluſit, quæ multis fauoris rationibus à Lineari ſuperatur. Patet enim hoc Iuris theorema, *ſi id quod minùs videtur ineſſe, ineſt, id quod magis videtur, pariter ineſſe.* Ex Iuſtinianea Authent. Multò magis Cod. De ſacroſ. eccleſ. Quippe & alia Andium cõſtitutione proſpectum fuit Dominici retractus præſcriptioni indefinitè. cita. §. 387. Cuiuſmodi *Statutaria* temporis præſcriptio minores ſibi alligat, peræquè vt maiores annis. Bald. in l. ſi mater Cod. Ne de ſtat. defunct. Cyn. ad. l. properandum. §. vlt. Cod. De iudic. Tiraquell. in Retractu lineari. §. 35. In ver. *mineurs.* Glo. 2. Nec incõgruè huc refertur vicinæ Cenomaniæ Mos noſtro ſimilis & ad id, de quo quærimus, apertior, in. §. 465. Retractuũ enim genera cùm hęc non diſtinguat Lex Municipalis, nec nos itidem diſtinguere expedit. l. de pretio. ff. De publican. act. A finitimæ igitur Andibus prouinciæ Iure debemus patriæ Legis interpretationẽ mutuari, nec dubitare, quin dominos perinde, ac cognatos diuturni ſilentij exceptio repellat à dominica, vel agnatitia redemptionẽ prædiorum.

Patronus ſuos habet feudi officiarios, qui, exhibitione titulorũ ſubditi facta, cũ monere debent, conſulereque de feudi retractu petendo.

Si vnico vincentem te, à fortiori ratione vinco te, quando eadem eſt vincendi ratio.

Dominus feudi videtur quidem habere Retractus ius fortius quàm agnatus, nempe ius reale per cõſolidationẽ & reuerſionem ad feudum dominans, ideoq; ue facilius reſtituendus contra præſcriptionẽ, quàm propinqui retrahentes. Tamen reſtituendum illum non eſſe, licet minorem annis, dicit Molineus in Conſuet. Pariſien Tit. 1. § 13. Glo. 1. In Verſ. *peut* Num. 3.

§. 465 Cenom Conſuet *Preſcriptiò ne peut commencer ſon cours cõtre mineurs, furieux, & inſenſez, fors en matiere de retraict.*

12. At cuncta iſthæc procedunt ità demùm, ſi patronis fundo proximis nuntiata ſit beneficij emptio, & inſtrumentorũ copia facta, non ſi Principi, alijvè ſuperiori patrono. Nec enim dominus inferior, cuius proxima clientela res tenetur, in moram coniicitur dictandi de re ipſa redimenda iudicij hoc nomine, quòd regio Arctori, vel diſpenſatori editæ ſint iampridem emptionũ cautiones. Nam etſi cõcedamus, prædia omnia Regis patroni beneficiaria eſſe, nec eum feudi commiſſo ſubiici, qui ab inferiore domino arceſſitus de fidei profeſſione danda patronum Regem profiteatur: Haud propterea tamẽ huius agnitione vnius, clienti quæritur ius pręſcribendi aduerſus intermedium dominum, qui beneficij ſui vẽditionem à ſubdito contractam probabiliter ignorarit. Quippe quùm certi de rebus ſuis & admoniti ſoli, iura ſua amittant contumaci ſilẽtio, non etiam rerum ignari, quibuſque de eo nihil denũciatum ſit. l. annus ff. de calumniat. l. ſemper. §. hoc interdictum Verſ. annus D. Quod vi aut clam. l. genero ff. De his qui notant. Cap. quia diuerſitatẽ In fi. De conceſſ. pręben. Atq; Patres Conſcripti aduerſus annalem Retractus huiuſmodi pręſcriptionẽ decreuerũt: emptor tametſi à Regio annuorum redituũ Coactore veſtitus

L'enſaiſinement & inueſtiture faicte par le Receueur du domaine & officiers du Roy comme ſeigneur, ſuzerain ne ſert de diligences au ſubiect vers ſon ſeigneur de fief immediat.

Vaſallus, qui aduõat Rege dominũ feudi licet nõ ſit immediatè, non ideo perdit feudum. De quo vide à Nobis ſcripta Lib. 1. Legum Andegauen. Cap. 6. Art. 6.

iamdudum, ac in poſſeſſionem miſſus fuiſſet. Areſto Pariſienſi. 11. Kalend. Ianuar. an. 1584. contra N. Sagantium, qui à Senatorum ſententia Palatinis libellis præfectorum, Curiã Max. appellarat. Ren. Pinceo litis in ea Curia expoſitore.

Decretũ Curiæ die. 22. Decemb. an. 1584. contra quendam nomine *Sagant* appellãtem à ſententia Cõſiliariorum Requeſtarum Palatij.

Deſpie de fief, quand le feudataire vend partie de ſon fief ſans retenir deuoir & hommage ſur l'acquereur, au deſoubs du tiers dudit fief, ou quand il en a aliené plus du tiers, ores qu'il retint deuoir & hommage.

Hæres vẽditoris non recipitur ad linearẽ venditi fundi retractum. Niſi retractus petitio ab eo facta, ſit per apparitorem, ante mortem venditoris.

VIRO plebeij ordinis hæreditarium obtigit prædium nobile, ſed 13.
inita cum cohęredibus diuiſione ita diſſectum in partes, vt eius Ditionis beſſem integrum non retineret. Is deinde agrum vẽdidit, prædicti latifundij particulam. Interea vẽditoris patronus in eum egit, ac obtinuit, beneficium illud membratim ſciſſum in iure pronunciari: eo rerum exitu, vt omnia ipſius beneficij cõmoda ad menſam deuoluerentur domini ſuperioris. Inde patronus diſtractum agrũ repetit ab emptore, pro dominico Retractus imperio ad ſe traducto. Facie quidem ipſa prima, non ferendus actor videbatur, qui Dominici illius iuris penes ſe confuſione vices ſubiret alienantis. Atqui lege vetitum eſt, ne, quam quiſque vendidit, rem euincat, aut eiuſdem hæres. l. ratas Cod. De reſcind. vendit. l. 1. Ne fiſcus quam vendid. Lib. 10. Cod. l. ſi ei. §. 1. ff. De euiction. Eòdem refertur Ciuitatis noſtræ Conſuetudo, in §. 367. hæredum vendentis excluſorio à gentilitia bonorum in familiam reuocatione. His ſubtexito, beneficij in mẽbra diſcerptionem, quæ iudicio declarata ſit, eò ſolùm tendere, vt inferioris patroni clientelæ & beneficiaria iura ſuis ac propriis ſaltuatim coniungerentur: non etiam vt dominij vtilis iura & poſſeſſiones amborum confuſim miſcerẽtur. Nihil enim æquè Dominicam poteſtatem extenuat, cuius augendæ gratia, ſupraſcriptá feudi deuolutionem ſibi addici dominus procurauit, quàm cum dominante ſeruientium confuſio & conſolidatio prædiorum, quæ tali Retractu dominico induceretur.

§. 203. Verſ. *Et payeront ventes de leurs acqueſts ſubiects à ventes du cõtract, par le moyen duquel a eſté conſommé le deſpie de fief, & autres qui depuis ſeront faicts, &c.*

ALIVD tamen contrario vſu probatum audio in regiis Andium tri- 14
bunalibus, ac Cenomanorum. Nec abs re ædepol, quũm feudi deuolutionem ſequentes agrorum venditiones, indiſtinctè laudimia deferant ſuperiori patrono. §. 202. Et 203. Andeg. Cõſuet. Atqui laudimia & retractus Dominicus æquo pondere librantur, & vbilibet ferè Laudimiis, inibi locus ſit Dominicæ prædiorum redemptioni. §. 347. & 387. Andeg. Leg. Quòd ſi patrono obiicias, beneficij commiſſoriam legem, quam vocant *deſpie de fief*, non niſi præeunte Iudicis ſententia exerceri poſſe (§. 206. Andeg. Conſuet.) Fuiſſe autem iſthîc domino adiudicatam illam, longo poſt venditionem tempore, ex qua Laudimia petantur. Non eò tamen minùs beneficiaria commoda patrono competunt, quęcũque poſt feudi ſectionem Iudiciarium de ea decretum preceſſerint. Sententia enim ad eum actum retroducitur, ex quo feudi deuolutio contigerit, nec nouum ius poſtulanti domino tribuit ſed antea ipſi quæſitum apertè demonſtrat. l. ſicuti. §. Ariſto. Verſ. ſed ſi quæratur. D. ſi ſeruit, vindic. Idque euidenter oſtendit Andium Lex §. 203.

Artic. 203. Verſ. *Toutesfois que l'homme de foy ne mettra iamais aucune choſe hors d'icelles deux tierces parties du fief, &c.*

VIDENDVM præterea, nûm patrono ſuperſit inferioris fundi red- 15.
hibitoria actio poſt annum ab editis acquiſitionum tabulis colono

Dominico,

Dominico,ſeu poſt depenſa huic ab emptore laudimia. Reo quidem obiiciet actor, Ius patrium, quod Dominicæ venditarum rerum conditioni tempus præſtituit, ſilentium patrono indicere poſt annuum ſpatium ab exhibitis emptionū cautionibus ordinario Dominicarum rationum diſpenſatori, aut ſolutis iam iſti Laudimiis. Sed pœnalem huiuſmodi Conſtitutionem,actioníſque Dominicę,quæ in patrimonio eſt,excluſoriam,ad colonos Dominicos produci nō debere, quorum nulla *Satuti* verbis mētio habeatur. Nam ciuica Andium Lex nominatim duntaxat ſtatuit de domino Feudali,aut Feudalium eius rationum Coactore ordinario. §.389. Id quod ſæpiùs eadem iteratum Cōſuetudine. §.347.387. Ego autem,contrà,pro emptore dixi in celeberrimo Senatus Auditorio,non admittēdum patronum, qui,ſuo ipſius conductori penſis laudimiis,venditum feudum recuperare conaretur. Nā propinquæ Cenomaniæ Mos noſtri interpres ac ſimilis partem in eo vim tribuit colono expreſſim,ac Dominico procuratori,ſeu negotiorū geſtori domeſtico.§.359.& 399. Rurſus verba illa ciuilis Iuris Andiú,(*Cōmis à l'office de recepte du fief.*§.389.) colonis aptari nil vetat: qui Dominici in rē ſuam procuratores exiſtunt, iiſq; locationis pacto mādata videtur Dominicæ ditionis adminiſtratio, cuius vēditum prædiū cliētela tenetur. Ac veluti tēplorum Præfectis liberum eſt,à cōmiſſoria lege rei emphyteuticæ recedere,vltronea canonis emphyteutici receptione poſt tēpus Lege pręſcriptū. Bald. in Cap.1. Verſ. quęro nūquid ſolus De his qui feud.dar. poſſ. Aluarot. ad Cap.1.§. denique Tit. Quę fuit prim.cauſ.benef.amitt. Speculat.in.Tit. De locat.§. Nunc aliqua Queſt.26. Ita colonis fundorum eo ipſo permittitur, Dominicam Retractus beneficiarij actionē elidere, quòd fructuaria laudatiui iura iiſdem ritè perſoluātur: quorū acceptatio Formulā perimit alienatorū reuocatoriā. Ex l. Cōmiſſoriæ Cod. De pact.int.emptor.l.poſt diem ff. De lege cōmiſſ. Vtrinque diſceptato negotio, Senatui placuit, rectum dominum prouocatione ab Andiū proprætore interpoſita ſummoueri. Lutetiano Areſto (quod alibi percenſuimus) lato ex Bonnelii actione pro paterno,& noſtra,ediuerſò, pro emptoris vidua muliere, quæ patroni conductori laudimia penſitarat.

Le Retraict feodal n'a lieu apres l'an de l'exhibition des contracts, ou apres les ventes payees au Recepueur ou au Fermier du Seigneur feodal.

Artic.389. Ver. *Et s'il aduient que le Seigneur de fief, ou ſon recepueur ordinaire, & commis en office de recepte du fief terre & ſeigneurie dont ledict fief depend, ait vne fois receu les ventes, deuoirs, &c.*

Cenom. Cōſuet. Art. 359. In Verſ. *Ou auſſi dedās l'an & iour apres ledict contract à luy exhibé, à ſon recepueur, ou Fermier, &c.*

Eiuſd. Leg. Art. 399. Ibi, *Et s'il aduient que le ſeigneur de fief, ou ſon recepueur ordinaire, & commis en office de recepte, ou le Fermier du fief, terre & ſeigneurie, &c.*

In eo tamē diſtat hic Cenomaniæ mos ab Andegauo, quòd dominus, receptis de emptore debitis ordinariis, quæ vocāt, non excluditur à retractu feudali Cenoman. §.199. Andibus verò contrà d. §.389. Alias vtriuſque Cōſuet. differētias collegimus ſuprà In Præfat. Lib. 1. ſub finem.

Laudimiorū acceptatio obſtat domino Retractum perſequēti. De quo Areſtum cum D.e & Conſule ciuitauimus ſuprà Lib. 1. Legum Andēſium Cap. 38. Art. 2.

16. POSTREMÒ Dominica fundi redemptio peræquè inoleuit Patrię Iuris, atq; alteri, quæ ſcripta Cōſuetudine vtitur in Gallia: Iuxta.§.porro Qualit.olim feud.poter.alien. Sicuti PATRES PARISIENSES iudicio decreuerunt pridie Nonas Iunias an.1515.pro Franc. Alegro, Equite: Cuius Decreti meminit I. Paponius Lib.xj. Areſtor. Tit. De Retractu. Ita Gratianopolitano Delphinatium Areſto pronūciatum, memorat Vido Papius, Deciſ.508. Nec abſimilium Tholoſanæ Curiæ Cōſultorum aſſertorem habemus G. Maynardum,& Burdigalēſis Senatus, ex Lemouicenſi Municipio, quod Romanis Legibus regitur. Quæſtion. Iuris. Lib.4.Cap.34. Atq; adeo Frācicæ omnes Prouinciolæ cōmunem ſeruant in pleriſque Fori diſciplinam. Vtrobique enim obſoleuit Cæſarea lex Si qua illuſtris Cod. Ad S.C. Orphitian. Vt ait Benedictus in

Retractus feudalis in Patria Iuris ſcripti.

Areſtum Curiæ die 3. Iunii an. 1515. pro Dn. *Dalegre*, in Aruernia.

Burdegalen. Areſta duo de feudali Retractu in Patria Iuris Lemouicenſi. Alterū pro Vēradorio Duce in emptorem vaſallum. Alterum pro lana *de Gimel*, domina S. Galli: aduerſus Deſperneum, ſeruientis feudi acquiſitorem.

Cap. Raynutius Ver. Et vxorem nomine Adelaſiam Num. 710. Item è Romanis quatuor formulis nothorum natalibus reſtituẽdorum, duæ vſu inualuerunt ſolæ vniuerſa Gallia, nempe ex Reſcripto Principis, & concubinorum nuptijs. Ad hęc, tota Gallia in irritum deducũtur obligationes à muliere cõtractæ, ſeu quæuis Pacta alia ſine auctoritate mariti: niſi in rem mulieris verſum appareat, de quo ab ea conuentũ ſit. Vt Ampliss. Ordo cenſuit. 9. Kalend. Maias an. 1583. ex Ludou. Tõbelini lite appellatoria à regio Suppræfecto Montiſ-Briſonis Foreſiorum, aduerſus Ludouicum *de Harenc* agnomine Cõdominum. Iac. Briſſarto in Tribunalitia claſſe Senatus eam cõtrouerſiã enucleãte. Quod fortiùs etiam ad iudicia porrigendũ putem, Foriq; negotia, in quo nec agere nec conueniri mulier poteſt, niſi auctore marito, aut, ſi is renuat Iudice ipſo. Faber ad l. 1. Verſ. *Item quid de muliere, quæ agere non poteſt ſine auctoritate viri, de conſuetudine fori ſæcularis.* Cod. De bon. matern. De eo tamen viris in vxores poteſtas arctior tribuitur in Francicis oris, quæ Moribus, quàm quæ Romano Iure vtũtur: Etſi vbique parem eſſe innuat Faber. in §. 1. Inſtit. Quod cũ eo qui in aliẽ. poteſt. Et in. §. 1. Inſtit. Ad S.C. Tertyll. Nam vulgò vſurpatum eſt in Tribunalibus Patriæ Iuris, mulieres ſolas legitime in iudicio ſtare, de propriis ipſarũ hærediis litigantes. Vti à Conscriptis Curiæ pronuntiatum audio. 13. Kalend. Apriles. an. 1528. Nec planè inficior, multa diſſimiliter in vtroq; Municipiorum genere Iudiciis cuſtodiri. Nam patria poteſtas liberorũ cõnubio non expirat in Prouincia Iuris l. ſi vxor Cod. De condit. inſert. l. Cùm te Cod. De inoff. teſtam. Conſuetudine Francica, ſecus. Boërij Deciſione Burdigalen. 97. Cum eiuſdem Commentar. in Bituricam Conſuetudinẽ. §. 2. De conſuet. Iurium ſtat. perſon. Præterea vulgaris lateralium hæreditatum Regula, *paterna paternis, materna maternis*, non admittitur in Galliæ parte, quæ Romanis legibus paret: Tametſi aliorũ ipſius Municipiorũ Moribus nil ſit receptius vſu, teſte Maſuerio in §. 1. Tit. De ſucceſſ. & vltim. volunt. Id quod ſumma Pariſiorum Curia maturè cognoſcẽs definiuit Pridie Nonas Februar. an. 1581. ad prouocationem ex Matiſconẽſi Præfectura factam à Claudio *Dudeau*, aduerſus Antoniam Lardetam. Eo quippe Decreto vterinus frater, tanquam propior agnatus, à patruo euicit paterna defuncti bona, petitione hæreditatis. Cui conſentaneum eſt poſterius, à Senatoria Lutetiæ Decuria latum in Iuridicis Conuẽtibus Aruernis. 15. Kalend. Octob. an. 1582. Seruino, appellantium à Prætore Matiſconenſi, & Nauarroto, aduerſariorum, cauſidicis. Lex namque Romana in hæreditatibus, quæ trãſuerſa linea cognatis obueniunt, intuetur propinquum agnationis gradum potiùs, quàm bonorum ſtirpem, ſiue ex paterno, ſiue ex materno ſtipite manarint: præterquã inter vterinos, & cõſanguineos fratres, qui parentibus inuicem ſuccedãt. l. De emancipatis Cod. De legit. hæred. Secũdùm hęc, fundorũ agnatitia redẽptio, quæ noſtris ſparſim Moribus decantatur, ceſſat regulariter in Francicis Prouinciis, quibus Romanum Ius adſcriptum eſt. Ita cenſente Senatu ex Foreſiorum

Territorio

Naturales Romana lege quadrifariã legitimabantur matrimonio concubinorũ Reſcripto, oblatione curiæ, & paterna agnitione ac nominatione filiorum. §. 1. Authen. Vt lic. mat. & auiæ Authent. Quib. mod. natur. eff. legit.

Iudicium Curiæ Pariſien. Die. 23. April. an. 1581. in magna Camera. *ſur l'appel du Bailly de Foreſts à Monbriſon.*

Placitum Curiæ die 20 Mart an 1528. Ex l. Velles C de reuoc. donat l Cum maritum C. de ſolut.

Decretum Curiæ in 2. Camera. *ſur l'appel du Iuge de Maſcon.* die. 4. Febr. an. 1581.

Areſtum Curiæ Magnorũ Dierum Clarimontis Aruerniæ. die. 17. Septemb. an. 1582. *ſur l'appel du Bailly de Maſcon, pays de Droit eſcript.*

S. Conſultum Pariſienſe die. 17. Iunii. an. 1589. ad litis relationem Dn. *Peletier* Cõſiliarij in magna Camera Curiæ. Non obſtante regio Edicto, Greffarij cuiuſque Notificationis Contractuum erectiuo in ſingulis Regiæ iuriſdictionis Sedibus lato Mẽſe Nouemb an 1581. Quo omnes Fundorũ emptiones. etiam in patria Iuris ſcripti, ſũt obnoxiæ Retractui lineari, donec apud nouum eiuſmodi Greffarium notificẽtur. & inſinuentur. Sed hoc Edictum, cũ multis aliis, obrogatum eſt Art. 15. alterius Edicti die. 14. Nouemb an. 1584. Verificati in Parlamẽto die. 20 eiuſd. Mẽſ. & Anni. Illud autem

Territorio, 15. Kalend. Iulias an. 1589 pro Gilberto Paponio reo, contra Bartholomeum *Baraillon* tutorem Spei Clepieræ, qui actoris munia obibat. Brianſoniæ tamen Delphinatium oræ, pauculiſque aliis vſitatus, fertur *linearis* Retractus Vido Papio, Deciſ. Gratianopolit. 257. Rurſùs gentilitiæ huic prædiorum redhibitioni Dominica anteponitur in Occitanis partibus Iuris. Tholoſano S. Conſulto pridie Nonas Apriles an. 1585. Quod Maynardus recenſet, Quæſtion. Iuris lib. 2. cap. 83. Conſimiléque huic Burdigalenſe decretum perhibet ipſe Auctor, conſpicua in purpura recitatum Septemb. Menſ. ann. 1588. At verò in Patria Morum ciuilium, familiaris condictio ac reuocatio alienatorum, patronali anteſertur. §. 348. Andeg. Conſuet. Iuxta Longobardicam Inſubrum Legem, de paternis feudalibus beneficiis. §. Porrò Qualit. ol. feud. pot. alien. Dehinc legatarius idem ſimul & hæres teſtatoris non admittitur Gallicis Legibus Municipiorum, quas refert Boërius in Conſuet. Biturigum Tit. De teſtam. §. 6. In Patria Iuris Francica, non item: ſecundum ea quæ de prælegato hæredibus relicto Romani I. Coſſ. paſſim tradiderunt. Inſuper creditorum vtrinque nummorum penſatio reiicitur in *Conſuetudinaria* regione Galliæ, niſi Diplomatico Principis auxilio fulciatur. Areſto Pariſienſi. 4. Kalend. Sextiles ann. 1541. Aliter, vbi Ius Romanum pro Moribus excolitur. Aufrerius, Deciſ. Tholoſ. 93. l. 2. l. ſi conſtat Cod. De compenſ. Forenſi itidem Conſuetudine, ſubdito non licet, Dominicum in forum cauſam alibi motam reuocare, niſi domini interuentu iuuetur, litis ad ſe remiſſionem cum illo petentis. Diuerſum autem in Prouincia Iuris ſeruari, iudicauit Senatus 5. Iduum Maiarum. Ann. 1530. Quod & I. Paponius recenſuit, Lib. 7. Areſtor. Tit. De Iuriſdict. Nec enim iſthîc ſubditus Domini acceſſione & præſidio eget, niſi alienæ ſe forſan iuriſdictioni ſubieciſſet. Tunc quippe ad eam arceſſito negatur præſcriptio fori, ni Iuridicus eiuſdem dominus cauſæ obiter adſit, eiuſque in ſuum forum tranſlationem poſtulet. Mouentium deinceps pignus nil diſcrepat ab hypotheca rerum ſoli, in Francicis finibus, queîs Romana Iura dictantur. Inibi enim, prædiis carente debitore, obtinet hypothecarum ordo, priuilegiúmque creditorum in ſuppellectili perinde, ac immobilibus bonis. Pariſienſi. S. Conſulto, Lugdunenſis Iuridici Sententiam infirmante. 6 Idus Iunias an. 1590. pro debitoris coniuge aduerſus alios mariti creditores. Iuxta. l. Res hypothecæ. §. inter pignus. ff. D. pignor. l plebs. §. pignus. ff. De verb. ſignif. Secus verò in Prouinciis Gallicis, quæ propria ſua, ac priuata Conſuetudine adminiſtrantur. Vt à nobis inferiùs exponetur, Lib. 3. Tit. De pignerat. fundor. poſſeſſ. artic. 13. 14. Nuper tamen Lugdunenſes inter ciues miſſa fuit in conſilium quæſtio illa Hypothecarij ordinis, in res mobiles ab vno ſequeſtratas creditorum. Decreto Senatorio poſtridie Idus Quintiles ann. 1601. quùm Choartus, pignerantis: & Theuenellus aliorum cauſam creditorum egiſſent. Porrò notum eſt, donationem cum donatorum retentione, in irritum recidere Moribus

Edictum Notifficationis contractuum Senatus iuſſu regio promulgarat Die 25. Ianuar. Et die 5. Mart. an. 1582.

Tholoſanæ Curiæ ſummæ Areſtum die 4. April. 1585 pro domina *d'Auſsun* turrice Petri *d'Auſsun* Baronis. filij.

Compenſatio.

Iudicium Curiæ die 29. Iulij an. 1541.

Placitum Curiæ die 11. Maij an. 3015.

Areſtum in profeſto Pentecoſtes, ſeu die 8. Iunij anno 1590. à præſide Briſſonio publicè recitatum.

Appoincté au Conſeil in Curia. *en plaidant du Roolle de Lyon*, die 16. Iul 1601. *Sur la preuention de ſaiſie de meubles, en Lyonnois*, an facta ab vno reliquos excludat creditores.

noſtratium Municipiorum: quibuſcum pugnat Ius Ciuile, & qui eo Iure Gallici fundi gubernantur. Maſuer. in Praxi. §. 1. Tit. De Donat. l. ſi quis argentum Cod. De donat. Rurſùs quantacumque temporis præſcriptione conſtitui nequit vrbana ſeruitus abſque iure & cauſa legitima in *Conſuetudinariis* Galliæ oris. Vt ait Boërius, in Bituricam Conſuet. §. 5. Tit. De Pręſcription. Iure Romano non idem, in iis ſeruitutibus quæ perpetuã cauſam habent, atque continuam. l. foramen. ff. De ſeruit. vrban. præd. l. ſi quis diuturno D. ſi ſeruit. vindic. l. ſi aquam Et ibi Bart. Cod. De ſeruit. & aq. Verùm ne longiùs de ſpatio curriculóque Feudorum deflectam, reliquas vtriuſque regionis Francicæ diſcrepantes inuicem Regulas Fori vide in noſtra Præfatione (Ƶ. Lib. 1.) cui titulum præfiximus, De communibus Gallicarum Conſuetud. præceptis.

Donner & retenir ne vaut apud nos. Spe Iure Romano valet, actionémque parit in donatorem, hære démueeius, quia intẽdit donatarius dare oportere: Dominium verò non tranſfertur abſq; poſſeſſione.

Seruitus vrbanorum prædiorum ſine titulo impræſcriptibilis in Conſuetudinaria Franciæ regione.

Tit. V.

DE EDENDO RERVM CLIENTELARIVM CATALOGO.

1. *Feudum* ſaiſire *licet ob* dinumeramentum *non præſtitum, abſque tamen rei ſaiſitæ fructuum vaſalli amiſſione.*
Britanniæ Duces, Pares Franciæ, à Regib. facti, aliiſque Terris donati, feudo Ducali annexis.
2. *Quatenùs dominus feudi teneatur* vaſallum garentire *ne ſingulis in* dinumeramento *contentis.*
3. *Nempe quoad directum rerum dominium*, garendus *& auctor vaſallo manet Dominus, non quoad vtile dominium.*
4. *Ex dinumeratione ſeu declaratione* cenſuali *à Domino recepta determinatur ius* Columbarij, *quod ſubditus dirutum cupiat readificare.*
5. *Pendente Eccleſiaſtica certi feudi poſſeſſione, eius* Retrofeuda *ſubditique, à patrono vſurpari, præſcribique efficaciter nequeunt, in præiudicium laici, ab Eccleſia poſtmodùm illud feudum publicè acquirentis.*
6. *Variæ in Eccleſiam Terrarum* infeudationes *cum ſimplici onere* Gardiæ, Reſſortus, *&* Seruitij *diuini.*
7. *Quomodò ſecurè feuda ærea* ſaiſiri *poſſint.*
Item qua forma talium feudorum vaſalli præſentare *ſe domino debeant ad fidelitatem iurandam.*

INTRA

1. INTRA QVADRAGENVM diem à præſtita Domino fide, iubetur cliens, eidem Rei cuiuſque beneficiariæ Catalogum promere, vel offerre. Maſuer. in §. Item ſi Dominus feudi Tit. De Feudis. §. 6. 139. 174. 175. 176. Andegauen. Conſuetudin. Quòd ſi cliens non ediderit, haud ideo patronus ſuos faciet fructus: ſed dato curatore publicè poſſidebit, dùm catalogum beneficiarius proferat: Eo edito, rationem ac reliqua reddet, deductis ſumptibus in curando factis. Beneficiaria Galliæ conſtitutione, quam Maſuerius commemorat in Praxi Tit. De Feudis. §. Item quandiu. Nam & doctiſſimi Roman. Legum Interpretes produnt, beneficiarium poſſeſſorem teneri, patrono feudum iudicare, cuius ergò ipſi ſeruitium præſtet ac propterea generalem feudi conceſſionem ſpeciatim, velut oculis ſubiecta re, expromere Bald. in l. ſicut datam Cod. De liber. cauſa. Et Iohan. Platean. in l. 2. Quan. & quib. quar. pars debet. Lib. 10. Cod. Neque his refragatur Vlpiani Lex. 4. ff. De cenſib. Porrò ſi cliens minùs ex fide clientelares agros in Catalogo dinumerarit, omiſſos & improfeſſos patrono committit. §. 199. Andegauen. Morum. Idemque ſancitum de vectigalis fundi colono perpetuo, qui in forma cenſuali partem rerum vectigalium ſilentio prætererit, ſuppreſſerit. §. 200. noſtræ Conſuetud. Cuiuſmodi commiſſoriæ legis pœna procedit in nouis & aduentitiis, nedum in profectitiis & antiquioribus Feudi patrimoniis: Quibus illa, patrum famil. deſtinatione, copulentur in vnúmque redigantur. Vt perſpicuè expoſuimus, GALLICI FISCI. Lib. 1. Ita, exempli vice, Armorico Ducatui, Francicæ coronæ beneficiario nexus fuit quondam à Philippo. 4. Rege, Patritialis, Galliæ, titulus Septembri Menſ. an. 1297. Dein profanus, Alethenſis Britonum vrbis ac Territorij dominatus Iano Duci donatur à Karolo 6. Rege Octob. Menſ. ann. 1415. Cui illum antea Clemens. 7. apud Auenionem Pontifex munificè tranſcripſerat. Ann. 1387. Caſtellaria item S. Gemmæ *de Beuuron* Ditio Normanica, vltrò conceſſa eſt Franciſco. 1. Britanniæ Celticæ Duci à Karolo. 7. Principe, velut appendix acceſſióque Ducalis feudi Armorici. Nono Kalend. Sextiles ann. 1448. Ea lege beneficio dicta, vt *feudale* hoc additamentum, cum aliis, Ducali vnico Clientelæ ſacramento deuinciretur Francico diademati, eadémque rerum clientelarium Profeſſione contineretur. Sicuti ex authentico Britanniæ Chartario collegimus, Regiis Karoli. 9. Mandatis concinnato, à Rhedonenſis Senatus Antiſtite Renato *de Bourgneuf*. an. 1566. & ſeqq.

Adueu & Denombrement, alias la Nommee, par faute de laquelle la ſaiſie feodale n'emporte gaing des fruicts.

Ordonnances des fiefs.

Declaration des choſes cenſiuelles.

Tit. 1. art. 9. 10. 11. 12.

Andibus vicina Britannia in Pariatum Franciæ erecta, & hic Pariatus Ducali feudo annexus.

Donum Iuriſdictionis & Dominij temporalis, in Vrbe & territorio Eccleſiæ *de S. Malo de l'Isle*, in Britannia.

Oppidi & Caſtellaniæ *de ſaincte Iame de Beuuron, en Normandie*, donatio regia die 14. Iulij 1448 *à tenir en accroiſſement du fief de Bretagne, à vne meſme foy & hommage, que ledit Duché, & aux vſages & Couſtumes d'iceluy.*

2. BENEFICIARIA prædij conceſſione transfertur in clientem vtile dominium, traditione rei interueniente. Cap. 1. §. ſi quis Verſ. ſi dominus Tit. Si de inueſtit. controuer. fuerit. In Feud. Et ibi Baldus. Glo. in cap. 1. Per quos fiat inueſtit. Vidus Papa in Delphinatium De-

Inuentarium Literarum & Cartharũ publicarum Britanniæ, repertariũ in Camera Theſauri condita in Turre Nannetenſis Caſtri.

Le ſeigneur de fief eſt bien garend de ſon vaſſal au moyen de ſon adueu receu, en ce que touche la foy & feodalité, cõtre vn competiteur du fief. Mais non pas quant au dommaine, & fons domanial du vaſſal baillé par adueu.

ciſ.303. Inde agitatum eſt in Foro, nûm clientelaris fundi parte euicta, patronus de euictione teneatur. Vtpute, cliens multa latifundia ſigillatim adſcripſit Catalogo rerum clientelarium, cum Dominicis ſeruitutum iuribus, in ſubditos & colonos perpetuos. Clienti deinde mota eſt actio cuiuſdam Agri petitoria, qui in rerum dinumeratione illa continebatur. Item ſerui, & coloni clientis abnuunt talia ſeruitutum iura, quæ fundi partibus accenſetur. l. ſi quis inquilinos. ff. De legat. 1. Iidem beneficiariæ illius Profeſſionis tabulis nullam contra ſe fidem adſtrui debere contendunt. l. ſolennibus Cod. De rei vindicat. l. quæ quiſque. ff. De acquir. rer. domin l. ſi functiones. l. cenſualis Cod. De donat. l. ſi pater Cod. De action. empt. Huius autem litis occaſione cliens patronum laudat auctorem, vt ſuo periculo, ei præſtet controuerſas res habere licere, aut, iis per Iudicem ablatis, æquè idoneo frui beneficio. Iuxta Regulam Clientelarũ, in Cap. 1. De inueſt. de re alien. fac. In Feud. Cap. 1. Si de feud. vaſallus ab aliq. interpell. fuer. & domin. eum defend. noluer. Ioh. Faber nuncupatim, ad l. ſi controuerſia Cod. De euictione.

Deſcriptio in cẽſum. non facit aliquẽ dominum.

Feudalis regula.

De eo tamen, conſulenti patrono reſpondimus, aliam eſſe eius rationem Catalogi, aliam primæuæ dationis fundorum beneficiariæ. 3.
Nam ſi reuera in medium adferretur ceſſio illa prædij vetuſtior, beneficiaria lege contracta, quales hodie pauculæ ſcripto extant, tunc æquum foret, vtilis dominij rei cuiuſque auctorem patronum appellari, qui talis pro cliente dominij tutelam defenſionémque ſuſciperet. Quoniam verò priſcæ illæ Cautiones beneficiariæ iam non viſuntur, ſed clientelarium rerum codices ſoli, ac dinumerationes, quibus dominica iura renouentur, hoc denique à patronis tantùm exigere clientes poſſunt, vt recti, non vtilis rerum dominij defenſores ſe ipſis præbeant. Nempè ſi alius quiuis ſuæ clientelæ aſſeruerit Meuij beneficiarium fundum, poſſeſſor tùm ritè in forum traxerit Meuium, cui ſuam antea rei beneficiariæ profeſſionem ediderit. Vnde tantiſper quieſcere debet cliens, dum forenſis concurrentium patronorum conflictus finem acceperit. Argum. Iuſtinianeæ Legis. 19. De agricol. & cenſit. Lib. 11. Cod. Ei autem patronorum forenſi tædio vt occurratur, ipſis expediret, cautiùs maturiúſque clientelarium rerum codicẽ ſibi oblatum excutere, ac refellere. Principalium exemplo Rationalium, qui patrono Regi porrectam iſtiuſmodi rerum dinumerationem haud antea probãt, quàm ſingularem fidem veritatémque apertiſſimis documentis explorarint, ac deprehenderint. Sicuti de eo copioſiùs in noſtris Libr. DOMANII FRANCICI (Tit. 15. art. vlt. Lib. 3.) At More patriæ Ciuitatis, id genus Catalogos, qui priuatis patronis eduntur, refutari oportet proxima eorum ſeſſione Iuridica Dominorum: Alioquin purè admiſſi illi cenſentur. §. 139. Andeg. Conſuet.

Veterum infeudationum inſtrumẽta nulla ferè ſuperſunt, tẽporumq; iniuria periere.

Les Adueux rendus au Roy, preſentez à la Chãbre des Comptes sõt renuoyez aux Iuges de la Prouince, pour les verifier par le menu. Et iuſques à ce, la receptiõ faicte d'iceux en lad. Chãbre, ne faict preiudice au Roy. Mais par la preſentation des Adueux rendus aux ſeigneurs, s'ils ne ſont blaſmez dedans les 40. iours, ou dedans l'an, ils ſont tenus pour receus.

Art. 139. Verſ. *Et doit iceluy ſeigneur receuoir l'adueu, & les proteſtations dedans contenues, & puis aſſigner iour à ſon homme de le venir voir lire à la prochaine aſſiſe.*

DATO igitur, & accepto rerum clientelarium codice, mutua con- 4.
trahitur obligatio inter patronos & clientes. Nunc columbarij quæſtio agitur, quod beneficiarius inſeruerit vetuſto ſuarum rerum catalogo.

logo. Poſtmodùm enim mutata eſt prædij conditio nobilis in ignobile, ex Pacto conuento: Nec eò ſeciùs Columbarium ibidem remanſit, priſtinæ dignitatis fundi veſtigium. Eius propterea nouiſſimè collapſi inſtaurationem ſubditus adgreditur. Quippe quùm Interdicta de nouo opere, non pertineant ad veterum refectionem. Vlpiani l. 1. §. ſi quis ædificium. π. De noui oper. nunciat. l. 3. §. reficere D. de itin. actúque priu. Cap. Conſuluit De Iudæis. Sed columbarij reſtitutionem oppugnat Dominus, aítque, plebeio in ſolo extrui illud non debere Gallico vſu, de quo Nos latiùs alibi. Item longè aliud eſt reficere, aliud facere. Pari modo, ſemel extincta ſeruitus reſtitui non poteſt, variatáque rerum facie, priſtinum fundi habitum denuò ſpectari non oportet. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. π. De ſeruit. vrban. præd. l. quid tamen. §. rei mutatione D. quib. mod. vſusfruct. amitt. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. π. De verb. obligat. Itaque in conſilium reuocato negotio, cenſui cum ordinis noſtri collegis, interdicto, nouíque operis prohibitorio iuri locum eſſe: niſi Cenſus & monumenta, quibus vectigalem agrum profeſſus ſit ſubditus, columbarium cum reliqua Villa ruſtica nominatim complectantur.

Droict de Colombiers à pied n'a lieu en terre de roture. De quo Nos plenius lib. 3. de Domanio Tit. 22. art. 6. 7. 8. Et lib. 1. Legum Andegauen. cap. 41. art. 11.

Chartulaires des ſiefs.

5. Secvndvm hæc, mota dubitatio eſt, licitè necne publicus emptor ſacrorum prædiorum repetat clientelari noua ipſorum Profeſſione ſubclientes, vectigali agrorum, & reliqua id genus *Feudi* ſui iura: quæ patronus antea in venditricem Eccleſiam ſibi vſurparit longiſſima poſſeſſione. Hic enim rei beneficiariæ dinumerationem illam abnuet eo nomine, quòd tanti temporis præſcriptio, quæ obeſt auctori, porrigatur in ſingularem eius ſucceſſorem. Vlpiani leg. 16. D. pro ſoc. Neque meliori conditione vtitur priuatus profanúſque Eccleſiaſtici fundi licitator, quàm ſacra Eccleſia, rei ſuæ alioquin tutelaribus fulta priuilegiis. Atqui noſtrate Andium Lege, rata eſt tricena vſucapio recti Domini in ſubditum, clientíſvè contra patronum. (§. 439. & ſeq.) Aut quadragena ſaltem poſſeſſio aduerſus ſacratum Ordinem. §. 447. & 448. Legis eiuſd. Andegauen. Quùm igitur ſacris addicti, non eximantur *feudali* in ſuperiores dominos officio & obſequio apud Andes, Iura ſingula profanis dicta Beneficiariis, ad Clerum producuntur *feudorum* poſſeſſorem. Artic. 110. 111. 112. Andegauen. Conſuetud., Nec diſſentanea iis Baldi ſententia, ad Cap. Nimis De iureiur. A parte autem emptoris, econtrà, ſuggeretur, Templo datum olim prædium nobile, eximio hoc libertatis immunitatiſque titulo, *en garde, reſſort, & au ſeruice diuin.* Qualia multa Gallos Heroes priſcos munificè piéque largitos ſacris Collegiis, edocuimus Oratione pro Clero Gallico in Senatu habita ann. 1580. Quæ publicis dein formis excuſa, vulgò lectitatur. Proin eo iure donata quondam aſſenſu patroni, meritò ipſius nexu manúque emiſſa fuêre, ac *feudali* tandiu ſeruitute libera, quandiu tenerentur à Sacerdotibus Templi. Atque hos idcirco profanis Dyna-

Ius excipiendi tranſit contra ſingularem ſucceſſorem.

Auctoris Actio forenſis pro Clero Fráciæ.

Ita Ciſtercienſi Monaſterio B. Mariæ Claromontanæ, Cenomanorum, multa addidit priuilegia Guido Lauallus Baro an. 1248. Menſ. Iul. quum ſacræ Militiæ Tranſmarinæ accinctus eſſet, vnà cum D. Ludouico Rege.

Sacris ſublatis, ſolum profanum remanet.

Rei ſtatu mutato, extinctus vſusfructus reſtituitur.

ſtis non licuit talium poſſeſſione bonorum exuere, quæ tutelari Magnatum præſidio, ac procurationi accepta tulerant donatarij. Ex leg. vlt. Cod. De acquir. poſſeſſ. l. Malè agitur. l. Cùm notiſſimi §. vlt. Cod. De præſcript. 30. vel 40. ann. Aliàs námque, ſi Magiſter Phani, latifundium vulgari ac promiſcua clientelæ lege ſuſcepiſſet, patronis tùm oblato partium ipſius Catalogo ampliſſimo, facilè interpellaſſet Dominicam poſſeſſionem contrariam. Ac veluti nuda puráque ſacrorum fundorum alienatione recenti, quaſi poſtliminio redière ipſi in rectum profani Dynaſtæ dominium: Ita Dominicum imperium, velut iure poſtliminij, reſtituitur in priſtinam cauſam: nulla intermediæ poſſeſſionis oppoſitæ habita ratione. Ex Martiani I. C. leg. 6. ff. De rer. diuiſ. Leg. omnia loca Cod. De pagan. & ſacriſ. l. quid tamen §. agri l. ſi ager D. Quib. mod. vſusfr. amitt. Qua propter ſpectata eius conditione fundi Cœlitibus dicati, æquius melius eſt, ſarta tectáque ipſius iura tueri, exploſa diutinæ poſſeſſionis præſcriptione Dominica.

Abbatia *de la Couſture lez le Mans.*

Die 7. Mart. 1443. Carthuſienſes *du Parc en Charnie.*

Die 26 Iulij 1444. Abbatia *du Loroux, ou de l'Oratoire*, die 1. Sep. 1455.

Monaſteriũ *de Beaulieu*, die 15. Sep. 1479. Die 22. Nou an 1507. *Extraict de la Chambre d'Aniou, en la Chambre des Comptes.*

Eccleſiæ collegiatæ de Caudaforti, ad vrbem Cenomanã. impertière ambo Ludouici viciſſim, Andiũ Duces ac Cenom. Comites, literas Admortizationis acquiſitorum, & donatorũ eidem Eccleſiæ ann. 1363 & 1405.

Sententia Petri *de Beaunau* Seneſchali Prouinciæ, die 7. Apr 1434. inter Eccleſiã & Capitulum S. Saluatoris Archiepiſcopale, in vrbe Aquẽſi,

INTEREA verò ne quis demiretur, militaria prædia Clericis lege erogari *Gardiæ*, *Reſſortus*, cultúſque Diuini, haud pauca ſuppetunt paris Formulæ exempla nobilium fundorum, Eccleſiis piè tranſcriptorum in Andegauis finibus, & Cenomanis. Nam Benedictini cœnobitæ B. Petri de cultura, Cenomaniæ, agnouerunt quondam, ſe eo prorſus iure tenere, Cenomani Comitis beneficiarias, ſuas Ædes reſque prædiarias. Solenni Charta Nonis Martiis ann. 1443. Quæ publicis Andegauiæ Scriniis inſeritur. Eandem planè bonorum ſuorum profeſſionem edidère Carthuſienſes, eius Municipij, ſeptimo Kalend. Sextiles ann. 1444. Tùm cucullati Andium ſacerdotes, ab Oratorio dicti Kalendis Septembr. ann. 1455. Bellíloci pariter, in ſuburbiis Cenoman., Monachi, 17. Kalend. Octobr. ann. 1479. Quin Pontifex etiam ipſe Cenomanorum, Franciſcus Lucemburgius, Regium ſe clientem profeſſus fuit, decimo Kalend. Decemb. ann. 1507. ex ſua Arce & Baronatu Touuayo, Yurea ditione, aliiſque nonnullis *à la Retribution du Diuin Seruice*, nec Feudali quoquam onere impoſito. Sicuti iſthæc ſigillatim decerpſimus ex Andenſi Tabulario, in vetuſtis Rationalium Lutetiæ Regeſtis. Vnde antiqua elicitur Andegauorum Heroum pietas in res Diuini iuris, earumque poſſeſſores Sacroſanctos. Neque ea modò in citeriori ſuo Andium Cenomaniæque Principatu emicuit, verùm limitanea quoque in ora Narbonenſis Prouinciæ, cui iidem, Comitum titulo, dominabantur. Teſtem indicémque huius pij officij promo Sententiam, à Rectore Prouinciæ dictam Metropolitico Aquenſi Collegio, in ciues Aquenſes, Septimo Idus Apriles anno 1434. (florente tùm Andegauo Duce Ludouico. 3.) Cuius verba Sententiæ ſic referuntur. *Pronuntiamus in vim d. Priuilegij per Idelfonſum Regem Aragonum, & Principem Prouinciæ conceſſi Aquenſi Eccleſiæ Ann.* 1185. *Menſe Mart. & per eius ſucceſſores Reges, Principes, & Dominos* 6.

minos

minos præſentis Patriæ Prouinciæ confirmati, &c. Quòd bona temporalia quælibet immobilia, cenſus, ſeruitia, & iura in diſtrictu & Iuriſdictione regia conſtituta ab olim ante tempus & tempore d. Priuilegij, & expoſt hucuſque, qualitercunque, & ex quacunque cauſa & titulo per Eccleſiam Aquenſem, & quaſlibet Eccleſiaſticas perſonas ad vtilitatem & occaſione eiuſdem Eccleſiæ, & tam in capite quàm in membris acquiſita, & in poſterum perpetuò acquirenda, Eccleſia ſuprâdicta retinere & poſsidere poſsit nunc & in futurum, Edictus Regis Caroli 2. & Ianæ Comitum Prouinciæ nonobſtantibus (quòd Eccleſiaſtici acquiſita per eos deberent infra annum & diem in laïcos transferre ſub pœna confiſcationis illorum) Item iuxta reſeruationem in d. Priuilegio contentam, Pronuntiamus, omnimodam Iuriſdictionem & cauſæ cognitionem, quæ poſtea ſuſcitabitur qualitercunque de & pro bonis rebus & iuribus temporalibus ſuprâdictis acquiſitis tantùm per Eccleſiam ſuprâdictam, vel poſthac acquirendis, ad Regiam Curiam, & non ad Eccleſiaſticam, actiuè vel paſsiuè pertinere perpetuò in futurum. Item pronuntiamus, bona ipſa temporalia ante tempus & tempore conceſsi priuilegij per Regem Ildefonſum eidem Eccleſiæ, & poſt acquiſita, & in poſterum acquirenda, muneribus & oneribus publicis quibuſcunque huius ciuitatis Aquenſis adſtricta fuiſſe, & eſſe ſuppoſita debere perpetuò in futurum, ſicut erant, quando per laicos tenebantur, & antequàm ad manus Eccleſiæ peruenerint. Item ordinamus, quòd Eccleſia Aquenſis ſeu Eccleſiaſtici eiuſdem, acquiſita ab annis 50. retroproximis ſolùm hucuſque, & in poſterum acquirenda in cenſibus, redditibus, & ſeruitiis annalibus, perpetuis, vel ad tempus, bladi, pecuniæ, vel alterius rei ſuper poſſeſsionibus temporalibus quibuſcunque, vbicunque infrà Regiam ditionem conſiſtentibus, titulo videlicet oneroſo, etiam lucratiuo, vel alio quolibet, teneantur, vtili domino & poſſeſſori ſeruilis poſſeſsionis, ad Syndici ciuitatis requiſitionem vendere iuſto pretio, & liberè affranquire, & à præſtatione & ſeruitute qualibet redimere. Nempe pretio conuento in titulis oneroſis, & iuſta æſtimatione in Lucratiuis, &c.

> Et ciues Aquenſes. De cenſibus, ſeruitiis, & aliis bonis acquiſitis per d. Eccleſiam; an infra annū & diem poſt factam acquiſitionem debeant vendi, &c.

> Vetera Comitū Prouinciæ Edicta Eccleſiaſticos vrgentia ad ponendas in manu laicali res immobiles ab iis acquiſitas intra annum & diem.

> Vrbana munera & ciuilia.

7. Rei beneficiariæ catalogus admodùm conducit, tum patrono, tum clienti. Id quod in æreis præſertim feudis facile eſt obſeruatu. Nam alioqui vacante ęreo & incorporali beneficio, vaga patroni manus iniiceretur incertis iuribus & incognitis, quæ certo patrimonij corpore non conſtarent. Regia autem, vel Dominica fundorum prehenſio non valet, niſi certa corpora, quæ manu prehendantur, aliquando appareant, deſcribantur ſigillatim, eorumque in poſſeſſionem eatur. l. Non eſt mirum ꝟ. De pignerat. act. Francico item de auctionibus proſcriptis Edicto an. 1551. Et §. 103. 170. 391. 416. 436. Andegauen. Conſuetudin. Ad tollendam igitur rei ambiguitatem publice poſſidendæ, conſulito ærei beneficij catalogum, qui antea patrono editus fuerit: Vt ſtatim ac verbis generalibus tale prehenſum ſit beneficium, Viator ſe conferat in ſubbeneficiarias ædes ac fundos ſingulos, horûmque poſſeſſoribus in re præſenti interdicat, ne iuſta Dominica, quæ ex iis poſtmodum percipi debeant, alij exoluant quàm ſuperiori patrono, ob ídque vt futura hæc feudi commoda pignere-

> *Adueuz & denombremes des fiefs en l'air ſans domaines, & corps de terres patrimoniales.*

> Regium Edictum, *ſur le faut des criees des biēs.*

> Art. 103. Conſuet. ver. *mettre en ſa main la choſe tenue de luy à foy & hommage.*


> Art. 416. verſ. *du iour de la ſaiſie & main miſe deuement faicte, il fera les fruicts ſiens.*

> *Le moyen de ſaiſir & eſtablir Commiſſaires au regime des choſes du fief en l'air.*

tur, Dominica auctoritate. Vectigales itidem agros, qui præhenſo beneficio ſeruiant, adibit publicus Nuncius, & ſolarium à poſſeſſoribus debitum, manu iniecta, iubebit publicè poſſideri. Vice mutua, nouo ærei feudi beneficiario caueri poteſt, ne in feudum eius inferiorem manus immittatur ob moram aditionis patroni, & ſolutionis reliquorum. Imprimis enim cliens ſciſcitabitur, vetus necne aliquod extet Dominici prætorij veſtigium, terrena Moles, aut ſaxum eminentius, ad quod vaſalli beneficiaria officia exhibere identidem conſueuerint. Nam extante eo, cliens ibidem pro more loci munus obibit clientelare. Sin minùs, cliens patronum vocabit in iuridiciale ſuperioris dominici Forum, vt eum in fidem recipere iudicio damnetur. Atque ita forenſi Gallorum vſu probatum inuenimus.

La groſſe Motte, ou Pierre eſleuee, à laquelle comme principal lieu du fief dominãt l'on aye accouſtumé de faire, & receuoir les hommages.

PARTIS



PARTIS II. CAPVT PRIMVM.

DE EXTRAORDINARIIS FEVDORVM COMMODIS.

Tit. I.

DE FRVCTIBVS POENÆ NOMINE A DOMINO FEVDI PERCEPTIS.

1. *Duo Capita Partis ſecundæ huius Lib.2.*
2. *Quos feudi* ſaiſiti *fructus perdat vaſallus ob morā fidei domino præſtādæ.*
3. *Contentio feudi inter duos dominos nil obſtat, quo minùs alterutri poſtea victori fructus medij temporis adiudicentur.*
   Nec lite illa feudi pendente, vaſallus re frui debet, priuſquàm alterutri dominorum debita, iura conſignarit.
4. *Dominum, qui* ſaiſiti feudi *regimini* commiſſarios *præfecerit, ſua manu poſtea illud regere detineréque poſſe.*
5. *Quatenùs pro debitis* feudalibus *liceat alia, quàm* feudalia, *bona* ſaiſire *& occupare.*
6. *An primogenitus patronorum hæredum ſibi vni fructus acquirat feudi ab eo ipſo* ſaiſiti.
7. *Temporaria ſuſpenſo prehenſionis* feudalis, *finito etiam tempore, eandem* annullat *in poſterum: niſi eà ipſa prahenſio expreſſè renouetur.*
8. *Dominica feudi prehenſio facta à venditore, non proficit ſingulari eius ſucceſſori, & emptori.*
   An fundum à creditoribus proprietarij iam ſaiſitum, *ſequeſtriſque commiſſum* Dominus *feudalis propria manu licitè occupet ac detineat ſine forma iudicij, & nouorum inſtitutione* Commiſſariorum, *nempè ob defectum* hominij, *& præſtationis Dominicorum iurium.*
9. *Vaſalli feudum à domino* ſaiſiri *non poteſt, niſi authenticas recognitionis feudi literas à 30. annis habente.*

10. *Feudum vacans ex parte Domini* ſaiſire *non licet in antiquum vaſallum, niſi poſt* ſummationem *& denunciationem ei factam.*

Nûm & hoc caſu prima feudalis *præhenſio habeat vim* ſummationis *vaſalli, de eoque Areſtum Pariſienſe.*

Bimembris diuiſio ſecundæ Partis huius Lib.

Fruicts du fief ſaiſi acquis au ſeigneur ſaiſiſſant en pure perte du vaſſal.

POSTQVAM ORDINARIA patroni in clientem iura explanauimus, quæ iuſtis Honorariis, ac vtilibus è re beneficiaria conſtant: Nunc poſtulat ſuſcepti argumenti ſeries, vt extraordinaria Domini iura, planéque accidentaria perſequamur. Horum itidem duplex ratio ac conſtitutio eſt, prior ex clientis mora vel maleficio, vnde beneficiaria commoda redeunt ad Dominum prædij ſuperioris. Poſterior ex variis clientuli Pactis, gentile ſuum prædium ruſticis cultoribus dantis agraria lege multiformi: Quæ multa pariter recti dominij emolumenta adfert non concedenti modò, verùm & ſuperiori patrono, qui beneficium poſſeſſore vacuum occuparit. Eorum omnium ſeriem quandam, ęſtimationémque fructuariam compilat Mos Andium. §. 494. Ibi, *Car en icelle eſtimation & appretiation ſont compris les proffits de rachapts, prinſes par deffaut d'homme, ventes, amendes, & tous autres eſmolumens de fief & de Iuſtice, &c.* 1.

Conſuet §.104. Verſ. *Et apres qu'il aura eſté ſeruy, tous les fruicts & eſmolumens prins par le deffaut dud. hommage non faict, & qui ſeront conſommez, demourront audit ſeigneur de fief.*

AD primum genus referuntur feudalis beneficij prouentus, quos, manu in fundum inuecta, patronus ſibi lucrifacit ob beneficiarij contumaciam, nec reuouatum ab eo intra ſtatum tempus hominium. §. 103. 104. 105. 436. Andeg. Conſuet. Sed ne qua his patrij Iuris Articulis ſubrepat antinomia de pœnali fructuum lucro, rem ita dirimi placuit bifariam. Si enim contumax cliens, poſt manu captum à patrono fundum, inierit clientelæ ſacramentum, ipſi redduntur clientelaris prædij reditus, quos à die fidelitatis oblatæ dominus percepiſſet. cita. §. 105. Rurſùs, etſi coacti ſint à patrono fructus terráque ſeparati, antequàm ei cliens ſeſe officiosè exhibuerit, moram citò purganti reſtituuntur adhuc extantes: ſed iam abſumpti penes dominum manent. præd. §. 104. Quo etiam ſenſu accipiendus eſt poſtremus Legis Articulus ille 436. Conſumpti autem fructus ſignificantur ij, quos fortè patronus vendiderit, alienarit, ſeu quicunque ſacramenti clientelaris die ipſa non ſuperſint. Sicuti à peritioribus Iuris noſtri prędiatorij accepimus. Porrò ſi cliens, qui ſtationem cuſtodiámque debeat Arci dominicæ, non fungatur debita opera, patronus rectè manum iniiciet beneficiario prædio, nec collectos ex eo prouentus vnquam reſtituet. §. 135. Andeg. Leg. 2.

Art. 105. Verſ. *Led. ſeigneur eſt tenu luy rendre les fruits qu'il aura prins depuis lad. offre.*

Cenomana Conſuetudo omnes fructus ſaiſiti feudi patrono irreuocabiliter attribuit, exceptis iis qui poſt oblationem homagij & iurium dominicalium percepti ſint art. 117.

Artic. 436. Ver *Et du iour de la ſaiſine & mainmiſe deuement faicte, il fera les fruicts ſiens, iuſques à ce qu'il ait homme.*

Lige eſtaige, ou garde au chaſtel du ſeigneur.

PENDENTE recti Dominij inter duos controuerſia, neutrum agnoſcere tenetur beneficiarius, vt ſuprà ſcriptum eſt. At ſi illorum alter ab Dominica fundi præhenſione auſpicatus eſſet, quæ fructuum cauſam continet, iudicióque obtinuerit, is fructus ſimul prædiarios auferet 3.

Conſuet. art. 135. ver. *Et audit cas ne rendra point les fruicts par luy leuez.*

auferet clientulo: Salua iſtius ſubſidiaria actione cõtra victum patronatus competitorem. Quod procedit etiam aduerſus procuratorem Fiſci, qui Dominicam priuati patroni manum fundis iniectam oppugnaſſet competitor, ac ſuccubuiſſet. Verùm eo caſu poſſeſſori conſultum eſt beneficiario, ne incommodum tandem ſubeat mulctatitiæ fructuum Sententię: Vt feruenti ſcilicet contendentium patronorum litigio, impetret liberæ poſſeſſionis codicillos à Rege, donec controuerſa illorum iure in Foro decidantur. Nam Diplomatis ſuffragio, Iudex auocat ilicò Dominicam manum in fundos immiſſam, & cliens poſtmodùm amiſſionis fructuum periculo liberatur.

Le debat de fief entre deux ſeigneurs n'empeſche l'adiudication des fruicts en pure perte au proffit du ſeigneur ſaiſiſſant, qui obtiendra. Sinon que ce pendant le vaſſal aye prins Lettres royaux de mainleuee par main ſouueraine en conſignant les droicts & deuoirs deuz à cauſe du fief ſeruant.

Iſthîc verò maturè cauendum, ne is qui de ſumma patronatus lite cognoſcit, hanc ſibi poteſtatem arroget tollendæ interea Dominicæ manus, niſi Principalibus auſpiciis. Nam id prorſus regij iuris eſſe, PATRES CONSCRIPTI pronuntiarunt. Contradicto iudicio 16. Kal. Sextiles an. 1577. inter Ludouic. Rohanum Montiſ-Bazonij Comitem, pro quo Pageus: & Renat. Sanzeium, dominum *de Thais*, pro quo Chauuelinus, egêre.

Areſtum Curiæ Pariſien. Die 17. Iulij an. 1577 *entre Louys de Rohan Comte de Montbazon, en Touraine, & le ſieur de Thais ſõ vaſſal.*

Diu námque diſceptata cauſa, placuit AMPLISS. ORDINI, Dominicam prehenſionem ditionis *de Thais*, qua vſus fuerat Comes, ſtare efficaciter ac tenere: licet patronalis iuris quæſtio indiſcuſſa maneret inter Comitem, & Turonum pontificem. Quippe quùm Sanzæus cliens ab Turonum Suppræfecto Regio, non à Rege ipſo mandatum eliciuſſet, Dominicæ manus reuocatorium lite pendente.

Commiſſion du Iuge, irrogatiue de Mainleuee prouiſionale.

Rurſus media in controuerſia patronorum duorum, cliens ſequeſtrata re ſua fruetur ita demùm, ſi alterutri illorum debita *feudalis* obuentio nummaria, publicè ab illo obſignetur.

Feudalium debitorũ conſignatio per vaſſallum durante litigio duorum dominorum.

Nam etſi Pictonum Ritu, libera prehenſi à Domino fundi poſſeſſio permittatur beneficiario, cautione prædiorum (Artic. 90. 91.) Recti tamen Dominij inter duos conflictu ſuborto, negatur illi vindiciarius rei ſuæ vſus ac fructus, niſi lege adſcripta obſignationis pretij Dominicorum iurium, de quibus patrocinij competitores inuicem certent.

Art. 90. Verſ. *ou offrir & conſtituer ſon temporel, pour pleige.*

Vti Curiæ iudicio ex Pictonica regione deciſum fuit, Quinto Idus Iunias Ann. 1597. ſecundùm prouocantem, cuius partes tuebatur Gallandius: in prouocatum, cui orator Conſtantius aderat.

Areſtum Curiæ Die 9. Iunij 1597. *En plaidãt du Roolle de Poictou.*

Mitiùs enim cum eo agitur, qui rectum Dominum qualemcunque agnoſcat, quàm qui è duobus neutrum colat ac reuereatur. Similiter ob Redemptionalia feudi minimè penſa, huius vindiciæ pignerati nullæ dicuntur Pictauenſi clientulo, quoad feudum à patrono redemerit. Cita. Artic. 91. Pictonici Moris, & Senatorio Lutetiæ decreto, Iunij Luce. 9. ann. ſeſquimilleſ. 97. ex publica Pictauenſium cauſarum diſſertatione: quùm Proutius, Renatæ Foreſtæ: & Conſtantius, Lucionenſi Collegio ſacro aduocationem hinc inde præbuiſſet.

Nulle la mainleuee d'vn fief ſaiſy à faute de rachapt, ſans l'acquitter: Placito Curiæ pro Capitulo Eccleſiæ Cathedralis *de Luçon en Poictou*, appellanté à Seneſchalo Pictauenſi contra Renatã *de la Foreſt, & ſon mary intimez.*

Ponamus autem, clientelæ prædium ſequeſtris commiſſum, inſtante Procuratore Fiſci, quaſi patroni: priuatum verò alterum, qui id iuris ſibi arroget, Regiæ feudi pignerationi interceſſiſſe. Ambigitur iam, fiſcali Actore victo, ſequeſtrati necne fundi reditus priuato patrono addicantur pœnæ nomine in clien-

tulum, qui prædiarios interea fructus perceperit. Ita cenſueris forſan ſpecie ipſa prima, quòd, pari ratione, creditoris vnius in bona miſſio reliquis proſit. Vulgato Pauli reſponſo, Cùm vnus. ꝶ. De bon. auctor. iudic. poſſid. Sed hoc ciuili modo intelligitur, ſi fundi pigneratio rata maneat probetúrque iudicanti. Aſt in irritum deducta ipſa, reſciſſáque iudicio, nulli compédium adfert, nullúmque producit effectum. Leg. 12. §. planè Tit. ſ dicto l. ait Prætor §. 5. D. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. miſſ. Vnde nec ſubdito obeſt; hac in hypotheſi, quòd poſt acceptum inter patronos iudicium, apud Acta non obſignarit iuſta Dominica, quæ illorum alterutri ipſe debuerit.

Hɪᴄ locus efflagitat, vt de pignerationis formula clientelaris fundi pauca dicam. Finge enim, patronum initio ſequeſtris commiſiſſe feudalis beneficij poſſeſſionem, ac longè pòſt, mutatis calculis, eodem frui velle, ſua ac Dominica manu in res inuecta. Quæritur, quid iuris ſit? Puto, huic in poſſeſſionem ire licere, ac fundo incumbere. Nam in annuis obligationibus alternatim conceptis, fas eſt quolibet anno variare, & alterutrum pro arbitratu exigere. Trebatij I. C. opinione, in l. ſi ſterilis. §. qui domum ꝶ. De Action. emp. Nec diſſimiliter à Senatu pronuntiatum fuit in pomeridianis cauſarum actionibus. 5. Idus Decemb. an. 1586. orante Langlæo. Si tamen patronus, qui res beneficiarias ſequeſtro poſuerit, eas per ſe occupatum nolit pro ſuo iure, ſequeſter verò publicam ipſarum locationem diutius moretur, hanc rectè vrgebit promouebítque curator bonis datus à clientis creditore. Dempto, quòd ex nummaria iudiciariæ conductionis penſione iuſta Dominica præcipientur, poſthabita creditorum cauſa. Aſt ſi palam proſcriptę locationi intercedat priuatus conductor, cuius locationem Prætor tueatur, Rogo, nûm patronus ita cogatur, ſummæ ipſius conductioni ſtare, vt à ſingulis fundorum ſubconductoribus mercedem petere nequeat, illi pactam lege peculiarium relocationum? Summus videlicet colonus allegabit, patronum generatim ſeruandæ prædiorum locationi obſtrictum à Iudice. Exin quoque ipſum eadem cum proprietario conditione vti debere: cuius vices perſonámque hoc loco patronus ſuſtineat. His conſequenter nil proponi, cur annua ſubconductorum merces ſuperiori appendatur, potiùs quàm Domino proprietatis. Ab certiſſima Iuris Regula, *colonus coloni mei non eſt colonus meus*. Quam Papinianus adſtruit in l. qui fideiuſſor D. locati. Cum Vlpiani l. ſolutum §. ſolutam. ꝶ. De pignerat. act. Mihi demùm cùm aliis, humanior iſthæc viſa eſt ſententia. 4.

Decretum Pariſienſe die 9. Dec an. 1586. *que le ſeigneur feodal peut ioüyr & exploicter par ſes mains, encores que parauant il euſt faict ſaiſir & eſtablir Commiſſaires au gouuernement du fief ſaiſi.*

Que le ſeigneur feodal ſaiſiſſant n'aura que la ferme deüe par le fermier general, & ne ſera payé à la raiſon des fermes particulieres faictes par l'Edict general.

Saiſie, mainmiſe feodale, & main aſſiſe ſur le fief ſubiect au deuoir noble.

Iɴ Andibus cumprimis, annua patrono Honoraria debentur, paſſim ideo dicta in contextu patriæ Legis, *deuoirs feaudaux, deuoirs nobles, deniers de ſeruice*. §. 178. 180. 181. 201. 264. 391. 439. 440. 482. 486. 495. Sed annuæ huiuſmodi penſitationes ita ſolo cohærent, vt ob earum reliquias patrono ius non ſit alterius rei perſecutorium, quàm beneficiariæ, cui illæ adſcribuntur. §. 104. 180. Andegau. Conſuetud. Quod per vniuerſam Galliam vſitatum prodit Maſuerius in Praxi. §. Item dominus 5.

Art. 495. ſic incipit. *Mais au regard du debuoir & ſeruice annuel & ordinaire deu ſur leſdites terres hommagees, &c.*

Art. 104. Verſ. *Toutesfois par ladite Couſtume n'eſt point entendu, que led. ſeigneur de fief puiſſe par deffaut d'homme prendre ne applicquer à ſoy meubles, ne autres choſes, que ceux qui procedent du reuenu des choſes hommagees.*

dominus directus. Verſ. Et hoc ſub obligatione rei tantùm, quia non tenetur obligare cætera bona ſua. Tit. De locat. & iur. emphyt. Huc ſpectāt Bartoli dictata in l.1. De imponen. lucrat. deſcript. Lib.10. Cod. Et l.2. §. deffendi D. Quibus ex cauſi in poſſeſſ. eat. Nec diuerſum in plebeio vectigali ſeruatur, cuius quidem nomine, licet recto domino, vectigales ædes affixis obſtaculis obicibúſque præcludere, & obſtructas impedire: Sin ager frumentarius ſit, aut vitis, appoſito faſcis ſymbolo interdici poteſt, ne iis impoſita manus violetur. Cetera verò poſſeſſoris ſubditi bona capi nequeunt ob tale ſolarium, cenſumvè non depenſiū. Aurelienſis Conſuet. Artic.103. Hoc tamen ita eſt meo iudicio temperandum, vt ſi is, penes quem rectum dominium reſidet, ab executione orſus non ſit, ſed ab actione, ſolarij, pẽſioniſvè honorariæ petitoria, eorúque reliqua ſoluere poſſeſſor damnatus fuerit, tūc eiuſdē mouētium pigneratio valeat ex cauſa iudicati, velut prioris nouatrice. l.1. & 2. Cod. ſi in cauſ. iudic. pign. capt. ſit. l. vlt. Cod. De vſur. rei iudic. Bartol. ad l. Grege §. etiā π. De pignor. Iuſtè profectò, quùm ob fructus ſemel conſumptos, eòque mobiles, reliquiæ cenſus debitæ tranſeant in merum nomen, ac perſonale ęs alienum: quod propterea ex aſſe bonorum debitoris perſolui ratio depoſcit. Inſuper beneficiarius patrono adſtrictus eſt nō ſolùm beneficij intuitu, quod detinet, ſed aliorum bonorum reſpectu, in iis quæ ex perſona ſua veniunt explicanda. Nimirum vt patroni inimicos prohibeat nō modò feudalis tranſitu territorij, verùm & aliarum ditionum ſuarum. Ioh. Ananias in Conſil.7. qui citat Durandum Speculat. in §. quoniam Verſ.17. quæritur Tit. De Feudis. Poſtremò ſublimem habenti Iuriſdictionem datur optio, ſubditi res pignerandi, vel mobiles, vel quæ ſolo continentur. præd. §.180. Andeg. Leg.

Artic.180. Verſ. *ſaiſir le fons, & non pas le meuble de ſon ſubiect, pour ſon debuoir non payé.*

Pour les arrerages du cens on peut empeſcher la maiſe par obſtacle, & barreau mis és huys & par brandons mis és fruicts des terres arables ou vignes Inde Brādon*ner les heritages. i. ſaiſir*

Senonum Conſuet. Art.119. & 224. Carnutum Art.32. Diocenſium. Art.23. 42. 99.

And. Conſ. Art. 180. Verſ. *Et celuy, qui ha haute & moyenne iuſtice, peut faire executer ſur le meuble de ſondict ſubiect, ou prendre & ſaiſir le fons à ſō choix* Quin etiam Montiſ-Argi. Conſuet. Artic. 95. *Autre ſeigneur de fief, que haut Iuſticier ne peut ſaiſir le fief de ſon vaſſal ſans auctorité & commiſſion du ſieur hault iuſticier.*

6. Qvemadmodùm primigenio liberum ſit, communia delatæ hæreditatis negotia gerere, ac fidem hominiúmque patrono deferre in rem cohæredum ſingulorum. (§.236. Andeg. Cōſuet.) Ita & ſi ipſe priuatim ex Dominico ſolo manum iniecerit ſeruiētibus fundis, quaſi beneficiario cliente vacuis, æquum eſt, illorum prouentus, qui pœnæ cauſa cedere prehendēti ſolent, omnibus ſuperioris prædij poſſeſſoribus quæri, pro hæreditaria cuiuſque portione. Aliud quippe eſt, ex Dominico promiſcuè, aliud ex Dominici beſſe, qui primigenio competit, fundos pignerari. Illo enim caſu, maioris natu diligentia prodeſt omnibus, quorum vniuerſim res adminiſtrentur: modò refuſa impendiorum parte à cohæredibus ſingulis. l. ſi hęres. l. ex parte §.1. D. famil. herciſc. l. vlt. §. quatuor π. De legat.2. l. ſi communem. D. quemadm. ſeruit. amitt. Poſteriori autem caſu, ſibi vni conſuluiſſe dicitur *πρωτόγονος, oſcitante ac dormitante bonorum conſorte. Argum. l. duo fratres. π. De acquir. hæred. Non enim quicquid cohæredis poteſtati relictum eſt, neceſſati ſubiiciendum. l.1. Cod. Quom. & quan. iud. l.40. π. De iudic. l. ſæpe audiui Cæſare. π. De off. præſ. §.100. 236. & 266. Andeg. Leg. Fructuario autem ſuperioris fundi ita præiudicāt acta ge-

* Primogenitus.

Conſuet. Artic.100. Ibi *peut couurir le fief.*

Artic.236. Ibi *peut reprendre, cōduire, & deffendre les cauſes & droicts de ſon predeceſſeur pour le tout, &c.*

Art.266. Ibi. *peut venir deuers les ſeigneurs des fiefz, &c.*

ſtiquc à domino proprietatis,vt ſi hic cliétulum in fidem ſemel recepcrit, iam exinde fructuario non liceat, beneficiarij agri prehenſione vti ob Dominica commoda,& obuentiones nó ſolutas:ſaluo tantùm agendi remedio,iuriſque experiundi. Decreto Senatus poſtridie Kalend. Apriles an.1579.in maximo Curiæ Auditorio, vbi publicè diximus pro Scotica Regina,Caluimótis Baſſignei fructuaria,in Ludouic. Adiacetum Caſtrouillani Comitatus emptorem, pro quo Buiſſonius viciſſim orauit.

Parlamenti decretũ in magna Camera die. 2. Aprilis an. 1579. Entre la Comteſſe donatriere & uſufructiere du Comté roy al de Cheumont en Baſſigny, & le nouueau Cõte de Chaſteau-villain vaſſal, qui s'eſtoit faict receuoir en foy par le Roy.

Insvper ex facto ferebatur, patronum clientis precibus manum beneficio iniectam ſuſpendiſſe tantiſper,dùm é militia domum cliens remeaſſet. Pacato bello, hic obliuiſcitur officij. Ob id dominus prehenſi feudi ſequeſtrum iudicio conuenit, vt curationis ſuæ rationes ederet,fructuumque ab reditu clientuli è Caſtris perceptorum.Cauſę interuentor accedit beneficiarius,intendítque, temporariam Dominicæ manus iniectæ ſuſpenſionem cò ſpectaſſe,vt cliens prędio ſuo liberè potiretur. Ergo ſemel reuocatam patroni manum poſtea effectu caruiſſe prorſus,niſi eam denuò ille ex códicto repetiiſſet, renouaſſet. At patronus, contrà, manum ſuam à præhenſo feudo ſublatam fuiſſe nunquam:Eius quidem ſe vim & executionem pro temporis interuallo laxaſſe,ac cliétuli rogatu ſuperſederi executione illa voluiſſe aliquantiſper. Lapſa igitur veniali ea,gratioſáque dilatione,fundi pignerationem iure ipſo cótinuari.Regulariter enim circumſcripta tempore, parem & circumſcriptum producunt effectum.l.Imperator ff. De poſtul.l.2.§.alia l.ad tempus ff. De decurion.Leg.1. De his qui in exil. dat.Lib.10.Cod. Abúdè rurſus clienti ſufficere debere,quod ſolo Dominicæ veniæ gratiæque interuentu rei ſequeſtratæ fructus carpſiſſet impunè, quandiu prælianti ipſi datæ à patrono induciæ perdurarint. Tanto itaque exacto ſpatio,clientem abuti patroni beneficio non decere,quo adiuuari vnumquemque noſtrûm oporteat,non decipi.Cótrariæ tamen partis ſententia placuit Senatui, victo Fani Ferreoli Comite,patrono Blaſij *de Rabutin* Baronis *de Huban* clientis ſui. Decreto. 7.Kalend.Iunias.an.1565.ex controuerſa lite,quam Nicol. Valla regius Curiæ Conſcriptus enarrauit. In re nimirùm odioſa,(qualis poſſeſſionum ſequeſtratio)aliena manus eſt poteſtáſque coanguſtáda, aut anguſtiùs certè interpretanda. l. cum quidam ff. De liber. & poſthum. Cap. Odia De regul.Iur.In.6. 7.

Surſeance de ſaiſie feodale pour vn temps accordee, à ſçauoir ſi elle empeſche l'effect de la ſaiſie apres le temps, ſi elle n'eſt de nouueau faicte & renouuellee.

Areſtum Curiæ Pariſien.Die.26.Mai. an.1565.contre le Marquis de Maiſieres,en Touraine, comme Comte de S.Forgeau,en Puiſoye, au proffit de ſon vaſſal dud.Comte.

Simili modo reor, ſuperioris fundi emptorem iuuare ſe non poſſe Dominica venditoris manu priùs in feudum immiſſa,nec eo obtétu clienti rei ſuæ prouentus adimere, perceptos à tempore contractæ emptionis. Dubitandi vtique argumentum erit,quód feudi pigneratio ſit in rem,prędióque dicta,non perſonæ.Et ideo quaſi prædiarium ius ſequitur æquè nouum fundi dominantis, cui ſeruitus illa debetur, poſſeſſorem, ac ſeruientis. Argum.l. Qui negotia.§. vlt. ff. De negot. geſt. Ad hæc,clientelari quidem fidem diſſoluta ex parte domini,cliés fructibus non mulctatur,nec eius prędia inuadere patrono licet,antequàm 8.

La ſaiſie feodale faicte par le vendeur ne proffite à l'acquereur pour ſon temps, ne pour le gaing des fruicts en pure perte à ſon regard.

quàm hic illum præmonuerit, nouandum fidelitatis obſequium. At fundus ſemel antea obſtrictus prætorio pignore, perpetuò manet obſtrictus, & illigatus, faciliúſque priores actus tolerátur, quàm noui inchoentur. l. Nam & Seruius §. ſi viuo Titio ff. De negot. geſt. l. Cùm oſtendimus ff. De fideiuſſ. tutor. Vincit nihilo minùs diuerſa æquitatis ratio, quæ liberalem cauſam tuetur beneficiarij poſſeſſoris. Cùm enim pœnalis Dominicæ manus iniectio, de qua certatur, cócepta ſit nomine ac commodo venditoris, & ex mora ſolutionis reliquorum vni ipſi debitorum, ea prodeſſe nequit emptori, cui nihildum tunc debebatur nec deberi etiam potuit fidelitatis honos, niſi ſolenni præuia nunciatione, vt cliens nouo patrono fidem officiumque præſtaret. Hic proinde ratam habere non valuit Dominicam agri prehenſionem, quę eius nomine geſta nó fuerit. l. mater Cod. De rei vindicat. Eòque reſpexit quodámodò Andium Mos, ne patroni laudimiorum ergò fundos in emptoris hæredé rectà inuadant, quos moriens, hæréſque anno pòſt, liberè poſſederint. §. 158. Nonnullis itidem placuit, ſemel pignerato à creditoribus clientelæ fundo frui, patrono non licere deinceps priuata manu & auctoritate: Sed pari ſequeſtrationis formula, anterius iudiciale pignus ſuſpendi debere, quoad beneficiarij obitu vacuum feudale beneficium redimant hæredes, curatorùe prædio datus inſtantia creditorum. Hinc Andium Prætor nuperrimè patronú damnauit, creditorum ſequeſtro publicè poſſeſſi fundi fructus reſtituere: quos, poſt regiam manum ei iniectam, ille domeſtico familiæ ſuæ miniſterio percepiſſet. Verùm ex prouocatione ab ea ſententia conſultus reſpondi, male iudicatum videri. Iure enim noſtræ Ciuitatis, recto domino liberum ſit, priuatam in poſſeſſionem inſeruientis prędij caduci morte clientis ſui: nullis idcirco Magiſtratus officialiumve ipſius auſpiciis adhibitis. §. 103. Andeg. Leg. Cui Biturigum Mos vetus cógruit, §. 13. (De feud) Carnutum, §. 110. Rhemenſis Veromanduorum, 99. & 100. Aurelianenſis, 70. 71. & ſeqq. Pariſienſis item, §. 1. Vbi Molineus nuncupatim Dominicam huiuſmodi poſſeſſionem varia adſtruit Legum panoplia. In Gloz. 4. Ad verbum, *Mect en ſa main.* Cuiuſmodi feudiſticam priſcæ Galliæ Praxin teſtatur I. Faber in §. pręiudiciales Inſtit. De action. Verſ. quid dices de vaſallo. Nec enim noua céſetur hæc inferioris Agri poſſeſſio Dominica, ſed fundorum ſuorum vnio vetus cóſolidatioque repetita, rebus ad ſuas orgines primordiaque reuocatis. Vt innuit Baldus ad leg. vn. §. ſed vt manifeſtetur Cod. De caduc. tollen. Ac propterea creditori, qui debitoris fundú prehendendú curarat, nó ſit iniuria à Domino ſuperiori, qui núc iure ſuo vti velit, creditorum hypotheeis antiquiori longèque potiori. l. continet §. 1. D. quod met. cauſ. l. Iniuriarum §. 1. ff. De iniur. l. lex vectigali fundo ff. De pignor. Eòque minùs neceſſaria patrono fuêre Iuridica Feudalis prehenſionis ſolennia, ad publicú pignerationis ex debito ære vinculum diſſoluendum. Cuius nimirùm Antinomiæ nodum ſoluat expreſſim Molineus, ad §. 6. Pariſien. Morú. Glo. 7. Art. 7. Sed his plura ſubtexere

Hæc quidem de ſingulari ſucceſſore vẽditoris: Secus in vniuerſali, puta hærede cui prodeſt feudalis prehẽſio facta à præceſſore domino feudi. Cùm heres in omnia defuncti iura ſuccedat.

Curator ſeu *Commiſſarius* bonorum ſaiſitorum, capax eſt hominij fideique præſtandæ domino feudi, *pour obtenir main leuée du ſeigneur feodal* §. 4. Aurelianæ, & 34. Pariſien. Conſuet.

Art. 103. Verſ *mettre en ſa main la choſe tenuë de luy, &c. Et ſera les fruicts ſiens.*

Bleſenſis verò Conſuet. Art. 18. requiritur præciſè Iudiciaria auctoritas ad feudi prehẽſionem Dominicam.

Feudalis prehenſio, domanialis eſt ac iuris priuati, non Iuriſdictionis.

me religio vetat depoſitæ apud Senatum appellatoriæ illius cõtrouerſiæ cuius grauiſſimum Senatus iudicium indies prꝗſtolamur. Dn. Cocleo litis expoſitore, inter Renatum *de Bodieu*, patronum, appellãtem hinc: & N. Longum, clientis creditorem, inde, litigatores. Decembr. Menſ. an. 1603.

Vaſalli feudum ſaiſire domino non licet, *s'il n'a adueu, acception de reſpit, offre d'hommage, iugement, condemnation, ou autre enſeignegnement probatif de ce, faict depuis 30. ans.*

Artic 181. Verſ. *Car ſi tels enſeignemens eſtoient de parauãt. 30. ans, on ne s'en pourroit ayder, quant à lad. garniſon de main, &c.*

CÆTERVM pignerãtionis fundorum Dominicæ vim impedit tricenum patroni ſilentium à die vltimi Inſtruméti beneficiarij. Si enim triceſimum abhinc annum patronus à cliente agnitus non ſit, nec exinde nouas ab eo clientelaris profeſſionis tabulas ſuſceperit, tũc ordiri non debet à manus iniectione in res clientelæ ſuæ, nec fiduciariã quidem prædij poſſeſſionem nanciſci. §. 181. 391. Andeg. Conſuet. Huic quippe Moribus noſtris interdicitur feudalis beneficij occupatio, ni ſolennibus authenticiſque documẽtis ſubnixus ſit. §. 103. 177. Andeg. Leg. Atque vt *feudaria* prædiorum ſeruitus, ita libertas quæritur præſcriptione. 30. annor. apud Andes. §. 6. Tit. Si de feud. fuer. controuer. Lib. 2. Feudor. §. 204. 440. 503. Andeg. Conſuet. Ac Siculis etiam ius feudi parat tricena poſſeſſio, cui tamen initio nulla feudi veſtitura interceſſerit. Vt Fridericus. 2. Cęſ. Neapolis & Siciliæ rex ſanxit, Neapolit. Conſtitut. 3. Tit. 38. 9

La premiere ſaiſie feodale vaut ſommation.

Sed noua Aurelian. Conſuet. antiquus vaſallus, ſaliẽte nouo domino feudi, niſi huic fidem præſtet intra 40 dies poſt feudi prehenſionem amittit eiuſdem fructus interea ſeparatos à ſolo. §. 60. & 61

Decretũ Curiæ Pariſien die. 17 Ianuar. an. 1584. in 5. Cameră inqueſtarũ Curiæ.

Stampenſis, nũc Ducatus, antea Comitatus, fuit primitus Caſtellania ſimplex, dicta Areſto Parlam. omn. Sanct an. 1275. de Giſto Regis in Pago *de Sarmaiſis*. In Stylo Parlam. Parte. 7. Areſtor. Alio item Areſto Candelolæ an 1270. confirmatũ iudicium Aſſiſiæ & Curiæ Stampen in Ferricũ de Magneio filium primogenitæ, Quòd inter filias hæredes æqua partitio eſt, ſine primogenitura.

QVOTIES demùm vacat feudale beneficium mutatione patroni, non clientis, tunc nouo domino non licet, beneficiarium prędium directò inuadere: ſed cliẽtem ille priùs monere debet, vt in eius ſe fidem clientelamque cõferat. Paucorum certè Municipiorum legibus, Dominica prima feudi prehenſio æquipollet nunciationi noui patroni: eo rerum exitu, vt ſi dominus in fundum denuò manum inuexerit, tunc à die ſecũdæ prehenſionis fundi, eiuſdem reditus ſibi lucrifaciat in clientulum peruicacem. Vtpote Aureliorum More priſco, (Artic. 18.) Et Carnutũ. §. 34. Aſt aliubi patrio Ritu cautum non ſit expreſſim, primariam feudi pignerationem Dominicam pro interpellatione clientis haberi, tunc neutra in fundum Dominicæ manus iniectio valet, nec prima, nec ſecunda: niſi præmonito ſolennibus verbis antiquo cliẽte, vt beneficiaria munia impleat. Quod in iis Prouinciolis potiſſimùm obtinet, quarum Mos ſcriptus denũciationem à nouo patrono exigat, antequã pro imperio Dominico in veteres cliẽtes duriùs agat per cauſam renouandæ fidelitatis. Sicuti Curia Pariſien. iudicio definiuit. 6. Kalend. Februar. an. 1584. in quinta Senatus claſſe Inquiſitoria: Apud quam, Iabinus ſenator litem ex Stampẽſi Belciæ regione explanabat. Præclarè, quùm in pœnali fructuum lucro, & odioſo, non ſuppleatur ſolennis formula Conſtitutionis Prouinciæ, alia actu quamuis æquipollenti. Bartol. ad l. non ſunt liberi. ff. De ſtat. hom. Alex. in l. 1. ff. De liber. & poſthum. Felyn. in Cap. Cùm dilecta De Reſcript. 10

Tit. II.

Tit. II.

DE MVLCTIS, IVDICIALIBVSQ. ALIIS FEVDI OBVENTIONIBVS FRVCTVARIIS.

1. *Variæ mulctæ varijs de cauſis domino feudi competunt in ſubditos.*
2. *Adiudicatæ mulctæ debentur Dominico, ſeu Juriſdictionis colono, qui fuit tempore Sententiæ, priorem, ex appellatione, confirmantis.*
3. *Contumaciter abnuens dominum Feudi, in eiuſdem commiſſum incidit.*
4. *In vacantia ſubditi patrimonia dominus feudi ſuccedit.*
   Niſi defunctus vel parentem alterutrum reliquerit, vel teſtatus ſit.
   Hungarica Conſuetudo, *de Ruſtici, hæredibus carentis, ſucceſſione, & quatenùs iſthæc illius domino deferatur.*
   Tholoſano More, domini, hominibus ſuis de corpore ſuccedunt, debitis ipſorum exempti & immunes.
5. *Ad ſucceſſionem* collateralem *veniatnè Dominus feudi, an Paterna linea ſola, loco maternæ, exiſtentis quidem, ſed incapacis.*

1\. MVLCTÆ, regulariter ſunt Iuridici imperij fructus ac reditus. Cap. vn. Quæ ſunt Regal. In Feudis. Bald. ad l. 1. Cod. De fruct. & lit. expenſ. P. Caſtrenſis in l. 2. Cod. De epiſc audien. Atqui in Municipio Andium, patroni Iuridica præditi ſunt poteſtate. §. 6. 11. Tit. De dominis infimæ Iuriſdictionis. Cum. §. 126. 221. 387. 391. Huc accedit vicinæ Cenomaniæ Mos ſcriptus. §. 429. Verſ. *Car le ſubiect qui eſt deuant ſon Seigneur de fief, eſt veu eſtre en iugement, pour beſongner auec luy, &c.* Vnde nec immeritò ſubditis irrogantur Dominicæ mulctæ, ob non editas domino acquiſitionum tabulas, ob iuſta Dominica minimè penſa, celata laudimia, ob patroni manum fundis iniectam violatam, Catalogi rei beneficiariæ dandi contumaciam, ob ſolarium ſua die non ſolutum, paſtum pecorum id alieno fundo, vinumque diuenditum conſtante Dominico interdicto. §. 4. 8. 153. 169. 174. 175. 177. 180. 182. 183. 184. Andeg. Conſuet. In Occitania verò, Galliæ Narbonenſis, quæ Tholoſano Senatui reſpondet, nullum penditur mulctatitium æs, ob ſoli vectigal, Dominicavè iuſta alia ſuo tempore non perſoluta: Quàmlibet expreſſim cenſualibus Monumentis indicta ſit illa rei nummariæ pœna. Vtì Maynardus refert, ſenator Tholoſanus, Quæſtion. Iur. Volum. 4. Cap. 44. Noſtratibus certè Andegauis, ne tardiùs ſolarium debitum inferétes mulctentur, præſcribitur vulgò ſolénis feſtúſque dies Natalitius B. Mariæ: quò Agrariis hiſce penſitationibus in rectos Dominos defungantur. Alia tamen ab origine Hiſtorica, inditú eſt iam olim Feſtę huic celebritati

Extra ordinem Mulctæ computantur in fructu feudi.

Amende de loy.

Art. 391. And. Leg. ſic incipit. *Le ſeigneur de fief peut par ſa court, ou court ſuzeraine faire ſaiſir, &c.*

Amendes par fautes d'exhibitiō de contracts, de payement des droicts & deuoirs feodaux, pour ventes recelées, pour bris de ſaiſie, par faute d'Adueu & denóbrement, pour cens non payé, pour dommage de beſtes, & vin vendu durãt le ban du Seigneur.

Au pays de Languedoc, Rouergue, Quercy, & autres du reſſort du Parlement de Tholoſe, Emēdæ feudales ſeu cenſuales non exigũtur ob defectum ſolutionis Dominicorum iurium.

Feſtum *de l'Angeuine, ou de noſtre Dame Angeuine,* vnde dictum.

nomen B. Mariæ Andegauæ. Nam Clodione comato, Francorum rege, & Hengiſto Saxone, Andegauorũ Cõſule primo, admonitus fuit cœleſti quodam afflatu B. Maurilius Andium Epiſcopus, publicè celebrandi Natalis D. Mariæ, octaua Septembris Luce, vertentis cuiuſque Anni. Ex quo, ſacer Virgini matri dies, *Andegauus* hucuſque eſt nũcupatus, ab Anno. 431. Sicuti patriis Annalibus proditum fuit, Cap. xj. Partis. 1.

La Noſtre Dame de Septembre.

2. ITAQVE Moribus iam trita Dominicæ mulctæ Regula, certatum eſt apud CONSCRIPTOS CVRIÆ Pariſien. vtra Dominicorum colonorum potior cauſa foret in mulctis bino gradatim Iudicio inflictis, eiuſne qui Dominicam rem conductione teneret die prioris Sententiæ, an qui poſterioris tempore priorem illam confirmantis. Senatus demùm eam mulctam ſecundo conductori adiudicauit: hoc tamẽ prouinciarum Iuridicis præſcripto, vt quoties Regias. Dominicaſvè ditiones colonis fruendas publicè proponerent, iis legem adiicerẽt iuridiciales mulctas cõductori vni competituras, qui mulctæ dictionis tempore extaret: tametſi conductione finita, mulctæ dictio confirmaretur à maiori Magiſtatu. S. Conſulto Die. 28. Nouemb. an. 1580. in forenſi publica diſceptatione cauſarum, quas Amelotus pro appellãte, & Martinus pro aduerſario, perorarunt. In Catalogo Litium Veromanduarum. Rectiſſimè ſanè, quùm Sententia, à qua prouocatum ſit, vires tantùm aſſumat à Iudicis confirmatione ſuperioris: ex qua deinceps victor iudicatum exequitur. Aliter verò cenſendum de Sentẽtia tacitè, nec expreſſè comprobata, nempe ſi prouocationum tẽpora exciderint. Tunc quippe ex ea vna agitur, iuriſque noſtri effectum proſequimur. Vt alio loco pluſculùm diſſeruimus, §. Lib. 1. LEGVM ANDEGAVEN. Cap. 50. Artic. vlt. Poſt Bartol. in l. tale pactum. §. qui prouocauit D. de Pact. An verò dies maleficij, an ſententiæ attendi debeat in mulctis alterutri colono addicendis, vide Chaſſeneum in Burgund. Conſuet. Tit. *des Iuſtices* In ver. *L'amende de ſimple recouſſe.* Num. 7. Ac Tiraquellum in Retractu *conuentionali.* § . 5. Glo. 4. Num. 21. De mulctatitia item pecunia tot annorũ, quot, ſubditus, prędiarij Vectigalis ſolutionem moratus ſit, variè ſancitum eſt ſingularum Moribus Regionum Lotharingio enim Ritu, vnica pro multis Annis debetur mulcta: ni peruicax debitor iudicium præfractè conteſtatus ſit. Art. 5. 6. Rubr. De cenſib. Idem Melodunenſi Cõſuet. cautũ § . 107. Meldenſi. 109. Claromontana Bellouacorum. 116. tum Aurelianenſi. 102. Diuerſo Iure vtũtur Andegaui, §. 470. Cenomani. 473. & Carnutẽſes. 111. Conſtitutionum ſuarum Municipalium. Nos de eo fuſiùs, ex Romanis Legibus, & S.C. Lutetianis, Volum. 3. REI DOMINICÆ Francorum.

Emenda Conſuetudinaria pro cenſu nõ ſoluto, intelligitur, niſi is poſtulabilis ſit *Car ſi led. cens, eſt requerable & non rendable par la Baillée particuliere à cens,* ceſſat emẽda niſi ſaltem poſt cenſus requiſitionem §. 196. Cenom. Cõſuet. Verſ. *Et ſi led. deuoir eſt requerable.*

Areſtum Curiæ, *en plaidant à la grand Chambre, du Rooll de Vermandois* Die. 28. Nouemb. an. 1580.

Bleſen. Cõſuet. Art. 40. *Droict d'Oubliage* eſt mulcta ob dominicũ vectigal. quod ſoluere quis ſua die oblitus ſit.

Lotharingiæ Cõſuetudo generalis. *és Baillages de Nancy, Voſges, & Allemagne.*

Tit. 13. Art. vlt.

3. ADVENTITIVM aliud feudi commodum eſt è medio Foro, quùm inſtituta lite beneficiaria, cõuentus inficiatur beneficium, actoremque negat patronum, à quo beneficium teneat. Nam ea inficiatione beneficium patrono committitur. Lege Conradi Auguſti, quæ

Deſaduen iudiciaire du ſeigneur feodal emporte commiſe & perte du fief.

Feudorum

Feudorum Lib. 4. inſeritur, Tit. 39. De pœna inficiantis feudum. Cum Tit. 5. & 21. eiuſdem Lib. Neque huic aduerſatur Francicus Iudiciorũ vſus, de quo Maſuerius in Praxi. §. Item vaſallus qui fecit De Feudis. Quinetiam Formulæ pactionis inter Guntchramnum & Childebertum Galliæ Reges initæ attexitur hæc periodus, SIMILITER CONVENIT, VT LEVDES ILLI, QVI DOMNO GVNTCHRAMNO POST TRANSITVM DOMNI CHLOTHHRII SACRAMENTA PRIMITVS PRÆBVERVNT, ETSI POSTEA CONVINCVNTVR SE IN PARTE ALIA TRADIDISSE, DE LOCIS VBI COMMANERE VIDENTVR, CONVENIT, VT DEBEANT REMOVERI, &c. Vt eſt apud Gregor. Turonenſem, Francicæ Hiſt. Lib. 9. Cap. 20. Porro non ſolùm feudo mulctatur beneficiarius, qui feudum ſciens abneget, ſed & qui feudi partem, aut conditionem, id eſt, ſeruitium feudo impoſitum. §. 198. 199. Andeg. Leg. Cap. 1. §. vaſſallus. 1. & 2. Si de feudo cõtrouer. fuer. int. domin. & agnat. vaſ. Cap. 1. §. vlt. De Lege Conr. Quibus in omnibus cauſæ cognitione opus eſt, cognoſcentiſque decreto, antequàm lex commiſſoria feudi executioni mandetur. Vt docet Conſtitutio. 3. Neapolit. De fideiuſſione dominorum à vaſallis, Et ibi Andr. Yſern. Num. 10.

Vetus hæc Conuentio ad verbũ exſcribitur à Gregor. Turonenſi.

Succeſſion Fiſcale des bien patrimoniaux cõme vacãs à faute d'heritiers de la ligne, altera etiã linea excluſa.

4. SECVNDVM hæc, ſucceſſorio iure addicũtur rectis Dominis gẽtilitia & familiaria eius prædia, qui nullo ex ea gente familiaq; hærede deceſſerit. §. 41. 268. 343. Andegauę. 48. 284. 355. Cenomanę, 245. Normanicę Cõſuet. Sed patronũ nec nepa rẽtes excludent liberis ſuperſtites, cenſuit Senatus, foreñſem de eo Municipij vſum bina Cenoman. teſtiũ turma exquirendum, dubiæ Legis interpretem. Areſto. 18. Kalend. Maias An. 1579. in tertia Claſſe Curiæ Inquiſitoria: Vbi Ioh. Champrontius collegis Senatoribus cauſam renuntiauit, motam inter inclytas Heroides, Dianam Francicã Montiſ-Morenſij Ducem, & Nicolam Regiam, Arthuri Coſſæi coniugem, Tribuni militum Gallicorũ. Aſt trãlacto priuatim inter eas negotio, publica manſit iniudicata patriæ Legis interpretatio ambigua. Ego interim ſecundùm parentem alterutrũ reſpóderim, qui licet in patrimonia filiorum hæreditate nõ ſuccedat, ſtantibus ex gente prædiorum agnatis: In ſuorum tamen amiſſorum ſolatiũ pręferendus extraneo eſt domino feudi, Iuris æquitate ſuadente. Neque hinc longè abſcedit Mos Andiũ. d. §. 41. de bonis eorum, qui ſine iuſto hęrede cõſanguineo, peregrinivè mortui ſint, patrono aſſerendis. Siculi item patroni, inteſtatis clientibus ſuccedunt in beneficium, quod propinquis hæredibus vacet. Neapolit. Conſtitut. De nomin. Baronũ poſſid. in terr. domanij Lib. 3. Et ibi Matthęus, Num. 5. Multis pariter Germaniæ locis Mos eſt inueteratus, Dominos hominib⁹ propriis, abſq; proximo hęrede, inteſtatò defunctis ſuccedere. Hos homines Germani vocant *Letbeigne leuth.* Minſingeri Centuria. 2. Obſeruat. 23. Id quod probari etiã videtur Iure cõmuni. Nam cuius ipſi ſunt, eius quoq; ſua omnia eſſe debẽt agnoſcere. l. vlt. Cod. Ex quib. cauſ. colon. domin. accuſ. poſſ. Lib. xj. Bald. & Alexand. in addit. ad Bart. in l. ſi quis

Interlocutoriũ Curiæ decretum die 14. April an 15[illegible] ſuper modo vtẽdi Cõſuetudine Cenomana inter Dn. Dianam de Francia, *[illegible] Da-me Nicole [illegible] femme de [illegible] de Coſſe Mareſchal de France,*

Andeg. Cõſuet. Art. 41 *Vers. [illegible] aquis par [illegible] baſtards [illegible] appartiennent aux [illegible] Iuſticiers, en la iuriſdiction deſquels ils sõt aſſis quand tels baſtards, ou aubains treſpaſſent ſans hoirs de leur chair, ne en loyal mariage. Et s'en peuuent iceux ſeigneurs de fief porter ſaiſiz, &c.*

De Albinis autem illis ſcripſimus. Lib. 1. Domanij Gallici Tit. [illegible] Quorum Lege aduenarum eximuntur [illegible] cum aliis quibuſdã. Tractatu Pacis inter Regem Galliæ, & Cæſarem Menſe Decembr. an 1544. Verificato in Parlamento Pariſien. Die. 9. Ianuar. Eod.

An. Itẽ Areſto eiuſd. Parlam Die. vlt. Septemb. an. 1589. Pro Nicol. *de Vvilbergue* Phryſio, contra N. *Lequeus* donatarium *de l'aubeine d'vn Phryſon, natif de Grunningben.* Ioh. *Cheualier* litis in magna Curiæ Camera relatore.

Hungariæ Conſuetudo.

Vviſigothorum autem Legib. Eccleſia, cui clericus, monachus, aut monacha adſcripti fuerint, eorum ſubſtantiam ſibi vindicat, hæredes intra ſeptimum gradũ non relinquentium. Lib. 4. Leg. Tit. De ſucceſſion. Art. 12.

In has Tholoſæ Cõſuetudines editæ ſunt Annotationes à Ioh. de Caſaueteri, ciue Tholoſano.

Cod. De Hæred. decurion. Quòd autem hinc demitur ſuprema morientium teſtatio, id certæ legi iſti adſtrictum eſt, dummodò teſtentur inter homines eiuſdem cõditionis, locíque ſui Domini. Secus, ſi externos nuncuparent hæredes. Vt inquit Ioh. Faber, ad §. 1. De Iure perſon. Inſtit. ciuil. Et Benedict. in Cap. Raynutius. In Ver. & vxorem nomine Adelaſiam Num. 948. De Teſtam. Qua de re Nos pleniùs Lib. 1. DOMANII FRANCICI Tit. 12. Aſt Pannonum Moribus ſcriptis, RVSTICVS HÆREDIBVS CARENS TESTATVR SOLÙM DE MOBILIBVS, ET DE MEDIETATE IMMOBILIVM. SI VERÒ INTESTATVS DECESSERIT, DOMINVM HABEBIT IN OMNIBVS SVCCESSOREM, QVI PROVIDEBIT EI DE SEPVLTVRA, ET SOLVET EIVS DEBITA. Ex Iure *Conſuetudinario* Regni Hungariæ, quod ita Latinum fecerunt è patrio idiomate Stephanus Vverbevvczius Iudicis Curiæ regiæ protonotarius, & Hieronym. Balbus Præpoſitus, vulgóque publicarunt, auctore Ladiſlao Hunnorum Principe an. 1490. Rigidus poſtremò ac tetricus Tholoſæ Vſus, ita conſignatus literis DOMINOS, QVI HABENT HOMINES SVOS DE CORPORE ET CASALAGIO, SI POST DECESSVM EORVMDEM OCCVPENT PRIÙS POSSESSIONEM BONORVM MOBILIVM DICTORVM HOMINVM QVAM IPSORVM CREDITORES, NON TENERI DICTORVM HOMINVM SVORVM SOLVERE DEBITA SIC CONTRACTA. NISI VBI DOMINI SVVM ASSENSVM SVPER PRÆDICTIS DEBITIS PRÆSTITERINT, VEL NISI DEBEATVR REGI. Vt ciuilium Tholoſæ Morum Libello proditum eſt, quos, Regionis primores recognorunt, & collegerunt. Poſtridie Purificationis Deiparæ Virginis an. 1285. Regiis auſpiciis Philippi. 3. an. 1283.

Ad collateralẽ ſucceſſionem veniatnè Dominus feudi, an Paterna linea ſola, loco maternæ, exiſtentis quidem, ſed incapacis.

In hac Lite, hæreditatis petitores Ludouic. *de Vtliers*, Antonia, & Anna *de Pons*, Iacobus *le Vaſeur*, cũ aliis: tum Claudius *d'Angennes* Cenomaniæ Epiſcopus, & Dn. *de Lauardin* incidenter liti intercedẽtes tanquam Domini feudales, qui incapacis lineæ, cum aliis, cohæredis portionẽ prætendebant.

SANCITA eſt inſuper noſtris Moribus, recti Domini ſucceſſio in 5
hæreditariam alterius partem ſtemmatis cognationũ, paterni, maternivè deficientis. Art. 268. ſupracitato. Vtrumque iam ſtemma extare concedamus, ſed alterum, abvjtioſa & adulterina ſtirpe, in portionem non vocari lateralis hęreditatis. Eius nè, quæſo, Lineæ vicem ſubibunt alij tranſuerſo limite hęredes, an Dominus ſuperior, velut irritę ſtirpis improbatæque ſuccedaneus? Lutetianum planè Senatum torſit iſthęc hæreditarij Iuris ambiguitas, ex ſequente litis ſpecie. Iacoba Montignya, quæ legitimè natum patrem ciebat, matrem verò, notham, nec iuſtis nuptiis editam, deceſſit, relictis Mouentibus ſe bonis, & Quæſtibus ſoli compluſculis. Horum ſemiſſem paterni agnati hæreditate ſibi ſumunt pro more illo Andium, Cenomano, & Turonenſi. De reſidua autem quæſitorum parte dimidia, quæ, maternæ cognationi aduoluebatur, hæſitatum fuit, ab natiuo matris ſtatu illegitimo: quæ genus gentémq; ideò ſortita non fuiſſet. Vnde, recti Domini argumẽto, paria videbantur, deficere maternum familiæ ſtipitẽ, vel Iure non ſubſiſtere. l. Nepos Proculo. ff. De verb. ſignif. l. Non dubium Cod. De legib. Legum item figmento mortui, pro non ſcriptis habentur: Ne ſibi legatum quidem conſequantur. l. ſi eo

tempore.

tempore. π. De his qui pro non ſcript. Sed paterni, contrà, propinqui, maternorum portionem ſibi aſſerunt : quòd ſucceſſorio edicto & ordine, conſanguinei qualeſcunque extraneum vincant Fiſcum, vel patronum. Cæſarea leg. Si quando De bon. vacant. Lib. 10. Cod Municipalis, ad hęc, Conſtitutionis verba, *(s'il n'y a hoir en l'vne des lignes &c. ſuccedera, s'il luy plaiſt, pour la ligne defaillant)* accipienda ſunt naturali ſuo genuinoque ſenſu, non autem ciuili vel ficto. l. 3. §. hæc verba. π. De neg. geſt. l. Conſtitutionibus principum D. Ad municip. Hinc ſufficit, reapſe maternos defunctæ propinquos apparere, etſi Legibus hæreditatis expertes. Peræquè enim, Labeonis opinione, ſi quis hæreditarium ſeruum iuſſus eſt manumittere, & hæres eſſe, quamuis ſi manumiſerit, nihil agat, tamen hæres erit: quùm verum ſit, ab eo ſeruum manumiſſum. l. Mulier §. penul. π. De condit. inſtitut. Quare incapacium portio capacibus accreſcit vulgata Iuriſprudentia, non Fiſco dominico. De hac tandem opulentæ hæreditatis controuerſia interfati ſunt PATRES C. publicè inquirendum de populari Vſu obſeruationéque Moris ſcripti Prouincialis. Interlocutione prolata. 7. Kalend. Sextiles an. 1603. inter varios defunctæ conſanguineos, & ſuperiores Dominos, hæredum in litem incidentes. Quo tamen Decreto, in paternos conſanguineos præiudicatum eſt quodammodò, maternorum ſtatus controuerſiam ab illis, tranſacto olim cum matre negotio, ampliùs iam moueri non poſſe.

Interlocutoriũ Curiæ Areſtum in Cameral. dicti. Dn. Feydello litis relatore. Die 26. Iul. [illegible] de interpretatione Art. 310 Turonen Conſuet. Verſ *Et s'il ne ſe treuue parent collateral dud. branchage ou d'autre, les pere & mere ſeront preferez au Fiſque.* Quoad Mobilia, & Acqueſtus in Turonia ſitos.

Tit. III.

DE EXTRAIVDICIARIIS FEVDORVM EMOLVMENTIS.

Proffits caſuels, & aduenements de Fief.

1. *Duplicatur cenſus, vel* taillia *domino debita, ob primogenitæ filiæ ſuæ matrimonium.*

Semel ſoluta Taillia *ob maioris filiæ nuptias, aliarum cauſa, non repetitur.*

2. *In ſubditos ſoluere recuſantes an ſit locus Querelæ nouitatis poſſeſſoriæ.*

Puella domina feudi num tale ius habeat duplicis tailliȩ *in ſubditos pro ſuis Nuptijs, quale Dominus pro ſua in Equeſtrem ordinem promotione haberet.*

Extraordinariæ huiuſmodi Tailliæ, *Regi debentur à* Domanialium *ipſius Terrarum Habitatoribus.*

3. *Vaſallus non tenetur egenum patronum alere, niſi facto vaſalli egenus factus eſſet.*

4. *Feuda impoſita cum onere fideiubendi pro domino.*
5. Banna, *ſeu Interdicta dominica in ſubditos.*
   Bannalia *Torcularia.*
6. Bannum *vinarium, & in quos exerceatur.*
7. *Iure vinarij* Banni *non fruitur Dominus, qui nulla habeat ex propriis vitibus collecta vina, ſed aliunde quæſita.*
8. *Præſcriptio Feudalium iurium inter dominum & vaſallum.*
9. *Dominus poſsidens iure feudi, non præſcribit vtile dominium, nec etiam contra ius publicum.*
10. *Ius* menſurandi *publicum eſt.*
   Menſura prædiorum, ſecundùm conſuetudinem Loci, vbi ſita ſunt prædia, fieri debet, non ſecundùm conſuetudinem Loci Contractus.

Doublage du debuoir ſeigneurial en l'vn des 3 cas de la Couſtume, ou pour la Cheualerie du Seigneur, pour le mariage de ſa fille, ou pour la rançon du Seigneur priſonnier de guerre en la bataille du Roy, ou de ſon Prince naturel.

Conſuet. Artic 128. Verſ *pour le mariage de la fille aiſnée emparagée noblement.*

NOBILES pariter viri extra ordinem indicere beneficiariis ſuis poſſunt æris collationem legitimam, eòque annua ſibi debita conduplicare triplici caſu. Nempe in ſumptum Equeſtris militiæ ac balthei, cui patronus recens accinctus ſit: in filiæ dotem primogeniæ, quæ generoſo viro nupſerit, tum in redemptionem patroni bello capti in Regia expeditione. §. 128. 129. 130. Andeg. Conſuet. Id quod Delphinates etiam de more ſeruare, tradit Vidus Papa, Quæſt. 57. Speciatim verò Andium Lex de ea ſanxit natalibus illuſtri filia, quæ ſtemmatum luce conſpicuum nacta ſit coniugem. cita §. 128. 241. 242. patrij Moris. Nam alioqui plebeio enupta, capite minuitur quodammodò, & natalitium generis decus amittit. §. 252. 255. 301. Andeg. Conſuet. Idque à Delphinate Senatu pronunciatum fuit Menſe Decembr. an. 1459. ſecundùm Æediles vrbis Dienſis, aduerſus Mariam *de Cezerino*, quæ genere clara ignobilem virum connubio acceperat. Ex l. Mulieres De Incol. Lib. 10. Cod. l. 1. In fi. De dignitat. Lib. 12. Cod. Archydiac. in Cap. Si quis De Sepult. In 6. Quinetiam generoſa coniux, quæ cenſu diſparata ſit ab ignobili viro, æque plebeiis ſubiacet rei nummariæ Indictionibus, ac ſi obſcuris ipſa natalibus orta eſſet. Nec enim connubialis opum ſeparatio coniugium dirimit abſque thori ſolutione. De quo Nos alibi. Sic Virginia, Romæ, patritia cùm eſſet, per nuptias facta eſt plebeia indiſcriminatim, eamque matronarum chorus ſacris pudicitiæ patritiæ ſummouit. Liuij. 10. Sed & ibidem clientes elocabant de ſuo filias patronorum: & hos adeo, ipſorumve filios ab hoſte captiuos redimebant. Auctore Dionyſio, antiquit. Roman. Lib. 2. Quò vergunt etiam libertorum in patronos dona ac munera, queîs iureiurando obligatos illos ait Vlpianus. l. 7. §. iuraſſe ff. De operis libert. Et Venuleius I. C. in l. vlt. ff. De liber. cauſa. Vt ergo rem repetam 1.

Areſti huius Delphinalis meminit Guido Papa. in Quæſt. 310.

Domanij Francici Lib. 3. Tit. 19. Art. 12.

Virginica Auli filia Volumnio Plebeio nupta.

Quãtum vaſalli domino ſoluunt. *au cas du doublage de ſes tailles ou deuoirs*, tantum à ſubditis ſuis inferioribus poſſunt exigere. §. 130. Andeg. Leg.

in

in noſtræ Ciuitatis Iure explanando quæſitum fuit, an extante nobilis patroni filio vel anniculo quidem, filia tanquam primogenita, dotari deberet ſubditorum impendiis. Dubitandi argumentum erat, quòd maris filij ſuperuentus filiam excludat iure primigeniorum §.226. Andeg. Conſuet Quoniam verò Mos noſter, qui Dominicam præſtationem geminari iubet in gratiam primigeniæ, ſpectat tantùm dotis cauſam filiæ ipſius, neceſſariíque fauorem matrimonij, probabilius eſt, maris concurſu primogeniti Conſtitutionem patriam non ceſſare: ſed dotata natu maxima, iuniores filias eodem priuilegio neutiquàm vti. Oneroſior quippe eſt hæc, odioſáque ſeruilis intributionis repetitio ex eadem dotis cauſa: Quam multis oppugnat Tiraquellus, Quæſt. 70. Tractat. Primigen. Vnà cum Chaſſeneo, in Burgun. Conſuet. Tit. 1. §. 4. Exin vetere Armeniaci Comitis Tranſactione cum Ædilibus Ruthenis ſubditis, cauta fuit illi popularis, extra ordinem, æris collatio in redemptionem captiui Domini, aut gnatæ nuptias ætate grandioris. Authentico Inſtrumento an. 1323. quod in Alenconio Chartario viſitur. Atque vt Principis exemplum ferè ſectatur Orbis, decreta eſt antiquitùs, in dotem Regiæ vnius maioris filiæ, pecuniaria tributio Ordinibus Pop. S. Conſulto in peruigiliis ſacræ Purificationis an. 127o. Cuius tenorem libuit his attexere. *Ciuibus Bituricis contradicentibus ſoluere auxilium domino Regi pro militia primogeniti ſui, & pro maritagio primogenitæ ſuæ, & dicentibus ſe non teneri ad hoc per Chartam regiam, & per longum vſum. Viſa charta, præcipuè verbis illis, per quæ volebant ſe tueri ſuper hoc, quæ talia erant, videlicet de tolta, talia, botagio, & culcitrorum exactione ſunt immunes.* Dictum *fuit per ius, quòd tenentur ad præd. Auxilium faciendum, & pro auxilio ſoluent hac vice duas mille libras Turonen.* Cùm igitur talis ſubſidij à Domino exigendi ingruet neceſſitas, præconio monebuntur ſubditi Andegauenſes, vt quo die iuſta Dominica pendi aſſolent, eodem duplicia exoluantur. Pannonibus quoque de eo proditum eſt Ius *Conſuetudinarium.* RVSTICVS AD PRIMITIAS, ET NVPTIAS SVBSIDIVM TOLLERABILE PRÆSTAT. Ex tripartito Opere Conſuetudinum Regni Hungarici, quas poſt annos. 360. neglectas ſedulò digeſſerunt Vverbevvczius, & Balbus præpoſitus, à Nobis ſ. citati. Gallica autem vetuſtas, Iano rege in Anglia captiuo, recenſuit Andegauæ Nobilitatis ſeriem: cui ſigillatim indicta ſit rei nummariæ collatio in Principis redemptionem. Ex Actis Nannetenſium Ratiociniorum, Idibus Octobris. an. 1360.

2. QVOD ſi iſtud nummariæ penſitationis onus detrectent ſubditi, dominus vtiliter experietur interdicto Vti poſſidetis. Argum. Cap. Querelam. De elect. Perſimilem enim poſſeſſionem Allobrogicus Senatus adiudicauit Iohanni, Cameræ Allobrogũ Marchioni, aduerſus Vicanos *de la Croix, Rotherens, Preſles, Verneys, & Eſtable.* Hi namque iudicio damnati ſunt, pecunias domino contribuere, quaſi dota-

Aydes Conſtumiers.

In exorbitantibus vt mẽtio hæredis intelligitur ſolùm de primo hærede. l. Cum antiquitas. Cod. De vſufr. Ita nuptiarum mentio ſpectat primas nuptias, non ſecũdas, earumvè onus iterandum. l. Boues. §. hoc ſermone ff. De verb. ſignif.

Inuentarium Titulorum Alenconiæ Principis Familiæ, vbi Cõpoſitio Conſulũ *du Bourg de Rodaus ce taux ... d'argent en ce ... priſon du Seigneur, ou du mariage de ſa ... aiſnee.*

Areſtum in Parlamẽto Candeloſæ. an. 12, o.

Hi duo Leges Conſuetudinarias Hũgariæ quũm redegiſſẽt in ordinem, Latinè ſcripſerũt. Liber autem typis impreſſus eſt apud Viennam Auſtriæ an. 15 81. cura Ioha. Sãbuci Conſiliarij & Hiſtoriographi Rudolphi. 2. Imperat.

Rolle des Nobles de la Seneſchauſſee d'Anjou, ſur leſquels fut impoſee la ſomme de. 400. eſcus pour la rançon & deliurance du Roy Iehan. Extraict de la Chambre des Comtes de Nantes, die 15. Octob. 1360

Duo Areſta Parlamenti *de Chambery en Sauoye.* Die vlt Auguſti an. 15ſo. Et die. 9. Iunij. an. 1581.

les Beatricis primigeniæ ſororis,& Philibertæ grãdioris filiæ Marchionis actoris. Bino Camerinorum Patrum decreto, quod legi multoties, Pridie Kalend. Septembr. an. 1580. Et quinto Iduum Iuniarum an. 1581. Planè Siculis legibus Dominica indictio valet, in ſingularum dotem patroni filiarum. Cæſarea Friderici ſanctione Neapolit. De adiutoriis exigendis ab hominibus. Vbi Afflictus. Num. 13. lis adplicatur Boerij tractatus in Deciſ. Burdigalẽſi. 131. Verùm ad ſpurias, nothaſvè filias non trahuntur municipales Conſtitutiones prædictę, quæ de iuſtis ſolùm liberis ſtrictim intelliguntur. Afflictus vbi ſ. Num. 23. 24. Nec ea in parte Boërio aſſentior, ſcribenti, nummorum exactionem Dominicam in nothis perinde, ac legitimis filiabus procedere Francico Vſu. In Burdigalen. Quæſt. 127. Num. 19 Imò nec opinor, petendi ſubſidij filiæ ius eſſe patronæ, cui locuplex dotale prædiũ honeſtè ſufficiat: Etſi in diuerſam opinionem propenſiùs feratur Boërius, Deciſ. 130. Atque haud temerè augenda ſubditorum vectigalia, innuit Lex Iuſtinianea penul. §. 2. De Agricol. & cenſit. Lib. xj. Cod. In Ver. aliquam innouationem, vel violentiam eis inferre. Cap. Prohibemus De cenſib. Speculat. in §. Nunc videndum Tit. De cenſib. Bald. ad Cap. 1. Qualit. vaſall. iurar. deb. fidelitat In Feudis. Aliud tamen cenſendũ de filia vnica, nondùm hærede, quam pater nuptui collocatum velit. Huic enim pecuniariam filiæ dotem adſignanti, ęquum eſt ſubueniri. cita. §. 128. Andeg. Cõſuet. Martin. Laude. in Cap 1. An apud iudic. vel dom. feudi quęſt. termin. Ac omninò in Dominicis hiſce iuribus diſpicienda verba Conſtitutionis cuiuſque Prouincialis: A quibus ne tranſuerſum quidem vnguem eſt deflectendum. Vt Matthæus tradit, Neapolit. Cõſtitut. Lib. 3. Rubr. 17. Reliqua de eo peruolue, DOMANII FRANCICI Lib. 3. Princeps vtique, in ſuos duntaxat, Fiſcaliſque Patrimonij ciues, iure præditus fertur nummorũ indictiuo ex cauſis ſupraſcriptis. Vti priſco Curię Areſto deciſum fuit an. 1334. damnatique iam antea Regiarum. 4. Caſtellaniarum incolæ, collatitio ære defungi in Equeſtrem Philippi dignitatem, Regij primogeniti. Decreto *Parlamentari* an. 1270. quùm Ludouicus Diuę memoriæ, Gallica Sceptra moderaretur. Porro quoad inferiores Dynaſtas attinet, qui aduentitium ſimile tributũ ſibi arrogent in ſubditos, inuendus eſt cuiuſque Ritus Municipij: & deficiẽte eo, peculiaris vſus antiquior Dominici territorj inter eius Toparcham, & populares. Ita ſtatuente Curia Frãcica, profeſto ſacræ Pentecoſtes an. 1273. in hanc ſententiam. *Cùm à iudicio facto coram Bailliuo Aluernię, in cauſa quæ vertebatur inter homines Montisferrãdi ex vna parte, & dominum Ludou de Belloioco milite, ex altera, occaſione Auxilij, quod item miles petebat à d. hominibus pro itinere ſuo tranſmarino, ad nos, à d. hominibus, tanquam de prauo & falſo, fuiſſet appellatum &c. Quia meliùs probatum eſt pro d. Milite, quàm pro d. hominibus, Pronuntiatum fuit, per ius, Iudicium præd. iuſtè & ritè prolatum, & ipſum executioni debitæ fore demandandum.*

Pour le Marquis de la Chambre pourſuyuant pour Beatrix de la Chãbre femme du ſieur de la Gruinze, & Philiberte femme du Baró de Neufſuy. Les ſubiects du Marquis de la Chambre condemnez à payer l'ayde tant pour le paſſé que pour l'aduenir des autres mariages des filles aiſnées de la maiſon de la Chambre, & payer ledit ayde à raiſon de 4. florins pour chacun feu, leſquels ſe departiront eſgalement ſur leſdits ſubiects.

Karolus Valeſius Andium Comes, pretio ſex mille librarũ vẽdidit Andegauæ vrbis ciuibus Tailliam mille librarum, biẽnio quoque ex iis percipi ſolitam. Literis an. 129.. quæ in Scriniis Andegauen. extant.

Lib 3. Tit. 4 Art. 7. 8 9. 10.

Soli Habitatores Terrarum domanialium Regis, *declarez contribuables à icelles aides extraordinaires Royales.*

Les Habitans des. 4. Chaſtellenies, de Nogent le Roy, Annet, Brenal, & Monchauuet, condamnez ſçauoir & cõtribuer aux fraiz de la cheualerie du fils de Roy.

Inqueſtę expeditæ & determinatæ in Parlam. Pentecoſtes an. 1273.

Vetus quoque extat Tranſactio Baronum S. Chaumontis in Foreſio Comitatu, cum ſubditis Die. 9. Febr. an. 1496. *Touchant la taille ſeigneuriale, ou droit d'ayde au Seigneur, (iuſques à la 12 partie de leur terre) accordee en. 4. cas, Aſſauoir de la cheualerie dud. Seign. de ſa Rançon, du mariage de ſa fille, & en cas d'Acquiſition par luy de quelque terre.*

3. Imò & quidam eò adducti ſunt, vt credant inopem patronum à cliente alendum: Liberti inſtar, qui egenti patrono ſuggerere alimenta tenebatur. De quibus, Commodi Imperat. Conſtitutio extat à Modeſtino relata, l. 6. §. 1. π. De liber. agnoſc. In Verſ. aut etiam paupertate, vel corporis valetudine laborantes relictos, &c. Ac Romæ equidem de alimentis patroni ſolebat arbiter dari, arbitraturus, quantùm foret in facultatibus, vt proinde poſſet alimenta moderari: quæ tandiu præſtarentur, quandiu liberto ſupereſſet, patrono deeſſet. l. ſi quis à liberis. §. vtrùm autem tantùm patroni alendi ſint, an etiam patronorum liberi. Et in §. de alimentis. π. De liber. agnoſcen. Sicuti, econtrariò, lex Ælia Sentia patronis operas adimebat, hæreditatémque libertorum, quos illi egenos minimè educarent. l. ſi patronus non aluerit. π. De bon. libert. Conſimile pietatis munus in pauperes Templorum patronos mandatum eſt beneficiariæ ipſorum Eccleſiæ. Vt in Decreta Pontificum relatum fuit, & Clementis. 3. Reſcripto continetur. Cap. Nobis, in fi. De Iur. patron. Idem, Turonicæ Synodi Cap. 51. Archydiac. in Can. ſi plures. 12. Quæſt. 7. Inde & feudalibus patronis eroganda à cliente alimonia, Bartoli iudicio in cita. l. 6. §. 1. D. de liber. agnoſc. Poſt Vilhelmum Durandum Speculat. qui variis vtrinque argumentis rem exagitat, in §. 1. Verſ. ſed nunquid dominus. Tit. Qui fil. ſint legit. Ita decurioni facultatibus lapſo alimenta decerni permiſſum eſt: maximè ſi ob munificentiam in Patriam exhauſerit patrimonium. Auctore Hermogeniano, l. 8. π. De Decurion. Forenſis autem vſus Galliæ edocuit, nec diſtrictè enutriendum inopem dominum feudi, nec eius æs alienum à cliente ſoluendum, aut hoc nomine ſatiſdatò cauendum. Excepto, ſi cliens fuiſſet in cauſa, cur patronus ad inopiam dilaberetur. §. licet vaſallus. Si de feud. defuncti content. ſit int. domin. & agnat. vaſall. In Feud. Bald. ad l. 1. §. ſed ſcimus Cod. De Latina libert. tollen. Aluarot. & Præpoſ. in cit. §. licet l. 3. §. filium pro patre curatore Reipub. creato ſatiſdare cogi non oportet. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinen. l. 5. §. ſi mater. π. De liber. agnoſc. Verſ. Parens. Quibus apprimè congruit Boërij Deciſio Burdigalen. 128. cum Zaſij dictatis in Epitome Feudor. Parte 7.

De nutriendo paupere domino feudali, & quis ea de re noſter ſit vſus ac obſeruatio.

Pōtificia verba Quicunque fideliū propria deuotione de facultatibus ſuis aliquid Eccleſiæ cōtulerunt, ſi forte ipſi, aut filij eorum redacti fuerint ad inopiā, ab eadem Eccleſia ſuffragium vitæ temporis vſu percipiant.

4. Interdum tamen ita conſtitutum eſt feudale beneficium, vt eius poſſeſſorem pro domino obſidem ſe & vadem præſtare oporteat. Hunc I. Butlerius in Summa Rurali vocat, *Homme de Pleiure.* Quales ſe Franci magnates pro Iano Rege obſides dedêre, à Britannis acie capto. Ex Fœdere icto an. 1360. de quo Froſſartes hiſtoricus, Volum. 1. Cap. 213. Vnde etiam obſides captiuorum loco habentur Diuo Commodo Imp. Vt ait Martianus l. 31. π. De iur. fiſc. Tales etiam æri alieno accedunt obſides, de quibus Epiſtola Decretalis. 9. De Iureiur. Vniuerſim planè Siculi clientes beneficio mulctantur, qui petentibus patronis negent interceſſionis officium, ſeu fideiuſſoriæ obligationis. Neapolitana Conſtitut. edita ab Rogerio Siciliæ Rege Friderici Auguſti auo, cui titulus præſcribitur, *De fideiuſſione Dominorum à vaſallis.*

Pleige & Oſtagier pour le ſeigneur.

Inuadiabant, infrà obſides dabât etiam ſemetipſos Longobardi quidam, vſque dum plenam compoſitionem adimpleuiſſent l. ſi quis liber. Tit. De exercitalibus lib. 1. Leg Lombar.

Neapoli, Vaſallus ſub pœna priuationis feudi pro domino fideiubere tenetur.

Lib.3. Conſtitut. Neapolit. Quod tamen hac moderatione accipiendum eſt, ne protinùs cliens feudo exuatur, quia fide ſua eſſe iubere in patroni gratiam recuſarit: niſi de eo publicè fuerit interpellatus. Prædicta Conſtitut. in ver. Publicè requiſitus. In Neuſtria porrò, beneficiarij tenentur, ſponſorum officium rectis Dominis accommodare, pro modulo debiti vectigalis vnius Anni: ad pigneratas nempè patronorum res mobiles liberandas. Norman. Legis §.205. Arctiùs verò Armorici ſubditi iubentur, Dominicæ obligationi accedere, cuius ergô comprehenſus iam dominus vinculíſque diſtrictus ſit: Hoc ita, modò caueat ipſe protinus, indemnes ſe expromiſſores illos ſeruaturum. §. 85. Britonic. Morum.

Vaſallus dobet *pleiger le ſeigneur, pour deliurer ſes namps, à la concurrence d'vne annee de la rente qu'il luy doit.*

Ban de moiſſons, Ban de vendanger.

IVSTIS quoque Dominicis adſcribitur BANNVM, ſeu meſſorium, 5.
ſeu vindemiatorium: Illud hodie rarius, ac tota fermè Gallia antiquatum. De eo nominatim in Veromanduis, & Ambianis ſublato, viſuntur priſca monumenta Senatus Pariſien. hoc vulgari idiotiſmo *Annullation de certain Ban au temps de moiſſons és Pays de Vermandois, & d'Amiens par le Roy Philippe fils de ſainct Louys* In Codice Regeſtorum Curiæ ſic inſcripto, *Ordinationes antiquæ*. Quod autem vocitant vindemiatorium *Bannum*, patrio More admittitur, quatenùs veteri vtentium poſſeſſione comprobatum ſit. §.185. Ita, vt exerceri etiam poſſit, ab diuturno vſu, in ſubditos aliis Iure ſoli, Agrariíque vectigalis. Sicuti Eccleſiaſticus, contrà, ac Nobilitatis Ordo, qui tali vindemiæ *Banno* ſubiicitur, velut prædiario muneri & patrimoniali, eius immunitatem ſibi quærit diutina libertatis poſſeſſione: (§.186.) Etſi talis *Banni* Lex interpretanda videatur ſecundùm Rubricam, cui intexitur, De Iuridicis, ſuperioríſque Dominij Notis. l. Imperatores. ff. De in diem addict. Qua de theſi Moris patrij, delata eſt ad Senatum lis appellatoria à Salmurenſi Andium Magiſtratu: Qui id genus *Banni* antiquo poſſeſſori, in alterius ſubditum, adiudicauit. ann. 1603. Longo item vſu capitur *Bannarium* ius vindemiæ in Dominico torculari premendæ, paratúrque Andenſibus feudorum dominis, non autem ſtata ac perpetua Lege noſtri Municipij. Vt patet eiuſdem Leg. Tit. De Infimis Iuridicis, præſertímque. §.31 In Cenomania verò, frequens proſcriptorum Torcularium vſus, quorum ratione Dominicum viget Interdictum. Iſtud vernaculè appellant, *Bannalité de preſſoir, & preſſoirage des vins*. Artic.31.32. Aſt ſumma in Curia diſceptatum memini, ſubditus necne vindemiator directò vehere teneatur in publicum Torcular vindemiam. Hic enim occlamabat, *Bannariam* eiuſmodi ſeruitutem ita ſemper vſurpari ſolitá, vt liberum cuique foret, vindemiam ante omnia in priuatas Villæ ſuæ cellulas deferre, iſthîc vinariis in doliis premendam, exindéque conuehere in publicum torcular Vici pagani. Eapropter regium Caſtridulerij Cenomaniæ Iuridicum perperam iudicaſſe, qui de tali poſſeſſione teſtibus probanda interlocutus, domino interim addixiſſet vindicias. Nam longæua temporis præſcriptione metimur iura ſeruitutum iſtarum. l. venditor. §. ſi conſtat. D.com-

Ex Regiſtro Curiæ.

Andeg Conſuet. art. 185. cuius initium eſt. *Ban de vendanger, &c.*

Legis Andeg.§ 185. & 186. ſunt ſub Tit. *De la preuoſté des crimes, & des amendes, proffits, forfaictures, pertes de fief, ventes, aduentures, & confiſcations, que les ſeigneurs ont ſur leurs ſubiects.*

Bannalité de preſſoir, & preſſoir banna' pour les vins & vendanges.

Conſuet. Andeg. §. 31. verb *preſſoirages.*

Locumtenẽs Seneſchali Cenomaniæ, *au Siege du Chaſteau du Loir, adiuge la prouiſion au ſeigneur, pendant le proces reiglé à informer.*

D.commun. præd. l. ſi quis diuturno D. ſi ſeruit. vindic. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ✠. De aqua quotid. Enimverò dominus, contrà, nitebatur contextu Legis Cenomanæ. §. 30. In ver. *preſſouërer la vendange de de leurs vignes audit preſſouër.* Quibus ex verbis colligebat, racemum vite recèns exciſum, quo vindemia ſignificatur, aſportari debere in torcular Dominicum, non in domeſtica ſingulorum dolia ſubditorum. Quippe quùm vindemia, de qua ſpeciatim patrius Mos, fructus ſit ipſe, reditúſque vinearum. l. qui pendentem vindemiam. ✠. De action. empt. Hinc conſequitur, poſſeſſionem ſcriptæ Legi contrariam, minimè in Iudiciis recipiendam. Quibus ritè accommodantur priſca Senatus decreta ann. 1366. & 7. Idus Septembr. 1388. pro Bellouacorum Pontifice, in cœnobitas *de Bores*, quorum reiecta poſſeſſio eſt vinariæ decumæ pendendæ *de preſſoragio abſque ſolutione pro mera gutta, de mera gutta: & pro preſſoragio, de preſſoragio.* Vt cum Ioh. Gallo populariter loquar, in Quæſt. 134. Argum. Cap. Dudum De decim. Cap. ad decimas De reſtit. ſpoliat. In 6. Audita prouocationis cauſa, interfati ſunt LVTETIANI PATRES, teſtimoniis inquirendum de vulgari Cenomanorum vſu, alba necne vina, de quibus certamen erat, in doliis condi premíque ſoleant aliquantiſper. Nam ſi inibi non premerentur ex more, fruſtra Iudex inferior allegatæ poſſeſſionis fidem ſibi fieri decreuiſſet. Areſto ex tempore prolato. 7. Iduum Quintilium an. 1584. In forenſi Volumine cauſarum Pictauenſium, quùm Lamyus pro appellante dixiſſet, Chauuelinus, ediuersò, pro Antiſtita monialium Curtimontis, Conuentus monaſtici, in Valleduleria. Alia proſcriptorum Torcularium iura Dominica vide ſuprà Lib. 1. LEG. ANDEGAVEN. Cap. 27. artic. 4. 5. 6. Ibidem Nos accuratiùs de publica Mola frumentaria, cuius quidem ſeruitute exēptos nonnullos oſtendimus, iuxta. §. 30. & 31. Andeg. Leg. Sed hoc ita obiter intellige, vt immunes huiuſmodi, ſuæ duntaxat in familiæ, médicorúmvè alimoniam frumenta conterāt in priuata ac domeſtica mola, non vt publicè Molæ ſubditos in ſuam furtim alliciant. Sicuti præclarè excerptum voluitur in antiquiſſimo Curiæ Regeſto, OLIM dicto. Fol. 27. Nuper itidem Senatus, Dominicæ molæ interdictum prudenter temperauit fauore libertatis, ne qui frumenta externi Territorij molitum huc adueherent, eo tenerentur Interdicto, néve publici piſtores, qui in alienum venale forum panes ſuos deferre conſueuerint. Inſigni Curię decreto 14. Kal. Octob. ann. 1563. ſecundùm Vicanos Gonneſij Pariſiorum pagi, aduerſus Carol. Graffardum, conductorem eius Molarum Vici regiarum.

Parlamētare decretum die 7. Sept. ann. 1388.

Interlocutio Curiæ Pariſien. *dōnee en plaidant du rolle de Poict ou, entre le Prieuré de Courtamont, au Vaudulour, & vn de ſes ſubiects:* Die 9. vel 10. Iulij an. 1584. *D'informer de la couſtume du pays, ſi l'on a accouſtumé d'y cuuer les vins blancs, au Vaudulour.*

Nonobſtant qu'aucun ſoit moulin bannier, celuy qui eſt exempt dud. ban, peut moudre pour luy, & pour faire aumoſne, mais non pas pour enuoyer aux maiſons.

Parlamenti Areſtum die 18. Sept. an. 1563. *Sur l'appel de la Iuſtice du Threſor, touchant la Bannalité des moulins royaux de Gonneſſe.*

6. EXISTIT quoque vinarium *Bannum*, ſubditis prohibitorium vendundi minutatim vini intra 40. dies, quibus Dominicum venundetur. §. 184. 185. Andegauen. 319. Marchianæ, Conſuet. In ver. *Droict de Bandie.* Sed quemadmodùm prærogatiua iſthæc non aliis defertur apud Andes, quàm Caſtellariis magnatibus: Ita duriuſculum ſit, omnibus tanti incolis Territorij, Vicaníſque interdici libero vini ſui con-

Ban à vin du ſeigneur contre les ſubiects vendans leur vin en detail. Conſuet. art. 184. In Verſ.

Le Ban du ſeigneur, & bannalitez de moulins, fours, & preſſouers, ſunt Iuriſdictionis verius, quam feudi iura.

mercio. Dixerint enim iſti, Dominico interdicto teneri eos duntaxat, qui Caſtellario dynaſtæ purè ſubiiciantur: Vtpote habitatores primarij Caſtellaniæ Vici ſeu Comopolis, vel Caſtellani proximè beneficiarios: Non verò aliorum Caſtellaniæ Pagorum colonos, qui inferioribus Caſtellano dominis ſubſint. Argum. cita. §. 184. Nam peruulgatum eſt, clientis mei clientem mihi ſeruire non cogi. Bart. in l. ſi. finita. §. ſi de vectigalibus. ff. De damn. infec. Cap. 1. §. ſoldata Tit. Quis dicat. Dux, Marchio, vel Com. Econtrà, allegabitur, *Banni* huius auctoritatem Caſtellariis toparchis nequicquàm attribui, velut eximiam ſingularémque, niſi in omnes eius Regiunculæ partes diffundatur. Vt enim demus, locorum incolas dominis parere Caſtellario ſubditis: vniuerſi certè Iure dicundo Caſtellanum agnoſcũt ſuperiorem.

Ita ſi rex Gallus cuidam dederit oppidũ, villam, aut caſtrum, non venit in ea donatione iuriſdictio, quã ibidem Præſides, aut eorum legati in totã Prouinciam, auctoritate regia exercent, Sed eam ſolam, quã oppidi illius domini in oppidanos, vel clientes ratione loci exercere cõſueuerunt.

Nam & à Principe conceſſa Arce, vel Oppido, cõceditur merum imperium (à quo prædicta *Banna* pendent) in mediis Caſtellariæ ditionis finibus exercendum. Bald. ad l. vlt. ff. De Conſtit. Princ. Bart. ad l. ſi quando De bon. vacant. Lib. 10. Cod. Ludouicus Roman. in Conſil. 444. Etſi enim Regiæ donationi Arcis, vel Oppidi non cedat Iuriſdictio, quæ à Regia, Ducalivè dignitate emanarit, ſeu quæ Principi, Ducive in Oppido competat, talium intuitu Dignitatum. Quoties tamen Caſtro, vel Oppido nexa eſt Iuridica poteſtas, illúdque emancipatur ab aliquo, donati nomine, aut venditi, proprius eſt, Iuriſdictionem, vt rei connexam, ſubſequi, & ad emptorem fundi tranſire.

In Nannetenſi Camera Theſauri Britanniæ legitur priuilegiarium ius Reginaldo *de Beaumanoir* conceſſum *de vendre & faire vendre vin luy ſeul en la ville de Gandeluz chaſcun an vn mois, finiſſãt à la ſainct Iean, ſur peine de 60. ſols d'amende.* Die 14. Iul. an. 1428.

Bart. in l. inter eos. ff. De acquir. rer. domin. Vbi paucis diſcrimen interſerit Iuriſdictionis, quæ perſonæ, & alterius, quæ loco adhæreat. Quam diſtinctionem pariter amplectitur Ioh. Longouallius, in Explicat. l. Imperium ff. De Iuriſdict. omn. iudic. Parte 4. Cum igitur dominica *Banna* ſeu interdicta, ſint Iuriſdictionis potiùs inſignia, quàm feudalis Beneficij: Multò magis vinarium etiam *Bannum*, quod Caſtellariis proceribus ſolis Andium Lege permiſſum eſt. Vnde ſequitur, iſtud intra Caſtellaniæ ſepta omnia exequi Caſtellano licere. Ac propterea Cenomanæ Legis paraphraſtes Roûilleus teſtatur, caupones Freſnayi

Freſnay, petite ville au Maine, dependant de Beaumont le Viſcomte.

Bellomontanorum oppiduli vicenas æris libellas annuas ſoluere conſueſſe Dominico Quæſtori Bellomontani Procomitatus, (cui Freſnayum reſpondet,) vt onere eximantur vinarij *Banni* dominici. In §. 201. Quòd ſi liquidò pateret antiqua eo iure fruendi formula & modus, nec Caſtellarios dynaſtas illo vti ſolitos, niſi in principis vici Caſtellaniæ habitatores, improbè poſtularetur, alios *Bannaria* obſtringi ſeruitute, quæ natiuam commerciorum libertatem infringeret, euerteret.

Sententia Requeſtarum Palatij Die 19. Maij 1507. *touchãt le droict de ban ſur les vendans vin en detail en la ville & Bourgeoiſie de Freſnay le Viſcomte.* Extracta ex Inuentario Alenconien. Domus claſſ.

Legitur certè in Alenconio ſolenni Tabulario Sententia, olim dicta ſecundùm Alenconiam Heroidem, in ſubditos Freſnaij oppidanos, de Interdicto vendundi ibidem minutatim vini ac ſigillatim. Quam Conſcripti Curię Sententiam tulére, Palatinis libellis delegati, 14. Kal. Iunias an. 1507.

VNDE notanda obiter vinarij *Banni* diſtinctio elegans. Qui enim, 7.
Caſtellariæ dignitatis titulo, illud obtinent, iis minimè neceſſaria eſt

vinearum

vinearum poſſeſſio, ex quibus profectitium vinum diuendant tempore promulgati *Banni*. Vt Rouilleus, Cenomanæ Legis ſcholiographus, colligit, ab communi ordinarióque Municipum vſu, ſcriptæ Conſuetud. interprete. In §. 202. cuius clauſulæ plurimùm conferunt ad ſimilem Andium Morem explanandum. At verò qui vetuſtis duntaxat Pactionum tabulis, longiſſimavè poſſeſſione ſibi vindicant tale Interdictum, his non licet, aduentitium ex alienis vitibus, emptitiúmque vinum minutatim diſtrahere. Artic. 184. Andegauen. Morum. Iiſdem alioquin *Banni* prærogatiua abnegatur: ne ea captiosè abutantur in perniciem liberi hominum commercij fauorabilis, reíque Annonariæ: quam onerari vexaríque, Leges Quiritium prohibuerunt. cita. §. 202. Cenomanæ Conſtitut. Municipalis, Et Vlpiani leg. Annonam. ff. De extraord. crim. Proinde nec, Dynaſtis iure præditis vinarij Interdicti, permiſſa eſt eius ceſſio, vel locatio in extraneum quemuis, aut priuatum: Nec Dominica huiuſmodi poteſtas perſonæ irrogata, ad alias tranſcriptitio nomine protrahitur, in diſpendium popularis libertatis. Præd. art. 202. Atque omnimodò, ſuperioribus hiſce Dominis indecora eſt nundinatio, ſordidáque vinarij negotiatio mercimonij: Ex qua, gentilitiæ etiam Nobilitatis Inſignia mercatoribus adimuntur. Iuxta Cæſaream Rubricam, Negotiatores ne militent; (Cod. lib. 12.) ac Leonis Auguſti Reſcriptum, Milites Cod. De locat.

Art. 184. Verſ. durant led. Ban, vendre vin de ſon creu.

Art 202. Verſ. Et ſi leſdits ſeigneurs n'ont vins de leurdit creu, à ſuffire pour fournir durant led. ban, &c. ſont leſdits ſeigneurs priuez dud. ban pour icelle fois.

Verſ. Et vendront ou feront vendre leſd. vins en leurs mains, ſans qu'ils puiſſent affermer, ne autrement bailler led. droict à autruy, &c.

8. Ad extremum, tricena præſcriptione augentur iuſta Dominica. Nam quota portio annui Vectigalis diutina poſſeſſione quæritur domino, vltra ſtatutum monumentis cenſualibus modum. Maſuerius in §. Item ſi tenementarius Tit. De locat. & iur. emphyt. Sicuti, ex aduerſo, ſubditi tempore liberantur reliquis ſolarij Dominici, vel parte ipſius dudum non ſoluta. Bartol. ad l. Malè agitur Cod. De præſcript. 30. vel 40. ann. Et in l. ſi priùs ff. De aqua pluu. arcen. Maſuer. in Tit. De præſcript. §. Item ſi ſolùm ſoluit partem cenſus per 30. annos. Quinetiam Andium Lege obtinet mutua inter patronum ac clientem vſucapio non tantùm vectigalis prædiarij, ſed & prædij ipſius viciſſim. §. 27. 204. 439. & 486. Andeg. Conſuet. Neque hoc omninò Feudalibus placitis aduerſatur. Ponamus enim, obſequia patrono debita præſcriptione temporis minimè tolli Iure communi. cap. Cùm non liceat. Cap. Ad audientiam, & Panormit. vtrobique De Præſcript. Nouus certè patronus auditur, varia ſe clientelæ munia dictitans exegiſſe à Mæuio, tanquam ſeruientis fundi poſſeſſore ſpatio. 30. annorum: Ex quo, fundi clientela ſit, rectúmque eidem partum Dominium. Speculat. in §. 2. Verſ. ſecundò quæritur. Tit. De Feudis. Bald. ad Cap. 1. §. ſi quis per. 30. Si de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. vaſal. Gloz. in Cap. 1. §. præterea De capitul. Conradi. In Feudis. His quoque eſt conſequens, beneficiarij prædij libertatem à Domino iuſtè vſucapi, ſi illud longiſſimo tempore quaſi liberum poſſederit: cliente tandiu rem ſuam non repetente. Tunc enim vtile cum

Regulariter quota cenſus, aliorúmque iurium Dominicorũ præſcribitur, à tanto ſcilicet, non à toto. Sed & Andium, Aruernorum, Borboniorum, & Biturigũ Conſuet. totus cenſus præſcribitur, 30. annis.

Conſuet. art. 204 ver. *Car Preſcription a lieu de ſubiect à Seigneur par 30. ans.*

Art. 439. Le Seigneur de fief peut acquerir l'heritage, ou autres droicts de ſon ſubiect, ou autre ſeruitute par preſcription, ou tenement de 30. ans, ſans tiltre ſur l'heritage tenu de luy.

recto dominium conſolidatur. Bald. & Præpoſ. in cita. §. ſi quis per 30. Gul. Cuneus ad l. ſi quis emptionis Cod. De præſcript. 30. vel 40. ann. Idque ex facto diſceptatum in Germania refert Zaſius, inter patronum illuſtrem, qui ſui beneficij rem perdiu tenuerat, & agnatos clienculi, qui illam paſſus fuerat tanto ſilentio à ſe abdicari. In Epitome Feudor. Parte. 6. His concinunt ſcripta à Boërio, in aurea Deciſ. 211.

La ſaiſie feodale empeſche la preſcription du ſeigneur ſaiſiſſant.

Art. 419. Andeg Leg. Verſ. *Sinon que le ſeigneur euſt poſſedé le fief de ſon vaſſal par ſaiſine & main miſe par faute d'hommage, droicts ou debuoirs non payez.*

VERVM ſi patronus clientelare prædium inuaſerit iure feudi, ac 9.
Dominica manu occuparit, nullo tempore ſibi præſcribit. §. 439. Andeg. Conſuet. Hæc námque Dominica fundi poſſeſſio, quaſi ſeruientis, repugnat vſucapioni: cùm res cuique ſua non ſeruiat. Vt ſ. dictum eſt, pleniúſque tractatum à Nobis. Lib. 1. LEGVM ANDEGAVEN. Rurſus non admittitur longæ poſſeſſionis præſcriptio contra Ius publicum ac bonos mores. Vt vult Papinianus l. 45. Cum Pomponij l. Vbi Lex inhibet ff. De Vſucap. Verbi gratia, dominus vectigalis fundi quotannis percepit triticei ſolarij modios binos, iuxta vas modiale, manſurarúmque Inſtrumentum publico latius & capacius: quod ille domi Inſtrumentum adſeruabat. Quadrageno dehinc anno, recuſant ſubditi frumentarium canonem, menſura illa domeſtica, exoluere, velut iniqua & adulterina: eámque poſcunt, ex ſuperioris Iuridici archetypo reduci ad legitimum modum. Menſuras enim , publici iuris eſſe & auctoritatis, quæ nullo priuatorũ vſu, abuſuvè contrario infringi poſſit, ac violari. Ob id Romæ Prætextatus vrbis præfectus pondera per regiones vniuerſas inſtituit, cùm auiditati multorum ex libidine trutinas componentium occurri nequiret. Vt Marcellinus literis prodidit, lib. 27. Hinc quoque Antoninus & Verus Auguſti Sextio Vero reſcripſerunt, menſuras priuatim contra Regionis conſuetudinem nullas probari debere. Ex Papirio Iuſto in l. Imperatores ff. De cótrah. empt. Itaque licet tricena poſſeſſione tollantur rerum dominia, moduſvè, aut forma ſoluendi cenſus diuturno vſu capiatur (Cap. ex parte Cap. olim De cenſib.) Falſus tamen vel titulus quærendæ rei, vel modius emetiendæ obſtat præſcriptioni temporis: cùm exordium rei bonæ fidei ratio non tueatur. Vt notat. in l. Celſus & l. cùm ſolus ff. De vſucap. l. Cùm hęres ff. De diuerſ. temporal. pręſcript. Nihilo ſeciùs pares, diſſonæque à Senatu feruntur de illa quæſtione ſententiæ. Circa Nonas Martias an. 1586. ad prouocationem ex Aruerno municipio, vbi Dominica etiam iura omnia triceno annorum curriculo præſcribuntur Fouſcherio Senatorij Ordinis collegis litem̨ enucleante, in 4. Claſſe Curiæ Inquiſitoria.

Proces party en la 4. Chambre des Enqueſtes. circa diem 7. Martij an. 1586.

Venditi agri iugera emetienda ſint necne ad menſuram loci Contractus vẽditionis, an ſitus Rerum venditarum.

IN eodem menſurarum themate, perſtringam obiter motam in Cu- 10
ria Pariſ. de illarũ varietate controuerſiam. Aureliæ ciues duo pactum ineunt de Bleſenſibus aliquot fundis diſtrahendis. Alter enim alteri eos fundos ære mancipauit, certo iugerum numero definitos ac æſtimatos. Paucis inde diebus, emptor agros emenſus eſt, modumque agri minorem inuenit, iuxta menſuram Bleſenſis prouinciolæ, cuius

agri

agri ſolo continentur. Ideóque in auctorem ſuum iudicio experitur; qui pro iugerum quantitate obligatus ſit, vt eam ſuppleat. Pauli l. ſi ſeruum. §.1.ff.De action.empt. Venditor autem ſe tuetur loco celebrati contractus, apud Aureliam: cuius inſpecta Menſura, nihil deſit ex numero, ac modo iugerum lege mancipi dicto. Re diu multúmque concertata, ſuccubuit venditor Sententia inferioris Aureliæ Magiſtratus. Sed à venditore appellatus Præſes prouinciæ iudicauit aduerſus emptorem. Senatus tandem ex prouocatione aditus, priorem Sententiam comprobauit. Decreto in forenſi cauſarum Actione, 4. Nonas Quintiles ann.1585. Quùm Leueſtus pro appellante, & Maricus pro aduerſario peroraſſent. Venditori vtique Iuris argumenta ſuppetebant, quibus ſpectandam loci menſuram cõtractæ venditionis oſtenret. Semper enim in ſtipulationibus id ſequimur, quod actum eſt. Vnde ſi non apparet, quid acti ſit, proximum eſt, vt id ſequamur, quod in Regione, in qua id actum eſt, frequentatur. l. ſemper.ff. De regul. Iur. Ibique Bartol. nuncupatim. Et in l. ſi fundus D. de euiction. Alexand. in Reſpon.22. Num.27. Volum.2. Vbi diſtrictè aſſerit, morem loci contractus attendi debere. Ex Baldi iudicio, Cyni, & Speculat. Doctor. in Cap. Quod clericis De foro compet. His concinnè aptatur ratio Vlpiani in l.31.§.quia aſſidua ff. De Ædil. edic. l. ſi priùs. §. placuit. ff. De aqua pluu. arcen. Ei quoque parti ſubſcribens Barbatias Conſil. 14. ait, locum initæ conuentionis intuendum. Bartol. ad l. Cunctos populos Cod. De ſumma trinit. Poſt Innocentium in Cap. 1. De Conſuet. Num. 7. Ab contextu. l.1. ff. De Vſur. Iaſon. denique in Conſil. 133. Volum. 4. Cum Karoli Ruyni Reſponſo. 117. Alij verò, bimembrem hanc negotio adhibent diſtinctionem, vt ſi nihil de menſura rei priuatim conuenerit, de ea cautum cenſeatur, quę pacti pretij ſummæ reſpondeat aptiùs, eíque propiùs cohæreat. (leg.1.ff. De reb.dub.) Sin autem id ex pretij ſorte coniici nequeat ac dignoſci, tunc leuiorem menſuram, in ambiguo, ſumi oporteat. Iani Raunaudi ſententia, in Tract. De menſuris, Ex l. Nummis. ff. De legat.3. Iuſtior tamen eſt diuerſa opinio, venditi agri menſuram ex lege petendam ſitus prædiorum, non loci pactæ venditionis. Albericus nominatim in l. Arbitrio. §. de eo In fi. ff. De dolo Argum. l. ſi prædium Cod. De præd. minor. Alciat. in l. vinum Num.33. D. ſi cert. pet. Cui accedit Oldradi I.C. reſponſum.167. Num.1. Inibi enim videtur quis contraxiſſe, vbi ſoluturum ſe receperit, obligarit. l. contraxiſſe. ff. De Obligat. & Action. l. 3. ff. De bon. auctor. iudic. poſſid. l. hæres. §. vlt. ff. De Iudic. Atque ita demùm Subalpinus Senatus decreuit pro Aleramo Pontano, ciue Montiſregalis, aduerſus Petr. Begiamum, D. Albani condominum. Vt refert Cacheranus Ozaſcus, in Togato illo Ordine Præſes ſecundus, & Allobrogici Ducis in Prætorio Conſiliarius, Deciſione Pedemontana 114. Abs qua nihilum diſſidet Antonij Solæ obſeruatio, in Commentariis ſuis Allobrogic. Edictorum, Quęnam ſit rerum menſura ſectanda. Ex quo etiam obiter elicitur, Regionis cuiuſque patresfamil.

Areſtum Pariſienſe *donné en plaidoyrie, Leneſt, & le Maire plaidãs pour les parties*, Die 4. Iulij an. 1585. *ſur l'appel du Bailly d'Orleans, qui auoit infirmé la ſentence du Preuoſt.*

Vbi de mẽſura mentio fit, in dubio intelligitur de communi. Innocent ad Cap Ex parte De cenſib Tractat quoq; has Menſurarum quæſtiones Tiraquellus in ſuo Opere, De Retractu lineari. §.1. Gloz. 2. Num 49.

Decretum ſupremæ Curiæ Taurinenſis, de menſura prædiorum venditorum.

Antõn. Solæ iudicio. Cenſus menſurabilium exigendi non ſunt, niſi cum menſura loci, in quo debentur.

in fundorum venditione modum agri dicere conſueſſe. Ita Aggeni Vrbic.ad Frontin.teſtimonio,ſoliti erant antiqui,in conductiones,ac in emptiones modum comprehendere,& hac cauere formula, FVNDVM ILLVM, IVGERA TOT, IN SINGVLIS IVGERIBVS TANTVM. Hinc admetiendi prædij gratia Menſores adhibiti, qui de modo renuntiarent. Pauli.l.Qui fundum ff.De contrah.empt.Pompon. l. ſi duorum ff.De action. emp. Vlpian. l. Iulianus §. ſi Titius D. Eod. & l. 1. D. Si menſ.falſ.mod.dix.Denique ex agrorum modo venditioni condicto, lucidè diſcernitur iuſta ipſorum quantitas,& quidnam emptori,lege contractus, præſtandum ſit. Nam ſi paciſcentes ordiantur à numero & menſura fundorum, nil tùm ampliùs in actum deducitur, quàm quod adſcripto numero & menſura ſignificetur.Sin verò contrahentes inchoarint à nominibus certam deſignantibus ſpeciem, corpuſvè determinatum,quod illi poſtea demetiantur,tunc menſuræ adiectio, ceu demonſtratio falſa,nec vitiat,nec minuit id cui adiicitur. Oldradi I.C. Reſponſo luculento. 192. ex leg. Quidam teſtamento. l.ſi ſeruus legatus §.qui quinque ff.De legat.1.l. His verbis §. pater. ff. De legat. Tholoſanum Areſtũ. 3.l.ſi venditor.D.act.emp.Secundùm quæ,Tholoſani Senatus decretum promitur à G.Maynardo,eius Conſiliario Curiæ,latum Februar. Menſe an.1580.Volum.4.Quæſtion.Iuris ab eadem Curia deciſarum Cap. 28.

Tit. IIII.

DE HONORIFICIS IN PATRONOS EXTRA ORDINEM OBSEQVIIS.

1. *Ad quid teneantur Barones Diæceſanorum Præſulum* feudatarij, *& quibus gaudeant prærogatiuis.*
2. *Baroniæ* feudalitas *ſuperior Epiſcopalis vendita, & redempta, cenſetur primæuo ſuo iure.*
3. *Dominica Vaſallorum conuocatio publica*, Bannum, *&* Retrobannum.
4. *Quatenùs vaſalli dominum in bello iuuare teneantur.*
5. *An vaſallus proprio ſumptu ſeruire domino cogatur.*
6. *De iure* du Guet & garde *Caſtri domini feudi.*
7. *Liceatnè domino feudali non habenti altam Iuriſdictionem, Arma ſua, & Inſignia locis publicis & columnis erectis apponere.*
8. *In maioribus feudis, quis honor egregius offerendæ fidei domino feudi.*

Domino vaſallum in fidem recipere ſine cauſa recuſante, quod vaſallo remedium competat.

1. EPISCOPORVM clientes Barones quatuor tenentur, ſublimes illos efferre per mediam Ciuitatem primo quoque Diœceſani pontificis in eam introitu. Quales dynaſtæ principem Nobilitatis locum obtinent, ſiue in ſeſſione, vel inceſſu cum Epiſcopo, aut ipſius Cathedra contrectanda. Sic Heduenſis Præſulis beneficiarios legimus Barones nonnullos, eo prærogatæ dignitatis honore, vt dum inſigne illud in patronos Epiſcopos ineunt officium, reliquos Nobiles diœceſanos antecedant. Eos Chaſſeneus, Heduus, vocat Sullyacum, Luxiacum, Motham D. Iohannis, & Monpetroſum Barones. In Catalogo glor. mun. Parte. 8. Conſiderat, 15. Armorico itidem Rhedonum Antiſtiti præſtò adſunt Britanniæ Proceres clientes quatuor, his Baronatuum titulis Pontiſcaſtri, Radeſiarum, Enceniaci, & Caſtribriandi. Vt luculento Regeſto paret publicarum Rationum Celticæ Britanniæ an. 1385. Quinimò Barones inter ipſos pontificales, ſtat præminentia quædam, & præſeſſionis gradus. Vtputà Nouioduni ad Ligerim. Antiſtiti quatuor ſubſunt Barones beneficiarij, *de Druy, de Poizeux, de Cours les Barres, de Giury*. Quibus de ſeſſionis ordine certantibus ius dixêre Lutetiani Senatores, qui Palatinis libellis cognoſcendis præſunt. Ab iis enim decretum, Baroniam Druydam, maioris dignationis beneficium eſſe pontificale, ac ſolenni Epiſcoporum in vrbem ingreſſu, celebrivè alio Baronum Epiſcopalium conuêtu, Druydem, eiuſvè procuratorem alios tres anteire debere. Graui Sententia pridie Kalend. Martias ann. 1589. Quin & ſi alter altero ſe Barone iactitet forſan auitis clariorem imaginibus, prædicta certè honoris eminentia rei tribuitur, Feudalíque beneficio, non perſonæ. Andr. Yſernias in Cap. 1. De capitan. qui cur. vendid. In Feudis. Et Chaſſeneus vbi ſ.

Barones epiſcopales ſeu Epiſcoporum, feudatarij.

Epiſcopi *d'Auſtun*, feudatarij Barones, de Sullyaco, de Luxiaco, de Motha S. Iohannis, & de Montepetroſo.

Quatre Barons de l'Eueſque de Rennes, Pontchaiteau, Rays, Ancenis, & Chasteaubriant. In Regiſtris quoq; Nãnetenſis Cameræ cõputorũ reperitur interpellatio ſolennis facta à Nannetum Epiſcopo, Duci Britanniæ, tanquam Baroni Radeſiarum, adſiſtendi primario in Ciuitatem Epiſcopalem ingreſſui eiuſdem Antiſtitis. Dieto. Mart an 1383.

Sententia Conſiliariorum Requeſtarum Palatij Pariſien. Die 28 an. Febr ann. 1589. Inter Barones Niuernenſis Epiſcopi vaſallos.

De hac itidem Baronis *de Druy* prærogatiua, ſit ne realis, an perſonalis. Nos ſuprà lib. 1. cap. 43. In fi.

2. PROPONE autem, rectum Baronatus dominium, quod Epiſcopo competebat, alienatum Principali Edicto Francico, in ſacri Belli ſubſidium ann. 1563. Quæro, nûm ſi Epiſcopus illud redemerit ab emptore publico, iiſdem, quibus antea, vtatur feudi prærogatiuis? Nec enim huius rei exempla deſunt, quùm Vilhelm. Ruzeus Andium pontifex iudicio recuperarit in Baroniam Chemilleam Dominatum ſuperiorem, quem Karol. Borbonius Rupiſſuryonæ regulus, vxorióque iure Chemilleus Baro, coëmerat ex Principis Conſtitutione ſupradicta. Vt liquet Senatorio decreto pridie Kalend. Martias ann. 1582. quod inter litigatores vltrò prolatum eſt, ad Præſulis appellationem à Sententia Andenſis Suppræfecti pridie Nonas Ianuar. an. 1564. in Vidonem *Deſpeaux* hæredem Philippe *de Monteſpedon*, viduæ Borbonij emptoris. Cenſeo igitur hoc caſu, diœceſanum Antiſtitem poſtliminio frui debere eodem, quo priùs, honorario iure in

Primum Edictum de rebus Gallicæ Eccleſiæ alienãdis in cauſam ſanctæ expeditionis aduerſus Hæreticos. Menſe Maio an. 1563.

Areſtum Curiæ Pariſien. *par Appoincté eſt, entre Brigard aduocat de l'Eueſque & Chandonant aduocat du ſieur* *Deſpeaux*. Die vlt. Feb. an. 1582. *ſur l'appel de la ſentence du 4. Ianuier.* an. 1564. *touchant la*

Feodalité Epiſcopale ſur la Baronie de Chemille, n'agueres faict Comte, en faueur du Prince de la Rocheſuryon.

Baronatum veteris clientelæ ſuæ. Similiter enim Labeo ait, ſi rem, quam apud te depoſueram, lucri faciundi cauſa vendideris, deinde ex pœnitentia redemeris, eodémque ſtatu habeas, videri in poteſtatem meam rediiſſe. Secundùm Proculi ſententiam. l. 3. §. Item Labeo ϖ. De Vſucap. Tantumdem & ſi, mortuo teſtatore, ineunda ſit ratio æſtimationis patrimonij pro computatione legis Falcidiæ: Vbi res ab ipſo teſtatore diſtracta ſub lege commiſſoria, vel in diem addicta, cónumeratur in patrimonio ipſius venditoris, non emptoris. Quod non ob aliud fit, quàm quia ſpes eſt, rem ipſam, eueniente conditione, regreſſuram ad venditorem: nec ideo videtur ea res ab ipſo diſceſſiſſe. Vt vult Hermogenianus l. ſtatu liber. D. Ad Leg. Falcid.

Venir au Ban & mandement du Seigneur.

Inde Bannitus, infrà, euocatus. Legis Frãc. lib. 1. cap. 64. & lib. 4. cap. 72.

ILLVSTRIBVS item patronis ius eſt, clientulos edicto præco- 3.
nióque citandi, vocandi. Ex quo BANNVM appellatum, & HERIBANNVM: Edicto ſcilicet, delectus, cum pœna non reſpondentis ad delectum, quam & *Heriſchuldam* Germani nuncupant. Vt eſt apud Auentinum. Eo fermè pacto Karolum Mag. tradunt, cùm publica Ordinum Comitia ſtatuiſſet cogi, Taſſilonem Boiorum Ducem, & reliquos VASSOS ſuos iiſdem adeſſe Comitiis præcepiſſe. Aimoyno teſte, Rerum Francic. Lib. 4. Cap. 80. Nec multò aliter Karolus. 4. Cæſ. ex Italia reuerſus ſolennem habuit Procerum Germaniæ conuentum apud Mediomatrices an. 1356. Vbi omnes propemodùm Imperij ſummates, qui eò coïerant, *Regalia ſua de manu Imperatoris ſuſceperunt*. Auctore. I. Tritemio, Cap. 33. Quinimò edictis accito clienti neceſſe fuit quondam, patronum comitari, qui Romanum Auguſtum Romam deduceret, aut in Rom. Imperij hoſtes proficiſceretur. Alioquin beneficiarius trientem fructuum beneficij eius anni pendere compellebatur in Germania, vel duodenos denarios pro modio fructuum, apud Langobardos. Sed temporum progreſſu alio iure vti cœptum: quia cliens euocatus, vt dominum comes ſequeretur, aut ipſe venire, aut Vicarium ſubmittere poterat æque habilem & aptum operæ præſtandæ. Vt colligitur ex Cap. 1. §. ſimiliter De Capit. Conradi. Cap. 1. §. firmiter De prohib. feud. alienat. per Frider. Et ibi Baldus. Neque hinc abludit Mos Andium §. 135. At Cornelij Taciti ſeculo vaſalli comites dicebantur, quòd dominũ ipſi bello comitarentur. Peculiari tamen Neuſtriæ priuilegio, adhibitum fuit Militari huic operæ temperamentum. Ex Normanica Charta Ludou. Hutini regis, Quintil. Menſ. an. 1315. in hunc modum. *Quòd illi Nobiles, & Ignobiles, qui nobis & ſucceſſoribus noſtris in guerris & exercitibus noſtris certa debent ſeruitia, ipſis ſeruitiis perſolutis, liberi maneant & immunes; Nec vlteriùs per nos, aut noſtros ſucceſſores poſſint cogi inuiti ad alia ſeruitia exercitus nobis facienda: niſi in caſu, quo, Retrobannum, ex cauſa imminenti, rationabiliter fieri oporteret, &c.*

Conuentus Imperialium Principum in vrbe Metenſi.

Art. 135. Verſ. *En iceux cas ils ſeront tenus bailler gens ſuffiſans aux autres ſeigneurs, à qui ils doiuẽt ligence, &c.*

Charte Normande.

INDE prudenter Scitis feudalibus prouiſum eſt, patronos à clien- 4.
tibus

tibus ſine exceptione iuuandos, ſi iuſtè cum alio digladientur: ſinautem iniuſtè, ad Dominicæ ſalutis defenſionem tantum, non ad offenſionem alterius. §. 1. cum Gloz. & Bald. Quib. mod. feudum amitt. In Feud. Auxilium verò patronis dandum ſic interpretamur, vt & ipſorum hoſtes clientuli ſuis arceant finibus, nedùm feudalibus latifundiis, neque eos hoſpitio excipiant, ſed omni ſtudio & conatu iis obſiſtant. Ananias in Reſponſo 7. Raphaël Cuman. in Conſil. 161. Zaſius, Epitomes Feudor. Parte. 7. Quòd ſi patronus cum ſuis beneficiariis non ferat ſuppetias militanti Principi, ſiue etiam aduerſas ei partes foueat, præualet Regia cauſa, vt noſtri Principis ſubclietes huic re armíſque opitulentur. Speculat. in §. quoniam De Feudis Verſ. vaſallus vaſalli. Andræ. in Cap. Imperialem §. præterea inter duos De prohib. feud. alienat. Matth. Afflictus in Neapolit. Deciſ. 265. Num. 107. Ac Lib. 3. Conſtitut. Neapolit. Tit. 15. De *aſſecuratione* Dominorum à vaſallis Num. 16. 17. 18. Antiquior enim Dominus cunctis aliis præferri debet, Feudalibus inſtitutis. Cap. 1. Hîc finitur Lex, &c. In Feud. Quibus arridet ciuicus Mos Andegauorum. §. 135. Nec quenquam moueat Feudiſtica regula, beneficiarij mei beneficiarium mihi neutiquàm beneficij nomine obligari. Nam hoc intelligitur de ſubbeneficiariis, qui alia ex re, quàm mea, clienti meo deuincti ſint ſacramento, non autem ſi res mea à cliente in ſubbeneficium alteri mancipetur. Vt Baldus ſedulò obſeruauit, ad §. rurſus Num. 9. Tit. De controuerſ. inueſtit. Cui non malè reſpondet Andium Lex prouincialis. §. 6. Quoties item ſuperior patronus ampliſſima præditus eſt Iuriſdictione, tunc ceſſat Feudiſticum dogma, clientem clientis mei non eſſe clientem meum. Baldus nuncupatim, ad §. hæc ſunt nomina Tit. De Pace Conſtantiæ. In Feud. Nam & eo caſu beneficiarij, qui in proxima Iuridici maioris clientela ſunt, ritè coguntur ſuos clientes adigere, ad iuſiurandum clientelare ſuperiori illi præſtandum. Vt ibidem Baldus aſſeuerat, poſt Speculat. in §. quoniam Verſ. 14. quæritur De Feud. Idque Imperatoria Friderici ſanctione comprehenſum eſt. §. illud quoque De feudis non alienan.

Art. 135. Verſ. *Sauf qu'ils obeyront au Prince, auant tous autres.*

Vaſallus vaſalli mei nō eſt vaſallus meus, niſi hic ſubuaſallus rem meam à vaſallo meo in feudum accepiſſet.

Andeg. Legis §. 6. verſ. *Auſſi pourra contraindre les ſubiects prochains & immediats de ſes hommes de foy à declarer en gros, & non par le menu leurs obeiſſances de fief par moyen.*

Homo hominis mei non eſt homo meus, niſi aliàs habeam Iuriſdictionem generalem. Nam Lege Friderici Vaſallus vaſalli regij eſt Vaſallus regius.

5. QVÆSO autem, propriíſnè ſumptibus cliens patrono ſeruiet? Ita ſeruire debere, viſum Guliel. Durando, in cita. §. quoniam Verſ. 22. Bald. in Cap. 1. Verſ. alia quæſtio formatur De capitan. qui cur. vendid. Credo vtique, explorandum imprimis de eo beneficiariæ Pactionis Formulam, nec à præſcriptis iſthîc conditionibus recedendum. Qua deficiente Cautione, videndum, lauta ſit necnè, an tenuis res beneficiaria. Nam illo caſu, rectius eſt, locupletem clientem ſuis impendiis operas Domino præbere: (Argumen. §. 136. Andegauen. Leg.) Hoc verò, inopem *vaſallum* tali ſumptu exonerari. Germanica tamen conſuetudine, clientes ſuo victu & impenſa adeunt Dominicam Curiam pro iure dicundo. Sicuti de ſua Germania Zaſius memorat, Parte. 7. Feudiſticæ Epitomes. At ſi patronus in longinqua pro-

Art. 136. Andeg. Cōſuet. Ibi. *Ceux doiuent faire leurs gardes à leurs deſpens, quand ils en ſont ſemons, & les y peut on contraindre, &c.*

Sic de militari ſubditorum obſequio, extra Prouinciam non extendẽdo, latè ſcripſimus lib. 1. Doman. Franc. Tit. 13. art. 17: ac lib. 1. Andeg. Leg. cap. 7. art. 2.

ficiſceretur extra Territorium, cliens propriis eum ſumptibus ſequi non teneretur. Bald. in d. Cap. 1. De capitan. qui cur. vendid. Et in Cap. Ad hæc De pace iuram. firman. Præpoſ. in Cap. 1. De noua form. fidelit. Et in §. ſimiliter De capit. Conradi, In Feud. Sic Pannonico More veteri, NOBILES SINE STIPENDIO EXTRA REGNVM CVM REGE NON MILITANT, EXCEPTIS OFFICIALIBVS ET STIPENDIARIIS REGIS: ET IN SOLO REGNO, NON EXTRA, CVM REGE, CONTRA HOSTEM, IRE TENENTVR. Clienteli autem, patronis ſuis, qui Romam cum Principe in hoſtem pergant, HOSTENDICIAS pendunt: niſi iis quoque præſtò adſint armati. Longobardi enim dimidiam, Germani tertiam exoluunt partem fructuum eius anni, quo domini *hoſtem faciunt*, i. in expeditione & caſtris degunt. §. præterea Tit. 40. Lib. 2. Feud. Ac tantò hercle commendabilior eſt noſtratis Andium Heroïs Karoli. 1. pietas in Flandrum Comitem: Qui, ab huius matre accepto inſigni munere Comitatus Hannoniæ, non modò captiuum ipſum liberandum curarit è manu Florentij Batauiæ Reguli, ſed Hannonium ſimul Comitatum vltrò magnificè ei reddiderit, ann. 1255. & 1256. Vilhelmo Nangiſio ſcriptore, in Ludouico. 9. Rege, cuius, hic Andegauus Princeps, frater erat.

Hungariæ Ius Conſuetudinarium.

Carolus 1. Franciciæ coronæ fiduciarius Comes Andium, & Cenomanorum, cui Margareta Hannonica, ſeu Conſtantinopolitana, Flandriæ Comes dedit Valentianas, & Comitatū Hannoniæ.

Florentius, Hollandiæ Comes, cui in matrimonium pacta eſt ſoror Comitis Flandriæ, quem antea, conſerto prælio, cœperat.

IVXTA hæc, Dominicæ Arci debentur militares excubiæ à clien- 6.
tibus quibuſdam, vrgente bello: vt in illa Arce patroni vitam rẽſque tueantur. §. 134. 135. 136. Andegauen. Leg. & §. 147. Cenomanæ. Qualem Dominici caſtri cuſtodiam excuſſimus ſ. Lib. 1. LEGVM ANDEGAVEN. Cap. 43. art. 2. 3. 4. Et DOMANII Francici Lib. 3. Tit. 18. Art. 8. Atque adeo multis S. Conſultis probatæ ſunt clientelares id genus vigiliæ ſtationẽſque in Arcibus dominicis. Primo quidem, lato. 5. Kalend. Iunias ann. 1512. pro Ludou. Tremolio, equite, contra Ioh. *Serelier*, oppidanóſque alios Thoarcij Pictonum oppidi. Tum. 7. Idus Septembres eod. ann. 1512. pro Angoliſmorum Duce fœmina, in Nicolaum Dauidem, & Vicanos alios *de Saugne*. Dein Nono Kalend. Apriles ann. 1513. Inter Rodulphum Vernonem, equitem: & Ianum *Prouſt*, litiſque conſortes plurimos. Ad hæc, poſtridie Idus Sextiles ann. 1514. ſecundùm Lodoïcum Grauillam, Tribunum maritimorum Galliæ aduerſus Vicorum Habitatores *de Lougeron, Rouſſe, Montagne, & Tourſeu*. Item pridianis diebus Reſurrectionis DOMINICÆ, Ann. 1516. inter Annam Amboſiam, filiúmque ipſius Fraciſcum Chazeronem, Baronem Montisfalconij, & Parœcos *de Gron, & Vllebon*. Præterea quarto Nonas Apriles ann. 1518. pro Karolo Chabotio, equite Iarnaci toparcha, in Vicanos Iarnaci ſupra Carentonium amnem pagi. Vltimò, Idibus Aprilib. ann. 1548. ſecundùm Karolum Croyam equitem, aduerſus Ianum Oliuerium, & alios paganos *d'Ambouuille*, qui Vignoricam tueri arcem præſidio tenebantur militari. Peto nunc abs te, nûm limitanei Britonum, & Pictonum incolæ vrgeantur ad Regias eorum finium Arces, ingruente bello, cuſtodiendas? Ambigendi cauſam adfert immunitas, liberáque Pagorum

Areſta Curiæ Pariſien. *des droicts de Guet & garde de Chaſteaux des Seigneurs*. Die 28. Maij an. 1512. pro Dn. *de la Tremoille contre ſes habitãs de Thouars*. Itẽ die 7. Sep. Eod. an. *pour la Dame d'Angouleſme*. Tum Die 24. Mart. an. 1513. ante Paſcha Dehinc die 14. Augusti 1514. pro Dn. *de Grauille* Admirali Franciæ. Die 2. April. an. 1518. *pour le ſieur de Iarnac ſur Charente*. Die 13. April. an. 1548. *Touchãt le guet & garde au Chaſteau de Vignory, en Barrois*.

Priuilegia & Exemptiones habitantium *des Marches communes de Bretaigne, & Poitou*, ab omnibus

gorum

Pagorum iſtorum cõditio, quos Principes noſtri indictionibus quibuſuis ſolutos muneribuſque vacuos ciuilibus declararũt. Veteribus Reſcriptis, quæ Henricus. 2. rex Diplomate innouauit. 4. Idus Octob. an. 1548. Et Erricus. 3. Aulico ſanxit Decreto xj. Kalend. Apriles. an. 1584. Vnde tantùm demitur Honorarium quoddã, nouo cuique Regi à Pagorum colonis porrigendũ. Horum nomina Pagorum hæc ſunt, *Pau, la Trinité de Machecoul, la Garnache, Boiſdeceue, ſainct Columbain, Corcoue, L'Iſle de Bouign, Geſtine, la Breuſiere, Boſſay, Eugane, le Bourg commun, de Leg, du Reſtail, ſainct Eſtienne du Boays.* Quinimò Oceani freti accolas illarũ partium Reges priſci donarant vacatione munerum pleniſſima. Karolus. 7. an. 1450. ac Ludouicus filius Nouemb. Menſe an. 1466. quòd Inſularij illi ſuis finibus Anglos ſumma virtute prohibuiſſent. Cuiuſmodi exiſtunt Inſularum Vicani *de Bouign, de Nermouſtier, de l'Iſle Dieu*, finitimique alij, quorum Priuilegij indices Tabulas perlegi. Et hæc recenſenti veniunt pariter in mẽtem Capſæ vrbis ciues, apud Iurgutham Numidiæ regem immunes, leui imperio, & qui ob ea fideliſſimi habebantur. Auctore Saluſtio. Nihilo ſeciùs opinor, priuilegiarios noſtrates in graui rei Gallicæ diſcrimine Regias arces tutari debere, & æquam cæteris conditionem ſortiri. Ex eo quoque proditum eſt ius Dominicum, cuſtodes beneficiario Caſtro apponẽdi, inuito cliente. Bald. ad l. ſi ita. §. dominus proprietatis ff. De vſu & habitat. Vidus Papa in Singulari. 266. Argum. l. Quarundam rerum ff. De acquir. poſſeſſ. Et l. 2. §. in Sardinia Cod. De offic. Præfect. prætor. Afr. Boërius in Deciſ. Burdigalen. 212. Num. 10. Ne iſthuc VASALLOS CASATOS adducam, qui Karoli Mag. tempeſtate, domino dominævè miniſtrabant domi, & rem ipſorum familiarem accurabant. Legis Francicæ Lib. 3. Cap. 68. Et in Conſtitutionibus Karoli Magni, VT DESCRIBATVR, QVOT HOMINES QVIS CASATOS IN SVO BENEFICIO HABEAT. Talium enim *Vaſallorum* genus iampridem obſoleuit. CASATOS autem Eccleſiæ, veteres memorauimus, (ex Yuonis Epiſtolis), MONASTICON Lib. 1. ſeu De IVRE COENOBITARVM. Donatas necnon, CASAMENTI formula, Ditiones à priſcis Regibus, videre eſt in Chronico Andegauenſi manu exarato.

Tailliis & ſubſidiis pecuniariis. Die. 11. Octobr. an 1548 & Die. 22. Mart. an. 1584.

L'Isle de Bouyn, l'Isle de Nermouſtier, &c. Sed Marchiæ communis Andium Pictonumque Habitatores deſcripſimus Lib. 1. Leg. Andegauen. Cap. 5. Art. 3. Et Marchiam communem Britonũ ac Pictonum. Lib. 1. Pariſ. Leg. Tit. 2. Art. 50. Tum Lib. 2. Tit. 6. Art. 16.

In propoſito legi feudalem Dinumerationem, à Carolo Dn. *de Vaſſe*, Regi datam an. 1541. Ditionis ſuæ *de Fouletorte*, immediatè ſubiectæ Abbati Baronique ſimul Ebronio domino feudi, & mediatè ſubditæ Baroni *de Sillé le Guillaume*. Vbi agnoſcit Vaſallus ille, in bello teneri ſe hoſpitio excipere d. Baronem *de Sillé* in ſuo caſtro *de Fouletorte*. Niſi d. Abbas & Baro Ebronius ibidem prius receptus fuiſſet. *loge & heberge.*

Lib. 1. Tit. 3. Art. 8.

De hoc Caſamento Nos. Tit. ſeq. Art. 7. In Marg.

7. PRÆTER hæc, inita forenſis deliberatio eſt de patrono infimam ſolam habente Iuriſdictionem, cuius intra metas idem gentilitia Inſignia nomẽnque impoſuerit palo à terra ſurſùm elato. Nonnullis enim placebat, nouũ opus dirui: præſertim ſi medio in Vico pagano, vel publica in via erectũ oſtẽderetur. Chaſſen. in Catal. glor. Mun. Parte 1. Concluſ. 25. Hæc quippe eminentiora loca non ferũt publicũ vllum ſuperioris dominij ſymbolum, niſi quod ſublimis Iuridici imperium ſpectet. Quales iſtæ maioris Iuridici notæ, columella cum ferreo anulo infixo, patibulum bina columna fultum, appicta Templi parietibus arma Maiorum, ac reliqua id genus. Quinetiam Iulius Paulus cenſet, eos, qui inſignia altioris ordinis ſibi ſumũt, militiamvè cõ-

Vn Pau esleué, aux armes du ſeigneur de fief.

Vaſallus non poteſt arma ſua antiqua depingere, aut inſculpere locis, vbi ſunt arma ſui Domini, à quo tenet in feudũ, ſaltem ita altè, ſed cum aliqua depreſſione aut diminutione. Inquit Chaſſeneus.

4. *Feuda impoſita cum onere fideiubendi pro domino.*
5. Banna, *ſeu Interdicta dominica in ſubditos.*
Bannalia *Torcularia.*
6. Bannum *vinarium, & in quos exerceatur.*
7. *Iure vinarij* Banni *non fruitur Dominus, qui nulla habeat ex propriis vitibus collecta vina, ſed aliunde quæſita.*
8. *Præſcriptio Feudalium iurium inter dominum & vaſallum.*
9. *Dominus poßidens iure feudi, non præſcribit vtile dominium, nec etiam contra ius publicum.*
10. *Ius* menſurandi *publicum eſt.*
Menſura prædiorum, ſecundùm conſuetudinem Loci, vbi ſita ſunt prædia, fieri debet, non ſecundùm conſuetudinem Loci Contractus.

Doublage du debuoir ſeigneurial en l'vn des 3 cas de la Couſtume, ou pour la Cheualerie du Seigneur, pour le mariage de ſa fille, ou pour la rançon du Seigneur priſonnier de guerre en la bataille du Roy, ou de ſon Prince naturel.

Conſuet. Artic. 128. Verſ. *pour le mariage de la fille aiſnée emparagée noblement.*

NOBILES pariter viri extra ordinem indicere beneficiariis ſuis poſſunt æris collationem legitimam, eòque annua ſibi debita conduplicare triplici caſu. Nempe in ſumptum Equeſtris militiæ ac balthei, cui patronus recens accinctus ſit: in filiæ dotem primogeniæ, quæ generoſo viro nupſerit, tum in redemptionem patroni bello capti in Regia expeditione. §. 128. 129. 130. Andeg. Conſuet. Id quod Delphinates etiam de more ſeruare, tradit Vidus Papa, Quæſt. 57. Speciatim verò Andium Lex de ea ſanxit natalibus illuſtri filia, quæ ſtemmatum luce conſpicuum nacta ſit coniugem. cita §. 128. 241. 242. patrij Moris. Nam alioqui plebeio enupta, capite minuitur quodammodò, & natalitium generis decus amittit. §. 252. 255. 301. Andeg. Conſuet. Idque à Delphinate Senatu pronunciatum fuit Menſe Decembr. an. 1459. ſecundùm Ædiles vrbis Dienſis, aduerſus Mariam *de Cezerino*, quæ genere clara ignobilem virum connubio acceperat. Ex l. Mulieres De Incol. Lib. 10. Cod. l. 1. In fi. De dignitat. Lib. 12. Cod. Archydiac. in Cap. Si quis De Sepult. In 6. Quinetiam generoſa coniux, quæ cenſu diſparata ſit ab ignobili viro, æque plebeiis ſubiacet rei nummariæ Indictionibus, ac ſi obſcuris ipſa natalibus orta eſſet. Nec enim connubialis opum ſeparatio coniugium dirimit abſque thori ſolutione. De quo Nos alibi. Sic Virginia, Romæ, patritia cùm eſſet, per nuptias facta eſt plebeia indiſcriminatim, eamque matronarum chorus ſacris pudicitiæ patritiæ ſummouit. Liuij. 10. Sed & ibidem clientes elocabant de ſuo filias patronorum: & hos adeo, ipſorumve filios ab hoſte captiuos redimebant. Auctore Dionyſio, antiquit. Roman. Lib. 2. Quò vergunt etiam libertorum in patronos dona ac munera, queîs iureiurando obligatos illos ait Vlpianus. l. 7. §. iuraſſe π. De operis libert. Et Venuleius l. C. in l. vlt. π. De liber. cauſa. Vt ergo rem repetam 1.

Areſti huius Delphinalis meminit Guido Papa in Quæſt. 310.

Domanij Francici Lib. 3. Tit. 19. Art. 12.

Virginica Auli filia Volumnio Plebeio nupta.

Quãtum vaſalli domino ſoluunt, *au cas du doublage de ſes tailles ou deuoirs*, tantum à ſubditis ſuis inferioribus poſſunt exigere. §. 130. Andeg. Leg.

in noſtræ Ciuitatis Iure explanando quæſitum fuit, an extante nobilis patroni filio vel anniculo quidem, filia tanquam primogenita, dotari deberet ſubditorum impendiis. Dubitandi argumentum erat, quòd maris filij ſuperuentus filiam excludat iure primigeniorum §.226. Andeg. Conſuet. Quoniam verò Mos noſter, qui Dominicam præſtationem geminari iubet in gratiam primigeniæ, ſpectat tantùm dotis cauſam filiæ ipſius, neceſſariíque fauorem matrimonij, probabilius eſt, maris concurſu primogeniti Conſtitutionem patriam non ceſſare: ſed dotata natu maxima, iuniores filias eodem priuilegio neutiquàm vti. Oneroſior quippe eſt hæc, odioſáque ſeruilis intributionis repetitio ex eadem dotis cauſa: Quam multis oppugnat Tiraquellus, Quæſt. 70. Tractat. Primigen. Vnà cum Chaſſeneo, in Burgun. Conſuet. Tit. 1. §. 4. Exin vetere Armeniaci Comitis Tranſactione cum Ædilibus Ruthenis ſubditis, cauta fuit illi popularis, extra ordinem, æris collatio in redemptionem captiui Domini, aut gnatæ nuptias ætate grandioris. Authentico Inſtrumento an. 1323. quod in Alenconio Chartario viſitur. Atque vt Principis exemplum ferè ſectatur Orbis, decreta eſt antiquitùs, in dotem Regiæ vnius maioris filiæ, pecuniaria tributio Ordinibus Pop. S. Conſulto in peruigiliis ſacræ Purificationis an. 1270. Cuius tenorem libuit his attexere. *Ciuibus Bituricis contradicentibus ſoluere auxilium domino Regi pro militia primogeniti ſui, & pro maritagio primogenitæ ſuæ, & dicentibus ſe non teneri ad hoc per Chartam regiam, & per longum vſum. Viſa charta, præcipuè verbis illis, per quæ volebant ſe tueri ſuper hoc, quæ talia erant, videlicet de tolta, talia, botagio, & culcitrorum exactione ſunt immunes.* Dictum *fuit per ius, quòd tenentur ad præd. Auxilium faciendum, & pro auxilio ſoluent hac vice duas mille libras Turonen.* Cùm igitur talis ſubſidij à Domino exigendi ingruet neceſſitas, præconio monebuntur ſubditi Andegauenſes, vt quo die iuſta Dominica pendi aſſolent, eodem duplicia exoluantur. Pannonibus quoque de eo proditum eſt Ius *Conſuetudinarium.* RVSTICVS AD PRIMITIAS, ET NVPTIAS SVBSIDIVM TOLLERABILE PRÆSTAT. Ex tripartito Opere Conſuetudinum Regni Hungarici, quas poſt annos 360. neglectas ſedulò digeſſerunt Vverbevvczius, & Balbus præpoſitus, à Nobis ſ. citati. Gallica autem vetuſtas, Iano rege in Anglia captiuo, recenſuit Andegauæ Nobilitatis ſeriem: cui ſigillatim indicta ſit rei nummariæ collatio in Principis redemptionem. Ex Actis Nannetenſium Ratiociniorum, Idibus Octobris. an. 1360.

Aydes Couſtumiers.

In exorbitantibus vt métio hæredis intelligitur ſolùm de primo hærede. l. Cum antiquitas. od De viufr. Ita nuptiarum mentio ſpectat primas nuptias, non ſecúdas, earumvè onus iterandum l. Boues. §. hoc ſermone ff. De verb. ſignif.

Inuentarium Titulorum Alenconiæ Principis Familiæ, vbi Cõpoſit. Conſulũ *du bourg de Rodez ... d'argent en cas de priſon du Seigneur, ou du mariage de ſa fille aiſnée.*

Areſtum in Parlamẽto Candelosæ. an. 12, o.

Hi duo Leges Conſuetudinarias Hũgariæ quùm redegiſsẽt in ordinem, Latinè ſcripſerũt. Liber autem typis impreſſus eſt apud Viennam Auſtriæ an. 1581. cura Ioha. Sãbuci Conſiliarij & Hiſtoriographi Rudolphi. 2. Imperat.

Rolle des Nobles de la Seneſchauſſée d'Aniou, ſur leſquels fut impoſée la ſomme de 400. ... pour la rançon & deliurance du Roy Iehan. Extraict de la Chambre des Comtes de Nantes, die 15. Octob. 1360

2. QVOD ſi iſtud nummariæ penſitationis onus detrectent ſubditi, dominus vtiliter experietur interdicto Vti poſſidetis. Argum. Cap. Querelam. De elect. Perſimilem enim poſſeſſionem Allobrogicus Senatus adiudicauit Iohanni, Cameræ Allobrogũ Marchioni, aduerſus Vicanos *de la Croix, Rotherens, Preſles, Verneys, & Eſtable.* Hi namque iudicio damnati ſunt, pecunias domino contribuere, quaſi dota-

Duo Areſta Parlamenti *de Chambery en Sauoye.* Die. vlt Auguſti an. 1580. Et die. 9. Iunij. an. 1581.

Pour le Marquis de la Chambre pourſuyuant pour Beatrix de la Châbre femme du ſieur de la Greuuze, & Philiberte femme du Barõ de Neufuy. Les ſubiects du Marquis de la Chambre cõdamnez à payer l'ayde tant pour le paſſé que pour l'aduenir des autres mariages des filles aiſnées de la maiſon de la Chambre, & payer ledit ayde à raiſon de 4. florins pour chacun feu, leſquels ſe departiront eſgalement ſur leſdits ſubiects.

Karolus Valeſius Andium Comes, pretio ſex mille librarũ vẽdidit Andegauæ vrbis ciuibus Tailliam mille librarum, biénio quoque ex iis percipi ſolitam. Literis an. 129. quæ in Scriniis Andegauen. extant.

Lib 3. Tit. 4 Art. 7. 8 9. 10.

Soli Habitatores Terrarum domanialium Regis, *declarez contribuables à ceſt aide extraordinaires Royales.*

Les Habitans des. 4. Chaſtellenies, de Nogent le Roy, Annet, Brenal, & Monchauuet, condamnez ſeruir & cõtribuer aux fraiz de la cheualerie du fils de Roy.

Inqueſtę expeditæ & determinatæ in Parlam. Pentecoſtes an. 1273.

Vetus quoque extat Tranſactio Baronum S. Chaumontis in Foreſio Comitatu, cum ſubditis Die. 9. Febr. an. 1406. *Touchant la taille ſeigneuriale, ou droit d'ayde au Seigneur, (iuſques à la 12 partie de leur terre) accordée en. 4 cas, Aſſauoir de la cheualerie dud. Seign. de ſa rançon, du mariage de ſa fille, & en ceſt d'Acquiſition par luy de quelque terre.*

les Beatricis primigeniæ ſororis, & Philibertæ grãdioris filiæ Marchionis actoris. Bino Camerinorum Patrum decreto, quod legi multoties, Pridie Kalend. Septembr. an. 1580. Et quinto Iduum Iuniarum an. 1581. Planè Siculis legibus Dominica indictio valet, in ſingularum dotem patroni filiarum. Cæſarea Friderici ſanctione Neapolit. De adiutoriis exigendis ab hominibus. Vbi Afflictus. Num. 13. Iis adplicatur Boërij tractatus in Deciſ. Burdigaléſi. 131. Verùm ad ſpurias, nothaſvè filias non trahuntur municipales Conſtitutiones prædictę, quæ de iuſtis ſolùm liberis ſtrictim intelliguntur. Afflictus vbi ſ. Num. 23. 24. Nec ea in parte Boërio aſſentior, ſcribenti, nummorum exactionem Dominicam in nothis perinde, ac legitimis filiabus procedere Francico Vſu. In Burdigalen. Quæſt. 127. Num. 19 Imò nec opinor, petendi ſubſidij filiæ ius eſſe patronæ, cui locuplex dotale prædiũ honeſtè ſufficiat: Etſi in diuerſam opinionem propenſiùs feratur Boërius, Deciſ. 130. Atque haud temerè augenda ſubditorum vectigalia, innuit Lex Iuſtinianea penul. §. 2. De Agricol. & cenſit. Lib. xj. Cod. In Ver. aliquam innouationem, vel violentiam eis inferre. Cap. Prohibemus De cenſib. Speculat. in §. Nunc videndum Tit. De cenſib. Bald. ad Cap. 1. Qualit. vaſall. iurar. deb. fidelitat In Feudis. Aliud tamen cenſendũ de filia vnica, nondùm hærede, quam pater nuptui collocatum velit. Huic enim pecuniariam filiæ dotem adſignanti, ęquum eſt ſubueniri. cita. §. 128. Andeg. Cõſuet. Martin. Laude. in Cap 1. An apud iudic. vel dom. feudi quęſt. termin. Ac omninò in Dominicis hiſce iuribus diſpiciencia verba Conſtitutionis cuiuſque Prouincialis: A quibus ne tranſuerſum quidem vnguem eſt deflectendum. Vt Matthæus tradit, Neapolit. Cõſtitut. Lib. 3. Rubr. 17. Reliqua de eo peruolue, DOMANII FRANCICI Lib. 3. Princeps vtique, in ſuos duntaxat, Fiſcaliſque Patrimonij ciues, iure præditus fertur nummorũ indictiuo ex cauſis ſupraſcriptis. Vti priſco Curię Areſto deciſum fuit an. 1334. damnatique iam antea Regiarum. 4. Caſtellaniarum incolæ, collatitio ære defungi in Equeſtrem Philippi dignitatem, Regij primogeniti. Decreto *Parlamentari* an. 1270. quùm Ludouicus Diuę memoriæ, Gallica Sceptra moderaretur. Porro quoad inferiores Dynaſtas attinet, qui aduentitium ſimile tributũ ſibi arrogent in ſubditos, inuendus eſt cuiuſque Ritus Municipij: & deficiéte eo, peculiaris vſus antiquior Dominici territorj inter eius Toparcham, & populares. Ita ſtatuente Curia Frãcica, profeſto ſacræ Pentecoſtes an. 1273. in hanc ſententiam. *Cùm à iudicio facto coram Bailliuo Aluernię, in cauſa quæ vertebatur inter homines Montisferrãdi ex vna parte, & dominum Ludou de Belloioco milite, ex altera, occaſione Auxilij, quod item miles petebat à d. hominibus pro itinere ſuo tranſmarino, ad nos, à d. hominibus, tanquam de prauo & falſo, fuiſſet appellatum &c. Quia meliùs probatum eſt pro d. Milite, quàm pro d. hominibus, Pronuntiatum fuit, per ius, Iudicium præd. iuſtè & ritè prolatum, & ipſum executioni debitæ fore demandandum.*

3. IMO & quidam eò adducti ſunt, vt credant inopem patronum à
cliente alendum: Liberti inſtar, qui egenti patrono ſuggerere alimen-
ta tenebatur. De quibus, Commodi Imperat. Conſtitutio extat à Mo-
deſtino relata, l. 6. §. 1. π. De liber. agnoſc. In Verſ. aut etiam pauperta-
te, vel corporis valetudine laborantes relictos, &c. Ac Romæ equidem
de alimentis patroni ſolebat arbiter dari, arbitraturus, quantùm foret
in facultatibus, vt proinde poſſet alimenta moderari: quæ tandiu præ-
ſtarentur, quandiu liberto ſupereſſet, patrono deeſſet. l. ſi quis à libe-
ris. §. vtrùm autem tantùm patroni alendi ſint, an etiam patronorum
liberi. Et in §. de alimentis. π. De liber. agnoſcen. Sicuti, econtrariò, lex
Ælia Sentia patronis operas adimebat, hæreditatémque libertorum,
quos illi egenos minimè educarent. l. ſi patronus non aluerit. π. De
bon. libert. Conſimile pietatis munus in pauperes Templorum pa-
tronos mandatum eſt beneficiariæ ipſorum Eccleſiæ. Vt in Decreta
Pontificum relatum fuit, & Clementis. 3. Reſcripto continetur. Cap.
Nobis, in fi. De Iur. patron. Idem, Turonicæ Synodi Cap. 51. Archy-
diac. in Can. ſi plures. 12. Quæſt. 7. Inde & feudalibus patronis ero-
ganda à cliente alimonia, Bartoli iudicio in cita. l. 6. §. 1. D. de liber.
agnoſc. Poſt Vilhelmum Durandum Speculat. qui variis vtrinque ar-
gumentis rem exagitat, in §. 1. Verſ. ſed nunquid dominus. Tit. Qui
fil. ſint legit. Ita decurioni facultatibus lapſo alimenta decerni permiſ-
ſum eſt: maximè ſi ob munificentiam in Patriam exhauſerit patrimo-
nium. Auctore Hermogeniano, l. 8. π. De Decurion. Forenſis autem
vſus Galliæ edocuit, nec diſtrictè enutriendum inopem dominum
feudi, nec eius æs alienum à cliente ſoluendum, aut hoc nomine ſatiſ-
datò cauendum. Excepto, ſi cliens fuiſſet in cauſa, cur patronus ad
inopiam dilaberetur. §. licet vaſallus. Si de feud. defuncti content. ſit
int. domin. & agnat. vaſall. In Feud. Bald. ad l. 1. §. ſed ſcimus Cod. De
Latina libert. tollen. Aluarot. & Præpoſ. in cit. §. licet l. 3. §. filium pro
patre curatore Reipub. creato ſatiſdare cogi non oportet. D. de admi-
niſtr. rer. ad ciuit. pertinen. l. 5. §. ſi mater. π. De liber. agnoſc. Verſ. Pa-
rens. Quibus apprimè congruit Boërij Deciſio Burdigalen. 128. cum
Zaſij dictatis in Epitome Feudor. Parte 7.

De nutriendo paupere domino feudali, & quis ea de re noſter ſit vſus ac obſeruatio.

Pôtificîa verba Quicunque fideliũ propria deuotione de facultatibus ſuis aliquid Eccleſiæ cõtulerunt, ſi forte ipſi, aut filij eorum redacti fuerint ad inopiã, ab eadem Eccleſia ſuffragium vitæ temporis vſu percipiant.

4. INTERDVM tamen ite conſtitutum eſt feudale beneficium, vt
eius poſſeſſorem pro domino obſidem ſe & vadem præſtare opor-
teat. Hunc I. Buteletius in Summa Rurali vocat, *Homme de Pleiure.*
Quales ſe Franci magnates pro Iano Rege obſides dedêre, à Britannis
acie capto. Ex Fœdere icto an. 1360. de quo Froſſartes hiſtoricus, Vo-
lum. 1. Cap. 213. Vnde etiam obſides captiuorum loco habentur Diuo
Commodo Imp. Vt ait Martianus l. 31. π. De iur. fiſc. Tales etiam æri
alieno accedunt obſides, de quibus Epiſtola Decretalis. 9. De Iureiur.
Vniuerſim planè Siculi clientes beneficio mulctantur, qui petentibus
patronis negent interceſſionis officium, ſeu fideiuſſoriæ obligationis.
Neapolitana Conſtitut. edita ab Rogerio Siciliæ Rege Friderici Au-
guſti auo, cui titulus præſcribitur, *De fideiuſſione Dominorum à vaſallis.*

Pleige & Oſtagier pour le ſeigneur.

Inuadiabant, infrà obſides dabãt etiam ſemetipſos Longobardi quidam, vſque dum plenam compoſitionem adimpleuiſſent l. ſi quis liber. Tit. De exercitalibus lib. 1. Leg Lombar.

Neapoli, Vaſallus ſub pœna priuationis feudi pro domino fideiubere tenetur.

Lib.3. Conſtitut. Neapolit. Quod tamen hac moderatione accipiendum eſt, ne protinùs cliens feudo exuatur, quia fide ſua eſſe iubere in patroni gratiam recuſarit: niſi de eo publicè fuerit interpellatus. Prædicta Conſtitut. in ver. Publicè requiſitus. In Neuſtria porrò, beneficiarij tenentur, ſponſorum officium rectis Dominis accommodare, pro modulo debiti vectigalis vnius Anni: ad pigneratas nempè patronorum res mobiles liberandas. Norman. Legis §.205. Arctiùs verò Armorici ſubditi iubentur, Dominicæ obligationi accedere, cuius ergô comprehenſus iam dominus vinculíſque diſtrictus ſit: Hoc ita, modò caueat ipſe protinus, indemnes ſe expromiſſores illos ſeruaturum. §. 85. Britonic. Morum.

Vaſallus debet *pleiger le ſeigneur, pour deliurer ſes namps, à la concurrence d'vne annee de la rente qu'il luy doit.*

5. IVSTIS quoque Dominicis adſcribitur BANNVM, ſeu meſſorium, ſeu vindemiatorium: Illud hodie rarius, ac tota fermè Gallia antiquatum. De eo nominatim in Veromanduis, & Ambianis ſublato, viſuntur priſca monumenta Senatus Pariſien. hoc vulgari idiotiſmo *Annullation de certain Ban au temps de moiſſons és Pays de Vermandois, & d'Amiens par le Roy Philippe fils de ſainct Louys* In Codice Regeſtorum Curiæ ſic inſcripto, *Ordinationes antiquæ.* Quod autem vocitant vindemiatorium *Bannum*, patrio More admittitur, quatenùs veteri vtentium poſſeſſione comprobatum ſit. §. 185. Ita, vt exerceri etiam poſſit, ab diuturno vſu, in ſubditos aliis Iure ſoli, Agrariíque vectigalis. Sicuti Eccleſiaſticus, contrà, ac Nobilitatis Ordo, qui tali vindemiæ *Banno* ſubiicitur, velut prædiario muneri & patrimoniali, eius immunitatem ſibi quærit diutina libertatis poſſeſſione: (§. 186.) Etſi talis *Banni* Lex interpretanda videatur ſecundùm Rubricam, cui intexitur, De Iuridicis, ſuperioríſque Dominij Notis. l. Imperatores. ff. De in diem addict. Qua de theſi Moris patrij, delata eſt ad Senatum lis appellatoria à Salmurenſi Andium Magiſtratu: Qui id genus *Banni* antiquo poſſeſſori, in alterius ſubditum, adiudicauit. ann. 1603. Longo item vſu capitur *Bannarium* ius vindemiæ in Dominico torculari premendæ, paratúrque Andenſibus feudorum dominis, non autem ſtata ac perpetua Lege noſtri Municipij. Vt patet eiuſdem Leg. Tit. De Infimis Iuridicis, præſertímque. §. 31 In Cenomania verò, frequens proſcriptorum Torcularium vſus, quorum ratione Dominicum viget Interdictum. Iſtud vernaculè appellant, *Bannalité de preſſoir, & preſſoirage des vins.* Artic. 31. 32. Aſt ſumma in Curia diſceptatum memini, ſubditus necne vindemiator directò vehere teneatur in publicum Torcular vindemiam. Hic enim occlamabat, *Bannariam* eiuſmodi ſeruitutem ita ſemper vſurpari ſolitá, vt liberum cuique foret, vindemiam ante omnia in priuatas Villæ ſuæ cellulas deferre, iſthìc vinariis in doliis premendam, exindéque conuehere in publicum torcular Vici pagani. Eapropter regium Caſtriduleríj Cenomaniæ Iuridicum perperam iudicaſſe, qui de tali poſſeſſione teſtibus probanda interlocutus, domino interim addixiſſet vindicias. Nam longæua temporis præſcriptione metimur iura ſeruitutum iſtarum. l. venditor. §. ſi conſtat. D.com-

Ban de moiſſons, Ban de vendanger.

Ex Regiſtro Curiæ.

Andeg Conſuet. art. 185. cuius initium eſt, *Ban de vendanger, &c.*

Legis Andeg. § 185. & 186. ſunt ſub Tit. *De la preuoſté des crimes, & des amendes, proffits, forfaitures, pertes de fief, ventes, aduentures, & confiſcations, que les ſeigneurs ont ſur leurs ſubiects.*

Bannalité de preſſoir, & preſſoir bannal pour les vins & vendanges.

Conſuet. Andeg. §. 31. verb *preſſoirages.*

Locumtenẽs Seneſchali Cenomaniæ, *au Siege du Chaſteau du Loir, adiuge la prouiſion au ſeigneur, pendant le proces reiglé à informer.*

D. commun. præd. l. ſi quis diuturno D. ſi ſeruit. vindic. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ✠. De aqua quotid. Enimverò dominus, contrà, nitebatur contextu Legis Cenomanæ. §. 30. In ver. *preſſouërer la vendange de de leurs vignes audit preſſouër.* Quibus ex verbis colligebat, racemum vite recèns exciſum, quo vindemia ſignificatur, aſportari debere in torcular Dominicum, non in domeſtica ſingulorum dolia ſubditorum. Quippe quùm vindemia, de qua ſpeciatim patrius Mos, fructus ſit ipſe, reditúſque vinearum. l. qui pendentem vindemiam. ✠. De action. empt. Hinc conſequitur, poſſeſſionem ſcriptæ Legi contrariam, minimè in Iudiciis recipiendam. Quibus ritè accommodantur priſca Senatus decreta ann. 1366. & 7. Idus Septembr. 1388. pro Bellouacorum Pontifice, in cœnobitas *de Bores*, quorum reiecta poſſeſſio eſt vinariæ decumæ pendendæ *de preſſoragio abſque ſolutione pro mera gutta, de mera gutta: & pro preſſoragio, de preſſoragio.* Vt cum Ioh. Gallo populariter loquar, in Quæſt. 134. Argum. Cap. Dudum De decim. Cap. ad decimas De reſtit. ſpoliat. In 6. Audita prouocationis cauſa, interfati ſunt LVTETIANI PATRES, teſtimoniis inquirendum de vulgari Cenomanorum vſu, alba necne vina, de quibus certamen erat, in doliis condi premíque ſoleant aliquantiſper. Nam ſi inibi non premerentur ex more, fruſtra Iudex inferior allegatæ poſſeſſionis fidem ſibi fieri decreuiſſet. Areſto ex tempore prolato. 7. Iduum Quintilium an. 1584. In forenſi Volumine cauſarum Pictauenſium, quùm Lamyus pro appellante dixiſſet, Chauuelinus, ediuersò, pro Antiſtita monialium Curtimontis, Conuentus monaſtici, in Valleduleria. Alia proſcriptorum Torcularium iura Dominica vide ſuprà Lib. 1. LEG. ANDEGAVEN. Cap. 27. artic. 4. 5. 6. Ibidem Nos accuratiùs de publica Mola frumentaria, cuius quidem ſeruitute exéptos nonnullos oſtendimus, Iuxta. §. 30. & 31. Andeg. Leg. Sed hoc ita obiter intellige, vt immunes huiuſmodi, ſuæ duntaxat in familiæ, médicorúmvè alimoniam frumenta conterát in priuata ac domeſtica mola, non vt publicè Molæ ſubditos in ſuam furtim alliciant. Sicuti præclarè excerptum voluitur in antiquiſſimo Curiæ Regeſto, OLIM dicto. Fol. 27. Nuper itidem Senatus, Dominicæ molæ interdictum prudenter temperauit fauore libertatis, ne qui frumenta externi Territorij molitum huc aduehérent, eo tenerentur Interdicto, néve publici piſtores, qui in alienum venale forum panes ſuos deferre conſueuerint. Inſigni Curię decreto 14. Kal. Octob. ann. 1563. ſecundùm Vicanos Gonneſij Pariſiorum pagi, aduerſus Carol. Graffardum, conductorem eius Molarum Vici regiarum.

> Parlamētare decretum die 7. Sept. ann. 1388.
>
> Interlocutio Curiæ Pariſien. *dõnee en plaidant du rolle de Poictou, entre le Prieuré de Courtamont, au Vaudulcer, & vn de ſes ſubiects.* Die 9. vel 10. Iulij an. 1584. *D'informer de la couſtume du pays, ſi l'on a acouſtumé d'y cuuer les vins blancs, au Vaudulcer.*
>
> *Nonobſtant qu'aucun ait moulin bannier, celuy qui eſt exempt dud. ban, peut moudre pour luy, & pour faire aumoſne, mais non pas pour enuoyer aux maiſons.*
>
> Parlamenti Areſtum die 18. Sept. an. 1563. *Sur l'appel de la Iuſtice du Threſor, touchant la Bannalité des moulins royaux de Gonneſſe.*

6. EXISTIT quoque vinarium *Bannum*, ſubditis prohibitorium vendundi minutatim vini intra 40. dies, quibus Dominicum venundetur. §. 184. 185. Andegauen. 319. Marchianæ, Conſuet. In ver. *Droict de Bandie.* Sed quemadmodùm prærogatiua iſthæc non aliis defertur apud Andes, quàm Caſtellaniis magnatibus: Ita duriuſculum ſit, omnibus tanti incolis Territorij, Vicaníſque interdici libero vini ſui con-

> *Ban à vin du ſeigneur contre les ſubiects vendans leur vin en detail.* Conſuet. art. 184. In Verſ.

Le Ban du ſeigneur, & bannalitez de moulins, fours, & preſſouers, ſunt Iuriſdictionis verius, quam feudi iura.

mercio. Dixerint enim iſti, Dominico interdicto teneri eos duntaxat, qui Caſtellario dynaſtæ purè ſubiiciantur: Vtpote habitatores primarij Caſtellaniæ Vici ſeu Comopolis, vel Caſtellani proximè beneficiarios: Non verò aliorum Caſtellaniæ Pagorum colonos, qui inferioribus Caſtellano dominis ſubſint. Argum. cita. §. 184. Nam peruulgatum eſt, clientis mei clientem mihi ſeruire non cogi. Bart. in l. ſi. finita. §. ſi de vectigalibus. π. De damn. infec. Cap. 1. §. ſoldata Tit. Quis dicat. Dux, Marchio, vel Com. Econtrà, allegabitur, *Banni* huius auctoritatem Caſtellariis toparchis nequicquàm attribui, velut eximiam ſingularémque, niſi in omnes eius Regiunculæ partes diffundatur. Vt enim demus, locorum incolas dominis parere Caſtellario ſubditis: vniuerſi certe Iure dicundo Caſtellanum agnoſcũt ſuperiorem. Nam & à Principe conceſſa Arce, vel Oppido, cõceditur merum imperium (à quo prædicta *Banna* pendent) in mediis Caſtellariæ ditionis finibus exercendum. Bald. ad l. vlt. π. De Conſtit. Princ. Bart. ad l. ſi quando De bon. vacant. Lib. 10. Cod. Ludouicus Roman. in Conſil. 444. Etſi enim Regiæ donationi Arcis, vel Oppidi non cedat Iuriſdictio, quæ à Regia, Ducalivè dignitate emanarit, ſeu quæ Principi, Ducive in Oppido competat, talium intuitu Dignitatum. Quoties tamen Caſtro, vel Oppido nexa eſt Iuridica poteſtas, illudque emancipatur ab aliquo, donati nomine, aut venditi, proprius eſt, Iuriſdictionem, vt rei connexam, ſubſequi, & ad emptorem fundi tranſire. Bart. in l. inter eos. π. De acquir. rer. domin. Vbi paucis diſcrimen interſerit Iuriſdictionis, quæ perſonæ, & alterius, quæ loco adhæreat. Quam diſtinctionem pariter amplectitur Ioh. Longouallius, in Explicat. l. Imperium π. De Iuriſdict. omn. iudic. Parte 4. Cum igitur dominica *Banna* ſeu interdicta, ſint Iuriſdictionis potiùs inſignia, quàm feudalis Beneficij: Multò magis vinarium etiam *Bannum*, quod Caſtellariis proceribus ſolis Andium Lege permiſſum eſt. Vnde ſequitur, iſtud intra Caſtellaniæ ſepta omnia exequi Caſtellano licere. Ac propterea Cenomanæ Legis paraphraſtes Roüilleus teſtatur, caupones Freſnayi Bellomontanorum oppiduli vicenas æris libellas annuas ſoluere conſueſſe Dominico Quæſtori Bellomontani Procomitatus, (cui Freſnayum reſpondet,) vt onere eximantur vinarij *Banni* dominici. In §. 201. Quòd ſi liquidò pateret antiqua eo iure fruendi formula & modus, nec Caſtellarios dynaſtas illo vti ſolitos, niſi in principis vici Caſtellaniæ habitatores, improbè poſtularetur, alios *Bannaria* obſtringi ſeruitute, quæ natiuam commerciorum libertatem infringeret, euerteret. Legitur certè in Alenconio ſolenni Tabulario Sententia, olim dicta ſecundùm Alenconiam Heroidem, in ſubditos Freſnaij oppidanos, de Interdicto vendundi ibidem minutatim vini ac ſigillatim. Quam Conſcripti Curię Sententiam tulêre, Palatinis libellis delegati, 14. Kal. Iunias an. 1507.

Ita ſi rex Gallus cuidam dederit oppidũ, villam, aut caſtrum, non venit in ea donatione iuriſdictio, quã ibidem Præſides, aut eorum legati in totã Prouinciam auctoritate regia exercent, Sed eam ſolam, quã oppidi illius domini in oppidanos, vel clientes ratione loci exercere cõſuerunt.

In Nannetenſi Camera Theſauri Britanniæ legitur priuilegiarium ius Reginaldo *de Beaumanoir* conceſſum *de vendre & faire vendre vin luy ſeul en la ville de Gandeluz chaſcun an vn mois, finiſſãt à la ſainct Iean, ſur peine de 60. ſols d'amende.* Die 14. Iul. an. 1428.

Freſnay, petite ville au Maine, dependant de Beaumont le Viſcomte.

Sententia Requeſtarum Palatij Die 19. Maij 1507. *touchãt le droict de ban ſur les vendans vin en detail en la ville & Bourgeoiſie de Freſnay le Viſcomte.* Extracta ex Inuentario Alenconien. Domus clariſſ.

Vnde notanda obiter vinarij *Banni* diſtinctio elegans. Qui enim, 7.
Caſtellariæ dignitatis titulo, illud obtinent, iis minimè neceſſaria eſt

vinearum

vinearum poſſeſſio, ex quibus profectitium vinum diuendant tempore promulgati *Banni*. Vt Rouilleus, Cenomanæ Legis ſcholiographus, colligit, ab communi ordinarióque Municipum vſu, ſcriptæ Conſuetud. interprete. In §. 202. cuius clauſulæ plurimùm conferunt ad ſimilem Andium Morem explanandum. At verò qui vetuſtis duntaxat Pactionum tabulis, longiſſimavè poſſeſſione ſibi vindicant tale Interdictum, his non licet, aduentitium ex alienis vitibus, emptitiúmque vinum minutatim diſtrahere. Artic. 184. Andegauen. Morum. Iiſdem alioquin *Banni* prærogatiua abnegatur: ne ea captioſè abutantur in perniciem liberi hominum commercij fauorabilis, reíque Annonariæ: quam onerari vexaríque, Leges Quiritium prohibuerunt. cita. §. 202. Cenomanæ Conſtitut. Municipalis, Et Vlpiani leg. Annonam. ff. De extraord. crim. Proinde nec, Dynaſtis iure præditis vinarij Interdicti, permiſſa eſt eius ceſſio, vel locatio in extraneum quemuis, aut priuatum: Nec Dominica huiuſmodi poteſtas perſonæ irrogata, ad alias tranſcriptitio nomine protrahitur, in diſpendium popularis libertatis. Præd. art. 202. Atque omnimodò, ſuperioribus hiſce Dominis indecora eſt nundinatio, ſordidáque vinarij negotiatio mercimonij: Ex qua, gentilitiæ etiam Nobilitatis Inſignia mercatoribus adimuntur. Iuxta Cæſaream Rubricam, Negotiatores ne militent; (Cod. lib. 12.) ac Leonis Auguſti Reſcriptum, Milites Cod. De locat.

Art. 184. Verſ. *durant led. Ban, vendre vin de ſon creu.*

Art 202. Verſ. *Et ſi leſdits ſeigneurs n'ont vins de leurdit creu, à ſuffire pour fournir durant led. ban, &c. ſont leſdits ſeigneurs priuez dud. ban pour icelle fois.*

Verſ. *Et vendront ou feront vendre leſd. vins en leurs mains, ſans qu'ils puiſſent affermer, ne autrement bailler led. droict à autruy, &c.*

8. Ad extremum, tricena præſcriptione augentur iuſta Dominica. Nam quota portio annui Vectigalis diutina poſſeſſione quæritur domino, vltra ſtatutum monumentis cenſualibus modum. Maſuerius in §. Item ſi tenementarius Tit. De locat. & iur. emphyt. Sicuti, ex aduerſo, ſubditi tempore liberantur reliquis ſolarij Dominici, vel parte ipſius dudum non ſoluta. Bartol. ad l. Malè agitur Cod. De præſcript. 30. vel 40. ann. Et in l. ſi priùs ff. De aqua pluu. arcen. Maſuer. in Tit. De præſcript. §. Item ſi ſolùm ſoluit partem cenſus per 30. annos. Quinetiam Andium Lege obtinet mutua inter patronum ac clientem vſucapio non tantùm vectigalis prædiarij, ſed & prædij ipſius viciſſim. §. 27. 204. 439. & 486. Andeg. Conſuet. Neque hoc omninò Feudalibus placitis aduerſatur. Ponamus enim, obſequia patrono debita præſcriptione temporis minimè tolli Iure communi. cap. Cùm non liceat. Cap. Ad audientiam, & Panormit. vtrobique De Præſcript. Nouus certè patronus auditur, varia ſe clientelæ munia dictitans exegiſſe à Mæuio, tanquam ſeruientis fundi poſſeſſore ſpatio. 30. annorum: Ex quo, fundi clientela ſit, rectúmque eidem partum Dominium. Speculat. in §. 2. Verſ. ſecundò quæritur. Tit. De Feudis. Bald. ad Cap. 1. §. ſi quis per. 30. Si de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. vaſal. Gloz. in Cap. 1. §. præterea De capitul. Conradi. In Feudis. His quoque eſt conſequens, beneficiarij prædij libertatem à Domino iuſtè vſucapi, ſi illud longiſſimo tempore quaſi liberum poſſederit: cliente tandiu rem ſuam non repetente. Tunc enim vtile cum

Regulariter quota cenſus, aliorúmque iurium Dominicorũ præſcribitur, à tanto ſcilicet, non à toto. Sed & Andium, Aruernorum, Borboniorum, & Biturigũ Conſuet. totus cenſus præſcribitur, 30. annis.

Conſuet. art. 204. ver. *Car Preſcription a lieu de ſubiect à Seigneur par 30. ans.*

Art. 439. *Le Seigneur de fief peut acquerir l'heritage, ou autres droicts de ſon ſubiect, ou autre ſeruitute par preſcription, ou tenement de 30. ans, ſans tiltre ſur l'heritage tenu de luy.*

recto dominium conſolidatur. Bald. & Præpoſ. in cita. §. ſi quis per 30. Gul.Cuneus ad l. ſi quis emptionis Cod. De præſcript. 30.vel 40. ann. Idque ex facto diſceptatum in Germania refert Zaſius, inter patronum illuſtrem, qui ſui beneficij rem perdiu tenuerat, & agnatos clienculi, qui illam paſſus fuerat tanto ſilentio à ſe abdicari. In Epitome Feudor. Parte. 6. His concinunt ſcripta à Boërio, in aurea Deciſ.211.

La ſaiſie feodale empeſche la preſcription du ſeigneur ſaiſiſſant.

Art.419. Andeg Leg. Verſ. *Sinon que le ſeigneur euſt poſſedé le fief de ſon vaſſal par ſaiſine & mainmiſe par faute d'homme, droicts ou debuoirs non payez.*

VERVM ſi patronus clientelare prædium inuaſerit iure feudi, ac Dominica manu occuparit, nullo tempore ſibi præſcribit. §. 439. Andeg. Conſuet. Hæc námque Dominica fundi poſſeſſio, quaſi ſeruientis, repugnat vſucapioni: cùm res cuique ſua non ſeruiat. Vt ſ. dictum eſt, pleniuſque tractatum à Nobis. Lib.1. LEGVM ANDEGAVEN. Rurſus non admittitur longæ poſſeſſionis præſcriptio contra Ius publicum ac bonos mores. Vt vult Papinianus l. 45. Cum Pomponij l. Vbi Lex inhibet ff. De Vſucap. Verbi gratia, dominus vectigalis fundi quotannis percepit triticei ſolarij modios binos, iuxta vas modiale, manſurarúmque Inſtrumentum publico latius & capacius: quod ille domi Inſtrumentum adſeruabat. Quadrageno dehinc anno, recuſant ſubditi frumentarium canonem, menſura illa domeſtica, exoluere, velut iniqua & adulterina: eámque poſcunt, ex ſuperioris Iuridici archetypo reduci ad legitimum modum. Menſuras enim, publici iuris eſſe & auctoritatis, quæ nullo priuatorú vſu, abuſuvè contrario infringi poſſit, ac violari. Ob id Romæ Prætextatus vrbis præfectus pondera per regiones vniuerſas inſtituit, cùm auiditati multorum ex libidine trutinas componentium occurri nequiret. Vt Marcellinus literis prodidit, lib.27. Hinc quoque Antoninus & Verus Auguſti Sextio Vero reſcripſerunt, menſuras priuatim contra Regionis conſuetudinem nullas probari debere. Ex Papirio Iuſto in l. Imperatores ff. De cõtrah. empt. Itaque licet tricena poſſeſſione tollantur rerum dominia, modulvè, aut forma ſoluendi cenſus diuturno vſu capiatur (Cap. ex parte Cap. olim De cenſib.) Falſus tamen vel titulus quærendæ rei, vel modius emetiendæ obſtat præſcriptioni temporis: cùm exordium rei bonæ fidei ratio non tueatur. Vt notat. in l. Celſus & l. cùm ſolus ff. De vſucap. l. Cùm hęres ff. De diuerſ. temporal. pręſcript. Nihilo ſeciùs pares, diſſonæque à Senatu feruntur de illa quæſtione ſententiæ. Circa Nonas Martias an. 1586. ad prouocationem ex Aruerno municipio, vbi Dominica etiam iura omnia triceno annorum curriculo præſcribuntur Fouſcherio Senatorij Ordinis collegis litem enucleante, in 4. Claſſe Curiæ Inquiſitoria. 9.

Proces party en la 4. Chambre des Enqueſtes. circa diem 7. Martij an.1586.

Venditi agri iugera emetienda ſint necne ad menſuram loci Contractus vẽditionis, an ſitus Rerum venditarum.

IN eodem menſurarum themate, perſtringam obiter motam in Curia Pariſ. de illarú varietate controuerſiam. Aureliæ ciues duo pactum ineunt de Bleſenſibus aliquot fundis diſtrahendis. Alter enim alteri eos fundos ære mancipauit, certo iugerum numero definitos ac æſtimatos. Paucis inde diebus, emptor agros emenſus eſt, modumque agri minorem inuenit, iuxta menſuram Bleſenſis prouinciolæ, cuius 10

agri

agri ſolo continentur. Ideóque in auctorem ſuum iudicio experitur, qui pro iugerum quantitate obligatus ſit, vt eam ſuppleat. Pauli l. ſi ſeruum. §. 1. ff. De action. empt. Venditor autem ſe tuetur loco celebrati contractus, apud Aureliam: cuius inſpecta Menſura, nihil deſit ex numero, ac modo iugerum lege mancipi dicto. Re diu multúmque concertata, ſuccubuit venditor Sententia inferioris Aureliæ Magiſtratus. Sed à venditore appellatus Præſes prouinciæ iudicauit aduerſus emptorem. Senatus tandem ex prouocatione aditus, priorem Sententiam comprobauit. Decreto in forenſi cauſarum Actione, 4. Nonas Quintiles ann. 1585. Quùm Leueſtus pro appellante, & Marieus pro aduerſario peroraſſent. Venditori vtique Iuris argumenta ſuppetebant, quibus ſpectandam loci menſuram cõtractæ venditionis oſtenderet. Semper enim in ſtipulationibus id ſequimur, quod actum eſt. Vnde ſi non apparet, quid acti ſit, proximum eſt, vt id ſequamur, quod in Regione, in qua id actum eſt, frequentatur. l. ſemper. ff. De regul. Iur. Ibique Bartol. nuncupatim. Et in l. ſi fundus D. de euiction. Alexand. in Reſpon. 22. Num. 27. Volum. 2. Vbi diſtrictè aſſerit, morem loci contractus attendi debere. Ex Baldi iudicio, Cyni, & Speculat. Doctor. in Cap. Quod clericis De foro compet. His concinnè aptatur ratio Vlpiani in l. 31. §. quia aſſidua ff. De Ædil. edic. l. ſi priùs. §. placuit. ff. De aqua pluu. arcen. Ei quoque parti ſubſcribens Barbatias Conſil. 14. ait, locum initæ conuentionis intuendum. Bartol. ad l. Cunctos populos Cod. De ſumma trinit. Poſt Innocentium in Cap. 1. De Conſuet. Num. 7. Ab contextu. l. 1. ff. De Vſur. Iaſon. denique in Conſil. 133. Volum. 4. Cum Karoli Ruyni Reſponſo. 117. Alij verò, bimembrem hanc negotio adhibent diſtinctionem, vt ſi nihil de menſura rei priuatim conuenerit, de ea cautum cenſeatur, quę pacti pretij ſummæ reſpondeat aptiùs, eíque propiùs cohæreat. (leg. 1. ff. De reb. dub.) Sin autem id ex pretij ſorte coniici nequeat ac dignoſci, tunc leuiorem menſuram, in ambiguo, ſumi oporteat. Iani Raunaudi ſententia, in Tract. De menſuris, Ex l. Nummis. ff. De legat. 3. Iuſtior tamen eſt diuerſa opinio, venditi agri menſuram ex lege petendam ſitus prædiorum, non loci pactæ venditionis. Albericus nominatim in l. Arbitrio. §. de eo In fi. ff. De dolo Argum. l. ſi prædium Cod. De præd. minor. Alciat. in l. vinum Num. 33. D. ſi cert. pet. Cui accedit Oldradi I.C. reſponſum. 167. Num. 1. Inibi enim videtur quis contraxiſſe, vbi ſoluturum ſe receperit, obligarit. l. contraxiſſe. ff. De Obligat. & Action. l. 3. ff. De bon. auctor. iudic. poſſid. l. hæres. §. vlt. ff. De Iudic. Atque ita demùm Subalpinus Senatus decreuit pro Aleramo Pontano, ciue Montiſregalis, aduerſus Petr. Begiamum, D. Albani condominum. Vt refert Cacheranus Ozaſcus, in Togato illo Ordine Præſes ſecundus, & Allobrogici Ducis in Prætorio Conſiliarius, Deciſione Pedemontana 114. Abs qua nihilum diſſidet Antonij Solæ obſeruatio, in Commentariis ſuis Allobrogic. Edictorum, Quęnam ſit rerum menſura ſectanda. Ex quo etiam obiter elicitur, Regionis cuiuſque patresfamil.

Areſtum Pariſienſe *donné en plaidoyrie, Leueſt, & le Maire plaidãs pour les parties*, Die 4. Iulij an. 1585. *ſur l'appel du Bailly d'Orleans, qui auoit infirmé la ſentence du Preuoſt.*

Vbi de meſura mentio fit. in dubio intelligitur de communi. Innocent. ad Cap Ex parte De cenſib Tractat quoq; has Menſurarum quæſtiones Tiraquellus in ſuo Opere. De Retractu lineari. §. 1. Gloz. 1. Num. 49.

Decretum ſupremæ Curiæ Taurinenſis, de menſura prædiorum venditorum.

Antõn. Solæ iudicio. Cenſus menſurabilium exigendi non ſunt, niſi cum menſura loci, in quo debentur.

in fundorum venditione modum agri dicere conſueſſe. Ita Aggeni Vrbic.ad Frontin.teſtimonio,ſoliti erant antiqui,in conductiones,ac in emptiones modum comprehendere,& hac cauere formula, FVNDVM ILLVM, IVGERA TOT, IN SINGVLIS IVGERIBVS TANTVM. Hinc admetiendi prædij gratia Menſores adhibiti, qui de modo renuntiarent. Pauli.l.Qui fundum ✠.De contrah.empt.Pompon.l.ſi duorum ✠.De action. emp. Vlpian.l. Iulianus §. ſi Titius D. Eod. & l.1. D. Si menſ.falſ.mod.dix.Denique ex agrorum modo venditioni condicto, lucidè diſcernitur iuſta ipſorum quantitas,& quidnam emptori,lege contractus, præſtandum ſit. Nam ſi paciſcentes ordiantur à numero & menſura fundorum,nil tùm ampliùs in actum deducitur,quàm quod adſcripto numero & menſura ſignificetur.Sinverò contrahentes inchoarint à nominibus certam deſignantibus ſpeciem, corpuſvè determinatum,quod illi poſtea demetiantur,tunc menſuræ adiectio, ceu demonſtratio falſa,nec vitiat,nec minuit id cui adiicitur. Oldradi I.C. Reſponſo luculento.192.ex leg.Quidam teſtamento.l.ſi ſeruus legatus §.qui quinque ✠.De legat.1.l.His verbis §.pater.✠.De legat. 3.l.ſi venditor.D.act.emp.Secundùm quæ,Tholoſani Senatus decretum promitur à G.Maynardo,eius Conſiliario Curiæ,latum Februar. Menſe an.1580.Volum.4.Quæſtion.Iuris ab eadem Curia deciſarum Cap.28.

Tholoſanum Areſtū.

Tit. IIII.

DE HONORIFICIS IN PATRONOS EXTRA ORDINEM OBSEQVIIS.

1. *Ad quid teneantur Barones Diœceſanorum Præſulum* feudatarij,*& quibus gaudeant prærogatiuis.*
2. *Baroniæ* feudalitas *ſuperior Epiſcopalis vendita, & redempta, cenſetur primæuo ſuo iure.*
3. *Dominica Vaſallorum conuocatio publica*, Bannum, *&* Retrobannum.
4. *Quatenùs vaſalli dominum in bello iuuare teneantur.*
5. *An vaſallus proprio ſumptu ſeruire domino cogatur.*
6. *De iure* du Guet & garde *Caſtri domini feudi.*
7. *Liceatnè domino feudali non habenti altam Iuriſdictionem, Arma ſua, & Inſignia locis publicis & columnis erectis apponere.*
8. *In maioribus feudis,quis honor egregius offerendæ fidei domino feudi.*

Domino vaſallum in fidem recipere ſine cauſa recuſante,quod vaſallo remedium competat.

1. EPISCOPORVM clientes Barones quatuor tenentur, ſublimes illos efferre per mediam Ciuitatem primo quoque Diœceſani pontificis in eam introitu. Quales dynaſtæ principem Nobilitatis locum obtinent, ſiue in ſeſſione, vel inceſſu cum Epiſcopo, aut ipſius Cathedra contrectanda. Sic Heduenſis Præſulis beneficiarios legimus Barones nonnullos, eo prærogatæ dignitatis honore, vt dum inſigne illud in patronos Epiſcopos ineunt officium, reliquos Nobiles diœceſanos antecedant. Eos Chaſſeneus, Heduus, vocat Sullyacum, Luxiacum, Motham D. Iohannis, & Monpetroſum Barones. In Catalogo glor. mun. Parte. 8. Conſiderat, 15. Armorico itidem Rhedonum Antiſtiti præſtò adſunt Britanniæ Proceres clientes quatuor, his Baronatuum titulis Pontiſcaſtri, Radeſiarum, Enceniaci, & Caſtribriandi. Vt luculento Regeſto paret publicarum Rationum Celticæ Britanniæ an. 1385. Quinimò Barones inter ipſos pontificales, ſtat præminentia quædam, & præſeſſionis gradus. Vtpută Nouioduni ad Ligerim. Antiſtiti quatuor ſubſunt Barones beneficiarij, *de Druy, de Poizeux, de Cours les Barres, de Giury*. Quibus de ſeſſionis ordine certantibus ius dixêre Lutetiani Senatores, qui Palatinis libellis cognoſcendis præſunt. Ab iis enim decretum, Baroniam Druydam, maioris dignationis beneficium eſſe pontificale, ac ſolenni Epiſcoporum in vrbem ingreſſu, celebrivè alio Baronum Epiſcopalium conuẽtu, Druydem, eiuſvè procuratorem alios tres anteire debere. Graui Sententia pridie Kalend. Martias ann. 1589. Quin & ſi alter altero ſe Barone iactitet forſan auitis clariorem imaginibus, prædicta certè honoris eminentia rei tribuitur, Feudalíque beneficio, non perſonæ. Andr. Yſernias in Cap. 1. De capitan. qui cur. vendid. In Feudis. Et Chaſſeneus vbi ſ.

Barones epiſcopales ſeu Epiſcoporum, feudatarij.

Epiſcopi *d'Auſtun*, feudatarij Barones. de Sullyaco, de Luxiaco, de Motha S. Iohannis, & de Montepetroſo.

Quatre Barons de l'Eueſque de Rennes, Pontchaſteau, Rays, Ancenis, & Chaſteaubriant, In Regiſtris quoq; Nãnetenſis Cameræ cõputorũ reperitur interpellatio ſolennis facta à Nannetum Epiſcopo, Duci Britanniæ, tanquam Baroni Radeſiarum, adſiſtendi primario in Ciuitatem Epiſcopalem ingreſſui eiuſdem Antiſtitis. Die 20. Mart. an. 1383.

Sententia Conſiliariorum Requeſtarum Palatij Pariſien. Die 28 an. Febr ann. 1589. Inter Barones Niuernenſis Epiſcopi vaſallos.

De hac itidem Baronis *de Druy* prærogatiua, ſit ne realis, an perſonalis, Nos ſuprà lib. 1. cap. 43. In fi.

2. PROPONE autem, rectum Baronatus dominium, quod Epiſcopo competebat, alienatum Principali Edicto Francico, in ſacri Belli ſubſidium ann. 1563. Quæro, nûm ſi Epiſcopus illud redemerit ab emptore publico, iiſdem, quibus antea, vtatur feudi prærogatiuis? Nec enim huius rei exempla deſunt, quûm Vilhelm. Ruzeus Andium pontifex iudicio recuperarit in Baroniam Chemilleam Dominatum ſuperiorem, quem Karol. Borbonius Rupiſſuryonæ regulus, vxorióque iure Chemilleus Baro, coëmerat ex Principis Conſtitutione ſupradicta. Vt liquet Senatorio decreto pridie Kalend. Martias ann. 1582. quod inter litigatores vltrò prolatum eſt, ad Præſulis appellationem à Sententia Andenſis Suppræfecti pridie Nonas Ianuar. an. 1564. in Vidonem *Deſpeaux* hæredem Philippe *de Monteſpedon*, viduæ Borbonij emptoris. Cenſeo igitur hoc caſu, diœceſanum Antiſtitem poſtliminio frui debere eodem, quo priùs, honorario iure in

Primum Edictum de rebus Gallicæ Eccleſiæ alienãdis in cauſam ſanctæ expeditionis aduerſus Hæreticos. Menſe Maio an. 1563.

Areſtum Curiæ Pariſien. *par Appoinctè eſt. entre Brigard aduocat de l'Eueſque & Chandomant aduocat du ſieur Deſpeaux*. Die vlt. Feb. an. 1582. *ſur l'appel de la ſentence du 4. Ianuier.* an. 1564. *touchant la*

Feodalité Epiſcopale ſur la Baronie de Chemille, n'agueres faict Comte, en faueur du Prince de la Rocheſuryon.

Baronatum veteris clientelæ ſuæ. Similiter enim Labeo ait, ſi rem, quam apud te depoſueram, lucri faciundi cauſa vendideris, deinde ex pœnitentia redemeris, eodémque ſtatu habeas, videri in poteſtatem meam rediiſſe. Secundùm Proculi ſententiam. l. 3. §. Item Labeo ꝟ. De Vſucap. Tantumdem & ſi, mortuo teſtatore, ineunda ſit ratio æſtimationis patrimonij pro computatione legis Falcidiæ: Vbi res ab ipſo teſtatore diſtracta ſub lege commiſſoria, vel in diem addicta, cónumeratur in patrimonio ipſius venditoris, non emptoris. Quod non ob aliud fit, quàm quia ſpes eſt, rem ipſam, eueniente conditione, regreſſuram ad venditorem: nec ideo videtur ea res ab ipſo diſceſſiſſe. Vt vult Hermogenianus l. ſtatu liber. D. Ad Leg. Falcid.

Venir au Ban & mandement du Seigneur.

Inde Bannitus, infrà, euocatus. Legis Frãc. lib. 3. cap. 64. & lib. 4. cap. 72.

ILLVSTRIBVS item patronis ius eſt, clientulos edicto præconióque citandi, vocandi. Ex quo BANNVM appellatum, & HERIBANNVM: Edicto ſcilicet, delectus, cum pœna non reſpondentis ad delectum, quam & *Heriſchuldam* Germani nuncupant. Vt eſt apud Auentinum. Eo fermè pacto Karolum Mag. tradunt, cùm publica Ordinum Comitia ſtatuiſſet cogi, Taſſilonem Boiorum Ducem, & reliquos VASSOS ſuos iiſdem adeſſe Comitiis præcepiſſe. Aimoyno teſte, Rerum Francic. Lib. 4. Cap. 80. Nec multò aliter Karolus. 4. Cæſ. ex Italia reuerſus ſolennem habuit Procerum Germaniæ conuentum apud Mediomatrices an. 1356. Vbi omnes propemodùm Imperij ſummates, qui eò coïerant, *Regalia ſua de manu Imperatoris ſuſceperunt*. Auctore. I. Tritemio, Cap. 33. Quinimò edictis accito clienti neceſſe fuit quondam, patronum comitari, qui Romanum Auguſtum Romam deduceret, aut in Rom. Imperij hoſtes proficiſceretur. Alioquin beneficiarius trientem fructuum beneficij eius anni pendere compellebatur in Germania, vel duodenos denarios pro modio fructuum, apud Langobardos. Sed temporum progreſſu alio iure vti cœptum: quia cliens euocatus, vt dominum comes ſequeretur, aut ipſe venire, aut Vicarium ſubmittere ooterat æque habilem & aptum operæ præſtandæ. Vt colligitur ex Cap. 1. §. ſimiliter De Capit. Conradi. Cap. 1. §. firmiter De prohib. feud. alienat. per Frider. Et ibi Baldus. Neque hinc abludit Mos Andi um §. 135. At Cornelij Taciti ſeculo vaſalli comites dicebantur, quòd dominũ ipſi bello comitarentur. Peculiari tamen Neuſtriæ priuilegio, adhibitum fuit Militari huic operæ temperamentum. Ex Normanica Charta Ludou. Hutini regis, Quintil. Menſ. an. 1315. in hunc modum. *Quòd illi Nobiles, & Jgnobiles, qui nobis & ſucceſſoribus noſtris in guerris & exercitibus noſtris certa debent ſeruitia, ipſis ſeruitiis perſolutis, liberi maneant & immunes; Nec vlteriùs per nos, aut noſtros ſucceſſores poſſint cogi inuiti ad alia ſeruitia exercitus nobis facienda: niſi in caſu, quo, Retrobannum, ex cauſa imminenti, rationabiliter fieri oporteret, &c.* 3.

Conuentus Imperialium Principum in vrbe Metenſi.

Art. 135. Verſ. *En iceux cas ils ſeront tenus bailler gens ſuffiſans aux autres ſeigneurs, à qui ils doiuêt ligence, &c.*

Charte Normande.

INDE prudenter Scitis feudalibus prouiſum eſt, patronos à clien- 4.

tibus

tibus ſine exceptione iuuandos, ſi iuſtè cum alio digladientur: ſinautem iniuſtè, ad Dominicæ ſalutis defenſionem tantum, non ad offenſionem alterius. §. 1. cum Gloz. & Bald. Quib. mod. feudum amitt. In Feud. Auxilium verò patronis dandum ſic interpretamur, vt & ipſorum hoſtes clientuli ſuis arceant finibus, nedùm feudalibus latifundiis, neque eos hoſpitio excipiant, ſed omni ſtudio & conatu iis obſiſtant. Ananias in Reſponſo 7. Raphaël Cuman. in Conſil. 161. Zaſius, Epitomes Feudor. Parte. 7. Quòd ſi patronus cum ſuis beneficiariis non ferat ſuppetias militanti Principi, ſiue etiam aduerſas ei partes foueat, præualet Regia cauſa, vt noſtri Principis ſubclietes huic re armíſque opitulentur. Speculat. in §. quoniam De Feudis Verſ. vaſallus vaſalli. Andræ. in Cap. Imperialem §. præterea inter duos De prohib. feud. alienat. Matth. Afflictus in Neapolit. Deciſ. 265. Num. 107. Ac Lib. 3. Conſtitut. Neapolit. Tit. 15. De *aſſecuratione* Dominorum à vaſallis Num. 16. 17. 18. Antiquior enim Dominus cunctis aliis præferri debet, Feudalibus inſtitutis. Cap. 1. Hîc finitur Lex, &c. In Feud. Quibus arridet ciuicus Mos Andegauorum. §. 135. Nec quenquam moueat Feudiſtica regula, beneficiarij mei beneficiarium mihi neutiquàm beneficij nomine obligari. Nam hoc intelligitur de ſubbeneficiariis, qui alia ex re, quàm mea, clienti meo deuincti ſint ſacramento, non autem ſi res mea à cliente in ſubbeneficium alteri mancipetur. Vt Baldus ſedulò obſeruauit, ad §. rurſus Num. 9. Tit. De controuerſ. inueſtit. Cui non malè reſpondet Andium Lex prouincialis. §. 6. Quoties item ſuperior patronus ampliſſima præditus eſt Iuriſdictione, tunc ceſſat Feudiſticum dogma, clientem clientis mei non eſſe clientem meum. Baldus nuncupatim, ad §. hæc ſunt nomina Tit. De Pace Conſtantiæ. In Feud. Nam & eo caſu beneficiarij, qui in proxima Iuridici maioris clientela ſunt, ritè coguntur ſuos clientes adigere, ad iuſiurandum clientelare ſuperiori illi præſtandum. Vt ibidem Baldus aſſeuerat, poſt Speculat. in §. quoniam Verſ. 14. quæritur De Feud. Idque Imperatoria Friderici ſanctione comprehenſum eſt. §. illud quoque De feudis non alienan.

Art. 135. Verſ. *Sauf qu'ils obeyront au Prince, auant tous autres.*

Vaſallus vaſalli mei nõ eſt vaſallus meus, niſi hic ſubuaſallus rem meam à vaſallo meo in feudum accepiſſet.

Andeg. Legis §. 6: verſ. *Auſſi pourra contraindre les ſubiects prochains & immediats de ſes hommes de foy à declarer en gros, & non par le menu leurs obeiſſances de fief par moyen.*

Homo hominis mei non eſt homo meus, niſi aliàs habeam Iuriſdictionem generalem. Nam Lege Friderici Vaſallus vaſalli regij eſt Vaſallus regius.

5. QVÆSO autem, propriíſnè ſumptibus cliens patrono ſeruiet? Ita ſeruire debere, viſum Guliel. Durando, in cita. §. quoniam Verſ. 22: Bald. in Cap. 1. Verſ. alia quæſtio formatur De capitan. qui cur. vendid. Credo vtique, explorandum imprimis de eo beneficiariæ Pactionis Formulam, nec à præſcriptis iſthîc conditionibus recedendum. Qua deficiente Cautione, videndum, lauta ſit necnè, an tenuis res beneficiaria. Nam illo caſu, rectius eſt, locupletem clientem ſuis impendiis operas Domino præbere: (Argumen. §. 136. Andegauen. Leg.) Hoc verò, inopem *vaſallum* tali ſumptu exonerari. Germanica tamen conſuetudine, clientes ſuo victu & impenſa adeunt Dominicam Curiam pro iure dicundo. Sicuti de ſua Germania Zaſius memorat, Parte. 7. Feudiſticæ Epitomes. At ſi patronus in longinqua pro-

Art. 136. Andeg. Cõſuet. Ibi. *Ceux doiuent faire leurs gardes à leurs deſpens, quand ils en ſont ſemons, & les y peut on contraindre, &c.*

4. *Fenda impoſita cum onere fideiubendi pro domino.*
5. Banna,*ſeu Interdicta dominica in ſubditos.*
Bannalia *Torcularia.*
6. Bannum *vinarium,& in quos exerceatur.*
7. *Iure vinarij* Banni *non fruitur Dominus,qui nulla habeat ex propriis vitibus collecta vina,ſed aliunde quæſita.*
8. *Præſcriptio Feudalium iurium inter dominum & vaſallum.*
9. *Dominus poßidens iure feudi, non præſcribus vtile dominium,nec etiam contra ius publicum.*
10. *Ius* menſurandi *publicum eſt.*
Menſura prædiorum, ſecundùm conſuetudinem Loci, vbi ſita ſunt prædia, fieri debet, non ſecundùm conſuetudinem Loci Contractus.

Doublage du debuoir ſeigneurial en l'un des 3 cas de la Couſtume, ou pour la Chevalerie du Seigneur, pour le mariage de ſa fille, ou pour la rançon du Seigneur priſonnier de guerre en la bataille du Roy, ou de ſon Prince naturel.

NOBILES pariter viri extra ordinem indicere beneficiariis ſuis poſſunt æris collationem legitimam, eòque annua ſibi debita conduplicare triplici caſu. Nempe in ſumptum Equeſtris militiæ ac balthei, cui patronus recens accinctus ſit: in filiæ dotem primogeniæ, quæ generoſo viro nupſerit, tum in redemptionem patroni bello capti in Regia expeditione. §. 128. 129. 130. Andeg. Conſuet. Id quod Delphinates etiam de more ſeruare, tradit Vidus Papa, Quæſt. 57. Speciatim verò Andium Lex de ea ſanxit natalibus illuſtri filia, quæ ſtemmatum luce conſpicuum nacta ſit coniugem. cita §. 128. 241. 242. patrij Moris. Nam alioqui plebeio enupta, capite minuitur quodammodò, & natalitium generis decus amittit. §. 252. 255. 301. Andeg. Conſuet. Idque à Delphinate Senatu pronunciatum fuit Menſe Decembr. an. 1459. ſecundùm Ædiles vrbis Dienſis, aduerſus Mariam *de CeZerino*, quæ genere clara ignobilem virum connubio acceperat. Ex l. Mulieres De Incol. Lib. 10. Cod. l. 1. In fi. De dignitat. Lib. 12. Cod. Archydiac. in Cap. Si quis De Sepult. In 6. Quinetiam generoſa coniux, quæ cenſu diſparata ſit ab ignobili viro, æque plebeiis ſubiacet rei nummariæ Indictionibus, ac ſi obſcuris ipſa natalibus orta eſſet. Nec enim connubialis opum ſeparatio coniugium dirimit abſque thori ſolutione. De quo Nos alibi. Sic Virginia, Romæ, patritia cùm eſſet, per nuptias facta eſt plebeia indiſcriminatim, eamque matronarum chorus ſacris pudicitiæ patritiæ ſummouit. Liuij. 10. Sed & ibidem clientes elocabant de ſuo filias patronorum: & hos adeo, ipſorumve filios ab hoſte captiuos redimebant. Auctore Dionyſio, antiquit. Roman. Lib. 2. Quò vergunt etiam libertorum in patronos dona ac munera, queîs iureiurando obligatos illos ait Vlpianus. l. 7. §. iuraſſe π. De operis libert. Et Venuleius I. C. in l. vlt. π. De liber. cauſa. Vt ergo rem repetam in 1.

Conſuet. Artic. 128. Verſ *pour le mariage de la fille aiſnee emparagée noblement.*

Areſti huius Delphinalis meminit Guido Papa in Quæſt. 310.

Domanij Francici Lib. 3. Tit. 19. Art. 12.

Virginica Auli filia Volumnio Plebeio nupta.

Quãtum vaſalli domino ſoluunt, *au cas du doublage de ſes tailles ou devoirs*, tantum à ſubditis ſuis inferioribus poſſunt exigere. §. 130. Andeg. Leg.

in noſtræ Ciuitatis Iure explanando quæſitum fuit, an extante nobilis patroni filio vel anniculo quidem, filia tanquam primogenita, dotari deberet ſubditorum impendiis. Dubitandi argumentum erat, quòd maris filij ſuperuentus filiam excludat iure primigeniorum §. 226. Andeg. Conſuet. Quoniam verò Mos noſter, qui Dominicam præſtationem geminari iubet in gratiam primigeniæ, ſpectat tantùm dotis cauſam filiæ ipſius, neceſſariíque fauorem matrimonij, probabilius eſt, maris concurſu primogeniti Conſtitutionem patriam non ceſſare: ſed dotata natu maxima, iuniores filias eodem priuilegio neutiquàm vti. Oneroſior quippe eſt hæc, odioſáque ſeruilis intributionis repetitio ex eadem dotis cauſa: Quam multis oppugnat Tiraquellus, Quæſt. 70. Tractat. Primigen. Vnà cum Chaſſeneo, in Burgun. Conſuet. Tit. 1. §. 4. Exin vetere Armeniaci Comitis Tranſactione cum Ædilibus Ruthenis ſubditis, cauta fuit illi popularis, extra ordinem, æris collatio in redemptionem captiui Domini, aut gnatæ nuptias ætate grandioris. Authentico Inſtrumento an. 1323. quod in Alenconio Chartario viſitur. Atque vt Principis exemplum ferè ſectatur Orbis, decreta eſt antiquitùs, in dotem Regiæ vnius maioris filiæ, pecuniaria tributio Ordinibus Pop. S. Conſulto in peruigiliis ſacræ Purificationis an. 1270. Cuius tenorem libuit his attexere. *Ciuibus Bituricis contradicentibus ſoluere auxilium domino Regi pro militia primogeniti ſui, & pro maritagio primogenitæ ſuæ, & dicentibus ſe non teneri ad hoc per Chartam regiam, & per longum vſum. Viſa charta, præcipuè verbis illis, per quæ volebant ſe tueri ſuper hoc, quæ talia erant, videlicet de tolta, talia, botagio, & culcitrorum exactione ſunt immunes.* Dictum *fuit per ius, quòd tenentur ad præd. Auxilium faciendum, & pro auxilio ſoluent hac vice duas mille libras Turonen.* Cùm igitur talis ſubſidij à Domino exigendi ingruet neceſſitas, præconio monebuntur ſubditi Andegauenſes, vt quo die iuſta Dominica pendi aſſolent, eodem duplicia exoluantur. Pannonibus quoque de eo proditum eſt Ius *Conſuetudinarium.* RVSTICVS AD PRIMITIAS, ET NVPTIAS SVB SIDIVM TOLLERABILE PRÆSTAT. Ex tripartito Opere Conſuetudinum Regni Hungarici, quas poſt annos. 360. neglectas ſedulò digeſſerunt Vverbevvczius, & Balbus præpoſitus, à Nobis ſ. citati. Gallica autem vetuſtas, Iano rege in Anglia captiuo, recenſuit Andegauæ Nobilitatis ſeriem: cui ſigillatim indicta ſit rei nummariæ collatio in Principis redemptionem. Ex Actis Nannetenſium Ratiociniorum, Idibus Octobris. an. 1360.

Aydes Couſtumiers.

In exorbitantibus vt mētio hæredis intelligitur ſolùm de primo hærede. l. Cum antiquitas. Cod. De viufr. Ita nuptiarum mentio ſpectat primas nuptias, non ſecūdas, earumvè onus iterandum l. Boues. §. hoc ſermone. ff. De verb. ſignif.

Inuentarium Titulorum Alenconiæ Principis Familiæ, vbi Cōpoſitio Conſulū *du bourg de Rodez ...* [illegible]

Areſtum in Pallamēto Candeloſæ. an. 12 0.

Hi duo Leges Conſuetudinarias Hūgariæ quūm redegiſſēt in ordinem. Latinè ſcripſerūt. Liber autem typis impreſſus eſt apud Viennam Auſtriæ an. 1581. cura Ioha. Sābuci Conſiliarij & Hiſtoriographi Rudolphi. 2. Imperat.

Rolle des Nobles de la Seneſchaucée d'Anjou, ſur leſquels fut impoſée la ſomme de. 400. ſ. vieux pour la rançon & deliurance du Roy Iehan. Extrait de la Chambre des Comtes de Nantes. die 15. Octob. 1360

2. QVOD ſi iſtud nummariæ penſitationis onus detrectent ſubditi, dominus vtiliter experietur interdicto Vti poſſidetis. Argum. Cap. Querelam. De elect. Perſimilem enim poſſeſſionem Allobrogicus Senatus adiudicauit Iohanni, Cameræ Allobrogū Marchioni, aduerſus Vicanos *de la Croix, Rotherens, Preſles, Verneys, & Eſtable.* Hi namque iudicio damnati ſunt, pecunias domino contribuere, quaſi dota-

Duo Areſta Parlamenti *de Chambery en Sauoye.* Die. vlt Auguſti an. 1580. Et die. 9. Iunij. an. 1581.

Pour le Marquis de la Chambre pourſuyuant pour Beatrix de la Châbre femme du ſieur de la Gruiuze, & Philiberte femme du Baro de Neufuy. Les ſubiects du Marquis de la Chambre condamnez à payer l'ayde tant pour le paſſe que pour l'aduenir des autres mariages des filles aiſnées de la maiſon de la Chambre, & payer ledit ayde à raiſon de 4. florins pour chacun feu, leſquels ſe departiront eſgalement ſur leſdits ſubiects.

Karolus Valeſius Andium Comes, pretio ſex mille librarũ vẽdidit Andegauæ vrbis ciuibus Tailliam mille librarum, biẽnio quoque ex iis percipi ſolitam. Literis an. 1[illegible]9. quæ in Scriniis Andegauen. extant.

Lib. 3. Tit. 4 Art. 7. 8. 9. 10.

Soli Habitatores Terrarum domanialium Regis, *declarez contribuables à ſeul aides extraordinaires Royales.*

Les Habitans des. 4. Chaſtellenies, de Nogent le Roy, Annet, Breual, & Montchauvet, condamnez ſeruir & cõtribuer aux fraiz de la cheualerie du fils de Roy.

Inqueſtę expeditæ & determinatæ in Parlam. Pentecoſtes an. 1273.

Vetus quoque extat Tranſactio Baronum S. Chaumontis in Foreſio Comitatu cum ſubditis Die. 9. Febr. an. 1496. *Touchant la taille ſeigneuriale, ou droit d'ayde au Seigneur. (iuſques à la. 12 partie de leur terre) accordee en. 4 cas. Aſçauoir de la cheualerie dud. Seign. de ſa Rançon, du mariage de ſa fille, & en ca d'Acquiſition par luy de quelque terre.*

les Beatricis primigeniæ ſororis, & Philibertæ grãdioris filiæ Marchionis actoris. Bino Camerinorum Patrum decreto, quod legi multoties, Pridie Kalend. Septembr. an. 1580. Et quinto Iduum Iuniarum an. 1581. Planè Siculis legibus Dominica indictio valet, in ſingularum dotem patroni filiarum. Cæſarea Friderici ſanctione Neapolit. De adiutoriis exigendis ab hominibus. Vbi Afflictus. Num. 13. Iis adplicatur Boerij tractatus in Deciſ. Burdigalẽſi. 131. Verùm ad ſpurias, nothaſvè filias non trahuntur municipales Conſtitutiones prædictę, quæ de iuſtis ſolùm liberis ſtrictim intelliguntur. Afflictus vbi ſ. Num. 23. 24. Nec ea in parte Boërio aſſentior, ſcribenti, nummorum exactionem Dominicam in nothis perinde, ac legitimis filiabus procedere Francico Vſu. In Burdigalen. Quæſt. 127. Num. 19 Imò nec opinor, petendi ſubſidij filiæ ius eſſe patronæ, cui locuplex dotale prædiũ honeſtè ſufficiat: Etſi in diuerſam opinionem propenſiùs feratur Boërius, Deciſ. 130. Atque haud temerè augenda ſubditorum vectigalia, innuit Lex Iuſtinianea penul. §. 2. De Agricol. & cenſit. Lib. xj. Cod. In Ver. aliquam innouationem, vel violentiam eis inferre. Cap. Prohibemus De cenſib. Speculat. in §. Nunc videndum Tit. De cenſib. Bald. ad Cap. 1. Qualit. vaſall. iurar. deb. fidelitat In Feudis. Aliud tamen cenſendũ de filia vnica, nondùm hærede, quam pater nuptui collocatum velit. Huic enim pecuniariam filiæ dotem adſignanti, ęquum eſt ſubueniri. cita. §. 128. Andeg. Cõſuet. Martin. Laude. in Cap 1. An apud iudic. vel dom. feudi quęſt. termin. Ac omninò in Dominicis hiſce iuribus diſpicienda verba Conſtitutionis cuiuſque Prouincialis: A quibus ne tranſuerſum quidem vnguem eſt deflectendum. Vt Matthæus tradit, Neapolit. Cõſtitut. Lib. 3. Rubr. 17. Reliqua de eo peruolue, DOMANII FRANCICI Lib. 3. Princeps vtique, in ſuos duntaxat, Fiſcaliſque Patrimonij ciues, iure præditus fertur nummorũ indictiuo ex cauſis ſupraſcriptis. Vti priſco Curię Areſto deciſum fuit an. 1334. damnatique iam antea Regiarum. 4. Caſtellaniarum incolæ, collatitio ære defungi in Equeſtrem Philippi dignitatem, Regij primogeniti. Decreto *Parlamentari* an. 1270. quùm Ludouicus Diuę memoriæ, Gallica Sceptra moderaretur. Porro quoad inferiores Dynaſtas attinet, qui aduentitium ſimile tributũ ſibi arrogent in ſubditos, inuendus eſt cuiuſque Ritus Municipij: & deficiẽte eo, peculiaris vſus antiquior Dominici territorj inter eius Toparcham, & populares. Ita ſtatuente Curia Frãcica, profecto ſacræ Pentecoſtes an. 1273. in hanc ſententiam. *Cùm à iudicio facto coram Bailliuo Aluernię, in cauſa quæ vertebatur inter homines Montisferrãdi ex vna parte, & dominum Ludou de Belloioco milite, ex altera, occaſione Auxilij, quod item miles petebat à d. hominibus pro itinere ſuo tranſmarino, ad nos, à d. hominibus, tanquam de prauo & falſo, fuiſſet appellatum &c. Quia meliùs probatum eſt pro d. Milite, quàm pro d. hominibus, Pronuntiatum fuit, per ius, Iudicium præd. iuſtè & ritè prolatum, & ipſum executioni debitæ fore demandandum.*

3. Imò & quidam eò adducti ſunt, vt credant inopem patronum à cliente alendum: Liberti inſtar, qui egenti patrono ſuggerere alimenta tenebatur. De quibus, Commodi Imperat. Conſtitutio extat à Modeſtino relata, l. 6. §. 1. ᚋ. De liber. agnoſc. In Verſ. aut etiam paupertate, vel corporis valetudine laborantes relictos, &c. Ac Romæ equidem de alimentis patroni ſolebat arbiter dari, arbitraturus, quantùm foret in facultatibus, vt proinde poſſet alimenta moderari: quæ tandiu præſtarentur, quandiu liberto supereſſet, patrono deeſſet. l. ſi quis à liberis. §. vtrùm autem tantùm patroni alendi ſint, ân etiam patronorum liberi. Et in §. de alimentis. ᚋ. De liber. agnoſcen. Sicuti, econtrariò, lex Ælia Sentia patronis operas adimebat, hæreditatémque libertorum, quos illi egenos minimè educarent. l. ſi patronus non aluerit. ᚋ. De bon. libert. Conſimile pietatis munus in pauperes Templorum patronos mandatum eſt beneficiariæ ipſorum Eccleſiæ. Vt in Decreta Pontificum relatum fuit, & Clementis. 3. Reſcripto continetur. Cap. Nobis, in fi. De Iur. patron. Idem, Turonicæ Synodi Cap. 51. Archydiac. in Can. ſi plures. 12. Quæſt. 7. Inde & feudalibus patronis eroganda à cliente alimonia, Bartoli iudicio in cita. l. 6. §. 1. D. de liber. agnoſc. Poſt Vilhelmum Durandum Speculat. qui variis vtrinque argumentis rem exagitat, in §. 1. Verſ. ſed nunquid dominus. Tit. Qui fil. ſint legit. Ita decurioni facultatibus lapſo alimenta decerni permiſſum eſt: maximè ſi ob munificentiam in Patriam exhauſerit patrimonium. Auctore Hermogeniano, l. 8. ᚋ. De Decurion. Forenſis autem vſus Galliæ edocuit, nec diſtrictè enutriendum inopem dominum feudi, nec eius æs alienum à cliente ſoluendum, aut hoc nomine ſatiſdatò cauendum. Excepto, ſi cliens fuiſſet in cauſa, cur patronus ad inopiam dilaberetur. §. licet vaſallus. Si de feud. defuncti content. ſit int. domin. & agnat. vaſall. In Feud. Bald. ad l. 1. §. ſed ſcimus Cod. De Latina libert. tollen. Aluarot. & Præpoſ. in cit. §. licet l. 3. §. filium pro patre curatore Reipub. creato ſatiſdare cogi non oportet. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinen. l. 5. §. ſi mater. ᚋ. De liber. agnoſc. Verſ. Parens. Quibus apprimè congruit Boërij Deciſio Burdigalen. 128. cum Zaſij dictatis in Epitome Feudor. Parte 7.

De nutriendo paupere domino feudali, & quis ea de re noſter ſit vſus ac obſeruatio.

Pôtificia verba Quicunque fideliû propria deuotione de facultatibus ſuis aliquid Eccleſiæ côtulerunt, ſi forte ipſi, aut filii eorum redacti fuerint ad inopiâ, ab eadem Eccleſia ſuffragium vitæ temporis vſu percipiant.

4. Interdvm tamen ita conſtitutum eſt feudale beneficium, vt eius poſſeſſorem pro domino obſidem ſe & vadem præſtare oporteat. Hunc I. Butelerius in Summa Rurali vocat, *Homme de Pleiure.* Quales ſe Franci magnates pro Iano Rege obſides dedêre, à Britannis acie capto. Ex Fœdere icto an. 1360. de quo Froſſartes hiſtoricus, Volum. 1. Cap. 213. Vnde etiam obſides captiuorum loco habentur Diuo Commodo Imp. Vt ait Martianus l. 31. ᚋ. De iur. fiſc. Tales etiam æri alieno accedunt obſides, de quibus Epiſtola Decretalis. 9. De Iureiur. Vniuerſim planè Siculi clientes beneficio mulctantur, qui petentibus patronis negent interceſſionis officium, ſeu fideiuſſoriæ obligationis. Neapolitana Conſtitut. edita ab Rogerio Siciliæ Rege Friderici Auguſti auo, cui titulus præſcribitur, *De fideiuſſione Dominorum à vaſallis.*

Pleige & Oſtagier pour le ſeigneur.

Inuadiabant, infrà obſides dabât etiam ſemetipſos Longobardi quidam, vſque dum plenam compoſitionem adimpleuiſſent l. ſi quis liber. Tit. De exercitalibus lib. 1. Leg Lombar.

Neapoli, Vaſallus ſub pœna priuationis feudi pro domino fideiubere tenetur.

Lib.3. Conſtitut. Neapolit. Quod tamen hac moderatione accipiendum eſt, ne protinùs cliens feudo exuatur, quia fide ſua eſſe iubere in patroni gratiam recuſarit: niſi de eo publicè fuerit interpellatus. Prædicta Conſtitut. in ver. Publicè requiſitus. In Neuſtria porrò, beneficiarij tenentur, ſponſorum officium rectis Dominis accommodare, pro modulo debiti vectigalis vnius Anni: ad pigneratas nempè patronorum res mobiles liberandas. Norman. Legis §. 205. Arctiùs verò Armorici ſubditi iubentur, Dominicæ obligationi accedere, cuius ergô comprehenſus iam dominus vinculíſque diſtrictus ſit: Hoc ita, modò caueat ipſe protinus, indemnes ſe expromiſſores illos ſeruaturum. §. 85. Britonic. Morum.

Vaſallus debet *pleiger le ſeigneur, pour deliurer ſes namps, à la concurrence d'vne annee de la rente qu'il luy doit.*

IVSTIS quoque Dominicis adſcribitur BANNVM, ſeu meſſorium, 5.
ſeu vindemiatorium: Illud hodie rarius, ac tota fermè Gallia antiquatum. De eo nominatim in Veromanduis, & Ambianis ſublato, viſuntur priſca monumenta Senatus Pariſien. hoc vulgari idiotiſmo *Annullation de certain Ban au temps de moiſſons és Pays de Vermandois, & d'Amiens par le Roy Philippe fils de ſainct Louys* In Codice Regeſtorum Curiæ ſic inſcripto, *Ordinationes antiquæ.* Quod autem vocitant vindemiatorium *Bannum*, patrio More admittitur, quatenùs veteri vtentium poſſeſſione comprobatum ſit. §. 185. Ita, vt exerceri etiam poſſit, ab diuturno vſu, in ſubditos aliis Iure ſoli, Agrariíque vectigalis. Sicuti Eccleſiaſticus, contrà, ac Nobilitatis Ordo, qui tali vindemiæ *Banno* ſubiicitur, velut prædiario muneri & patrimoniali, eius immunitatem ſibi quærit diutina libertatis poſſeſſione: (§. 186.) Etſi talis *Banni* Lex interpretanda videatur ſecundùm Rubricam, cui intexitur, De Iuridicis, ſuperioríſque Dominij Notis. l. Imperatores. ff. De in diem addict. Qua de theſi Moris patrij, delata eſt ad Senatum lis appellatoria à Salmurenſi Andium Magiſtratu: Qui id genus *Banni* antiquo poſſeſſori, in alterius ſubditum, adiudicauit. ann. 1603. Longo item vſu capitur *Bannarium* ius vindemiæ in Dominico torculari premendæ, paratúrque Andenſibus feudorum dominis, non autem ſtata ac perpetua Lege noſtri Municipij. Vt patet eiuſdem Leg. Tit. De Infimis Iuridicis, præſertímque. §. 31 In Cenomania verò, frequens proſcriptorum Torcularium vſus, quorum ratione Dominicum viget Interdictum. Iſtud vernaculè appellant, *Bannalité de preſſoir, & preſſoirage des vins.* Artic. 31. 32. Aſt ſumma in Curia diſceptatum memini, ſubditus necne vindemiator directò vehere teneatur in publicum Torcular vindemiam. Hic enim occlamabat, *Bannariam* eiuſmodi ſeruitutem ita ſemper vſurpari ſolitá, vt liberum cuique foret, vindemiam ante omnia in priuatas Villæ ſuæ cellulas deferre, iſthîc vinariis in doliis premendam, exindéque conuehere in publicum torcular Vici pagani. Eapropter regium Caſtridulerij Cenomaniæ Iuridicum perperam iudicaſſe, qui de tali poſſeſſione teſtibus probanda interlocutus, domino interim addixiſſet vindicias. Nam longæua temporis præſcriptione metimur iura ſeruitutum iſtarum. l. venditor. §. ſi conſtat. D.com-

Ban de moiſſons, Ban de vendanger.

Ex Regiſtro Curiæ.

Andeg Conſuet. art. 185. cuius initium eſt. *Ban de vendanger, &c.*

Legis Andeg. § 185. & 186. ſunt ſub Tit. *De la punition des crimes, & des amendes, proffits, forfaitures, pertes de fief, ventes, aduentures, & confiſcations, que les ſeigneurs ont ſur leurs ſubiects.*

Bannalité de preſſoir, & preſſoir bannal pour les vins & vendanges.

Conſuet. Andeg. §. 31. verb *preſſourages.*

Locumtenẽs Seneſchali Cenomaniæ, *au Siege du Chaſteau du Loir, adiuge la prouiſion au ſeigneur, pendant le proces reiglé à informer.*

D.commun. præd. l.ſi quis diuturno D. ſi ſeruit. vindic. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. De aqua quotid. Enimverò dominus, contrà, nitebatur contextu Legis Cenomanæ. §.30. In ver. *preſſouërer la vendange de de leurs vignes audit preſſouër.* Quibus ex verbis colligebat, racemum vite recèns exciſum, quo vindemia ſignificatur, aſportari debere in torcular Dominicum, non in domeſtica ſingulorum dolia ſubditorum. Quippe quùm vindemia, de qua ſpeciatim patrius Mos, fructus ſit ipſe, reditúſque vinearum. l. qui pendentem vindemiam. ff. De action. empt. Hinc conſequitur, poſſeſſionem ſcriptæ Legi contrariam, minimè in Iudiciis recipiendam. Quibus ritè accommodantur priſca Senatus decreta ann. 1366. & 7. Idus Septembr. 1388. pro Bellouacorum Pontifice, in cœnobitas *de Bores*, quorum reiecta poſſeſſio eſt vinariæ decumæ pendendæ *de preſſoragio abſque ſolutione pro mera gutta, de mera gutta: & pro preſſoragio, de preſſoragio.* Vt cum Ioh. Gallo populariter loquar, in Quæſt. 134. Argum. Cap. Dudum De decim. Cap. ad decimas De reſtit. ſpoliat. In 6. Audita prouocationis cauſa, interfati ſunt LVTETIANI PATRES, teſtimoniis inquirendum de vulgari Cenomanorum vſu, alba necne vina, de quibus certamen erat, in doliis condi premſque ſoleant aliquantiſper. Nam ſi inibi non premerentur ex more, fruſtra Iudex inferior allegatæ poſſeſſionis fidem ſibi fieri decreuiſſet. Areſto ex tempore prolato. 7. Iduum Quintilium an. 1584. In forenſi Volumine cauſarum Pictauenſium, quùm Lamyus pro appellante dixiſſet, Chauuelinus, ediuersò, pro Antiſtita monialium Curtimontis, Conuentus monaſtici, in Valleduleria. Alia proſcriptorum Torcularium iura Dominica vide ſuprà Lib. 1. LEG. ANDEGAVEN. Cap. 27. artic. 4. 5. 6. Ibidem Nos accuratiùs de publica Mola frumentaria, cuius quidem ſeruitute exéptos nonnullos oſtendimus, iuxta. §.30. & 31. Andeg. Leg. Sed hoc ita obiter intellige, vt immunes huiuſmodi, ſuæ duntaxat in familiæ, médicorúmvè alimoniam frumenta conterát in priuata ac domeſtica mola, non vt publicè Molæ ſubditos in ſuam furtim alliciant. Sicuti præclarè excerptum voluitur in antiquiſſimo Curiæ Regeſto, OLIM dicto. Fol. 27. Nuper itidem Senatus, Dominicæ molæ interdictum prudenter temperauit fauore libertatis, ne qui frumenta externi Territorij molitum huc aduehérent, eo tenerentur Interdicto, néve publici piſtores, qui in alienum venale forum panes ſuos deferre conſueuerint. Inſigni Curię decreto 14. Kal. Octob. ann. 1563. ſecundùm Vicanos Gonneſij Pariſiorum pagi, aduerſus Carol. Graſſardum, conductorem eius Molarum Vici regiarum.

Parlamẽtare decretum die 7. Sept. ann. 1388.

Interlocutio Curiæ Pariſien. *dónee en plaidant du rolle de Poictou, entre le Prieuré de Courtamont, au Vaudulgir, & vn de ſes ſubiects.* Die 9. vel 10. Iulij an. 1584. *D'informer de la couſtume du pays, ſi l'on a accouſtume d'y cuuer les vins blancs, au Vaudulgir.*

Nonobſtant qu'aucun ait moulin bannier, celuy qui eſt exempt dud. ban, peut moudre pour luy, & pour faire aumoſne, mais non pas pour enuoyer aux maiſons.

Parlamenti Areſtum die 18. Sept. an. 1563. *Sur l'appel de la Iuſtice du Threſor, touchant la Bannalité des moulins royaux de Gonneſſe.*

6\. EXISTIT quoque vinarium *Bannum*, ſubditis prohibitorium vendundi minutatim vini intra 40. dies, quibus Dominicum venundetur. §. 184. 185. Andegauen. 319. Marchianæ, Conſuet. In ver. *Droict de Bandie.* Sed quemadmodùm prærogatiua iſthæc non aliis defertur apud Andes, quàm Caſtellaniis magnatibus: Ita duriuſculum ſit, omnibus tanti incolis Territorij, Vicaníſque interdici libero vini ſui con-

Ban à vin du ſeigneur contre les ſubiects vendans leur vin en détail. Conſuet. art. 184. In Verſ.

Le Ban du ſeigneur, & bannalitez de moulins, fours, & preſſouers, ſunt Iuriſdictionis verius, quam feudi iura.

mercio. Dixerint enim iſti, Dominico interdicto teneri eos duntaxat, qui Caſtellario dynaſtæ purè ſubiiciantur: Vtpote habitatores primarij Caſtellaniæ Vici ſeu Comopolis, vel Caſtellani proximè beneficiarios: Non verò aliorum Caſtellaniæ Pagorum colonos, qui inferioribus Caſtellano dominis ſubſint. Argum. cita. §. 184. Nam peruulgatum eſt, clientis mei clientem mihi ſeruire non cogi. Bart. in l. ſi. finita. §. ſi de vectigalibus. π. De damn. infec. Cap. 1. §. ſoldata Tit. Quis dicat. Dux, Marchio, vel Com. Econtrà, allegabitur, *Banni* huius auctoritatem Caſtellariis toparchis nequicquàm atttribui, velut eximiam ſingularémque, niſi in omnes eius Regiunculæ partes diffundatur. Vt enim demus, locorum incolas dominis parere Caſtellario ſubditis: vniuerſi certe Iure dicundo Caſtellanum agnoſcũt ſuperiorem. Nam & à Principe conceſſa Arce, vel Oppido, cõceditur merum imperium (à quo prædicta *Banna* pendent) in mediis Caſtellariæ ditionis finibus exercendum. Bald. ad l. vlt. π. De Conſtit. Princ. Bart. ad l. ſi quando De bon. vacant. Lib. 10. Cod. Ludouicus Roman. in Conſil. 444. Etſi enim Regiæ donationi Arcis, vel Oppidi non cedat Iuriſdictio, quæ à Regia, Ducalivè dignitate emanarit, ſeu quæ Principi, Ducive in Oppido competat, talium intuitu Dignitatum. Quoties tamen Caſtro, vel Oppido nexa eſt Iuridica poteſtas, illudque emancipatur ab aliquo, donati nomine, aut venditi, proprius eſt, Iuriſdictionem, vt rei connexam, ſubſequi, & ad emptorem fundi tranſire. Bart. in l. inter eos. π. De acquir. rer. domin. Vbi paucis diſcrimen interſerit Iuriſdictionis, quæ perſonæ, & alterius, quæ loco adhæreat. Quam diſtinctionem pariter amplectitur Ioh. Longouallius, in Explicat. l. Imperium π. De Iuriſdict. omn. iudic. Parte 4. Cum igitur dominica *Banna* ſeu interdicta, ſint Iuriſdictionis potiùs inſignia, quàm feudalis Beneficij: Multò magis vinarium etiam *Bannum*, quod Caſtellariis proceribus ſolis Andium Lege permiſſum eſt. Vnde ſequitur, iſtud intra Caſtellaniæ ſepta omnia exequi Caſtellano licere. Ac propterea Cenomanæ Legis paraphraſtes Roüilleus teſtatur, caupones Freſnayi Bellomontanorum oppiduli vicenas æris libellas annuas ſoluere conſueſſe Dominico Quæſtori Bellomontani Procomitatus, (cui Freſnayum reſpondet,) vt onere eximantur vinarij *Banni* dominici. In §. 201. Quòd ſi liquidò pateret antiqua eo iure fruendi formula & modus, nec Caſtellarios dynaſtas illo vti ſolitos, niſi in principis vici Caſtellaniæ habitatores, improbè poſtularetur, alios *Bannaria* obſtringi ſeruitute, quæ natiuam commerciorum libertatem infringeret, euerteret. Legitur certè in Alenconio ſolenni Tabulario Sententia, olim dicta ſecundùm Alenconiam Heroidem, in ſubditos Freſnaij oppidanos, de Interdicto vendundi ibidem minutatim vini ac ſigillatim. Quam Conſcripti Curię Sententiam tulêre, Palatinis libellis delegati, 14. Kal. Iunias an. 1507.

Ita ſi rex Gallus cuidam dederit oppidũ, villam, aut caſtrum, non venit in ea donatione iuriſdictio, quã ibidem Præſides, aut eorum legati in totã Prouinciam, auctoritate regia exercent, Sed eam ſolam, quã oppidi illius domini in oppidanos, vel clientes ratione loci exercere cõſuerunt.

In Nannetenſi Camera Theſauri Britanniæ legitur priuilegiarium ius Reginaldo *de Beaumanoir* conceſſum *de vendre & faire vendre vin luy ſeul en la ville de Gandeluz chaſcun an vn mois, finiſſãt à la ſainct Iean, ſur peine de 60. ſols d'amende.* Die 14. Iul. an. 1428.

Freſnay, petite ville au Maine, dependant de Beaumont le Viſcomte.

Sententia Requeſtarum Palatij Die 19. Maij 1507. *touchãt le droict de ban ſur les vendans vin en detail en la ville & Bourgeoiſie de Freſnay le Viſcomte.* Extracta ex Inuentario Alenconien. Domus clariſſ.

VNDE notanda obiter vinarij *Banni* diſtinctio elegans. Qui enim, 7.
Caſtellariæ dignitatis titulo, illud obtinent, iis minimè neceſſaria eſt

vinearum

vinearum poſſeſſio, ex quibus profectitium vinum diuendant tempore promulgati *Banni*. Vt Rouilleus, Cenomanæ Legis ſcholiographus, colligit, ab communi ordinarióque Municipum vſu, ſcriptæ Conſuetud. interprete. In §. 202. cuius clauſulæ plurimùm conferunt ad ſimilem Andium Morem explanandum. At verò qui vetuſtis duntaxat Pactionum tabulis, longiſſimavè poſſeſſione ſibi vindicant tale Interdictum, his non licet, aduentitium ex alienis vitibus, emptitiúmque vinum minutatim diſtrahere. Artic. 184. Andegauen. Morum. Iiſdem alioquin *Banni* prærogatiua abnegatur: ne ea captioſè abutantur in perniciem liberi hominum commercij fauorabilis, reíque Annonariæ: quam onerari vexaríque, Leges Quiritium prohibuerunt. cita. §. 202. Cenomanæ Conſtitut. Municipalis, Et Vlpiani leg. Annonam. ꝟ. De extraord. crim. Proinde nec, Dynaſtis iure præditis vinarij Interdicti, permiſſa eſt eius ceſſio, vel locatio in extraneum quemuis, aut priuatum: Nec Dominica huiuſmodi poteſtas perſonæ irrogata, ad alias tranſcriptitio nomine protrahitur, in diſpendium popularis libertatis. Præd. art. 202. Atque omnimodò, ſuperioribus hiſce Dominis indecora eſt nundinatio, ſordidáque vinarij negotiatio mercimonij: Ex qua, gentilitiæ etiam Nobilitatis Inſignia mercatoribus adimuntur. Iuxta Cæſaream Rubricam, Negotiatores ne militent; (Cod. lib. 12.) ac Leonis Auguſti Reſcriptum, Milites Cod. De locat.

Art. 184. Verſ. *durant led. Ban, vendre vin de ſon creu.*

Art 202. Verſ. *Et ſi leſdits ſeigneurs n'ont vins de leurdit creu, à ſuffire pour fournir durant led. ban, &c. ſont leſdits ſeigneurs priuez dud. ban pour icelle fois.*

Verſ. *Et vendront ou feront vendre leſd. vins en leurs mains, ſans qu'ils puiſſent affermer, ne autrement bailler led. droict à autruy, &c.*

8. Ad extremum, tricena præſcriptione augentur iuſta Dominica. Nam quota portio annui Vectigalis diutina poſſeſſione quæritur domino, vltra ſtatutum monumentis cenſualibus modum. Maſuerius in §. Item ſi tenementarius Tit. De locat. & iur. emphyt. Sicuti, ex aduerſo, ſubditi tempore liberantur reliquis ſolarij Dominici, vel parte ipſius dudum non ſoluta. Bartol. ad l. Malè agitur Cod. De præſcript. 30. vel 40. ann. Et in l. ſi priùs ꝟ. De aqua pluu. arcen. Maſuer. in Tit. De præſcript. §. Item ſi ſolùm ſoluit partem cenſus per 30. annos. Quinetiam Andium Lege obtinet mutua inter patronum ac clientem vſucapio non tantùm vectigalis prædiarij, ſed & prædij ipſius viciſſim. §. 27. 204. 439. & 486. Andeg. Conſuet. Neque hoc omninò Feudalibus placitis aduerſatur. Ponamus enim, obſequia patrono debita præſcriptione temporis minimè tolli Iure communi. cap. Cùm non liceat. Cap. Ad audientiam, & Panormit. vtrobique De Præſcript. Nouus certè patronus auditur, varia ſe clientelæ munia dictitans exegiſſe à Mæuio, tanquam ſeruientis fundi poſſeſſore ſpatio. 30. annorum: Ex quo, fundi clientela ſit, rectúmque eidem partum Dominium. Speculat. in §. 1. Verſ. ſecundò quæritur. Tit. De Feudis. Bald. ad Cap. 1. §. ſi quis per. 30. Si de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. vaſal. Gloz. in Cap. 1. §. præterea De capitul. Conradi. In Feudis. His quoque eſt conſequens, beneficiarij prædij libertatem à Domino iuſtè vſucapi, ſi illud longiſſimo tempore quaſi liberum poſſederit: cliente tandiu rem ſuam non repetente. Tunc enim vtile cum

Regulariter quota cenſus, aliorúmque iurium Dominicorũ præſcribitur, à tanto ſcilicet, non à toto. Sed & Andium, Aruernorum, Borboniorum, & Biturigũ Conſuet. totus cenſus præſcribitur, 30. annis.

Conſuet. art. 204. ver. *Car Preſcription a lieu de ſubiect à Seigneur par 30. ans.*

Art. 439. *Le Seigneur de fief peut acquerir l'heritage, ou autres droicts de ſon ſubiect, ou autre ſeruitute par preſcription, ou tenement de 30. ans, ſans tiltre ſur l'heritage tenu de luy.*

recto dominium conſolidatur. Bald. & Præpoſ. in cita. §. ſi quis per 30. Gul. Cuneus ad l. ſi quis emptionis Cod. De præſcript. 30. vel 40. ann. Idque ex facto diſceptatum in Germania refert Zaſius, inter patronum illuſtrem, qui ſui beneficij rem perdiu tenuerat, & agnatos clienculi, qui illam paſſus fuerat tanto ſilentio à ſe abdicari. In Epitome Feudor. Parte. 6. His concinunt ſcripta à Boërio, in aurea Deciſ. 211.

La ſaiſie feodale empeſche la preſcription du ſeigneur ſaiſiſſant:

Art. 410. Andeg Leg. Verſ. *ſinon que le ſeigneur euſt poſſedé le fief de ſon vaſſal par ſaiſine & mainmiſe par faute d'homme, droicts ou debuoirs non payez.*

VERVM ſi patronus clientelare prædium inuaſerit iure feudi, ac 9.
Dominica manu occuparit, nullo tempore ſibi præſcribit. §. 439. Andeg. Conſuet. Hæc námque Dominica fundi poſſeſſio, quaſi ſeruientis, repugnat vſucapioni: cùm res cuique ſua non ſeruiat. Vt ſ. dictum eſt, pleniúſque tractatum à Nobis. Lib. 1. LEGVM ANDEGAVEN. Rurſus non admittitur longæ poſſeſſionis præſcriptio contra Ius publicum ac bonos mores. Vt vult Papinianus l. 45. Cum Pomponij l. Vbi Lex inhibet ff. De Vſucap. Verbi gratia, dominus vectigalis fundi quotannis percepit triticei ſolarij modios binos, iuxta vas modiale, manſurarúmque Inſtrumentum publico latius & capacius: quod ille domi Inſtrumentum adſeruabat. Quadrageno dehinc anno, recuſant ſubditi frumentarium canonem, menſura illa domeſtica, exoluere, velut iniqua & adulterina: eámque poſcunt, ex ſuperioris Iuridici archetypo reduci ad legitimum modum. Menſuras enim, publici iuris eſſe & auctoritatis, quæ nullo priuatorũ vſu, abuſuvè contrario infringi poſſit, ac violari. Ob id Romæ Prætextatus vrbis præfectus pondera per regiones vniuerſas inſtituit, cùm auiditati multorum ex libidine trutinas componentium occurri nequiret. Vt Marcellinus literis prodidit, lib. 27. Hinc quoque Antoninus & Verus Auguſti Sextio Vero reſcripſerunt, menſuras priuatim contra Regionis conſuetudinem nullas probari debere. Ex Papirio Iuſto in l. Imperatores ff. De cõtrah. empt. Itaque licet tricena poſſeſſione tollantur rerum dominia, moduſvè, aut forma ſoluendi cenſus diuturno vſu capiatur (Cap. ex parte Cap. olim De cenſib.) Falſus tamen vel titulus quærendæ rei, vel modius emetiendæ obſtat præſcriptioni temporis: cùm exordium rei bonæ fidei ratio non tueatur. Vt notat. in l. Celſus & l. cùm ſolus ff. De vſucap. l. Cùm hęres ff. De diuerſ. temporal. pręſcript. Nihilo ſeciùs pares, diſſonæque à Senatu feruntur de illa quæſtione ſententiæ. Circa Nonas Martias an. 1586. ad prouocationem ex Aruerno municipio, vbi Dominica etiam iura omnia triceno annorum curriculo præſcribuntur Fouſcherio Senatorij Ordinis collegis litem̃ enucleante, in 4. Claſſe Curiæ Inquiſitoria.

Proces party en la 4. Chambre des Enqueſtes, circa diem 7. Martij an. 1586.

Venditi agri iugera emetienda ſint necne ad menſuram loci Contractus vẽditionis, an ſitus Rerum venditarum.

IN eodem menſurarum themate, perſtringam obiter motam in Cu- 10
ria Pariſ. de illarũ varietate controuerſiam. Aureliæ ciues duo pactum ineunt de Bleſenſibus aliquot fundis diſtrahendis. Alter enim alteri eos fundos ære mancipauit, certo iugerum numero definitos ac æſtimatos. Paucis inde diebus, emptor agros emenſus eſt, modumque agri minorem inuenit, iuxta menſuram Bleſenſis prouinciolæ, cuius

agri

ågri ſolo continentur. Ideóque in auctorem ſuum iudicio experitur, qui pro iugerum quantitate obligatus ſit, vt eam ſuppleat. Pauli l. ſi ſeruum. §.1.ff. De action. empt. Venditor autem ſe tuetur loco celebrati contractus, apud Aureliam: cuius inſpecta Menſura, nihil deſit ex numero, ac modo iugerum lege mancipi dicto. Re diu multúmque concertata, ſuccubuit venditor Sententia inferioris Aureliæ Magiſtratus. Sed à venditore appellatus Præſes prouinciæ iudicauit aduerſus emptorem. Senatus tandem ex prouocatione aditus, priorem Sententiam comprobauit. Decreto in forenſi cauſarum Actione, 4. Nonas Quintiles ann. 1585. Quùm Leueſtus pro appellante, & Marieus pro aduerſario peroraſſent. Venditori vtique Iuris argumenta ſuppetebant, quibus ſpectandam loci menſuram cõtractæ venditionis oſtenret. Semper enim in ſtipulationibus id ſequimur, quod actum eſt. Vnde ſi non apparet, quid acti ſit, proximum eſt, vt id ſequamur, quod in Regione, in qua id actum eſt, frequentatur. l. ſemper. ff. De regul. Iur. Ibique Bartol. nuncupatim. Et in l. ſi fundus D. de euiction. Alexand. in Reſpon. 22. Num. 27. Volum. 2. Vbi diſtrictè aſſerit, morem loci contractus attendi debere. Ex Baldi iudicio, Cyni, & Speculat. Doctor. in Cap. Quod clericis De foro compet. His concinnè aptatur ratio Vlpiani in l. 31. §. quia aſſidua ff. De Ædil. edic. l. ſi priùs. §. placuit. ff. De aqua pluu. arcen. Ei quoque parti ſubſcribens Barbatias Conſil. 14. ait, locum initæ conuentionis intuendum. Bartol. ad l. Cunctos populos Cod. De ſumma trinit. Poſt Innocentium in Cap. 1. De Conſuet. Num. 7. Ab contextu. l. 1. ff. De Vſur. Iaſon. denique in Conſil. 133. Volum. 4. Cum Karoli Ruyni Reſponſo. 117. Alij verò, bimembrem hanc negotio adhibent diſtinctionem, vt ſi nihil de menſura rei priuatim conuenerit, de ea cautum cenſeatur, quę pacti pretij ſummæ reſpondeat aptiùs, eíque propiùs cohæreat. (leg. 1. ff. De reb. dub.) Sin autem id ex pretij ſorte coniici nequeat ac dignoſci, tunc leuiorem menſuram, in ambiguo, ſumi oporteat. Iani Raunaudi ſententia, in Tract. De menſuris, Ex l. Nummis. ff. De legat. 3. Iuſtior tamen eſt diuerſa opinio, venditi agri menſuram ex lege petendam ſitus prædiorum, non loci pactæ venditionis. Albericus nominatim in l. Arbitrio. §. de eo In fi. ff. De dolo Argum. l. ſi prædium Cod. De præd. minor. Alciat. in l. vinum Num. 33. D. ſi cert. pet. Cui accedit Oldradi I.C. reſponſum. 167. Num. 1. Inibi enim videtur quis contraxiſſe, vbi ſoluturum ſe receperit, obligarit. l. contraxiſſe. ff. De Obligat. & Action. l. 3. ff. De bon. auctor. iudic. poſſid. l. hæres. §. vlt. ff. De Iudic. Atque ita demùm Subalpinus Senatus decreuit pro Aleramo Pontano, ciue Montiſregalis, aduerſus Petr. Begiamum, D. Albani condominum. Vt refert Cacheranus Ozaſcus, in Togato illo Ordine Præſes ſecundus, & Allobrogici Ducis in Prætorio Conſiliarius, Deciſione Pedemontana 114. Abs qua nihilum diſſidet Antonij Solæ obſeruatio, in Commentariis ſuis Allobrogic. Edictorum, Quęnam ſit rerum menſura ſectanda. Ex quo etiam obiter elicitur, Regionis cuiuſque patresfamil.

Areſtum Pariſienſe *donné en plaidoyrie, Leueſt, & le Maire plaidãs pour les parties,* Die 4. Iulij an. 1585. *ſur l'appel du Bailly d'Orleans, qui auoit infirmé la ſentence du Preuoſt.*

Vbi de mẽſura mentio fit. in dubio intelligitur de communi. Innocent ad Cap Ex parte De cenſib Tractat quoq; has Menſurarum quæſtiones Tiraquellus in ſuo Opere, De Retractu lineari. §. 1. Gloz. 2. Num. 49.

Decretum ſupremæ Curiæ Taurinenſis, de menſura prædiorum venditorum.

Antõn. Solæ iudicio. Cenſus menſurabilium exigendi non ſunt, niſi cum menſura loci, in quo debentur.

in fundorum venditione modum agri dicere conſueſſe. Ita Aggeni Vrbic. ad Frontin. teſtimonio, ſoliti erant antiqui, in conductiones, ac in emptiones modum comprehendere, & hac cauere formula, FVNDVM ILLVM, IVGERA TOT, IN SINGVLIS IVGERIBVS TANTVM. Hinc admetiendi prædij gratia Menſores adhibiti, qui de modo renuntiarent. Pauli. l. Qui fundum ff. De contrah. empt. Pompon. l. ſi duorum ff. De action. emp. Vlpian. l. Iulianus §. ſi Titius D. Eod. & l. 1. D. Si menſ. falſ. mod. dix. Denique ex agrorum modo venditioni condicto, lucidè diſcernitur iuſta ipſorum quantitas, & quidnam emptori, lege contractus, præſtandum ſit. Nam ſi paciſcentes ordiantur à numero & menſura fundorum, nil tùm ampliùs in actum deducitur, quàm quod adſcripto numero & menſura ſignificetur. Sinverò contrahentes inchoarint à nominibus certam deſignantibus ſpeciem, corpuſvè determinatum, quod illi poſtea demetiantur, tunc menſuræ adiectio, ceu demonſtratio falſa, nec vitiat, nec minuit id cui adiicitur. Oldradi I.C. Reſponſo luculento. 192. ex leg. Quidam teſtamento. l. ſi ſeruus legatus §. qui quinque ff. De legat. 1. l. His verbis §. pater. ff. De legat. 3. l. ſi venditor. D. act. emp. Secundùm quæ, Tholoſani Senatus decretum promitur à G. Maynardo, eius Conſiliario Curiæ, latum Februar. Menſe an. 1580. Volum. 4. Quæſtion. Iuris ab eadem Curia deciſarum Cap. 28.

Tholoſanum Areſtū.

Tit. IIII.

DE HONORIFICIS IN PATRONOS EXTRA ORDINEM OBSEQVIIS.

1. *Ad quid teneantur Barones Diœceſanorum Præſulum* feudatarij, *& quibus gaudeant prærogatiuis.*
2. *Baroniæ* feudalitas *ſuperior Epiſcopalis vendita, & redempta, cenſetur primæuo ſuo iure.*
3. *Dominica Vaſallorum conuocatio publica*, Bannum, *&* Retrobannum.
4. *Quatenùs vaſalli dominum in bello iuuare teneantur.*
5. *An vaſallus proprio ſumptu ſeruire domino cogatur.*
6. *De iure* du Guet & garde *Caſtri domini feudi.*
7. *Liceatnè domino feudali non habenti altam Iuriſdictionem, Arma ſua, & Inſignia locis publicis & columnis erectis apponere.*
8. *In maioribus feudis, quis honor egregius offerendæ fidei domino feudi.*

Domino vaſallum in fidem recipere ſine cauſa recuſante, quod vaſallo remedium competat.

1. EPISCOPORVM clientes Barones quatuor tenentur, ſublimes illos efferre per mediam Ciuitatem primo quoque Diœceſani pontificis in eam introitu. Quales dynaſtæ principem Nobilitatis locum obtinent, ſiue in ſeſſione, vel inceſſu cum Epiſcopo, aut ipſius Cathedra contrectanda. Sic Heduenſis Præſulis beneficiarios legimus Barones nonnullos, eo prærogatæ dignitatis honore, vt dùm inſigne illud in patronos Epiſcopos ineunt officium, reliquos Nobiles diœceſanos antecedant. Eos Chaſſeneus, Heduus, vocat Sullyacum, Luxiacum, Motham D. Iohannis, & Monpetroſum Barones. In Catalogo glor. mun. Parte. 8. Conſiderat, 15. Armorico itidem Rhedonum Antiſtiti præſtò adſunt Britanniæ Proceres clientes quatuor, his Baronatuum titulis Pontiſcaſtri, Radeſiarum, Enceniaci, & Caſtribriandi. Vt luculento Regeſto paret publicarum Rationum Celticæ Britanniæ an. 1385. Quinimò Barones inter ipſos pontificales, ſtat præminentia quædam, & præſeſſionis gradus. Vtputà Nouioduni ad Ligerim. Antiſtiti quatuor ſubſunt Barones beneficiarij, *de Druy, de Poizeux, de Cours les Barres, de Giury*. Quibus de ſeſſionis ordine certantibus ius dixêre Lutetiani Senatores, qui Palatinis libellis cognoſcendis præſunt. Ab iis enim decretum, Baroniam Druydam, maioris dignationis beneficium eſſe pontificale, ac ſolenni Epiſcoporum in vrbem ingreſſu, celebrivè alio Baronum Epiſcopalium conuētu, Druydem, eiuſvè procuratorem alios tres anteire debere. Graui Sententia pridie Kalend. Martias ann. 1589. Quin & ſi alter altero ſe Barone iactitet forſan auitis clariorem imaginibus, prædicta certè honoris eminentia rei tribuitur, Feudalíque beneficio, non perſonæ. Andr. Yſernias in Cap. 1. De capitan. qui cur. vendid. In Feudis. Et Chaſſeneus vbi ſ.

Barones epiſcopales ſeu Epiſcoporum, feudatarij.

Epiſcopi *d'Auſtun*, feudatarij Barones, de Sullyaco, de Luxiaco, de Motha S. Iohannis, & de Montepetroſo.

Quatre Barons de l'Eueſque de Rennes, Pontchasteau, Rays, Ancenis, & Chasteaubriant. In Regiſtris quoq; Nānetenſis Cameræ cōputorū reperitur interpellatio ſolennis facta à Nannetum Epiſcopo, Duci Britanniæ, tanquam Baroni Radeſiarum, adſiſtendi primario in Ciuitatem Epiſcopalem ingreſſui eiuſdem Antiſtitis. Die 20. Mart an. 1383.

Sententia Conſiliariorum Requeſtarum Palatij Pariſien. Die 28 an. Febr ann. 1589. Inter Barones Niuernenſis Epiſcopi vaſallos.

De hac itidem Baronis *de Druy* prærogatiua, ſit ne realis, an perſonalis, Nos ſuprà lib. 1. cap. 43. In fi.

2. PROPONE autem, rectum Baronatus dominium, quod Epiſcopo competebat, alienatum Principali Edicto Francico, in ſacri Belli ſubſidium ann. 1563. Quæro, nûm ſi Epiſcopus illud redemerit ab emptore publico, iiſdem, quibus antea, vtatur feudi prærogatiuis? Nec enim huius rei exempla deſunt, quùm Vilhelm. Ruzeus Andium pontifex iudicio recuperarit in Baroniam Chemilleam Dominatum ſuperiorem, quem Karol. Borbonius Rupiſſuryonæ regulus, vxorióque iure Chemilleus Baro, coëmerat ex Principis Conſtitutione ſupradicta. Vt liquet Senatorio decreto pridie Kalend. Martias ann. 1582. quod inter litigatores vltrò prolatum eſt, ad Præſulis appellationem à Sententia Andenſis Suppræfecti pridie Nonas Ianuar. an. 1564. in Vidonem *Deſpeaux* hæredem Philippe *de Monteſpedon*, viduæ Borbonij emptoris. Cenſeo igitur hoc caſu, diœceſanum Antiſtitem poſtliminio frui debere eodem, quo priùs, honorario iure in

Primum Edictum de rebus Gallicæ Eccleſiæ alienādis in cauſam ſanctæ expeditionis aduerſus Hæreticos. Menſe Maio an. 1563.

Areſtum Curiæ Pariſien. *par Appoinctè eſt, entre Brigard aduocat de l'Eueſque & Chandomant aduocat du ſieur Deſpeaux*. Die vlt. Feb. an. 1582. *ſur l'appel de la ſentence du 4. Ianuier*. an. 1564. *touchant la*

tibus ſine exceptione iuuandos, ſi iuſtè cum alio digladientur: ſinautem iniuſtè, ad Dominicæ ſalutis defenſionem tantum, non ad offenſionem alterius. §. 1. cum Gloz. & Bald. Quib. mod. feudum amitt. In Feud. Auxilium verò patronis dandum ſic interpretamur, vt & ipſorum hoſtes clientuli ſuis arceant finibus, nedùm feudalibus latifundiis, neque eos hoſpitio excipiant, ſed omni ſtudio & conatu iis obſiſtant. Ananias in Reſponſo 7. Raphaël Cuman. in Conſil. 161. Zaſius, Epitomes Feudor. Parte. 7. Quòd ſi patronus cum ſuis beneficiariis non ferat ſuppetias militanti Principi, ſiue etiam aduerſas ei partes foueat, præualet Regia cauſa, vt noſtri Principis ſubcliétes huic re armíſque opitulentur. Speculat. in §. quoniam De Feudis Verſ. vaſallus vaſalli. Andræ. in Cap. Imperialem §. præterea inter duos De prohib. feud. alienat. Matth. Afflictus in Neapolit. Deciſ. 265. Num. 107. Ac Lib. 3. Conſtitut. Neapolit. Tit. 15. De *aſſecuratione* Dominorum à vaſallis Num. 16. 17. 18. Antiquior enim Dominus cunctis aliis præferri debet, Feudalibus inſtitutis. Cap. 1. Hîc finitur Lex, &c. In Feud. Quibus arridet ciuicus Mos Andegauorum. §. 135. Nec quenquam moueat Feudiſtica regula, beneficiarij mei beneficiarium mihi neutiquàm beneficij nomine obligari. Nam hoc intelligitur de ſubbeneficiariis, qui alia ex re, quàm mea, clienti meo deuincti ſint ſacramento, non autem ſi res mea à cliente in ſubbeneficium alteri mancipetur. Vt Baldus ſedulò obſeruauit, ad §. rurſus Num. 9. Tit. De controuerſ. inueſtit. Cui non malè reſpondet Andium Lex prouincialis. §. 6. Quoties item ſuperior patronus ampliſſima præditus eſt Iuriſdictione, tunc ceſſat Feudiſticum dogma, clientem clientis mei non eſſe clientem meum. Baldus nuncupatim, ad §. hæc ſunt nomina Tit. De Pace Conſtantiæ. In Feud. Nam & eo caſu beneficiarij, qui in proxima Iuridici maioris clientela ſunt, ritè coguntur ſuos clientes adigere, ad iuſiurandum clientelare ſuperiori illi præſtandum. Vt ibidem Baldus aſſeuerat, poſt Speculat. in §. quoniam Verſ. 14. quæritur De Feud. Idque Imperatoria Friderici ſanctione comprehenſum eſt. §. illud quoque De feudis non alienan.

Art. 135. Verſ. *Sauf qu'ils obeyront au Prince, auant tous autres.*

Vaſallus vaſalli mei nõ eſt vaſallus meus, niſi hic ſubuaſallus rem meam à vaſallo meo in feudum accepiſſet.

Andeg. Legis §. 6. verſ. *Auſſi pourra contraindre les ſubiects prochains & immediats de ſes hommes de foy à declarer en gros, & non par le menu leurs obeiſſances de fief par moyen.*

Homo hominis mei non eſt homo meus, niſi aliàs habeam Iuriſdictionem generalem. Nam Lege Friderici Vaſallus vaſalli regij eſt Vaſallus regius.

5. QVÆSO autem, propriíſnè ſumptibus cliens patrono ſeruiet? Ita ſeruire debere, viſum Guliel. Durando, in cita. §. quoniam Verſ. 22. Bald. in Cap. 1. Verſ. alia quæſtio formatur De capitan. qui cur. vendid. Credo vtique, explorandum imprimis de eo beneficiariæ Pactionis Formulam, nec à præſcriptis iſthîc conditionibus recedendum. Qua deficiente Cautione, videndum, lauta ſit necnè, an tenuis res beneficiaria. Nam illo caſu, rectius eſt, locupletem clientem ſuis impendiis operas Domino præbere: (Argumen. §. 136. Andegauen. Leg.) Hoc verò, inopem *vaſallum* tali ſumptu exonerari. Germanica tamen conſuetudine, clientes ſuo victu & impenſa adeunt Dominicam Curiam pro iure dicundo. Sicuti de ſua Germania Zaſius memorat, Parte. 7. Feudiſticæ Epitomes. At ſi patronus in longinqua pro-

Art. 136. Andeg. Cõſuet. Ibi. *Ceux doiuent faire leurs gardes à leurs deſpens, quand ils en ſont ſemons, & les y peut on contraindre, &c.*

Sic de militari ſubditorum obſequio, extra Prouinciam non extendẽdo, latè ſcripſimus lib. 1. Doman. Franc. Tit. 13. art. 17: ac lib. 1. Andeg. Leg. cap. 7. art. 2.

ficiſceretur extra Territorium, cliens propriis cum ſumptibus ſequi non teneretur. Bald. in d. Cap. 1. De capitan. qui cur. vendid. Et in Cap. Ad hæc De pace iuram. firman. Præpoſ. in Cap. 1. De noua form. fidelit. Et in §. ſimiliter De capit. Conradi, In Feud. Sic Pannonico More veteri, NOBILES SINE STIPENDIO EXTRA REGNVM CVM REGE NON MILITANT, EXCEPTIS OFFICIALIBVS ET STIPENDIARIIS REGIS: ET IN SOLO REGNO, NON EXTRA, CVM REGE, CONTRA HOSTEM, IRE TENENTVR. Clientuli autem, patronis ſuis, qui Romam cum Principe in hoſtem pergant, HOSTENDICIAS pendunt: niſi iis quoque præſtò adſint armati. Longobardi enim dimidiam, Germani tertiam exoluunt partem fructuum eius anni, quo domini *hoſtem faciunt*, ĩ. in expeditione & caſtris degunt. §. præterea Tit. 40. Lib. 2. Feud. Ac tantò hercle commendabilior eſt noſtratis Andium Herois Karoli. 1. pietas in Flandrum Comitem: Qui, ab huius matre accepto inſigni munere Comitatus Hannoniæ, non modò captiuum ipſum liberandum curarit è manu Florentij Batauiæ Reguli, ſed Hannonium ſimul Comitatum vltrò magnificè ei reddiderit, ann. 1255. & 1256. Vilhelmo Nangiſio ſcriptore, in Ludouico. 9. Rege, cuius, hic Andegauus Princeps, frater erat.

Hungariæ Ius Conſuetudinarium.

Carolus 1. Franciciæ coronæ fiduciarius Comes Andium, & Cenomanorum, cui Margareta Hannonica, ſeu Conſtantinopolitana. Flandriæ Comes dedit Valentianas, & Comitatũ Hannoniæ.

Florentius. Hollandiæ Comes, cui in matrimonium pacta eſt ſoror Comitis Flandriæ, quem antea, conſerto prælio, cœperat.

IVXTA hæc, Dominicæ Arci debentur militares excubiæ à clientibus quibuſdam, vrgente bello: vt in illa Arce patroni vitam réſque tueantur. §. 134. 135. 136. Andegauen. Leg. & §. 147. Cenomanæ. Qualem Dominici caſtri cuſtodiam excuſſimus ſ. Lib. 1. LEGVM ANDEGAVEN. Cap. 43. art. 2. 3. 4. Et DOMANII Francici Lib. 3. Tit. 18. Art. 8. Atque adeo multis S. Conſultis probatæ ſunt clientelares id genus vigiliæ ſtationéſque in Arcibus dominicis. Primo quidem, lato. 5. Kalend. Iunias ann. 1512. pro Ludou. Tremolio, equite, contra Ioh. *Serelier*, oppidanóſque alios Thoarcij Pictonum oppidi. Tum. 7. Idus Septembres eod. ann. 1512. pro Angoliſmorum Duce fœmina, in Nicolaum Dauidem, & Vicanos alios *de Saugne*. Dein Nono Kalend. Apriles ann. 1513. Inter Rodulphum Vernonem, equitem: & Ianum *Prouſt*, litiſque conſortes plurimos. Ad hæc, poſtridie Idus Sextiles ann. 1514. ſecundùm Lodoïcum Grauillam, Tribunum maritimorum Galliæ aduerſus Vicorum Habitatores *de Lougeron, Rouſſe, Montagne, & Tourſeu*. Item pridianis diebus Reſurrectionis DOMINICÆ. Ann. 1516. inter Annam Amboſiam, filiúmque ipſius Fraciſcum Chazeronem, Baronem Montisfalconij, & Parœcos *de Gron, & Vllebon*. Præterea quarto Nonas Apriles ann. 1518. pro Karolo Chabotio, equite Iarnaci toparcha, in Vicanos Iarnaci ſupra Carentonium amnem pagi. Vltimò, Idibus Aprilib. ann. 1548. ſecundùm Karolum Croyam equitem, aduerſus Ianum Oliuerium, & alios paganos *d'Ambouuille*, qui Vignoricam tueri arcem præſidio tenebantur militari. Peto nunc abs te, nûm limitanei Britonum, & Pictonum incolæ vrgeantur ad Regias eorum finium Arces, ingruente bello, cuſtodiendas? Ambigendi cauſam adfert immunitas, liberáque Pagorum 6.

Areſta Curiæ Pariſien. *des droits de Guet & garde de Chaſteaux des Seigneurs*. Die 28. Maij an. 1512. pro Dn. *de la Tremoille contre ſes habitãs de Thouars*. Itẽ die 7. Sep. eod an. *pour la Dame d'Angouleſme*. Tum Die 24. Mart. an. 1513. ante Paſcha Dehinc die 14. Auguſti 1514. pro Dn. *de Grauille* Admirali Franciæ. Die 2. April. an. 1518. *pour le ſieur de Iarnac ſur Charente*. Die 13. April. an. 1548. *Touchãt le guet & garde au Chaſteau de Vignory, en Barrou*.

Priuilegia & Exemptiones habitantium *des Marches communes de Bretaigne, & Poitou*, ab omnibus

Pagorum iſtorum cōditio, quos Principes noſtri indictionibus quibuſuis ſolutos muneribuſque vacuos ciuilibus declararũt. Veteribus Reſcriptis, quæ Henricus. 2. rex Diplomate innouauit. 4. Idus Octob. an. 1548. Et Erricus. 3. Aulico ſanxit Decreto xj. Kalend. Apriles. an. 1584. Vnde tantùm demitur Honorarium quoddã, nouo cuique Regi à Pagorum colonis porrigendũ. Horum nomina Pagorum hæc ſunt, *Pau, la Trinité de Machecoul, la Garnache, Boiſdeceue, ſainct Columbain, Corcoue, L'Iſle de Bouign, Geſtine, la Breuſiere, Boſſay, Eugane, le Bourg commun, de Leg, du Reſtail, ſainct Eſtienne du Boays.* Quinimò Oceani freti accolas illarũ partium Reges priſci donarant vacatione munerum pleniſſima. Karolus. 7. an. 1450. ac Ludouicus filius Nouemb. Menſe an. 1466. quòd Inſularij illi ſuis finibus Anglos ſumma virtute prohibuiſſent. Cuiuſmodi exiſtunt Inſularum Vicani *de Bouign*, *de Nermouſtier*, *de l'Iſle Dieu*, finitimique alij, quorum Priuilegij indices Tabulas perlegi. Et hæc recenſenti veniunt pariter in mẽtem Capſæ vrbis ciues, apud Iurgutham Numidiæ regem immunes, leui imperio, & qui ob ea fideliſſimi habebantur. Auctore Saluſtio. Nihilo ſeciùs opinor, priuilegiarios noſtrates in graui rei Gallicæ diſcrimine Regias arces tutari debere, & æquam cæteris conditionem ſortiri. Ex eo quoque proditum eſt ius Dominicum, cuſtodes beneficiario Caſtro apponẽdi, inuito cliente. Bald. ad l. ſi ita. §. dominus proprietatis ff. De vſu & habitat. Vidus Papa in Singulari. 266. Argum. l. Quarundam rerum ff. De acquir. poſſeſſ. Et l. 2. §. in Sardinia Cod. De offic. Præfect. prætor. Afr. Boerius in Deciſ. Burdigalen. 212. Num. 10. Ne iſthuc VASALLOS CASATOS adducam, qui Karoli Mag. tempeſtate, domino dominæuè miniſtrabant domi, & rem ipſorum familiarem accurabant. Legis Francicæ Lib. 3. Cap. 68. Et in Conſtitutionibus Karoli Magni, VT DESCRIBATVR, QVOT HOMINES QVIS CASATOS IN SVO BENEFICIO HABEAT. Talium enim *Vaſallorum* genus iampridem obſoleuit. CASATOS autem Eccleſiæ, veteres memorauimus, (ex Yuonis Epiſtolis), MONASTICON Lib. 1. ſeu De IVRE COENOBITARVM. Donatas necnon, CASAMENTI formula, Ditiones à priſcis Regibus, videre eſt in Chronico Andegauenſi manu exarato.

Tailliis & ſubſidiis pecuniariis. Die. 12. Octobr. an 1548 & Die. 22. Mait an. 1584.

L'Isle de Bouyn, l'Isle de Nermouſtier, &c. Sed Marchiæ communis Andium Pictonumque Habitatores deſcripſimus Lib. 1. Leg. Andegauen. Cap. 5. Art. 3. Et Marchiam communem Britonũ ac Pictonum. Lib. 1. Parti. Leg. Tit. 2. Art. 50. Tum Lib. 2. Tit. 6. Art. 16.

In propoſito legi feudalem Dinumerationem, à Carolo Dn *de Vaſſe*, Regi datam an. 154. Ditionis ſuæ *de Fouletorte*, immediatè ſubiectæ Abbati Baronique ſimul Ebronio domino feudi, & mediatè ſubditæ Baroni *de Sille Guillaume* Vbi agnoſcit Vaſallus ille, in bello teneri ſe hoſpitio excipere d. Baronem *de Sille* in ſuo caſtro *de Fouletorte*. Niſi d. Abbas & Baro Ebronius ibidem prius receptus fuiſſet, *loge & heberge*.

Lib. 1. Tit. 3. Art. 8.

De hoc Caſamento Nos. Tit ſeq. Art. 7. In Marg.

7. PRÆTER hæc, inita forenſis deliberatio eſt de patrono infimam ſolam habente Iuriſdictionem, cuius intra metas idem gentilitia Inſignia nomẽque impoſuerit palo à terra ſurſùm elato. Nonnullis enim placebat, nouũ opus dirui: pręſertim ſi medio in Vico pagano, vel publica in via erectũ oſtẽderetur. Chaſſen. in Catal. glor. Mun. Parte 1. Concluſ. 25. Hæc quippe eminentiora loca non ferũt publicũ vllum ſuperioris dominij ſymbolum, niſi quod ſublimis Iuridici imperium ſpectet. Quales iſtæ maioris Iuridici notæ, columella cum ferreo anulo infixo, patibulum bina columna fultum, appicta Templi parietibus arma Maiorum, ac reliqua id genus. Quinetiam Iulius Paulus cenſet, eos, qui inſignia altioris ordinis ſibi ſumũt, militiamve cō-

Vn Pau eſleué, aux armes du ſeigneur de fief.

Vaſallus non poteſt arma ſua antiqua depingere, aut inſculpere locis, vbi ſunt arma ſui Domini, à quo tenet in feudũ, ſaltem ita altè, ſed cum aliqua depreſſione aut diminutione. Inquit Chaſſeneus.

Pillier & carcā affichez. Potence à pilliers, Altæ Iuſtitiæ ſigna.

fingunt, quò quem terreant, vel concutiant, humiliores capite puniendos, honeſtiores in inſulam deportandos. Recept. Sentent. Lib. 5. Tit. 25. Si tamen, extra viam ſeu vicum publicum dominus imæ Iuriſdictionis fixerit in ſuo familiaria armorum Inſignia, nomenvè ſuum ligneæ columnæ impreſſerit intra Feudi ſepta priuatim, non eſt Interdicto obnoxius. l. 2. Cod. ne lic. ſine Iud. auctor. Et ibi Glo. l. Ad recognoſcendos Cod. De ingen. manumiſſ. Cum Bartoli dictatis in Tract. De inſign. & arm. Num. 4. & 5. Nam & Proculus ait, cùm quis iure quid in ſuo faceret, tametſi promiſiſſet DAMNI INFECTI vicino, eum ſtipulatione hac non teneri. l. 26. ff. De damn. infec. l. 2. §. item Varus ff. De aqua pluu. arcen. l. quemadmodùm §. ſi protectum, D. Ad l. Aquil. Quiſquis item iure ſuo vtitur in re propria, nemini facit iniuriam. Trebatij ſententia in §. vlt. l. fluminum ff. De dam. infec.

Vter ſit Dominus Pagi an qui habet feudum, an qui altā Iuſtitiam.

Ex iis etiam conciliatur ambitioſa de Pagi dominico titulo cōtrouerſia. Qui enim, ab feudali ſuo beneficio, quorumdam patronus erat in Vico pagano, eius ſe Vici dominum iactabundè vocabat. Alter verò, qui plenæ Vici iuriſdictioni præerat, eiuſdem ſibi purè dominium aſſerebat. Tandem CLARISS. ORDO rem definijt S. Conſulto ſecūdùm N. Budæum, ſublimem Iuridicū Marliani Pariſiorum Pagi. Decretum eſt quippe, eum, cui intra Pagum dominans prædium competeret, talis feudi Dominum eo in Pago appellari: Qui autem iuſta in Vicanos iuriſdictione prȩditus foret, ſimpliciter dominum Vici nominandum Excepto, quòd ſi ille quidem dominus feudi alium, quàm Iuridicum iſtum, verè patronum agnoſceret, tum Vici partim dominus diceretur. Ambobus tamen in eundem actum cōuenientibus, ac paciſcentibus inuicem, ille, quàmlibet Principis beneficiarius, ſcribere ſe tenetur feudi Dominum in prædicto Pago: Iuridicus, contrà, abſolutè ſe Dominum Pagi nuncupare. Sicuti Lutetiano illo Areſto deciſum fuit.

L'Arreſt de Marly vulgò dictū. *entre le hault Iuſticier du Village de Marly, qui doit eſtre ſimplement appellé Seigneur par les habitans.) Et vn particulier ſeigneur d'vn fief tenant du Roy aud. Village, lequel doit eſtre appellé Sieur en partie dudict Village.*

Faber in Ver. quibus ex patrimoniis competit Iuſtitia, & eſt eorum propria.

Nec immeritò, quùm Francicæ Iuriſdictiones in patrimoniis numerētur à Fabro (in Authent. Statuimus Cod. De Epiſc. & cler.) Indeque locorum Dominium Iuridicis attribuant, titulumque Dominicum. Vt alibi fusè à Nobis demonſtratum eſt.

Feuda ligia maiora, quæ longè differunt à ſimplicibus feudis & homagiis De quibus ligiis Nos copioſiùs, Parte. 3. huius Lib. 1.

VLTIMÒ extra ordinem Proceribus patronis defertur hic honos 8. vt noui clientes, non contenti aditione prædij ſuperioris ad fidelitatem illis ſpondendam, eos ſalutatum eant ac inuiſant, ſupplices manus, cum ſacramento, coràm porrecturi. Sunt enim illuſtria quædam Beneficia, quæ arctiore iureiurando ſanctioréque magnates teneant ab inclytis Regulis. Iſtiuſmodi habentur Baronatus, Marchiæ, Comitatus, Ducatus: haud ſimplici fide dati, inſtar gregarij cuiuſuis beneficij feudalis. Vnū de iis exemplū promitur ab Oliuerio Marchiano, Commentariorum ſuorum Lib. 1. Cap. 13. in hæc verba. *En ce temps de l'an. 1443. vint Iean Cōte de Vvirtemberg voir le Duc de Bourgongne, pour reprendre de luy la Comtè de Montbeliart, dont il eſtoit ſon homme & ſon vaſſal, à cauſe de ſa Comtè de Bourgongne. Et le receut le Duc audict lieu de Bruxelles, & luy fiſt grand honneur & grand chere, &c.* Cæſareo vtique

Burgundiæ, ediuerſò, Comitatum, maiori ex parte, Ducatus beneficiarium produnt Literæ regiæ Philippi 4. an. 1284 Ianuar Menſ. Tum an. 1320. Maio. Menſ Et die. 17. Feb An 1304. Ita Robertus Burgundiæ Dux, ſub Annum 1296. & Odo filius

Friderici

Friderici priuilegio indultum legimus Auſtriæ Duci, NE PRO CONDVCENDIS FEVDIS REQVIRERE SEV ACCEDERE DEBEAT IMPERIVM EXTRA METAS AVSTRIÆ, ET VT IN TERRA AVSTRIÆ EI DEBEANT SVA FEVDA CONFERRI PER IMPERIVN, ET LOCARI. Auctore Cuſpiniano in Auſtria. Patronus rurſùm, ſi temere cliẽtem reſpuat, iuſta clientelæ officia exhibentem, huc adigi poteſt à magiſtratu, vt in regio Oppido vaſallum in fidem aſſumat, qui nec tùm reuiſere Dominum compellitur, nec Dominicum prædium fidelitatis ergô repetere. Id quod Maſuerius ait iudicio decretum Curiæ Pariſien. In. §. Item ſi dominus Et. §. ſequen. Tit. De Feudis. Atque eo modo explicanda videtur Andium conſuetudo. §. 416.

exploiƈterent par faute d'homme la ville de Dole, Chaſteauchaſlon, & autres. De his plura, Lib. 3. Doman. Trãc. Tit. 3. Art. 10.

Art. 416. Andeg. Cõſuet. Ibi. *Mais apres que l'acquereur luy aura fait exhibition de ſeſdits contracts, & offert à payer les deniers deſdites ventes au de ſon ſeru, il eſt tenu luy faire deliurance de ſes choſes, ſoyent leſdictes ventes payées ou non, ſi ledict ſeigneur feodal refuſe de les receuoir.*

PARTIS II. CAPVT SECVNDVM.

DE VARIIS ET PERPETVIS NOBILIVM FVNDORVM A CLIENTE LOCAtionibus pactis.

Tit. I.

DE REBVS IN CENSVM DATIS.

1. *Domini cenſus habent directum fundi dominium.*
2. *Iidem tenent in feudum, aut nobile* alodium.
   In Prouincijs quibuſdam, fundos dare in cenſum vetantur proprietarij, ſine aſſenſu Domini directi.
3. *In pœnam male denegati cenſus, negans priuatur exceptione diuiſionis ipſius.*
4. *Partis cenſus confuſio in perſona domini, non inducit illius diuiſionem in reliquis partibus.*
   Cenſuales, *Honorariæque aliæ penſitationes non debent peti, ſed, præſtari à ſubditis, & Dominicam in domum deferri.*
5. *Pro rata parte* fundiarij *reditus empta à domino feudi, extinguitur feudalis poteſtas in fundum.*
6. *An venditor rei* cenſualis *teneatur* garantire *emptorem à* Releuiis *petitus à domino cenſus.*
7. *Emptor, qui fundum* deguerpiuit *ob debita venditoris, non poteſt re-*

petere laudimia domino ſoluta.

8. *Permutatio propter* exceſſum *pretij fraudulenter numerati,eatenùs iudicatur venditio,laudimijſque obnoxia,& non vltra.*

9. *Ex proportione pretij ſecundæ venditionis inter eoſdem , dijudicatur fraus reſolutionis voluntariæ prioris venditionis.*

10. Modernus Prior,*adiuſvè Eccleſiaſticus teneatur necne de* arreragiis *cēſus,à* prædeceſſore *debitis,ſaluo illi regreſſu contra iſtum.*

11. *Nūm emptor cenſuum vnius* Seignoriæ,*propriè dicatur ipſius dominus, An verò alter habens einſdem* manerium *præcipuum,cum* domaniis *dictæ* Signoriæ.

Chaſcun ſe pouuoit iouir de ſon fief. iuſques à la main-mettre au baſton,ou iuſques à demiſſion de foy.

CLIENS BENEFICIARIO fundo abuti potuit 1.
ad arbitrium priſco Galliæ ritu,dùm ne haſtam attingeret, modò vè à clientela fideque ſe non ſubduceret. Atque ita *vaſallo* licuit, res clientelares in cenſum ac perpetuum vectigal tradere, retenta fide. Ob id penes dominos cenſus rectum dominiū reſidet Moribus noſtris,iuſtaque iis Dominica debentur,ac laudimia,diſtracto agro vectigali Faber in.§.Adeo (col.vlt.) Inſtitut. De Locato. Maſuerius in prin.Tit.De locato & iur. emphyt. In ſua Praxi. Gloz.in Cap.De relig.domib. Quod accuratè ſimul explanat Andium Lex.§.179.cuius formulam percenſui 3. Tit. De Laudimiis,ad Artic.14.

Legis patriæ verba. *Cens & deuoirs deuz à aucun qui ha fief, denotent ſeignourie de fief en nuepce ſur les choſes pour raiſon deſquels ils ſont deuz.*

VNDE neceſſariò elicitur,ſolarij dominum,aut à ſuperiori nobile 2.
prædiū tenere beneficiario iure aut nobili fundo immuni ſolutoque potiri. Nam hoc genus liberi prædij,quod nobiliter tenetur,habet iuriſdictionem, feudum, vel cenſuale in ſubditos Vectigal adiunctum. Quale deſcribit Pariſienſis Conſuetudo,in §.68.Trecēſis Campanorum, 53.54. Et Aurelianenſis,255.Nec aliter interpretandam cenſeo Boiorum Legem municipalem,in §.392.Vbi etiam Molineus ſcholiaſtes,Cum eiuſdem Conſil.30.In fi.De ignobili verò Alode ſecùs dicēdum,quę licet optima maxima conditione poſſideatur,nullique obligata ſit,caret tamē Dominici vectigalis debitoribus,cliētulis,Iuridicoque imperio.Ea proinde,ruſtici & plebeij inſtar fūdi,ignobiliter diuiditur ex æquis inter hęredes.cita.§.68.Pariſien.Conſuet.Itaque ſi talis *Alodij* poſſeſſor,eius partem alicui lege mācipari ſolarij indicti, haud ideo rectus dominus habebitur,nec denuò ex agelli venditione laudimia percipiet.Impropriè enim ſolarium iſtud,ceſuſvè nominatur, ſed prædiarius tantùm reditus, vulgò *Renta fundiaria,* quæ cenſuali oneri ſolet identidem ſuperimponi.§ 178.& 179.Andeg. Leg. Ciuilibus itidem Pótiuentium Inſtitutis, vetātur proprietarij ignobilium fundorum,eos perpetuò vectigales locare aliis,citra recti Domini aſſenſum: Imò nec,conſentiente quidem iſto,locati prædij,quod deinde perpetuus colonus ære diſtraxerit, venditionalia conſequetur locator, ſed dominus

Franc-alleu noble, qui ha iuſtice,fief ou cenſiue.

Borboniæ Conſuet. ſententia. *La premiere rente conſtituée ſur heritage allodial,s'appelle rente fociere, & emporte droict de directe ſeigneurie & de lods & ventes.*

Franc-alleu roturier,qui n'a ne fief,iuſtice,ne cenſiue.

Rente fonciere, La premiere charge apres le cens, ou fons de terre pour laquelle non payée à tour,ny a amende, ſinō qu'elle ſoit infeodée. §. 178.Andeg. Cōſuet.

Conſuet. de Ponthieu ſcriptis redacta an. 1495. fuit reformata an. 1507. à Com-

dominus ille ſuperior. §. 88. 89. Pontiuen. Conſuet. quæ Regio iuſſu emendata eſt an. 1507. regeſtaque in Tabularium Iuridicæ Pontiuẽſis Præfecturæ. Hoc ampliùs, Allobrogici fundorũ alienatores qualiumcunque prohibentur, in lege mancipi annuum vectigal ſibi recipere, à nouo poſſeſſore pendundum. Alioquin Ducali Sabaudiæ Fiſco, minoriſvè Dynaſtæ, cui latifundium, recto Dominio, ſubiaceat, totum addicetur. Edicto Allobrogico pridie Kal. Maias an. 1561. quod Camerinus Allobrogum Senatus comprobauit Decimo tertio Calend. Nouemb. poſteriores. Neque id demirabitur admodùm, quiſquis retenti ſolarij nobilis prærogatiuam illis in partibus animaduertet. Nam & finitima iis Lugdunenſis prouincia tantùm defert *cenſuali* huic penſioni annuæ, vt ſemel prædiis adſignata, céteno etiam ſilentio poſſeſſionéque libertatis tolli & aboleri nequeat. Sicuti PATRES Pariſienſes è Tribunali illo præcelſo decreuêre Nonis Quintilib. an. 1603. In voluendo Lugdunenſium cauſarum Catalogo.

miſſariis Ludouici. 12. regis, & Regiſtrata *au Greffe de la Seneſchauſſee de Ponthieu*, qua hęc habentur. *Le poſſeſſeur d'vn heritage cottier & cottierement tenu ne le peut bailler à cens ou ſurcens ſans le cõſentement du Seigneur Et encores ſi par apres le preneur à ces ou les hoirs vendent led. heritage, les lods & ventes en ſont deuz aud. Seigneur, & non au bailleur à cens.*

Sabaudiæ Ducis Ordinatio die vlt. April. 1561. Verificata in Parlamẽto *de Chambery* die. 20. Octob. eod. an.

3. NON obſcurum eſt, agrariam penſitationem honorariam, etſi indiuidua ſit, diuiſim ſolùm deberi à correis, qui particulatim minutatimque ita triceno ſpatio exoluerint domino non refraganti. Accurſ. ad l. in communi diuidundo D. comm. diuid. Maſuerius in. §. Item ſi plures Verſ. Si tamen De locat. & iur. emphyt. Cui Andium Mos ſcriptus cógruit. §. 180. & 470. Tandiu enim diuiſam petitionem Iuris ratio non patitur redintegrari. l. liberum Cod. De fideiuſſ. Sed agedum, partis detentores agri vectigalis dominus conuenit pro ſolido, ab iiſque ſolarium negãtibus iudicio euicit. Cedò, nûm iidem prouocationis ſuffragio admittantur ad exceptionem diuiſionis domino opponendam. Puto mehercle, ius agendi, ſolidæque damnationis, in ipſos perfida cenſus inficiatione creuiſſe: quùm inficiantibus diuiſionis auxilium non indulgeatur. Vlpiani l. ſi dubitet. §. 1. ff. De fideiuſſ. Simili de cauſa, legum præſidiis mulctantur, qui fallaci mendaciorũ fuco circumueniant iudicantis religionem. l. vlt. ff. De rei vindicat. Authent. Contrà qui propriam Cod. De non numerat. pecun. l. contra negantem Cod. De leg. Aquil. Authent. Item poſſeſſor Cod. Qui potior. in pign. Eapropter qui Iuridicis ſeſſionibus præſident apud Vindocinũ Andegauiæ oppidum, diuiſionis exceptione ſummouerunt poſſeſſores vectigalium huiuſmodi prædiorum, qui initio vllum ſe debere cenſum abnegaſſent. Sententia. 3. Nonas Octobr. an. 1579. ſecundùm Iohãnem Dandigneum, militem, aduerſus Petrum *Cornillau*, litiſque conſortes. Proinde conſulentibus his diſſuaſimus appellatorium confugium in Curiam Pariſienſem.

Areſtũ Curiæ, *en plaidant du Roolle de Lyon* die. 7. Iulij. 1603. *entre l'appellant du Bailly de Beauiolois*, pro quo Choartus egit. & *Pinsuné*, pro quo, Mareſchalus.

Cenſus eſt indiuiduus apud Andes. §. 180.

Apud Montem Argi. Dominicus cenſus etiam appellatur *Droict d'Oublie qui eſt d'vn chappon ayant vn douzain au bec.* Cap 2. Art 40. Mont Argiuæ Conſuet.

Sententia *des gens tenans les grands iours de Vendoſmois.* die. 5. Octob. an. 1579.

4. NEQVE hinc longè diſſidet facti ſpecies infraſcripta. Dominus rectus mercatur aliquot iugera vectigalis prædij. Deinde iudicio perſequitur ſolidũ vectigal in ſingulos poſſeſſores reliquos, deducta illius canonis portione, quæ pro rata emptorũ ab eo iugerum, extincta & ſublata ſit. Aſt rei conuenti defendunt, tali emptione diuiſum tacitè à domino ſolarium: quaſi partis acceptione, aut confuſione, quæ re-

Partis cenſus cõfuſio in perſona domini, pro parte fundi cenſualis ab eo empta, nõ operatur diuiſionem reliqui cẽſus inter alios fundi poſſeſſores.

ceptioni partis æquipollet, totum diuiſum ſit vectigal. l. ſi creditores Cod. De Pact. l. ſtichum. §. aditio ╥. De ſolution. l. ex ſextante. §. Latinus. ╥. De except. rei iudic. Quoties enim ſuperior dominus ſibi comparat inferius prędium, inducitur prædiaria recti, & vtilis dominij cõfuſio ac conſolidatio. Intantùm, vt ſi dominus empta poſtmodùm diuendat, nec lege venditionis ſibi excipiat cenſuale vectigal, tunc immunem rem liberámque præſtare teneatur, nec vlli canoni obnoxiam Maſuerius diſerte in. 5. Item ſi ille. Tit. De locat. & iur. emphyt. Nihilò minùs reor, ſolidi vectigalis exactioni in correos ſingulos locum eſſe: dempta portiũcula, quæ rei emptæ ratione apud dominum euaneſcat. Nec enim emptoris domini deterior conditio eſt, quàm vnius ex correis debendi, qui indiuiduo creditoris nomine diſſoluto, ceſſis ab iſto actionibus, rectè ſolidum petit à quolibet correorum, ſua modò debiti æris parte detracta. Vt inquit Faber in l. 1. Cod. De duob. reis l. Modeſtinus Et ibi Bart. ╥. De ſolution. Adde quòd rei emptione peremptum ius creditoris non dicitur omnimodo, ſed pro tãtilla duntaxat confuſi iuris portione. Ex argumento l. debitor. D. Ad S.C. Trebel. Item quod vulgò dictitant, partis receptione diuiſionem rei debitæ videri contractam. Hoc ſolùm procedit in creditis pecuniis, & nominibus quæ vnica æris ſolutione liberentur. Secus in annuo canone, cuius indiuidua obligatio acceptione partis non infringitur: niſi dominus à ſubditis viritim annuum reditum vltrò ſuſceperit continuis triginta annis. Iaſ. in cit. l. ſi creditores Et. §. 180. & 470. Andeg. Cõſuet. Quinimò Senatui placuit, ſubditũ, qui vice tributarij galli gallinacei, quem Domino antiquitùs debebat, quinos aſſes Dominicis colonis perſoluiſſet vniformi præſtatione. 60. annorũ, ad eius caponis ſpeciẽ penſitandam vrgeri, Decreto memorabili. 4. Iduum Maiarum an. 1581. pro Errico Borbonio Cantabrorũ rege, Comite Marleo in Veromanduis, qui à Senatoribus Palatinos libellos agentibus Lutetiæ, Curiam Max. prouocarat. Quantocunque pariter Annorũ ſpatio, Vicani debitores agrarij Vectigalis pẽdere ipsũ cõſueuerint in Vicano ſuo domicilio, damnati ſunt ipſi, Honorariam eiuſmodi penſitationẽ quotãnis deferre, vel in dominicum Prætorium, cui vectigales fundi ſubiiciuntur, vel, ſi Dominus mallet, in ſuam ipſius Domeſticam ſedem laremque fortunarum. Areſto Senatoriæ Inquiſitionum Decuriæ. 3. Quod prolatum fuit. 9. Kal. Iunias an. 1586. in emendanda Angoliſmorũ Iudicum Sententia, dicta ſecundùm ruſticos *Vici de la Vouſte* habitatores, ſubditos Pet. Gandillaudi. Qui quidem poſtmodùm in rem ſuam Iudicatum Pariſienſe publicauit, Commentario Engoliſinen. Cõſuetud. ad Artic. 25. Meritò hercle, quùm ea, quæ ex conſenſu præſtantur aliquot annorũ curriculo, non inducant obligationẽ. l. creditor Cod. De vſur. l. operis non impoſitis ╥. De oper. libert. l. ſi certis annis Cod. De pact. Merę item facultatis iura, præſcriptione temporis non amittũtur: Niſi ab eo ipſo die, quo rei debitę palã reclamatũ ſit. Ioh. Andr. ad Cap. vlt. De cõſuet. Bald. ad leg. Hæc autẽ. ╥. De ſeruit. vrban. præd.

Inter plures fundorũ detentores, cenſui redituivè fundiario ſubiectorum, vnus à Domino conuentus ſi vocet alios in contributionẽ, qui quadragenaria ſe libertate tueantur, haud ideò ratam eorũ portionẽ deducet actori. cuius ſolidum ius eſt indiuiduum, hypothecarium in ſingulos poſſeſſores. Artic. 468. 469. 470. And. Leg. Sed reus ſibi, non domino imputet. quod maturè ſubſidiaria in alios actione nõ interrupe rit eorum præſcriptionem Ex Areſto Pariſ. die. 16. Maij. 1603. ad relationem Dn. Paſtorelli in 4. Camera Inqueſt. de prouocatione à Sẽtentia Præſidiali Andiũ lata die. 4. Dec. 1596. pro N. *Le Comte,* in Vrbanũ *Gabillaut,* & conſortes. Secus inter correos perſonaliter obligatos, quorum in vnũ interruptio ciuilis facta officit cæteris l vlt. C. De duob. reis.

Parlamenti Pariſien. Areſtũ die. 12. Maij. an. 1581. pro Rege Nauarræ. *Comte de Marle en Vermandois, appellant d'vne Sentence des Requeſtes du Palais du. 1. Febur. 1580.*

Curiæ Areſtum die. 24. Maij. 1586 *au Rapport de M. de Mouſty.* pro P. *Gandillaut,* Angoliſmorum Conſiliario regio. patriæ Conſuet. Scholiaſte.

La Rente ſeigneuriale, eſt rendable, & non requerable. Vt. i. dicetur Art vlt. Pictauenſis tamen Conſuet. Art. 103. Reditus annuus poteſt eſſe nobilis ac fundiarius. etſi alieno in feudo: Eoque non eſt directus ſeu Dominicus, nec talis Reditus ſua die non ſoluti emenda debetur.

PRÆ-

5. PRÆDICTIS bellè cohæret ſubſequens dubitatio. Cliens rem beneficiariã Libellæ formula alienauit, cauto ſibi iure nouãdæ fidelitatis Aliquantò pòſt, idem auctor partem annui Reditus prędiarij tranſcripſit patrono, cui exinde perpetuus colonus annuum hũc canonẽ appendit. Mortuo cliente, patronus manum prędio iniecit, donec clientis hæres fidem iureiurãdo repromittat. Sed Dominicæ fundi occupationi intercedit priuatus poſſeſſor enixèque contendit, ignobile factũ fuiſſe prædium acceptione prædiarij Reditus annui, cuius partem dominus coëmiſſet. Nã quoad poſſeſſorem fundi attinet, hic ruſticè & ignobiliter ab illo tenetur, quaſi ſubiectus plebeio Vectigaliũ oneri, & æqualiter familiæ herciſcundæ iudicio diuidũdus. Quòd item ad perpetuum locatorẽ ſpectat, Reditus ille, quem ſtipulatus ſit locator, ignobilis cenſetur, ruſticèque poſſeſſus. §. 179. Andeg. Cõſuet. qui ſolariũ canonem à tali Reditu prædiario longè lateq; ſecernit. Ad hæc, patronus emptione partis annui reditus probaſſe videtur eiuſdem in fundo conſtitutionem: Quo caſu, in fundum iuſta Dominica, ceſſant in poſterum, ſaluo illi annui canonis perſecutorio iure. Patronus autem, econtrà, ſuum quidem ius in fundũ pro parte annui, quod emerit, vectigalis extinctum, ſe non diffiteri: Aſt in reſiduo nil vetare, quo minùs iuſta beneficiaria in prædium conſequatur. Nam ſi fundum reſpicias, ita libello datum comperies, vt ex eo, is qui dedit, clientelari munere, ſicuti priùs, defungatur. Rurſùs ſi annuũ Reditum intueare, hic peræquè nobilis, ac fundus ipſe, inuenietur. Quippe qui nobili prædio imponatur à beneficiario ipſo clientelam ſibi reſeruante. Vt ſatis indicat citat. §. 179. Diuerſum de prædiario reditu in vectigalibus fundis conſtituto ab ignobili poſſeſſore. Nam ſecundum hoc annui Reditus onus nullam habet Cẽſus, rectique Dominij dignitatem admixtam. Speculat. in. §. Nunc aliqua Tit. De locat. Verſ. 105. & 126. Doct. in l. vlt. Cod. De iur. emphyt. Pyrrhus in §. 17. vetuſtæ Conſuet. Aurelianæ. Chaſſeneus ad §. 3. Tit. *Des Cenſes*. Burgund. Conſuet. Poſt Legis Põtificiæ Interpretes, ad Cap. conſtitutus De relig. domib. Nec enim penes duos ſtare poteſt rectum dominium eiuſdem rei in ſolidum l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum D. commod. l. duo in ſolidum. ff. De precar. l. hæreditate. §. pater. ff. De caſtren. pecul. Quod & Nos perſpicuè expoſuimus. ſ. Lib. 1. Cap. 6. Artic. 11. Inde etiam in adſignando ſolenni fundorum reditu creditori, pluris æſtimatur ſolarium, quàm ſimplex prædiorum vectigal ignobile, Ex nobilibus rurſùm ſolarij generibus maior habetur eius æſtimatio, quod ſummæ, quàm quod mediæ, infimeve Iuriſdictionis fundo debeatur. §. 492. 493. 494. 495. Andeg. Conſuet. Tit. *D'Aßiete de Rente*. Atq; ex his omnibus facile colligitur, nullum Domino prçiudicium inferri, Dominiciſque in feudum prærogatiuis hoc nomine, quia prædiarij Reditus feudo indicti partem ſibi comparaſſet. Excepto, quòd pro quantula empti Reditus, tantula etiam fundi portio clientelę nexu ſoluitur. Eatenùs nãque patronus emptor ſuccedit in auctoris vicem annui Re-

Bail à rente d'vn heritage feodal, auec la reſeruation de porter la foy & hommage par le bailleur.

Le cens, & rente foncierre fort differens.

Conſuet. Artic. 179. Ver. *Ce que ne faict pas rente, s'il n'appert autrement, que ce ſoit ſon fief.*

Rente fonciere ſur heritage roturier.

Pyrrhus Anglebermeus, in Commẽtar. Aurelianæ Conſuet.

Les dommaines & rentes communes des fons baillez en aſſiette, ſont eſtimez la raiſon des fermes ordinaires, annuelles, Mais les cens & deuoirs infeodez des terres de haute iuſtice, ſont tiercoyez, aſſauoir que les deux ſeront eſtimez valoir trois en aſſiette: Et en terre de moyenne iuſtice, ils ſeront quartoyez: & ceux qui ſerõt infeodez en baſſe iuſtice ſeulement, ſeront quintoyez, tellement que les quatre ſeront baillez en aſſiette de cinq, &c.

L'union & incorporation du fief ceſſe, quand celuy qui vend ſon fief, & les rotures tenües à cens dudit fief, eſtoit luy meſmes le ſeigneur ſuperieur dudit fief & qu'il vend en ſon fief diſtinctè & ſeparatim,*aſſauoir vn lieu feodal, & leſdictes rotures, comme cenſiuement tenues dudit fief.*

ditus,locatoriſque perpetui,qui poſſeſſores beneficiaria ſe fideliberaturum ſpopóderat. Argum.l.debitori Cod.De pact.l.ſi à Titio. ff. De rei vindicat.l. Cùm vir.ff. De vſucap. Vno certe caſu, rerum mixtura non confundit cenſum cum feudo ſuperiore. Putà ſi in lege fundi vẽdundi nominatim dicatur ab eodem Dominici prædij, & clientelaris proprietario,ſe inferiùs hoc alienare illius beneficiarium deinceps, vt olim futurum,vectigales item agros,qui beneficio huic inferiori ſeruirent,vt priùs,ſub annui canonis onere ac pẽſitatione. Tantumdem enim operatur diſcreta hęc ſingulorum corporum venditio pacta ab vno totius domino,ac ſi is alteri cliẽtelarem,alteri vectigalem rem ſeorſùm pretio mancipaſſet.

Vendoſme.

A la charge des deuoirs ſeigneuriaux.

Droict de rachapt feodal par l'vſage local,deu ſur l'heritage cenſuel,& ſi le vendeur du fons comme garend eſt tenu en deſcharger & indemnizer l'acheteur.

Art 84. And Conſ. Ibi,*rachetent l'heritage de leur predeceſſeur tenu à foy.*

Artic. 87. *Si femme ſe marie,ſon mary deura rachat aux ſeigneurs des fiefs,dõt les choſes hommagees de laducte femme ſont tenues à foy & hommage,&c.*

Art.156. Andeg. Cõſuet. *Et ſi ledict Comte de Vendoſme, ou autres vaſſaux dudit pays ont accouſtumé,& ſont en poſſeſſion ſuffiſante d'auoir leurs,& requints, releſfiefs, ou autres droicts,dont ne ſoit cy faicte mention, ils en iouyront en la forme accouſtumée.*

Releuoiſons à plaiſir.

Rheims,au procez verbal de la Couſtume dud. Rheims. particuliere de Vermandois.

SEIVS vectigalium ædium poſſeſſor in Vindocinenſi Andium oppido,eas védidit Mæuio,adiecta hac vulgari clauſula, *ad onus cenſus aliorumque Dominis debitorum conſuetorum.* Decedit empto,relicta filia Publij coniuge. Dominus cenſus à Publio depoſcit redemptionalia fundi cenſualis pro ritu patrio Vindocinenſis regiunculæ, quæ, alibi inſolita,admittat feudi cenſúſque cómmoda Dominica. Lege Andiũ ſcripta non refragante.In.§.156.Publius verò vocatus auctorem ciet venditorem, qui prædiolum, vtì plebeium ac vectigale, diſtraxerit, ideóque redimendi feudi onere vacuum ac ſolutum. Quádoquidem poſſeſſor ea ſola luere tenetur à domino latifundia,quæ præſtádo hominio alligẽtur.§.84.87.Andeg.Leg. At venditor,contrà,differit,cauſæ defenſioné Publij ad ſe non pertinere:quùm ea lege alienatus ſit fundus,vt emptor cẽſum,iuſtáque alia à dominis percipi ſolita depẽderet.Quibus verbis etiam redemptionalia intelliguntur, quæ ex vectigalibus agris præſtari ibidem conſueuerint. Nam quæ ſunt moris ac cóſuetudinis,in bonæ fidei Iudicio venire neceſſe eſt. Vlpiani Lege.31.ff.De ædil.edic.Ac Modeſtini l.32.§.lucius.ff.De Adminiſtr. tutor.In ver.morem hunc & conſuetudinem ſemper obſeruatam ſecutus l.1.ff.De Vſur.Omnes namque patria Inſtituta callere oportet, nec eorum ignorátia cuiquam præbet excuſationem. l. antepenul. Cod. De legib. Eòque plurimùm momenti adfert.§.156.Andeg.Leg.publicè notæ,quæ emptori calcar addere debuit ad iuſta Dominica curioſiùs ex vſu loci perſcrutanda.Quare de iis rogatus ſentẽtiam exiſtimaui,venditorem offerre ſe liti pro emptore nõ teneri.Ac ne cui interim nouũ videatur,ignobiles fundos poſſeſſoris morte luendos erga dominum ſoli,Ecce tibi Aureliorum Mos in ſcripta redactus,quo plebeij fundi intra veteres Vrbis metas Dominis ſoluũt arbitrarias,quas vocant, *Releuationes.* Rhemis itidem, patrono appenditur Dominicum ius, *Eſſoigne*, à nouo quoque in ruſticum fundum ſucceſſore legitimo. Bleſenſi necnon Conſuetudine, *cens à cher pris, ou cher cens*, ſecùm implicitam habet redemptionalium præſtationem. Artic.109. Aureliana verò Lege,non ita.§.123. Denique apud Borbonios toties indictum eſt Ius *de Marciaige*, ſeu fructuaria vectigalis prædij redemptio in dominum directum,quoties vel iſte,vel ruſticus poſſeſſor immutetur. Peculiari 6.

culiari *Caſtellaniarum* Ritu *de Verneul, & Billy*. Vt in Borboniæ Legis calce adſcriptum eſt.

7. Gabinianvs fundus væniit, creditoribus multis oppigneratus. Hi aduerſus emptorem intendunt hypothecariam formulam, vt ſoluat, aut cedat rebus obligatis, Mauult is fundum dimittere, proſcribẽdum, auctioníque ſubiiciendum. Inde actutùm iudicio repoſcit à domino cenſus quæ ei pependerat laudimia emptionis nomine. Conteſtatur enim, ex venditione neceſſariò ſoluta nil domino deberi, & repræſentatam idcirco pecuniã repeti poſſe. Vt multis antea Iuris rationibus demonſtratum eſt. Atqui paria ſunt, non fuiſſe diſtractum prædiũ, aut æris alieni mole oppreſſum ita væniiſſe, vt euictioni ſit proximum. l. 4. l. ſi obligata Cod. De euiction. Cùm igitur quis ad onus aliquod certæ rei contemplatione adſtringitur, re ipſa exutus liberatur. Vlpiani. leg. 6. §. 2. D. ſi ſeruit. vindic. Sed à parte Domini, contrà, ſuggerebatur, venditionem ritè celebratam merce, pretio, & cõſenſu: quibus perfecta venditio cõſtare ſolet. Ceſſionem fundi iudiciariam, qua emptor defungitur, merè ſpontaneam eſſe ideóque nec retrò conuellere pręcedentem venditionem, vt iura interim Domino parta auferre poſſit. l. Vbi autẽ. §. ſed & Marcellus D. de in diem addict. Bartol. ad l. In diem. ff. De aqua pluu. arcen. Nam & pariter, emphyteuta prædiũ derelinquẽte, dominus hypothecis oneratur, ab illo rei impoſitis. Vt Maſuerio placet, in. §. Item vtilis dominus Verſ. Si emphyteota gulpiat, vel cedat rem domino Tit. De locat. & iur. emphyt. Aliter verò, ſi in contrahenda emptione, tranſcripſiſſet in ſe emptor quorumdam nomina creditorum auctoris ſui, qui pluſculos alios ſuppreſſerit, nec candide omnes deſignarit. Tunc quippe venditoris dolo reticentiáque deluſus emptor poſtularet, contractum Diplomate reſcindi: & reſciſſo eo, penſa laudimia iuſte condiceret. Quare cenſuimus, in propoſito negotio Domini cauſam potiorem. Prædicta enim fundi in iure ceſſio, quam noſtrates Pragmatici vocant *Deguerpiſſement*, non eſt pura antecedentis contractus ſolutio, ſed quaſi noua traditio prædij, ſpeciéſque abalienationis cuius priſca ſolennia deſcribit Boëthius, in Topica M. Tulij. Quòd Franciea etiam Aimoyni Hiſtoria expreſſum fuit, hoc ſermone. *Inuadens Fulco fratrem ſuum per auxilium Andegauenſium & Turonenſium Baronum, hominum multa ſtrage facta, eum in campo deuicit*, &c. *Qua parta expeditione, Vvaſtinenſe, ſicut promiſerat, Regi* Vverpivit. Lib. 5. Cap. 47. Nec abſimiliter vetera Gallicorum templorum monumenta Vverpitionem vſurparunt pro ſimplici rerum donatarum traditione. Sicuti his tabulis maximæ Sueſſionum Eccleſiæ continetur. Notvm sit omnibvs tam fvtvris, qvam præsentibvs, qvòd Iohannes de Petrafonte, cvm Ihervsalem adire, divinitvs esset inspiratvs, hoc etiam bonvm opvs anticipavit, vt omnem exactionem et consvetvdinem Vicecomitatvs, qvam habebat in villa Ka-

Marciaige, quãd le ſieur cenſier & direct, de 3. annees prend la deſpouille de l'vne en fruicts naturels, & la moitié d'icelle année en fruicts induſtriaux.

Si l'heritage acquis, depuis eſtans deſguerpy par l'acquereur pour les debtes du vendeur, les lods & ventes payeés ſont repetibles ſur le ſeigneur.

Le deguerpiſſement faict au ſeigneur foncier & cenſier n'efface pas les hypotheques des creanciers du deguerpiſſant.

Vaſtinenſis, ſeu Gaſtinenſis territorij Seneſchalus à rege Carolo Caluo cõſtitutus fuit Tertullus, filius Torquatij. Equitis Britonibus oriundi. Ab eodem Tertullo Lodonenſe Caſtrum, patris Caſamẽtum valde augmentatum fuit. Rex verò Vicecomitatũ Aurelianen. ciuitatis in Caſamentum ei donauit. & dimidium Comitatũ Andeg. ciuitatis, ad defendendam Regionẽ & Vrbem. Ex Hiſt. Comitum Andegauor. manuſcripta olim à monarcho Maioriſmonaſterij. Turon.

Antiqua Charta *pour les Preuoſts Doyen, Chan: & Chap. de Soiſſons comme hault Iuſticiers de Chelles, en Vallois.*

LA, ET OMNIBVS APPENDICIIS EIVSDEM VILLÆ, IN PERPE-
TVVM VVERPIRET ECCLESIÆ SANCTÆ SVESSIONENSI PRO RE-
MEDIO ANIMÆ SVÆ, ET VT DOMINVS DIRIGERET VIAM EIVS,
FECIT. ITAQVE EAM VVERPITIONEM ET TRADITIONEM TAM
IPSE, QVAM VXOR EIVS FREDELINDIS, ET FILII FILIÆQVE EO-
RVM HERVEVS, VVERMVNDVS, HELILENDIS, EA QVIDEM RATIO-
NE, VT INDE CENSVS IPSI VEL SVCCESSORIBVS EIVS DVO SOLIDI PER
SINGVLOS ANNOS SOLVANTVR IN FESTIVITATE S. REMIGII, &c. SVB-
SIGNARVNT. ACTVM, VERBI INCARNATI AN. 1100. EPACTA. 7. CON-
CVRRENTE. 6. INDICT. 7. REGNANTE PHILIPPO REGE, ANNO REGNI
SVI. 38. EPISCOPANTE AVTEM HVGONE, ANNO. 7. His ſubdam Theo-
dulphum, de Saxonibus ita loquentem. *Baptizati ipſi more ſuo omnẽ inge-
nuitatem & alodem ſuam manibus gulpierunt*, ī. *dimiſerunt*. Sed ad rem. Vnũ
denique ſupereſt emptori, qui cedat fundo, laudimiaque interim pa-
trono exoluerit, Iuris remedium. Nempe vt vel prædij auctioni inter-
cedat, quò ſuum recipiat ex pretio inde redigendo, vel ſi iterum pluris
licenti ipſi addicatur venalis ager, nouum patrono laudatiuum pẽde-
re non teneatur. Nec enim bona fides patitur, bis ab eodem vnius la-
tifundij emptore iuſta exigi Honoraria. Sicuti variis Curiæ Sententiis
deciſum eſt, ex quibus decerpti Pariſien. Cõſuetud. Articuli. 79. & 84.

Art. 79. Pariſ. Conſuet. *Si l'acheteur eſt cõtraint deguerpir pour les debtes de ſon vendeur, & en ce faiſant la terre ſe vend par decret à la pourſuitte des creanciers ledit acquereur ſuccede au droict du Seigneur, pour prendre à ſon proffit les ventes dudit decret telles que euſt prins ledit Seigneur.*

Art. 84. *Si l'acheteur pour purger les hypotheques fait decreter l'heritage, & tel acheteur eſt adiudicataire, n'eſt deu que vn ſeul droict de quint ou ventes, tãt pour le contract d'acquiſition, que pour le decret.*

Venditio, permutationis velo tecta ſimulatè pro maiori parte, acquirit laudimia domino feudi pro ea parte.

ALIA emergit laudimiorum controuerſia fundi vectigalis. Permu- 8.
tatur domus Lutetiæ ſuburbanis prædiis, ac Reditu annuo. 50. libella-
rum Turonenſ. quem pars altera nummis cõſtiturum habebat. Poſtri-
die cõmutationis ita pactæ, frater noui ędium poſſeſſoris mercatur à
permutatore latifundia illa ruſtica ſeptingentis libellis Francicis: ma-
nente vtique, nec redempto annuo canone pecunia comparato. Mox
Sodales Fani Mederici Pariſien. domini cenſus, diem dicunt Ædium
proprietario, vt laudimia ipſis tanquam ex nummaria emptione, pen-
ſitaret. Aiebant enim, vẽditionem fraterna ac domeſtica propinquo-
rum fraude velatam fuiſſe: ne heſternæ permutationis ſpecie quę late-
bat venditio, hodierna die patefieret. Proin fraudatoris vtriuſq; dolũ
obeſſe recto domino non debere, quùmq; iam numeratum æs, Redi-
tus annui qui extabat, æſtimationem ſuperaret, fictam rerum cõmu-
tationem vẽditionis legibus omninò eſſe regendã. Bartol. in l. Ariſto.
ꝟ. De donat. Bald. ad l. quæritur. ꝟ. De ſtatu homin. Ioh. Andr. & Pa-
norm. in Cap. Ad quęſtiones De rer. permut. Ex cõtrario autem, per-
mutator adferebat Papiniani reſpõſum, ſolam rationem fraternæ af-
fectionis non admittere ſuſpicionem taciti fideicõmiſſi. l. penult. De
his, quæ vt indign. aufer. Liberum permutãti fuiſſe ruſticani agri cõ-
mercium, etiam ſi huic alter emptorem mox ſubieciſſet. l. Atqui na-
tura. §. ſed cùm me abſente. ꝟ. De negot. geſt. l. ſeruus dotalis D.
ſolut. matrim. l. Cùm pater. §. Titio. ꝟ. De legat. 2. Nec enim vi-
detur voluiſſe fraudare edictum, qui ſibi proſpicit, &c. l. ſi pupillus.
ꝟ. De acquir. hęred. Ac proinde Tiraquellus ſenſit, haud ideo permu-
tatum fundum gentilitia lege condici poſſe, quòd eius ſuccedaneum
prædium

Canonici *de S. Merry, ou S. Mederic.*

Vltra laudimia, debetur domino cenſuali *Droict de gants de 2. den. Pariſ. par l'acheteur pour la ſaiſine.* Sẽlitenſi Conſuet. §. 246. Et Valeſia. §. 13.

Etſi ignobilis cum nobili fundo permutatione receptus, eodẽ iure, quo prior, diuidatur inter hæredes. (Art. 273. Andeg. Leg.) Venditi tamen vxorij feudi pretio ſubrogatum *par Remploy* ignobile prædium partiuntur hæredes ex æquis. Talis enim ſubrogatio expreſſa, facit quidem vxoris proprium illud, nõ autem feudale, alterius inſtar alienati.

prædium ilico pòſt tertio venundatum eſſet. In Præfat. Retractus linearis Num.79.80.81. Denique litem exactè cognitam ita definiuit Senatus, vt pro rata portione illati pretij, detecto fuco, venditionem eſſe decerneret laudimiis obnoxiam:in reſiduo, permutationem laudimiis immunem confirmaret.S.Conſulto. 9. Kalend. Apriles.an. 1539. In Andibus necnon, res inuicem commutatas agnati redimunt pro modo repręſentatæ pecuniæ àb altero permutatorum.§.353. Andeg.Conſuet.

Areſtum Curiæ Pariſien *ſur procez par eſcript* die.24. Mart. an 1539.

Quãtitate pretii ſecundæ venditionis inter eoſdem diiudicatur fraus ſpontaneæ reſolutionis prioris venditionis

9. AB hac fraudis quæſtione nó multùm abhorret infranarrata. Lucius plebeium fundú coëmit, ſub pacto redimendi intra luſtrum completum. Pendente hoc quinquennio, emptor conducit prædium dominans, cuique laudimia ex ſeruientium venditione fundorum competerent. Dehinc labente propemodùm die, qui redemptioni fundi ſtatutus erat, emptor vafrè ac ſubdolè curat reſoluendum à venditore contractum, oſtentato dicis cauſa pretio. Ne videlicet emptor, pręterito recuperádæ rei tempore, laudimia ſoluere teneretur priori colono fundi dominantis. Ac octiduo pòſt, emptor rurſùs mercatur eum ipsú fundú ab eodem venditore. Ob id anterior colonus iudicio conuenit emptoré, vt laudimia ſibi ex priore venditione appendat, quæ, tranſacto illo quinquéni ſpatio, iamiá reuocari nequiret. Nam licet à priori alienatione in ſpeciem diſceſſum ſit intra tépus redhibitoriæ legi dictum: proximè tamen ſecuta fundi mancipatio vniformis oſtendit, priorem nugatorio comméto ſolutam, vt nouæ alienationi viam pręſtrueret, qua, emptor, idémque cóductor Dominici prędij laudimiis eximeretur. Hanc igitur hypotheſin conſultus putaui ſic dirimendá vt ſi pari pretio inita ſit ſecunda, quo prima véditio, tunc haud dubiè anterior iſthæc ſtare iudicetur. Sin auté maiore pretio diſtracta res ſit nouiſſimè, tunc petitor actione depellatur: quùm nullæ ſuperfuerint reliquię prioris venditionis, quę ſemel, reſtituto pretio, interciderit.

Ex proportione pretii iudicatur qualitas actus l. 1. ff. De reb. dub.

An moderni alicuius Eccleſiæ Pręlati cogantur ſoluere arreragia cenſus debita tempore prædeceſſorum Eccleſiaſticorum.

10. NOVO Templi Pręfecto competunt vectigales agri. Dominus directus eos publicè poſſideri iuſſit ob reliqua vndetriginta annorum Vectigalis agrarij. Sacerdos Tépli interceſſit Dominicæ manus iniectioni, quòd præteriti temporis debitus canon mobilibus adnumeretur nominibus, quorum onus non tranſit in ſucceſſorem, Eccleſię beneficiarium. De ſolarij iure ipſo, ſecus: quod poſſeſſionibus indictum, ſequitur quemcunque poſſeſſorem. Vt diſtinctè res definitur, Pótificia Alexádri.3. Epiſtola decretali.1. De depoſ. Cap. cùm veniſſent. Verſ. ſi conceſſio illa fuerit *realis* De inſtitut. Adiicit interceſſor Sacerdos, dominum cenſus incuriæ ſuæ expenſum ferre debere, qui ſibi non cauerit loco, ac tandiu remoratus ſit annui canonis perſecutionem. Ediuerſò auté, rectus Dominus, prędia ipſa, non perſonas, in vectigalibus conueniri: Ideóq; præcedentiú etiam annorum vectigal exolui à poſſeſſoribus oportere. Sicuti Antoninum & Verum Impp. reſcripſiſſe, auctor eſt Papinianus, l. 7. ff. De publican. Idem alibi reſpondit, non audiendum legatarium cótradicentem ob tributa retroacti tem-

Si partiarius aut nũmarius fundi colonus decennio integro fundiarium quẽdam Reditum perſoluiſſet, nullis eiuſce titulis extantibus, cogebatur olim proprietarius, eundem perpetuò exoluere. Veteri Andium & Cenom. More ſcripto Lutetiæque impreſſo, die. 4. Febr. an 1493. Parte 13. Sed nouata poſt emendataque Conſuet. id ſuppreſſum eſt, quũ error frauſue coloni vel ſerui domino pręiudicare non debeat. l. ſed ſi communis §. ſi ſeruus ff. De contrah. empt.

poris, quòd hæres ſoluendo ſit, & is qui tributis recipiendis præpoſitus fuerat. Lib. 19. Reſponſ. l. 5. ꝟ. De cenſib. Eò quoque redeunt Pontificium decreta, Cap. Tua, Et Cap. paſtoralis De decim. Nam quod vulgò dici aſſolet, tributa indictionéſque eſſe onera fructuum, & fructuariis poſſeſſoribus ferenda, non aliis (Modeſtini l. 52. ꝟ. De vſufr. & l. quæro. ꝟ. De vſufr. legat.) Id onerat quidem eum, qui vtitur ac fruitur, vt domin⁹ proprietatis liberetur, ſed nil prohibet, quominùs ſoli Dominus, ex Agraria pẽſitatione, manum rectà in fundum immittat, ſiue à fructuario detentum, ſiue à prorietario. Itaque meo iudicio, qui in Præfecturam Templi ſucceſſerit, cogitur anteacti tẽporis canonẽ debitum penſitare: ſed eius nomine reuertetur ad præceſſorem ſuum, reliquatorem ſuperiorum annorum, aut eius hæredes. Si tamen anterioribus hiſce annis dominus ſequeſtro mandaſſet vectigalẽ fundum, nec maturè ſibi ſolui ex fructibus ſequeſtratæ rei procuraſſet, minus æquum videretur, Dominicæ deſidiæ pœnam à nouo Templi beneficiario perferri. De fructuaria item Redemptionalium feudi obuẽtione, reor diuerſum ius ſtatuendum. Quippe cui feudali emolumento fortuito, ceu perſonali, ſigillatim adſignati ſint, Moribus Municipũ, eius anni prouentus ac reditus prædiarij, quo anno prædium ipſum, poſſeſſorem amiſerit. Vnde aduẽtitiis hiſce feudi commodis tenetur dũtaxat ſacræ Eccleſiæ Rector, qui Anni caducarij fructus perceperit, nõ eius in Eccleſiam ſucceſſores. Vt admonuimus ſuprà, ex patriæ Legis ſenſu. §. 110. 111. 112.

Le Seigneur cenſier & foncier.

Releuio feudali adplicantur, de Cõſuetudine. fructus eius Anni, quo feudum vacarit Releuio obnoxium.

Supra Tit. de redẽptional. Feudi. Art. 4.

Lequel des deux ſe peut dire Seigneur de la terre, ou celuy qui ha les cenſiues deues à lad. terre, ou celuy qui ha le manoir principal & les domaides ladicte terre.

QVIDAM ampliſſimæ ditionis Dominus eam abalienat duobus: Alteri cenſus & vectigalia ſeruientium fundorum, alteri Dominicũ patrimonium, cum Prætorio, ſeu præcipua domo. Ille cenſuum emptor ſibi arrogat Dominicæ eius ditionis titulos: quippe qui cenſus ſecum inuehant rectum fundorum dominium. Cẽſus enim, nota eſt teſſeráque recti dominij, & ſubiectionis poſſeſſorũ. Can. tributum Can. magnum. Cauſ. 11. Quęſt. 1. Sed huius partis opinio peritioribus diſplicuit Alter namque Dominici emptor patrimonij, honoríſque cõpetitor, inſtructum habet nobilis patrisfamil. Domiciliũ, vnà cum Dominico ſolo, abs quo vectigales fundi primitùs manarũt. Item ſoli vectigalia ab ſubditis de more inferebantur in Dominicas ædes, velut totius Ditionis caput. Art. 178. Andeg. Leg. Sicuti Romæ de operis patrono debitis conſtitutũ erat. Proculi leg. Quod niſi §. vlt. ꝟ. De oper. libert. Ac l. vlt. Cod. De cõdit. inſert. Vbi Baldus, de ſolario Dominis annuatim offerendo, ceu admixtam habente ſubditorum in eos obſeruantiam, Honorarięque ſubiectionis ſymbolum. Nam & ab ipſorum dominanti Ædificio, tanquam capite, reliqua Ditionis membra iuráque nomen aſſumũt l. Cùm in diuerſis. ꝟ. De relig. & ſumpt. funer. l. peculiũ. §. quadrigæ. ꝟ. De legat. 2. l. ſi in aliam, quàm celebrem Ciuitatem vel Prouincię caput. ꝟ. De offic. proconſ. Ac veluti ex capite ipſo mortales ſinguli dignoſcuntur, ita primarij Ædificij facies titulum Ditionis oſtendit. Hinc vetus hemiſtichion. 11.

Cens & rente feodale eſt vendable & non requerable §. 178. Conſuet. Andeg.

Nomen

Nomen & arma locum ſeruant: &c.
Hîc domus Aſſaraci multos dominabitur annos.

Rurſus à maiori parte nomina rebus, actibúſque induntur. l. repetundarum. §. hermaphroditus. ff. De teſtibus. Cùm igitur amplior foret Dominici ſoli prouentus, quàm cenſualium Vectigalium, ſenſi vtique, eius poſſeſſori honorariũ Ditionis nomen competere: ſalua domino cenſus in ſubditos cenſuales prærogatiua. Huc alludunt Caluimontana, & Trecenſis Campanorum, Aruerna, Senonenſis, Ambatorum, & Boiorum Conſtitutiones Municipales: quæ natu maiori, tanquam Domus præcipuæ Domino, adſignant nomen, arma, gentilitiaque nobilis Inſignia Familiæ: Vt cum priſco Vate meritò occinamus, *Hîc illius arma, hîc currus fuit.* Quod magis eſt, Pariſienſis Curiæ monumenta produnt, ſacri Sacelli patronatum, quod in Arce Baronatus Sacellum erat, ſolido iure addictum fuiſſe primigenio fratri, velut Arcis Domino: licet prædiaria eius Templi iura toto Baroniæ territorio diffunderentur. Decreto Senatus. 13. Kalend. Apriles ann. 1511. exequentis Iudicatum ann. 1507. in diuidundo Baronatu Montiſacuti inter hæredes. Pluſcula in hanc theſin, cumulat Boërius, & Aquitanicæ Curiæ Decreta ciet, de prærogata eorum dignitate, qui feudali Iuriſque dictionis parte maiore indiuiſim potiantur. Burdigalenſi Deciſ. 5.

A maiori parte fit rerum, actuumque denominatio.

Art. 8 Caluimontanæ. 14. Trecenſis. 51. Aruernæ (Tit. De hæredit.) 00. Senonenſis. 11 Barroducanç. 301. Borboniæ Conſuetud. *Des Armes plenes, cry, nom, & tiltre de Seigneur, auec le Manoir, appartenans à l'aiſné de maiſons nobles.*

Areſtum Curiæ Die 20. Mart. ann. 1511. *en l'execution d'autre Areſt donné ſur le partage de la Baronnie de Montagu.*

Tit. II.

DE PRÆDIIS FVNDIARII REDITVS LEGE ALIENATIS.

1. *A priſca memoria repetitus* Rentæ foncieriæ *Contractuum vſus.*
2. *Quando Reditus* fundiarius *importet directum fundi dominium*, la Seigneurie directe & tresfonciere.
3. *Redimendi reditus* fundiarij, *qui fortè à domino venderetur, pactio adiecta* contractui du Bail à rente, *eſt in rem, & afficit emptorem.*
4. *Quando venditio reſoluitur alio contractu, ſed ex cauſa neceſſaria primo contractui adiecta, tunc ob eam reſolutionem, licet conuentionalem, nulla Dominica iura debentur.*
5. *Nonobſtante Edicto* des Criees *ſeruatur patria Conſuetudo, ne pro* Renta foncieria *dominus ſe opponere teneatur* cridis *& proclamationibus fundi ſub haſta vendendi.*
6. *Vtrius cura & impenſa pauimentum viæ inſterni debeat, an domini* fundiarij, *an vtilis poſſeſſoris ſeu proprietarij.*
7. *Nùm ex venditione cenſuum debeantur iura dominica, inſpecto valore omnium* cenſualium *fundorum, an verò ſolius cenſus ſuo pretio venditi.*

Baux à rente fonciere.

Hæreditariam locationem Brabantini vocant contractum hunc *de Bail a rente*. In legib. Municipal. Mechliniæ Tit. De hæreditar. locat.

De Libella, vnde libellarius contractus. Vide à Nobis ſuprà ſcripta Lib. 1. cap. 4. art. 17.

Imperatoria Lotharij Conſtitutio feudalis.

Hic Gundebaldus Burgundionum Rex, Gundeuchi Regis Burgundionũ filius, & patruus Clotildis vxoris Clodouei Frãcorum regis. A Gundebaudo igitur auctore dicta eſt vulgariter *La loy Gombette*, cuius plurima Capita extãt formis impreſſa. lib. ſic inſcripto, Leges Saliæ, Alemanorum, Saxonum, Angliorum, Thuringorum, Burgundionum, Francorum, Ripuariæ, Boioariorum, Vveſtphalorũ, Vuerinorum, Friſionum, Langobardorum, Theutonum.

Longobardæ etiam Legis Lib. 2. Tit. Qualiter quiſque ſe defendere debeat, ſicut Gundebalda lege viuentes.

1. CENSVALI vicinus eſt rei libello datæ tractatus. Atque vt Emphyteuſis, ita Libellaria, genus eſt commercij priſcis etiam mortalibus vſitatum. Regij enim patrimonij prædia legimus, Thomati cuidam commiſſa libellario nomine, à Theodorico Gotthorum rege. Vt eſt apud Aurelium Caſſiodorum, Lib. 5. Variarum. De eo item, qui volebat poſſeſſiones ſub ſpecie libellorum tenere, locus extat Gregorij Mag. Lib. 8. Epiſt. Cap. 61. Eiuſdem Libellæ, ſeu libellariæ meminit Nouella Leonis Auguſti Conſtitut. 10. 13. Feudalibus autem placitis, licebat mediam feudi partem libello alienare. Sed iis derogatum fuit Lotharij. 2. ſanctione Principali, quæ memoratur Tit. De alienat. feudi. Lib. 1. Feudor. Nam alienationum feudi prohibitoriæ legi fraus videbatur fieri libellaria fundorum conceſſione: qualem ad viuum effinxit Feudiſtica Conſtitutio, in §. donare. Tit. De iure quod in feudo vaſallus habet. Lib. 2. Feud. Iiſdem Feudorũ Inſtitutis, filiæ ſuccedebant in res libello mancipatas, beneficiariis excluſæ. Lib. 4. Feud. Tit. 3. De poſſeſſione apud filiam collocanda. Aſt Lege Burgundionum à Gundobaldo rege lata, filiæ nullatenùs ſuccedunt in bona parentum, exiſtentibus filiis. Tit. De ſucceſſion. §. 1. Burgundiarum huiuſmodi Legum originem recenſet Gregor. Turonenſis, Hiſtor. Lib. 2. Cap. 33. in hanc ſententiam, GVNDOBALDVS VERÒ REGIONEM OMNEM QVÆ NVNC BVRGVNDIA DICITVR, IN SVO DOMINIO RESTAVRAVIT. BVRGVNDIONIBVS LEGES MITIORES INSTITVIT, NE ROMANOS OPPRIMERENT. Præclara itidem Gundebaldæ Legis commemoratio fit, Capitul. Karoli Mag. Lib. 1. Cap. 63. De periuriis: Tum Can. 33. ſacræ Synodi Aquiſgranenſis, contra Fœlicem & Elipandum.

V'ne rente fonciere porte directe ſeigneurie, quand il n'y a point de cens precedent. Comme ſur vn heritage allodial.

Sylua non cædua.

2. PRÆDIARIVS reditus, index tùm recti Dominij eſt, quùm nullo antea cenſu, ſolarióque oneratum prædium reperietur. Nam ſi liberis fundis nullíque obligatis imponatur annuus eiuſmodi canon, hic veteri domino ſeruat rectam iuſtámque fundi proprietatem. Sicuti antea Borboniæ Legis auctoritate freti edocuimus. Artic. 2. Tituli ſuperioris. Inde talis reditus non malè vocatur Solarium, quaſi ſolo indictum vectigal, *le fons de terre*. l. 2. D. Ne quid in loco publ. l. Venditor fundi Geroniani. §. vlt D. commun. præd. Atque ideo nonnulli autumant, eius ſoli poſſeſſorem, cui ſolo, poſt conſtitutum de eo reditum, ſuperſtructa domus ſit, hanc impune diruere, ac recto domino ſufficere ſolum ab eo datum, ex quo ſolarium percipiat. Nec ab iis longe abeſt, quod beneficiarij, aut vectigalis prædij ligna, nemoráque abſcindi cernimus identidem, remanente ſolo, in quo acquieſcere patroni tenentur. Hinc à Senatu pronuntiatum eſt, ſyluæ emptorem glandariæ, cuius ligna in ædium conſtructionem impendantur, legibus non ſubiici *Feudariæ* editionis tabularum empti & venditi,

venditi, nec Dominici retractus prædiorum. Decreto. 6. Iduum Sextilium ann. 1587. ex litis ſpecie, quam Anton. *Deſpinoy* ſenator collegis ſuis exponebat in quinta Curiæ Inquiſitoria decuria. Victore Petro *de la Chappelliere*. Quoties enim arbores excindendæ, fructus percipiendi væneunt ſeparatim à fundo, ſeu nemus cædendum, rebus hæc mobilibus cuncta adnumerantur. Bart. in l. penul. ff. De Teſtamento milit. Caſtrenſis in Conſil. 132. Volum. 2. Decius, ſimili Iuris Reſponſo. 472. Sed prædictis opponetur, ſuperficiem non minùs ædium partem eſſe immobilem, quàm ſolum. l. cum qui ædes l. ſi ſolum. ff. De Vſucap. l. vlt. ff. De ſuperfic. l. ſolum. ff. De rei vindic. Item emphyteutæ nihilò ampliùs permiſſam eſſe emponematῶn venditionem (quas *meliorationes* appellant) quàm fundi ipſius emphyteutici. l. 3. Cod. De iur. emphyt. Cenſualibus, ad hæc, monumentis ædificia cum ſolo inſcribi ſolere. Vt compendio expediam, opinor, dominum fundi libello dati ſuperficiem ſolo detractam licitè repetere à libellario poſſeſſore: ſi liqueat, vtrúmque huic ab illo conceſſum lege prædiarij vectigalis. Sin primariæ conceſſionis tabulæ neutiquam appareant, ius petendum eſt abs tenore vectigalium profeſſionum. Nec diſpari modo, ſi cliens antea, Ditionis ſuæ in patronum Catalogo accenſuerit ſpeciatim nemus grandéſuè Arbores fundo inſitas, ceu feudi partem, Tunc ante ipſarum cęſuram venditarum aditus patere videtur Dominicæ alienati feudi, Emptionalium ſaltem, condictioni ex lege Municipiorum.

Areſtum Curiæ die 8. Auguſti 1587. confirmans Pictauenſis Iudicis ſententiam latã Die 10. Iulii 1586. *Iaſoit que la vendereſſe du bois de haute ſuſtaye à l'intimé, euſt peu apres vẽdu le fons à vn autre.*

Papiers terriers, & Chartulaires des fiefs.

De hac quæſtione vide ſuprà Tit. De Laudimiis art. 9.

Aduen & Denõbrement.

3. Plane ardua fuit hæc Fori diſputatio de redemptione prædiarij Reditus ex clauſula conſtitutionis eiuſdem. Titius à Seio fruendum conduxit perpetua penſione fundum ſubiecta hac conditione, vt ſi cui poſtea dominus vectigal hoc annuum diuenderet, ipſum pari pretio recuperaret fundi poſſeſſor. Longo pòſt interuallo, perpetuus agri locator pretio tranſcribit Annuum huiuſmodi Semphronio: à quo mox Seius iſtud redhibitoria lege repoſcit primo contractui adpoſita. Sed emptor negat, ſe ea lege teneri, quùm reuocatoria fundi pactio, ſeu interdictio alienandi, quæ nuda conuentione adſtricta ſit, non porrigatur in ſingularem rei ſucceſſorem, nec dominij tranſlationem in tertium præpediat: Salua alteri petitione eius quod intereſt, aduerſus auctorem, à quo ille redhibitorium ius, aut venditionis prohibitorium ſtipulatus ſit. l. Si ſterilis. §. cùm tibi. ff. De action. emp. l. ſi ita quis. §. ea lege l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. De verb. obligat. l. penul. ff. De Pact. Eòdem confluit crebrior Iuris Interpretum calculus, Bart. & Bald. ad l. ea lege Cod. De condict. ob. cauſ. dator. Bald. in l. qui abſenti In fi. ff. De acquir. poſſeſſ. P. Caſtrenſis in l. vlt. Cod. De pactis int. emptor. Aliud ſanciendum de fundi alienatione Conſtitutionibus vetita, ſiue à teſtatore, aut à Iudice, cuius ea de re notio extiterit. Nam hoc caſu ad irritum perducitur alienatio. Tit. De rebus eor. qui ſub tutel. l. filiusfamiliàs. §. Diui. ff. De Legat. 1. l. Is cui bonis. ff. De verb. obligat. Inſtat verò, contrà, prædij colonus perpetuus, diuerſam

An prohibitio alienationis facta in cõtractu, impediat trãſlationem iuris realis in tertium.

Alienandi prohibitio facta à Lege, vel à Teſtatore, uel à Iudice impedit dominij trãſlationem in aliũ.

cauſam eſſe redhibitoriæ pactionis in lege fundi adſcriptæ, à pura vendundi prohibitione conuentionali. Nam pactum redimendi primo contractui adiectum obſtat puræ dominij tranſlationi in ſecundum emptorem. P. Caſtrenſis ad l. ſi cùm venditor. ꝟ. De pignerat. act. Bald. in l. 4. §. ſed & Marcellus ꝟ. De in diem addict. Res quippe redemptioni obnoxia tranſilit ad alios cum ſuo onere: Inſtar legis commiſſoriæ, de qua, in l. ſi quis hac lege ꝟ. De rei vindicat. Quibus aptè cohæret Martiani reſponſum, l. ſi creditor. §. vlt. ꝟ. De diſtract. pign. Et Iuſtinianea ſanctio vlt. Cod. De iur. emphyt. Ad hæc, vrget humanitatis ratio ſumma pro conductore illo perpetuo, qui ab annua nummarij Reditus ſeruitute proclamat ex Pacto in libertatem, redemptionémque ſuæ rei mirè fauorabilem. Cùm igitur Aureliorum Suppræfectus emptorem redhibitorio iudicio abſoluiſſet, Senatus perperàm abſolutum pronuntiauit, annuúmque Reditum à fundi poſſeſſore tantidem redemptum iri, quanti reus ipſum mercatus fuiſſet. Areſto Pariſienſi. 15. Kal. Maias ann. 1586. quùm Robertus pro appellante, & Martinus pro aduerſario peroraſſent.

Decretum Curiæ Pariſien. Die 17. April. an. 1586. *ſur l'appel du Bailly d'Orleans ou ſon Lieutenant.*

Acquiſitio facta *à la charge du decret iudiciaire, à peine de nullité du contract.*

HVIC confinem ſubiicio PATRVM CONSVLTIS deciſam hypotheſin. Prædium væniit eo pacto, vt publica auctione addiceretur, curante venditore, intra ſemeſtræ ſpatium: aliàs res maneret inempta. Lapſo eo tempore, partes conſenſu diſcedunt à pactitia venditione, quam iudiciaria, vti conuenerat, non fuerat conſecuta. Subinde venditor alteri diſtrahit eandem villam accepto pretio. Nouus emptor adit rectum dominum, offert laudimia ex recenti emptione. Oblata renuit dominus, niſi cum iis pendantur & ipſi iuſta Dominica, ex conuentione priorem venditionem reſoluente: Quippe quæ iudicio contradicto reſolui debuerit, cauſæque cognitione interpoſita. Proin venditionis primæ reuocatorium Pactum eo loco habendum eſſe, ac ſi emptor venditori ex integro prædium alienaſſet, aut remancipaſſet. Verùm enimverò, quia aliunde conſtabat de fundi lege commiſſoria, priori adhibita venditioni, Senatus cenſuit, illam re ipſa commiſſam declarari peræquè à paciſcentibus bona fide potuiſſe, ac longo Fori circuitu, inutilíque ſolennium Iudicialium apparatu. Similiter námque tutores honoraria imputare pupillo vetantur ab Antonino Cæſare, ſi ſuperuacaneam litem inſtituiſſent, cùm à vero creditore conuenirentur. Nec enim tutoribus interdictum erat, bonam fidem agnoſcere. Vt refert Vlpianus in l. quoties §. ſicut autem Verſ. denique. ꝟ. De adminiſtr. tutor. Quaptopter CONSCRIPTI CVRIÆ laudimia, de quibus lis erat, Domino abiudicarunt. Decreto 10. Kalend. Martias Ann. 1586. ex contentione forenſi Dominæ *de Piquigny*, pro qua Seruinus, & dynaſtæ *de Maintenon*, pro quo Taleus, egêre. 4.

Ex venditionis reſolutione, conuentionali quidem, ſed ob cauſam neceſſariam præcedentē, non dentur laudimia.

Areſtum Curiæ Pariſien *donné en plaidãt.* Die 10. Febr. an. 1586. *touchant la terre de Torchepot, en Dunois.*

Rente foncière, pro cuius arreragiis, licet non pro Reditu ipſo, neceſſe eſt intercedere publicis fundorum auctionibus: Pro cenſus autem arreragiis, non eſt neceſſe. §. 486.

STATVTVM eſt patrio Andium ritu ann. 1508. Dominos prædiarij Reditus, cum publicæ fundorum auctioni opponere non cogi, vt ſaluum incoluméque ius ſuum tueantur. §. 486. At bino, inquies, 5.

Edicto

Edicto cauetur, neceſſariam fore priuati cuiuſque iuris nomine interceſſionem iudiciariam, cenſuali dempto vectigali an. 1539. & 1551. Quæritur ergo, an gemina iſthæc Galli Principis Conſtitutio poſterior deroget Municipali contrariæ. Ita videretur prima fronte, quùm Legiſlator verbis hiſce vtatur derogatoriis, *Nonobſtant Statuts, & Ordonnances à ce contraires.* Eámque opinionem adiuuat S. Conſultum Regij Edicti promulgatorium, hac vernacula phraſi, *Pour eſtre gardé en tous les Baillages, Seneſchaucees, & Reſſorts de ce Parlement.* Credo tamen, minimè obrogatum peculiari huic Andium Mori prouinciali, qui in rem eſt, iúſque ſuo Territorio præbet. Nam alia cauſa habetur ſolennium formularum, quæ auctionibus fundi Edicto præſcriptæ obtinent vbique: alia verò iuris ordiníſque creditorum auctioni illi certatim intercedentium. Cuius iuris ergô, quod ſummum litis exitum ſpectat, eius morem Regionis intueri oportet, intra quam prædiaria iura continentur. l. 2. Cod. Quemadmod. teſtam. aperian. l. 3. In fi. ✠. De teſtib. l. An in totum Cod. De ædific. priuat. In aliis pariter Galliæ Municipiis, quæ Principali Edicto illo reguntur in hac parte, minùs neceſſaria Molineo creditur interceſſio, agrariæ penſitationis nomine, aduerſus publicam obnoxij Agri licitationem, ſi dominus quidem ipſe, à iudiciario pignerati fundi colono Reditus ſui annui p enſiones liberè pacatéque ſuſceperit. In Notis ad §. 76. Bituricæ Conſuet. Tit. De execution. ac publicis fundorum pignerationib. At conſultiorem arbitror, tutioremque ſeruando huic Reditui annuo conteſtationem Fori, ne res ſub haſta væneant, niſi cum onere talis Vectigalis prædiarij.

Andeg. & 489. Cenom. Leg. Verum alibi ex Edicto regio an. 1519. & 1551. neceſſaria eſt oppoſitio pro fundiario reditu ipſo, & arreragiis cenſus.

In iis quæ reſpiciunt ſolennitatẽ iudiciorum, vel litis ordinationem, inſpicitur locus fori vel iudicij, in quo litigatur. Sed quoad litis deciſoria, inſpicitur locus, vbi res ſitæ ſunt.

Renta fundiaria.

6. Havd ſemel in Foro agitatum recordor, vtrius ſumptu primum viæ publicæ Vrbis pauimentum imponatur, locatoríſnè, an conductoris perpetui vrbanarum Ædium ſub onere annui Vectigalis. Nam in mutuo vtriuſque de ea re conflictu, obiicit ille dominus vectigalis annui quod ſcripſit Vlpianus Lib. 18. ad Sabinum, ſi quid cloacarij nomine debeatur, ſiue ob collationem viæ pendatur, id ſubire fructuarium oportere. l. ſi pendentes. ✠. De vſufr. Iſtud enim viæ tutelare onus ad eum pertinet, qui vtitur ac fruitur, reſpicítque annuos fundi prouentus. Baldus in l. Ad inſtructionem Cod. De ſacroſ. eccleſ. Cepola in Tract. De ſeruit. ruſtic. præd. Cap. 3. De ſeruitute viæ Quæſt. 25. Bartol. in l. vlt. Num. 3. De immun. nemini conced. Lib. 10. Cod. Per contrarium verò allegatur à poſſeſſore ædium, rectam ſolidámque fundi proprietatem penes dominum cenſus reſidere. Cenſum enim, ſeu prædiarium reditum in vicem annui fructus prædiorum ſubſtitui. Vſqueadeo, vt ſolus is verè fundo potiatur, qui illam perpetuæ locationis mercedem percipiat. Ideóque Fayus aduocatus Fiſci in media cauſæ actione apud P. C. dicebat, primum quidem viæ publicæ Vrbis Pauimentum à domino ſolarij præſtari debere: At ius aliud ſtatuendum eſſe de ædibus ſitis intra vias vicinales & anguſtiores, quarú reſpectu proprietarius ædium patrimoniali hoc munere fungi teneatur.

Vter amborum teneatur, dominuſnè cenſierius & foncierius, an proprietarius Ædium *à payer le pané de la rue d'icelles.*

Andium Viæ publicæ Regi adiudicatæ sũt in Comitem Andeg. S. Conſulto an. 1290. ita ſcripto (in Barmæ Præſidis Collectaneis, quæ habeo) Dictum fuit, quód dominus Rex iuſtitiabit in cheminis Comitatus Andegau. Ex Cap. 1. §. item viæ publicæ Tit. Quæ sũt Regaliæ In feud.

Argumen. Vlpiani in l. viæ vicinales, quæ ex fundis priuatorum collatis factæ ſunt. π. De locis & itiner. publ. l. 2. §. viarum. Verſ. vicinales. D. Ne quid in loco publ. Sed vtrúmque viarum genus publicum eſſe, indicat idem Vlpiani locus. Nec video proponi, cur iuſtiùs ſolarij Dominus illigetur maioribus viis Vrbis muniendis, quàm arctioribus aliis, quæ & ipſæ publicæ, & iiſdem Vrbis mœnibus ſeptæ claudantur. Vt indiſtinctè de viis Vrbis ſenſit Bartol. in l. 2. De immunit. nemini conced. Lib. 10. Cod. Eapropter Conſcripti Curiæ motam de eo quæſtionem reuocarunt ad plenius deliberandi conſilium. Forenſi patronorum diſſertatione peracta. 9. Kal. Maias ann. 1584. inter Archipriorem Franciæ, Dominum ſoli, pro quo Buyſſonius: Et Dn. Bouchardam, Lotini ſenatoris viduam mulierem, pro qua Arnaldus, viciſſim orarunt. At quemadmodùm id priùs à Senatu definitum ſit, oſtendimus Lib. 3. De PRIVIL. RVSTIC. Parte 3. cap. 12. art. 2. Cùm iis, quæ in hanc partem ſubnotauimus Libro ſuperiori, cap. 59. art. penul. & vlt.

Arreſt d'appoinčté au Conſeil, du 23. d'Apuril, l'an 1584. Entre le grãd Prieur de France, ſeign. cenſier & treſfoncier à cauſe de ſa Commanderie du Temple à Paris. Et la Vefue du Conſeiller Lotin proprietaire d'vne maiſon, intimee en l'appel du Preuoſt de Paris, interiecté par ledict grãd Prieur.

AB Vrbanis ad Ruſtica redeamus. Cliens dedit in cenſum, prædiariumvè reditum clientelares fundos vniuerſos: retento fidelitatis iure præſtandæ recto Domino. Sicuti variis etiamdùm Galliæ Moribus de beneficio cuique ſolo licet ad arbitrium ſtatuere: modò idem ipſe ſemper maneat fidelis beneficiarius. Inde nec, tali in cenſum datione fundorum, vacat poſſeſſore beneficium. At temporis interiectu, cliens eundem canonem, vt exiguus erat, ſic modico diſtraxit, & omne ius eam rem contingens à ſe abdicauit. Patronus ex hac emptione petit iuſta Dominica, non tantùm pro rata pretij Vectigalis diuenditi, ſed etiam æſtimationis fundorum omnium vectigalium. Idcirco enim clientibus indultum ait, ſua prædia ſolarij lege alteri tranſcribere inuito patrono, quòd rerum clientela nequaquàm tùm nouetur, vt prædictum eſt. Nunc autem, mutato cliente, qui ſua in fundos iura cum vectigalibus alienarit, taxantur beneficiaria patroni commoda non ſolùm pro modo cenſus recèns emancipati minimo ære, verùm & opimorum prædiorum, quæ eiuſdem clientela patroni tenentur, vnáque cum cenſu & fidei dandæ munere, vendita exiſtimantur, In idque exprompta eſt Aureliorum Conſuetudo noua, §. 7. 8. 9. Nam alioquin cliens gemina patroni indulgentia abuteretur in eius fraudem ac perniciem. Primò, quia feudi in cenſum tranſlatione interuerterit naturam ipſius, originémque mutauerit. Contra Cap. 1. De ſucceſſ. feudi. Cap. 1. §. ex eadem De lege Conradi, Et Glo. in Cap. Imperialem §. beneficium. Si de feudo fuer. controuer. int. domin. & agnat. Secundò, quia in cenſum conceſſa prædia quotieſcunque vænierint, aliámvè ob cauſam diſtracta ſint, patrono tum præripiuntur laudimia, ſeu redemptionalia feudi, quæ cenſuali lege clienti adplicantur. Quod latiùs exaggerat Dionyſ. Pontanus, in Bleſen. Conſuetud. Tit. 5. artic. 62. Vnde minùs mirum, alienato poſtea cenſu, patronum iuſta ſua Honoraria metiri iuſto fundorum pretio, nedùm 7.

Si aduenant la vente des cenſiues par le vaſſal, le Seigneur feodal aura les quints tant des heritages feodaux baillez à cens par le vaſſal, que dudit cens.

Art. 9. Conſuet. Aurelianen. *Mais ſi vente eſtoit faicte dud. cens ou rente, à quoy auroit eſté baillé led. heritage, en ce cas l'acquereur ſera tenu payer quint denier au ſeigneur de fief, à cauſe de lad. acquiſition, ſelon l'eſtimation du total dudit fief, qui ſera faicte par preud'hommes, &c.*

nedùm cenſus diuenditi: Molineo ita opinante, in §. 41. vetuſti Moris Pariſiorum. Secus, ſi canonis impoſititio Pacto ſubſcripſiſſet patronus, annuúmque canonem, fundorum vice, beneficiarium ſibi fore permiſiſſet. Quo caſu, Dominica manus ei poſtmodùm iniiceretur Agrariæ penſitationi, non fundis cliente vacantibus, vtpote beneficiario iam onere liberatis. Emptoris tamen illius cauſa non carebit defenſore. Fruſtra cuiquam concedi perpetuam fundi locationem pacto Vectigali, niſi eidem quoque vectigal ipſum liceat deinceps abalienare. Argum. l. 3. §. qui habet. ff. De ſeruit. ruſtic. præd. l. 1. D. ſi vſusfr. petat. l. oratio ff. De ſponſalib. Hoc ſolùm temperamento adhibito, vt ſi ex nummaria cenſus alienatione non ſoluantur iuſta Dominica, nec fidei officium ab emptore præſtetur ex vectigalibus fundis, tunc patrono ius ſit, fundos ipſos pignerari, tanquam patroni beneficiarios, cenſuali Forma nequicquàm obſtante. At priorem ego ſententiam veriorem puto, ſubnixus auctoritate rei iudicatæ in 5. Claſſe Inquiſitionum Curiæ Pariſien. 17. Kalend. Maias an. 1581. Ex forenſi controuerſia, quam Hieron. *Dufour* ſenator Clariſſimo Ordini referebat: Inter Symonem *Dufour*, & Ludouicam *de Turgis* coniugem patronos actores, Iacobum Alardum, & Claud. Loyſellum vectigalium agrorum poſſeſſores, pro quibus cauſę defenſionem ſuſceperat Magdalena Sabauda, Magiſtri equitum Galliæ vidua Heroïna. Cùm enim Valeranus *de Sains* cliens ſub annuum vectigal dediſſet ruſticis quibuſdam res ſuas beneficiarias, ac triennio poſt, Dominicum vectigal præſenti pecunia tranſcripſiſſet Annæ Montmorantio Francicæ militiæ Præfecto, placuit Senatui, conſultis priùs totiùs Ordinis Decuriis, patronos Dominico Retractu vti poſſe non modò ſolarij nummis alienati, ſed & fundorum pariter omnium, quos ſub eius ſolarij onere venditor antea plebeiis mancipaſſet. Ratio eſt in numerato, quia vt primitùs clienti liberum erat, de feudali beneficio decernere, quoad à fide clienteláque diſcederet (*iuſques à demiſsion de foy.*) Sic libertas iſthæc, quæ in ſuſpenſo eſt, adimitur cenſus fideíque abdicatione poſteriori, & ſublata illa ſuſpenſione temporaria, purè quæruntur iuſta honoraria patrono ex ipſis latifundiis, vnà cum vendito cenſu. Vt notat Bartol. ad l. 1. ff. De condit. & demonſtr. de vocabulo, *donec, quandiu, quouſque*. Ac licet viuorum Pacta conuenta non pendeant, quoad vim & ſubſtantiam actus, illorum tamen effectus in pendenti eſſe poſſunt. l. vlt. D. commun. præd. Deinde clauſula hæc (ad fidei vſque abdicationem) eſt *Statutariæ* diſpoſitionis, quæ Teſtamentariæ legi æquiparatur, ſuſpenſioni temporis obnoxiæ. Bart. & Glo. in l. 1. Cod. De his quib. vt indign. Doct. ad l. in cognitione. D. Ad Syllan. l. Si filiusfamil. §. vlt. D. Ad S. C. Tertyll. Sed de his ſatis. Præterea ſi aliquid in fraudem patroni geſtum à cliente appareat, tunc illi confeſtim penſitabuntur Honoraria, omnium ratione habita prædiorum, nedùm Vectigalis annui ipſis indicti. Vtputà ſi cliens heſterno die fundos dederit in annuum reditum, hodierno, Reditum

Quant le cens ou rente eſt infeodee par le ſeign. feodal ſuperieur, lors aux ouuertures de fief il ne peut ſaiſir que led. cens, & non les dommaines anciens du fief.

Conceſſo vno, cætera videntur conceſſa, ſiue quibus conceſsũ foret inutile. Idem de prohibitis reſpectiuè l. 2. D. de Iuriſd. omn. iud.

Decretum Senatus die 15. April. 1581. In 5. Camera Inquæſtarum Curiæ, *au rapport de M. Du Four, apres en auoir communiqué à toutes les Chambres de la Cour, touchant la mouuance du fief de Precy, fief dominant du fief de Iouy, baillé à 12. ſols de cenſiues aux particuliers.*

Idem præiudicatum Areſto contra Carthuſienſes Die 15. Febr an 1538. De quo Ægid. Magiſter in ſuis Deciſion. forenſ.

Suſpenſiua libertas alienationis feudi, *iuſques à demiſſion de foy.*

Clauſula, *iuſques à demiſſion de foy.*

Statuta vltimis voluntatibus pariſicantur, Doctor. Iuris opinione.

hunc ære diſtraxerit poſſeſſori, alteriuè, qui fidem ipſi clanculùm accommodet. Nam M. Tullij verbis, aſtutiæ tollendæ ſunt, eáque malitia, quæ vult illa quidem videri ſe eſſe prudentiam, ſed abeſt ab ea, diſtátque plurimùm. Nec in prædiis duntaxat Ius Ciuile ductum à natura fraudem vindicat, ſed & in mancipiorum venditione, venditoris fraus omnis excluditur. Lib. 3. Offic.

Tit. III.

DE ABORNAMENTIS FEVDI.

1. *Quid ſonet* Abornamentum feudi, *ſiue reſpectu Domini, ſiue hæredum poſſeſſoris.*
In feudis, & cenſibus Conſuetudo *locorum ſpectanda.*
2. *An Feudi commutatio in cenſum annuum, habeatur pro ſimplici* Abornamento feudi.
3. 4. *Feudum iam* abornatum *ementis hæredes intermedij, nobiliter illud inuicem partiuntur.*
5. *Dominus directus, poſt* Abornamentum feudi, *iſtud necnè à vaſallo venditum retrahere valeat feudali imperio ac poteſtate.*
6. *Nùm diſſectione feudi ſuperioris infringantur etiam feudi inferioris* Abornamenta.
7. *In membra diſſecto feudo dominanti, reſoluuntur quoque* Abornamenta *feudi ſeruientis.*
Ne ex Reſcripto petatur conceſſio extruendi fortia in Domo propugnacula, ſine conſenſu Alti Iuſtitiarij *loci.*

Des Abournemens de fief faicts au ſubiect roturier
Mos Andenſis ſuprà citatus Parte 1. huius lib. 2. cap. 1. Tit. 2. art. 8.

BENEFICIARIIS, & Vectigalibus fundis 1.
ſuccedunt mixta quædam prædiorum genera, quæ mediam vtrinque rerum conditionem mutuantur. Horum titulus eſt, *Abornamentum feudi*, patrio vocabulo dictú non modò Andegaua lege, quam de eo antea citauimus, ſed etiam Cenomana. §. 223. 224. 276. 432. Quoties enim mutua patroni & clientis pactione feudum in eam redigitur conditionem, vt annuo quodam Honorario luatur clientelæ onus, & aduentitia beneficij commoda omnia, quæ ad patronum alioquin legibus redibant beneficiariis, Ea pactio vocatur à noſtris *Abornamentum feudi*, placitúmque eiuſmodi cuſtodiendum. Ex quo res partim vectigalis euadit plebeiaque, reſpectu patroni, partim nobilis manet ac beneficiaria, poſſeſſoris

ris hæredes inter ipſos. Vt Iure noſtræ Ciuitatis proditum eſt, §. 258. Et Cenomanæ §. 276. Talium enim prædiorum qualitas regitur, variatúrque ex præſcripto Municipalis cuiuſque Conſtitutionis. Petr. Iacob. in Tit. De ſucceſſ. feudor. col. 6. Zaſius in Epitome Feudor. Parte vlt. Concluſione. 15.

Andeg. Conſuet art. 258. Ver. *Pour tel abournement, ou admortiſſement d'hommage ne ſera changee la forme d'y ſucceder entre roturiers, & les partager noblement. Toutesfois quant au ſeigneur de fief, il n'y prendra plus rachapt, ne autres obeiſſances, en plus que en autres choſes roturieres, & cenſiues.*

Si l'accenſement pecuniaire d'vn fief, faict par le ſeigneur feodal rend la terre eſgalement partable entre les heritiers, comme ſimple roture.

2. Sed cadit in quæſtionem, nûm feudale prædium, quod Pacto in vectigale conuerſum ſit, cenſu ei impoſito, contineatur prædictæ Legis ſententia. Nemo id negarit primo intuitu, & inæqualia nobilium hæreditatum iura perinde iſthîc obtinere; ac ſi Honorario canone limitatum foret feudale beneficium, quod Legis noſtræ verbis comprehenſum eſt. Nam vtrobique eadem probabilis verſatur ratio, ſiue nobili penſitatione circumſcriptum ſit feudum, ſiue cenſuali præſtatione. Quàm longiſſimè enim memoria repeti poterit vetus rei beneficiariæ conditio, quæ in aliam dehinc Pactionibus inuerſa ſit, conſtans manebit ac immutabilis forma & prærogatiua ſuccedendi in fundos, nobiles quondam ac clientelares. Vt Mos noſter ait, cit. §. 258. Contrà tamen diſſeretur, prædictum Legis Articulum ab alio interpretationem ſumere. l. vn. Cod. De inoff. dot. Cap. cùm expediat De elect. In 6. Atquin patria Lege alia cauetur, (§. 263.) feudalis beneficij trientem, qui ignobilibus ſecundonatis hæreditate obuenerit, ex æquo ſubdiuidi tùm inter eorum hæredes, quùm illi eundem à primigenio lege annui Vectigalis ſuſceperint. Quoties námque ex feudali agro Vectigal penditur ſolarium, iam inde feudalis ille non dicitur, ſed vectigalis. Vt Anton. Capycius ſcribit, in Neapolit. Deciſ. 103. At multum ſubeſt diſcriminis inter ſecundogenitos tertiam beneficiarij fundi partem tenentes iure cenſus, & ſolidum feudi poſſeſſorem annuo cenſu limitati. Nam illo caſu, ſufficit nobilem rei beneficiariæ ſtatum à primogenito retineri: cuius duæ rei partes ab eo nobiliter occupatæ, reliquam vniformiter erga patronum tueantur. Vnde nil abſonum, aut deforme, trientem hæreditarij feudi plebeio iure in cenſum poſſideri. Qualiter vulgò Domini ſuæ partem Ditionis cenſuali lege ruſticis tranſcribunt. At quotieſcunque beneficium totum clientelæ lege ſoluitur, in eius vicem ſuffecto Vectigali annuo, tunc fauore primigeniorum introductum eſt, ne vetus idcirco *Feudariæ* hæreditatis ſublata formula videatur. Nec enim priuatus vel patroni conſenſus officere alteri debet, vel clientis actus, protogenij hæredis ſpem iuráque minuere, §. 260. & 337. d. Conſ. Item crebrò accidit, eiuſmodi Beneficia, quæ nouo cenſu circumſcribuntur, ſubbeneficiarios habere, qui nobiliter ſubbeneficia ſua partiantur iudicio familiæ herciſcundę. Ridiculum ergo fuerit, talis ſubclientis præſtantiorem eſſe ac ſplendidiorem, quàm patroni ſui, conditionem in lege diuidundæ hæreditatis. Denique circumſcriptio, aut commutatio feudi in annuum vectigal, ſtatuta eſt in clientis gratiam, vt ſeruili feudorum iugo leuetur, illi identidem impendente. Quocirca in eius, ſuorumvè odium rapi illam non oportet: quò vetuſta eximiarum hæreditatum ſeries immutetur.

Hic. §. 263. ſic refertur. *Quand les puiſnez non nobles ont choiſi de faire deuoir à leur aiſné, & d'eſtre ſes ſuiects cenſiuement par raiſon de leur tierce partie, les heritiers d'iceux puiſnez departiront leur portion d'icelluy tiers eſgalement.*

Eſt quoque Abornamentum *de tailles ſeigneuriales, & de cheual de ſeruice.* Artic. 130. & 131. Andeg. Conſuet.

Conſuet. Artic. 260. 337. Verſ. *Aucune perſonne non noble ne peut faire la condition d'aucun de ſes heritiers preſumptifs pire ou meilleure de l'vn que de l'autre.*

fundos annuo cenſui obnoxios viritim diſtribui inter hæredes ex æquis. §. 255. Andeg. Conſuet.

Conſuet. art. 255 ibi, *Tous acqueſts faicts de bourſe couſtumiere ſe departent roturierement, auec tous heritages ci eſtés en cenſiue ou deuoir ſans foy & hommage, &c.*

5. PONAMVS, ad hæc, ſuperius nobilis latifundij dominium, Honorario quodam annuo temperatum conſtrictúmque fuiſſe: Ideo nè patronus, alienati dehinc prædij Retractu arcebitur? Rem vtique hoc dilemmate explanandam cenſeo. Aut enim, *feudalis Abornamenti* lege, remiſſa feruntur iuſta Dominica omnia clientulo, hæredibus, ab eo vè ius causámque habituris generatim. Ac tunc quidem nullum patronali etiam fundorum Retractui locum relictum puto, nec remittenti iura ſua, aduerſus emptores etiam, quos probaſſe videtur, regreſſum ſupereſſe. Argum. leg. quæritur. §. ſi venditor ꝟ. De ædil. edic. l. paciſci l. quod dictum. ꝟ. De pact. Enimuero ſi nudè pureque circumſcriptum ſit clientuli feudum annua æris penſitatione nobili, in clientelarium vicem officiorum omnium: Haud propterea venditi dehinc extraneo Beneficij feudalis cōdictitia patronus ſummouebitur actione. Quantiſper enim prædio inhæret beneficiarius poſſeſſor, quem ſibi fidum officioſúmque patronus agnorit, hic certè illi iura ſua modico Honorario relaxauit, condonauit. Aſt ignoto, nec familiari in prædium ſucceſſori gratificari, peræquè non tenetur, minúſque propitiū, in clientelam inuitus cooptare. Vt Innocentius 3. P. ſubnotauit, Cap. vlt. De Feud. Et Panormit. ad Cap. Vt ſuper De reb. Eccleſ. non alienan. Tametſi enim feudale *Abornamentum*, clientelaris obſequij nexu cuiuſq; ſoluat poſſeſſorem beneficiarium (artic. 258. patrij Moris) Id ciuiliter eſt accipiendū de ordinariis Feudi commodis fructuariis, putà de Redemptionalibus feudi, aliiſq; eiuſmodi. Præd. art. verſ. *quand au ſeigneur de fief, il n'y prendra plus rachapt, n'autres obeiſſances, en plus qu'en autres choſes roturieres.* Generalis quippe hęc Feudalium obuentionum clauſula poſterior refertur ad cōſimiles expreſſis, nec maiores, aut grauiores: Qualis eſt, Dominico ex Retractu, ſeruientium prædiorum cum dominãti vnio conſolidatióque fauorabilis. Leg. vlt. §. vlt. ꝟ. De trit. vin. & ol. legat. l. Nam quod liquidè §. 1. ꝟ. De pen. leg. Subde, quòd immunes adeo *feudaria* ſeruitute fundi, liberioréſque *abornatis*, illigātur vulgari laudimiorū in rectos dominos preſtationi mutatiōne poſſeſſorum: qui illos vel pretio diſtraxerint, vel prędiis aliis cōmutarint. §. 140. And. Leg.

An generalis remiſſio ordinariorum & annuorū iurium feudalium, protrahatur ad extraordinaria, & accidentaria. Qualis eſt, ex venditione, Retractus feudalis, aut laudimia de quibus, in dubio, actum cogitatúmque non creditur, niſi verborū generalitas aliud inducat l. pluribus ꝟ. De acceptil. *Le franc deuoir, ou deuoir noble,* quo inſigne prædiū tenetur, denotat nobile patrimonium. & ita inter plebeios, ſecunda poſt emptorē ſucceſſionis ſerie, nobiliter diuidundum. Ex art. 258. & 418. Andeg. Leg. (Tametſi inter ignobiles nullū videatur ius primigeniorum, niſi in feudis hominio fideique dandæ ſubditis. Art. 255.) Maximè ſi à fundo illo ſubiecto à *franc deuoir* pēdeant vaſalli, garenæ, & cenſus ab inferioribus debiti, qui rectum Dominium deſignant. art. 32. & 179. d. Conſuet.

Apud Andes, feudalis Retractus, in cenſuales fundos venditos, perinde ac in feudales nobiléſque, exercetur. art. 187. & 389. Andeg. Cōſuet.

6. QVANDIV nobile ſolum Dominicum tenet patronus auctor *Feudalis abornamenti*, eiúſvè ſucceſſores, tandiu cliens eximitur antiquis clientelæ muneribus ordinariis; At beneficio illo dominanti in membra diſcerpto, & ita ad ſuperiorem deuoluta inferiorum obſequela clientulorum, hæſitatur, núm ſuperior ſtare debeat Limitationi feudi olim pactæ inter beneficiarium ſuum, & ſubbeneficiarios. Quidni, inquies? Nam etſi priuatis clientum, ac ſubclientum cautionibus interuerti nequeant Dominica iura & poſſeſſiones. (l. ſi coloni De agricol. & cenſit. Lib. 11. Cod.) Dominus tamen Lege ipſa obligatur, quæ prædictam feudorum reſtrictionem ſanxit, in diſpendium quoque ſuperioris domini: niſi ea reſtrictione, inferior modum exceſſerit

Alodia. *& terres tenues en franc alleu, ſubiectes à lods & vētes, en cas d'eſchange, ou vendition.*

Quant le fief dominant eſt deſpiecé, à ſçauoir ſi l'abonnement du fief ſeruant eſt reſolu, & eſtaint.

Artic. 208. Pource que abournemens ſont licites aud. Pays, c'eſt à ſçauoir qu'il loiſt à tout ſeigneur de fief de mettre & abourner aucune foy & hommage, qui luy eſt deue à cauſe d'aucun fief ou heritage à vn petit deuoir, ou à vne groſſe rente infeodee, ou grand deuoir, les peut diminuer ou appetiſſer, &c.

diſpertiendis beneficiis præſtitutum. §. 208. Andeg. Conſuet. Quoties, ad hæc, feudalia onera annuo quodam Honorario æſtimantur, tunc in perpetuum tolluntur beneficiaria patroni commoda: Vtpote redemptionalia feudi, aliæque id genus fructuariæ obuentiones Dominicæ. §. 258. patriæ Legis. Semel autem perempta obligatio vires non reſumit. Vt Iure Ciuili proditum indicat Iulius Paulus lib. 15. Quæſtion. Idque nuncupatim ſenſit Baldus pro colono perpetuo fundi beneficiarij, in cap. 1. §. rurſus. Quib. mod. feud. amitt. Ex cap. 1. §. ſi verò. Qualit. olim feud. poter. alien. Et Dionyſ. Pontanus in Bleſen. Cóſuet. Tit. 5. art. 62. Duriuſculum item videretur, feudi ſectionem, qua, ad ſuperiorem transferuntur beneficiaria obſequia, retrò reſcindere quæ priùs cunque geſta ac contracta ſint inter clientem & patronum fundo proximum. Quippe quùm feuda Gallica puris accenſeantur patrimoniis ac hæredis, quæ libero ſingulorum arbitrio relinquuntur. Nec aliter Mechliniæ Belgicæ Lex Municipalis vnumquemque ſinit clientelares fundos diuendere, onerare, alienare: modò id fiat coram Vicario, eiúſque beneficiariis clientibus, & ſoluat is quod legitimè debetur. Tit. De iure feudali, lib. Mechlinienſium Conſtitutionũ, queîs Imperator Karolus. 5. auctoritatem præſtitit Quintili Menſe ann. 1535. Eas dehinc Petr. Nannius Alcmarianus è Teutonico in Romanum idioma vertit.

§. 218. Verſ. Quand au ſeign. de fief, il n'y prendra plus rachapt, ne autres obeiſſances, emplus que en autres choſes roturieres.

Statuts ou Couſtumes de Malines, en Brabant.

Par le deſpie de fief ſont reſolus & caſſez les abornemens des fiefs inferieurs.

STAT tamen potior ſententia, beneficij in membra diſcerptione 7.
reſolui non tantùm ius patroni proximi, ſed & clientis, qui ab eo cauſam auctore deſumpſerit. Cap. 1. §. rurſus. De controuer. inueſtit. In Feudis. Neque enim qui temporariam poſſidendi cauſam habet, perpetuam alij poteſt tribuere. l. vlt. §. penult. Cod. commun. de legat. l. lex vectigali fundo. ff. De pignor. l. ſi quis domum §. huic ſubiungi D. locati. l. chirographis §. 1. D. de adminiſtr. tutor. Sed quid pluribus immoror? En tibi patriæ Legis contextus perſpicuus §. 208. quem è regione adnotaui. Idipſum quoque apertiùs oſtendit ſequens Andium Mos, artic. 209. Nec diſſentanea his eſt Cenomani Municipij Conſtitutio, in §. 223. & 224. Atque ita præiudicatum fuit Interlocutione Senatus 12. Kal. Octobr. an. 1585. ex perſimili controuerſia, quam Henrouſius ſenator in Curia denarrabat: Inter Renatum Bellayum, cum eius coniuge, qui Iudicati executionem vrgebant *du deſpie de fief*, & Lenoncurium dynaſtam, eiúſque vxorem reos, qui ſubbeneficij limitationem à Maioribus ſuis pacto permiſſam defendebant, noua beneficij ad patronum deuolutione conuelli non debere. Perſpecta enim cauſa, decreuit ORDO AMPLISS. penes ſe proferri rerum clientelarium Catalogos proximi clientis à patrono receptos: vt, iſtene veterem illam beneficiarij conuentionem cum ſubbeneficiariis, probaſſet, certò innoteſceret. Quo caſu deficiente, patrono non nocent minuentes feudum pactiones clientis cum ſubclientibus ſuis. Sic mutua vice, ſuperioris acta mandatáque inferiori clienti minimè officiunt. Demus enim, Principem etiam ipſum Diplomate indulſiſſe Iuridici

Art. 208. Andeg Leg. Verſ. tels contracts d'abournemens ſont diminution & alienation de ſeigneurie, & ſeroient compris au proffit du ſuzerain auec les autres contracts d'alienation pour monſtrer deſpie de fief, & auoir hommage des acquereurs.

§. 209. Verſ. ſans auoir plus eſgard à tels abournemens. Car ils ne ſe peuuent faire au preiudice du ſuzerain.

Interlocutoriũ Areſtum Curiæ die 20. Sept. an. 1585 *touchãt le fief abourné de ſainct Amand, tenu du fief deſpiece Du Pleſſis frommentieres au proffit du ſuzerans le ſieur du Bouchet de Tonteuille.*

Domini-

Domini clientulo, vt in ſua Ditione validam arcem fortiáque propugnacula erigeret. Iuriſdictionis certè dominus meritò intercedet talis Diplomatis executioni. Nam illa Ædium munitio terrorem adeuntibus incutit: quùm alioquin terrendi ius ſoli Domino competat Territorij, merúmque habenti imperium. Argum. l. Pupillus. §. territorium ff. De verb. ſignific. Rurſus ſublimes quondam Iuridici ſubditorum domos pro poteſtate Iuridica ingrediebãtur, ac earum foribus poſtes auellebant: quò vel ſecretiora adita latè paterent Iuſtitiæ adminiſtrãdæ. (Vt Pontiuenſi Abbæuillanæ Vrbis More expreſſum eſt) Id quod munitæ ſubditi Arces ne tentari quidem paterẽtur. In ſumma, Dominum iure ſuo priuari, iniquum foret: etiamſi iſtud Populus, aut Princeps maiore imperio decerneret. Cùm enim Pop. Romanus hiſtrionem manumitti poſtularet, Tiberius Cęſar haud priùs iuſſit eũ libertate donari, quàm id domini voluntate, ſolutóque huic pretio, fieret. Adrianus itidem Imp. ad Pop. acclamationẽ manumitti noluit alienum ſeruum, neque dominum inuitum eò adducere, vt manumiſſioni iſti voluntatẽ ſuam conſenſúmque adiungeret. Dione Nicęo teſte, & Xiphilino, in Hadriano. Cæterùm ſi diuturno iam tempore extructá ſubditi Arcem tacitus tulerit Iuridicus ſuperior, eam nũc dirui parum probè deſiderarit. Saluo eo, vt talibus ædificiis ſolarium imponatur. Inſtar eorum, quæ quis in loco publico temerè exædificarit. Vlpiani reſponſo in l. 2. §. ſi quis nemine prohibente. D. Ne quid in loco publ.

Aſſauoir ſi au preiudice du Seigneur hault Iuſticier le ſubiect peut impetrer du Roy droict de forteresse ou pontleuu en ſa terre. Qua de re Nos plurá ſupra. Lib. 1. Cap. 42 art. 15. Cap. 63. artic. vlt. Et Lib. 3. De Priuil. ruſtic. Tit. De lege commiſſoria feudorum ob clientuli noxam art. 5.

Locali Conſuet Vrbis & Bãleucæ *d'Abbeuille en Ponthieu*, extracta è Regeſtis *du Greffe de lad. Seneſchauces*, art. 9 Si detentor ædium, fundiue Reditibus fũdiariis obnoxii, eos ſua die nõ ſoluat, dominus, petita ab Ædilibus venia, præſentéque horum Apparitore, poteſt euellere hoſtia feneſtraſque abradere è Domo pendentes in Vicum, ac in Ædilitium prætorium ſingula transferre.

Tit. IIII.

DE ALIIS LEGIBVS AGRARIIS STRICTIORIBVS.

1. *Agraria fundorum onera, cùm Agri fructuum pars Domino ſoluitur,* Agrier.
2. *Ius dominicum* de Champart, Terrage, Bourdelage.
3. *Locatio longæua vinearum* à Complant, ou Complanterie: Droict d'Hoſtiſe, Vinade, Bohade, Vouade, Coruées, & Charroyz.
4. *Campani Galliæ agri ſeruitus* des Cheuaux & beſtes trayantes.
   Qua ſeruitute eximuntur Clerici ignobiles clericaliter viuentes.
   In eadem Campania, ius dominicum Giſti & Procurationis.
   Droict Seigneurial de Sauuement.
   Ruſticorum ſeruitus Regni Hungariæ.

Conſuet. Santonum, ſcripta pro reſſortu *de S. Iehan d'Angely. Car la Ville & reſſort de Xainctes, entre Mer & Charente, eſt pays d'Vſance non eſcripte.* Vt patet Burdigalenſ. Curiæ Areſto die. 20. Auguſti. 1562. inter Carolũ. & Anton. *de Pons* hæredes Domini *de Pons en Xaintonge*. Deque eius patrij Vſus facto interlocuta eſt Curia Pariſien. Areſto die. 9. Iul. 1575. (in 4. Camera) inter Dn *de Maugiron* cum vxore, & Hectorem *de Montbron*, de ſucceſſione Principatus *de Mortaigne*. Altero lato die. vlt. Octobr. 1587. inter viduam, & hæredes Dn. *de Barbezieux*.

PRÆTER vulgaria poſſeſſionum onera, de quibus antedictum eſt, peculiaria quædam nobis promuntur, varia Gallici cuiuſque Municipij Conſuetudine. Primum eſt dominorum ius AGRARIVM, vernaculè *Agrier ou Agriere*, quota pars triticeæ meſſis ex Agro collectæ, recto Domino penſitanda. Cuius mentioné intulit expreſſim patria Lex Burdigalenſis, §. 86. 102. 103. Marchiana, 331. Sant-Angeliaca, 21. Sic Germanica Boioariorum Lege priſca, coloni Eccleſiæ præſtabant AGRARIVM, eiuſque nomine tricenis ex modiis tres. In. §. 1. Tit. 13. De colonis, vel ſeruis Eccleſiæ, quomodò ſeruiant. 1.

Champart, quaſi pars, vel partus Campi. De quo, in Conſuet. *de Senlis, de Clermont, Orleans, Eſtampes, Dreux, Mante, Pothieu, Amiens, Peronne, Montargis.*

CVI glebæ canoni affinis eſt CAMPIPARTVS, ex eo fructuum genere, quod parit ager ſingulis annis. De quo Syluanectenſis Mós ſcriptus, artic. 113. 118. 124. 239. Claromótanus, 119. Aurelianus. 137. 138. 139. 140. Stampenſis. 59. & ſeq. Drocenſis Carnutum. 112. Meduntenſis, 55. Pontiuenſis. 110. Ambianus. 193. 195. Peronenſis, 105. Et Mont-Argiuus, Cap. 2. artic. 40. Cap. 3. artic. 1. & 3. Eiuſce *Campipartus* domino, tanquam directo, vt plurimùm, appendi debent laudimia ob fundorum emptiones, qui ſolario huic ſubijciũtur. Vt publicè prolata Curiæ Sententia decretũ fuit ad prouocationem ex Carnutibus, xj. Kalend. Decembr. an. 1589. Cui Sententiæ conſimilem retulimus ſ. Lib. 1. Cap. 10. artic. vlt. Nec longè ab hac glebali functione diſtat TERRAGIVM, Moribus vſurpari ſolitum apud Biturigas, Tit. 10. artic. 23. 25. 26. Tit. 14. artic. 21. Borbonios, artic. 352. Apud Carnutes, artic. 112. Aurelios, §. 137. 138. 139. 140. Pictonas, §. 62. 64. 82. Britones §. 536. 537. 538. Atrebates, §. 34. 62. 63. Hánonios, Cap. 87. Bleſenſes, §. 33. 34. 38. 40. Eamque fructuariam Penſionem Gallis inueteratã affirmat Ioh. Butelerius in Summa Rurali. BORDELAGIVM inſuper eſt frumentarius canon priuatis dominis debitus, in Niuernenſi, Boiorum & Antiſſiodori prouinciolis: Cóſuet. Niuernen. Tit. 4. artic. 27. 28. 68. Tit. 5. artic. 13. Borboniæ rurſùs, artic. 257. 265. 498. 502. Antiſſiodorẽſis, §. 153. 2.

Decretum Curiæ Pariſien. ſolenniter à Præſide recitatum die. 22. Decembr. an. 1589. *du droict de Champart, côme ſeigneurial & emportant lods & ventes.* Quod tamẽ haud vbique Dominicum habetur, nempè *és terres ſubiectes à aultre droict tresfoncier.*

Terrages, droict ſeigneurial.

Haynault.
Blois.

Bourdelage, redeuance annuelle de bled, argent & plume, ou des 3. les deux.
Auxerre.
S. Iehan d'Angely, en Xaintonge.
Legum Verba Boioariorum.
Baillage de Valois.

Ex aruis quidem iſthæc, velut emphyteutici: ſed vites etiam Ruſticis inſerendæ dantur, fruendæque vinitoribus temporaria quaſi Emphyteuſi, annuo inde pacto ſolario. Cuiuſmodi contractum noſtrates vocitant *Baillée de vignes à complant, & Complanterie.* Andegaui nempe, §. 160. Moris patrij. Tum Cenomani, artic. 177. Pictauenſes, §. 62. 75 & 82. Sãt-Angeliaci, §. 18. Legibus item Boioariorum, coloni, ſeruiuè Eccleſiæ tenebantur, VINEAS PLANTANDO CLVDERE, FODERE, PROPAGINARE, PRÆCIDERE, VINDEMIARE. §. 3. Tit. 13. Valeſiis quoque Municipibus familiaris exiſtit vinaria penſitatio Dominica, ſed perſonalis veriùs quàm patrimonialis: quæ à nouis ſcilicet locorũ incolis & hoſpitibus recto domino perſoluitur. Eam aliquot ſextariorum 3.

rum vini præſtationem nominãt *Droict d'Hoſtie*, ĩ. hoſtis ſeu hoſpitis noui, Gallicè *Hoſte*. Veteribus quippe Hoſtis peregrinum ſignificat: Macrobio Plautinum Curculionem ſic interprerante, Saturnal. Lib. 1. Cap. 16. Bleſenſes necnon vtuntur eo iure *d'Oſtie*, at gallinarum penſione annua conſtituto. Artic. 40. Bleſen. Conſuet. Et ibi Dionyſ. Pontanus, ſcholiaſtes. Vini autem portoria Cicero memorat in Orat. pro Fonteio. Præterea in Bononiẽſi Morinorum regiõne, directi domini exigunt à Zithi artificibus certam ipſius portionem. Quale factitij potus tributum Dominicum nuncupant *Droict de Gambage*. Artic. 45. Bolonien. Conſuet. Adiice his iuſta vinaria *de Vientrage des vins*, apud Syluanectenſes. Leg. Municip. §. 125. Marchiani verò obnoxiæ conditionis debent patrono vinarias operas plebeias, ſua lingua *Vinade*, ad vinum ſeruili curru deuehendum. Artic. 92. 419. 430. Marchianæ Conſuet. Id quod Aruernis pariter in more poſitum eſt, Cap. 25. §. 21. Mitto ruſticas alias ſeruorum operas, glebæque adſcriptorũ in Marchia ſuperiori, & Aruernia: quæ *Bohade, ou Vouade* appellantur. Marchiana lege, §. 139. Aruerna, Cap. 25. artic. 21. Nec deſunt alibi plebeiæ ſortis mortales, qui exemplo libertorum operas patronis edant, alij iumento carrario, alij clitellario, alij manibus ſuis. Ex Pictonũ Ritu priſco, (art. 99.) ac pluſculis aliis. De quibus Nos fuſiùs Lib. 3. DOMANII Gallici Tit. 18. artic. 7. Et Lib. 1. LEGVM ANDEGAVEN. Cap. 37. art. penul.

Tailles, Oſtizes, Obliages, Auenages, &c. in §. 40. Bleſen. Conſuet.

Droict feodal en Bolonnois ſur les Braſſeurs de biere, & eſt de 4 lous pour chacun braſſin. At lanij in Comitatu Foreſiorũ, & circa Lugdunum, tenẽtur omnes linguas boum, ſuum, aliorumque animalium ab iis vẽditorum ſeruare, & tradere dominis directis, in quorum territorio lanienam exercẽt. Vt ex antiqua eius iuris poſſeſſione Senatus iudicauit nõ obſtante fauore libertatis, & publicæ annonæ. Areſto *ſur procez par eſcrips* die. 7. Ianuar. an. 1570. pro Canonicis & Capitulo S. Iohãn. Lugdunen. cõtra Lanios S. Saphorini.

Bians, coruées, charroyz. Le droict ſeigneurial des cheuaux & beſtes trayãtes en Chãpagne. Aliàs *Droict de cornage ſur les ſubiets à cauſe de leurſd. beſtes*, ſeu *Droict d'Aſſiſe* vulgo dictum.

4\. COGNATA eſt his apud Campanos Belgas ruſtica penſio frumẽtaria pro modo ac numero boum aratorum, equorumvè in ſolo Dominico arua colentium. Sicuti liquet ex priſcis Manumiſſionũ & Pactorũ tabulis inter vicanos Dominos, ac Vici pagani habitatores. Quo nomine contumaces ſubditi iudicio dãnati ſunt, iuſta Dominica ſoluere Cœnobij Magiſtro Bellilοci Argoniæ. S. Conſulto Pariſien. ſub annum. 1560. poſt Montholonis, pro Antiſtite Monaſtico, & Roberti pro Vicanis ruſticis aduerſarias in Senatu actiones. Nec abſimiliter decretũ fuit in Claſſibus ſummæ Curiæ Inquiſitoriis. Sexto Kalend. Maias an. 1586. pro Roberto *de Dallaincourt*, & litis conſortibus. Secũdùm quos dictam de eo Sententiam à Victriacenſi Prætore Senatus confirmauit: eo modo, vt clericos coniuges agrario canoni (cuius iſtîc commemoratio eſt) obnoxios declararit. Idémque multoties, de plebeiis in Dominos Campanorum oneribus deciſum eſt ab ORDINE CLARISS. aduerſus ignobiles ſubditos, qui ſacræ Tonſuræ obtentu ea munia detrectarent: quùm profano ipſi vel coniugio, vel rerum commercio Eccleſiaſticum vitæ inſtitutum poſtpoſuiſſent. S. Conſultis poſtridie Kal. Sextiles an. 1561. Quinto Cal. Maias an. 1566. & 6. Calend. Iunias an. 1570. Tum. xj. Calend. Ianuar. an. 1581. Poſtremò in publicis Campanarum litium Actionibus Iudicatum Quarto Idus Maias an. 1603. poſt forenſem Coclei orationem, pro Monialibus Poulangeis: & Cornuti, pro Ruſticis quibuſdam Popularibus, qui ſacri Verticis priuilegio ſeruiles reliqui vulgi operas

Arreſt pour l'Abbé de Beaulieu, en Argonne.

Decretũ Curiæ Pariſien. in quadam Camera Inqueſtarum eiuſdẽ, die. 26. April. an. 1586. confirmans ſententiam Locũtenentis Bailliui *de Vitry au Siege de S. Menehouſt. Que les clercs tonſurez ne viuans clericalement, ains mariez, & ſoient tenuz comme les autres, payer à leur ſeigneur pour chaſque beſte travante à eux appartenant certaine quantité de bled par an.*

Lutetianum Areſtũ Die 2. Auguſt. an. 1561. (Dn. *Myron* relatore in 4. Camera Inqueſt.) pro Guid. *de Beaumont*, contra Deſiderium *Serre*, & alios clericos clericaliter nonviuentes, in Pago S. Stephani, *touchant le Droict*

renuebãt. Porro alij Campanæ oræ coloni Dominico GISTO & PROCVRATIONI adſtricti ſunt quotãnis, vt Domino condictam æris ſummam hoc titulo adnumerent, quùm olim venienti ipſi alimenta ſtato Anni die procurarent. Quemadmodùm bino Curiæ Iudicio pronuntum eſt, xj. Kalend. Maias an.1464. Et.14. Kalend. Martias.an.1554. pro Comitibus Eſſuorum, aduerſus Vicanos multiplicis Pagi *de Iunuille, Giury, S. Remy, Poure, &c.* Eo de iure GISTI & EQVITATIONVM, obiter tractat Lucius.3. Pontifex, Reſcripto.23. De iur. patron. In verſ. *Fodrum Albergarias, Regium, & ſimilia, tanquam à proprijs Ruſticis, ab Eccleſiis extorquentes.* Honorarij pariter huius in Dominos officij meminit Alberic. Roſates, in Tract. Statutorum: Lib.1. Quæſt.144. Vt ſemel finiã, Caluimontanus Mos Campaniæ Francicæ probat omnia ſeruitutũ onera & ruſticas quaſque ac ſeruiles penſitationes, quæ Dominis annuatim præſtari ab eorum colonis & adſcriptitiis conſueuerint. §.3. Qualis etiam vulgò iactatur annuus canon *de ſauuement*, qui Eſſuorum Comiti à Iudice addictus fuit in ſubditos Pagorum habitatores *du grand & petit Remilly, & Allecourt, pres Mouſſon.* Suprema nempe Iuridici Sẽtentia Moſoniæ vrbis hoſtico limiti oppoſitę. Poſtridie Kalend. Februar. an.1575. Dein regio ſanctioris Prætorij Decreto Frãcico. 7. Idus Martias an.1582. Aſt ſi inuehatur quiſpiam in ſeueriora hæc, rigidáque ſeruitutum vincula Agraria, partium quarumdam Gallicarum, quò iuſtiùs occlamitet in Sarmatas, Britannos, Scotos, Hungaros dynaſtas? Quippe qui Ruſticis non poſſeſſionibus modò, ſed capitibus itidem, pro nutu arbitrióque dominentur. Hoc quidem nomine laudandi Pannones ruſticorum domini, quòd iis illatam contumeliam iudicio perſequi ac vindicare ex legibus aſſueuerint. Hunnorum enim Cõſtitutionibus ita cautum inuenio, *Ruſtici Dominis eorum temporalibus adeo ſubiecti ſunt, vt per ſemetipſos cum Nobilibus ratione quorũcunque negotiorũ lites protrahere non poſſint. Dum igitur Ruſticus per Nobilem quẽpiam indebitè verberatus aut vulneratus, vel aliter læſus, ſeu etiam in rebus ſuis potentialiter damnificatus fuerit, & Dominus ſuus terreſtris huiuſmodi Nobilem in cauſam conueniendo reum eſſe declarauerit atque conuicerit, tunc idem Nobilis aduerſus Dominum terreſtrem, in facto minoris potentiæ centum florenos faciente, & inſuper Homagio ipſius vulnerati aut verberati Ruſtici, vel damnorum illatorum refuſione & reſtitutione condemnari debet.*

de Bourgeoyſie taillable. Simile Areſtum die. 27. Apr. 1566. & 27. Maij. 1570. pro Ioh. *Leuergeur* Dn. *de ſainct Souples*, in ſubditos *Clercs tonſurez mariez ou marchans.* Item iudicatum die 22. Dec. 1581. in 5. Camera ad Relationem Dn. *de Meſmes.* pro Sym. *Chertempi* curatore Caroli *de Montguyon.* Tum Die. 12. Maij. 1603. *des Cornées pour les Dames Religieuſes de Poulanger prés Chaumõt en Baſſigny, en plaidant du Roolle de Chãpagne.*

Duo Areſta Curiæ Pariſ. die. 21. Aprilis. an.1464 Et die.16. Februar an. 1554. *au proffit des Comtes de Rhetelois, pour leurs droicts de Giſtes & Procurations. Le premier ſur l'appel des Requeſtes du Palais. Le ſecond ſur l'appel du Bailly de Vermandois à Rheims.*

Couſt. de Chaumont, en Baſſigny Art. 3. Ver. *eſt reſeru.. aux Seigneurs, prendre, auoir, & vſer ſur leurs ſubiects de tels droicts, qui leur peuuent appartenir, &c.*

Iudicium ſupremum *de Mouſon* die. 2. Feb. an.1575. Et Areſtum intimi Conſilij regij die. 9. Mart. 1582. *touchant le droict de ſauuement deu au Seigneur par ſes ſubiects, adiugé à la charge de les ſauuer des gendarmes eſtrãgers cõme eſtans en frontiere.*

Ius Conſuetudinariũ Regni Hungariæ, quo prætereà ſtatutum reperitur. Ruſticos non habere perpetuitatem in ſuis hæreditatibus, ſed Dominos.

Tit. V.

Tit. V.

DE ALODE, SEV IMMVNIBVS HÆREDIIS.

1. *Vetus ſparſim* Alodiorum *vſus,& quid eorum nomine ſignificetur.*
2. *Res* allodiales *ignobilium , nobiliter necne diuidi debeant inter hæredes.*
3. Alodium, *nobile præſertim , nobili more inter plebeios hæredes partiundum.*
4. *Qui tenet* Alaudium, *Domini Iuriſdictioni ſubditus eſt.*
Num terra præſumatur Alodialis, *an* Feudalis, *vel* Cenſualis.
In ijs, quæ publicam Politiam, ſupremavè Principis iura ſpectant , Regius magiſtratus inferiori Dominorum Territorio rectè ius dicit.

1\. EMENSI longos Clientelarum fundos , Vectigales , alijvè Seruituti obnoxios , pergamus ad Libera prædia, & onere omni ſoluta. Iſtiuſmodi enim ALODIORVM vſus percrebuit in variis Galliæ prouinciolis , quæ ſcilicet nullum ſui iuris ac dominij laudent auctorem. Andegauæ Conſuet. §. 140. Cenomanæ. 153. Rhemenſis , 40. & 139. Melodunenſis, 104. Meldenſis. 190. Trecenſis, §. 53. 54. Victriacæ, Artic. 19. 20. Atque adeo veſtuſtiſſimæ Gallorum Leges rem clientelarem à propria cuiuſque diſtinxerunt , quam ALODEM nuncupamus. Nam Caroli Mag. lege ſic præceptum eſt, VT VNVSQVISQVE DE SVO BENEFICIO , SVAM FAMILIAM NVTRICARE FACIAT , ET DE SVA PROPRIETATE, PROPRIAM FAMILIAM NVTRIAT : ET SI, DEO DONANTE, SVPER SE ET SVPER FAMILIAM SVAM, AVT IN BENEFICIO, AVT IN ALODE ANNONAM HABVERIT , ET VENVNDARE VOLVERIT, NON CARIVS VENDAT, NISI MODIVM DE AVENA, &c. Legis Francicæ Lib. 1. Cap. 126. Id graphicè quoque depinxit ſequens Ticinenſis Conſilij clauſula, QVI IN PROPRIIS, VEL IN BENEFICIIS BASILICAS HABENT. Feudalis enim beneficij proprietas non ſpectat ad clientulum, ſed ad patronum: cui quod eſt *alodium*, id clienti, vel ſubclienti eſt beneficium. Vt Fridericus Imp. ſubnotauit, De Epiſcopis Italiæ loquens Radeuici Lib. 4. Cap. 34. ALODE ergo definitur proprium liberi hominis patrimonium, quod nulli eſt adſtrictum militiæ, ſed optima maxima conditione poſſidetur. Hoc genus poſſeſſionis vocat Conſtantinus Porphyrogeneta * κτῆμα ἰδιοπεριόριστον, καὶ τῇ στρατείᾳ ἀκαταδούλωτον. Ita priſcis variarum Regionum Conſtitutionibus ſecernuntur ALAVDIA ab reliquis patrimoniis. Legis Bo-

Franc-alleu, poſt feudales, cenſuales, & ſeruiles fundos.

Couſtumes de Rheims Melun, Meaux, Troyes, Victry.

Italicum Papienſe Conſilium Eccleſiæ

* Poſſeſſio, quæ proprio iure, non feudi tenetur, nec militiæ ſeruiens.

ioariorum Cap.24. De his qui propriam alodem védiderint. Saxones item alode crebrò vſos teſtatur Ado Viennenſis, in Chronic. Neque hinc multùm abludunt quæ de Romanis ædibus tradit M. Tullius, in Orat. De Aruſpicum reſponſis, Multas videlicet Romę domos eſſe iure optimo, ſed tamen iure priuato, iure hæreditario, iure auctoritatis, iure mancipij, iure nexi. Poſteri verò ALODEN dixêre, quaſi ſine LODE, ĩ. ſine ſubiectione: quod LEVDES olim Principis ditioni ſubiecti paſſim ſcriberentut. Vt Lib.4. Gotthicarum Legum inuenitur Tit.5. Et apud Gregorium Turonenſem, Lib.3.8.9.

Si les francs alleuz d'Anion ſont diuiſibles noblement, ou roturierement entre heritiers roturiers.

QVALITER nunc immunia huiuſmodi prædia diuidantur inter plebeios Andium heredes, nōdùm ſatis liquet. Nam partium æqualitas ignobilibus viris ſancita eſt, cómunem hæreditatem partiuntibus Demptis clientelaribus fundis poſt ternum fidelitatis ſacramétum, in quibus iura primigeniorum ſeruãtur. Andeg. Leg. §.255.256.257.262. His conſequens putes, *Alaudia*, quorum nomine nulla ſit præſtita fides ſuperiori, minimè feudalium in album referri, ideóque viritim diuidi inter hæredes oportere. Proin vetuſto etiã Aureliorum More, libera iſthæc prædia indiſtinctè diſtribuuntur ex æquis iudicio familiæ herciſcundæ ſeu nobilia, ſeu paganica extiterint. Artic.213. Sed quemadmodùm nouæ Legis latores apud Aureliam rectiùs obſeruarũt duplicem *Alaudiorum* conditionem, vt inſigniora nobiliter, plebeia, æqualiter diuidãtur. §.255. Sic multò magis exiſtimo, quæ Andibus cóſtituta ſunt *Alaudia* inſignia, feudi antiqui inſtar, eximio iure partiunda inter hæredes. Nec enim apud Andes purè immunia sút, oneribuſque vacua *Alaudia*, ſed quaſi olim feudi legibus obligata, ſoluuntur, eximuntúrq; nominatim fidei vinculo & hominij. §.140. Cuius vocabulo Côſuet. (*le ſubiect*, item *exempt de foy*,) indicatur exceptionem eſſe de regula, (vt aiunt) quæque lege excipiuntur vel eximuntur cliẽtelari cliẽtelarum titulo includi. l.4. §. vlt. ff. De penu legat. Dynus in Rubr. De regul. Iur. In 6. Bartol. ad l. in his. ff. De legib. Decius in l.1. Nú. 26. ff. De regul. iur. Ad hæc, Iure Ciuili cópertum eſt, priuationem, habitus præcedẽtis argumẽtum quoddam inferre. l. Decem. ff. De verb. oblig. Sic iurandæ fidelitatis hominij que exoneratio priuilegiaria vetuſtam arguit, primæuáque feudalis beneficij qualitatẽ. Hinc pariter immunis fundi poſſeſſor à domino vocatus ſiſtere ſe cogitur, ac profiteri, ſuum ſe fundum, vtì optimus maximúſque eſt, tenere. cit. §.140. Morum Andeg. Quòd ſi die dicta nó compareat, is contumaciæ mulctatitium æs perſoluet. Eod. §.140. Subiuncta hac Legi Andium cauſa, quòd talis feudalium onerũ immunitas, (*Affranchiſſement*) quæ ſubdito irrogata eſt, cum nequaquàm ſinat cótemnere Domini iuriſdictionem, quò minùs ipſum ſemel adeat, & ſuperioré ex anteacta formula ingenuè prædicet. Vox autem iſthæc, *Affranchiſſement*, deſignat munerum vacationem cliẽtelarium, quæ priſci beneficij ſpeciem, aut veſtigia quędam retineat. Nam & eadem Lege coniunctim ſtatuitur, talia prædia liberi patrimonij, ſi væneãt, aut permutentur, laudimia pa-

Fiefz tombez en tierce foy entre roturiers.

Franc alleu noble, ſoubz lequel y a vaſſaux, cenſiue, ou iuſtice. Franc alleu roturier, auquel leſdictes choſes defaillent.

Conſuet. Artic.140. Verſ. *Le ſuiect, qui tient ſa terre en franc alleu, eſt exempt, à cauſe d'icelle, de foy, d'hommage, & deuoir, rachapt, de prinſe par defaut d'homme, &c.*

Qui excipit ne liceat, facit licere, vbi non ſit excepuum.

Priuatio præſuppo. nit habitum.

Artic.140. Verſ. *quant il eſt appellé en la Court de ſon ſeigneur en la demande de qui il s'aduoue ſubiect, il doit reſpondre de bouche, qu'il aduoue telle ſa terre tenir en franc alleu.*

L'amende du deffaut de comparoir au terme par le tenant le franc alleu.

2.

patrono

trono debere, Honorariáſq; alias rei beneficiariæ fūctiones. Andium enim Moribus, vt Iure beneficiorum quod Obertus Ortenſius ſcriptum reliquit, Iuriſdictio cohæret ferè perpetuis hæreditariíſque beneficiis: quæ ad hæredes beneficiarios, & agnatos, ordine ſucceſſorio tranſit. Tit. Quis dicat. Dux. Tit. De capitan. qui cur. véd. Tit. De prohib. feud. alienat. per Frider.

Andeg. Leg. §. 140. Verſ. Car tel affrāchiſſement, qui luy eſt donné ne luy permet pas contemner la iuriſdiction de ſon Seigneur, qu'il ne doiue venir vne fois declarer ce que dit eſt.

3. QVVM igitur feuda certo canone reſtricta & concluſa, (ex quibus nulla deinceps patrono offertur fidelitas) haud propterea deſinât nobilium ritu diuidi inter hæredes (§. 258. patriæ Cōſuet.) Multò firmiùs idem de *Alodijs* dicendum, quę honoraria, nobili, & gratuita fidei immunitate prædita ſunt, nō emptitia, oneroſa, aut in annuum vectigal quaſi ſeruile comutata. Item *Alodij* titulus, velut pars feudi, medius inſeritur ſcripto Feudorum tractatui in Codice Andenſium Legum municipalium, Tit. De fundis libero *Alodio* poſſeſſis. Vnde rerum ſimilitudo quædam facilè elicitur, ſaltem in hæreditaria maioris natu prærogatiua. Ex ratione Seueri Imp. l. 16. π. De in diem addict. Verumtamen, ne à communi aliarum Regionum ſenſu inſtitutíſque aberrem longiùs, illa procedere arbitror in *Alodijs* potiſſimùm, quę ſibi ſubditis præſint clientela, cenſu, aut iuriſdictione. Iuxta ea quæ de *Alodijs* nobilibus, ac plebeiis diſtinctè traduntur Pariſiorum Conſuetudine, (§. 68.) Trecenſi, Victriaca, & Aurelianéſi noua, locis ſupraſcriptis. Nam alioqui indecorum foret, perque abſurdum, *Alodij* ſubditos inferius prædium, nobiliter, dominum verò ſuperiora ignobili Ruſticorum more partiri. Neque his incommodè aptatur quod alibi notauimus, liberos iſtiuſmodi agros regiis *Francorum feudorum* Edictis ſubiacere. Lib. I. DOMANII GALLICI Tit. 13. art. 16.

d. §. 140 Andeg. Cōſuet. Verſ. *Et ſi la terre ſe vend ou eſchange, le Seigneur y prendra ſes ventes, & autres eſmolumens de fief.*

Iuriſdictio, nobilium Beneficiorū comes.

Fiefs abournez noblement partables entre heritiers.

Tit. *De terre tenuë en franc alleu.*

I. ex ſecundum Titulum interpretari debet.

Ordonnance des Frācs-fiefs & nouueaux acqueſts.

4. ALODIVM, ſi minùs Feudi, certè Iuriſdictionis legibus tenetur vbique terrarum: quàmlibet liberali cauſa manu prædium aſſeratur. Satis enim ſuperque eſt illius poſſeſſori, rerum proprietatem ſolidam habere, nęc recognoſcere à ſuperiori: non vt Iuridico itidem, Territoriíque domino eximatur. Libera enim fundorum proprietas, qui ſignificatur ALODE, non protenditur in Iuridicum loci imperium. Bald. ad. §. inter filiam Si de feudo defuncti controuer. ſit inter domin. & agnat. vaſal. Aluarot. in §. ad hoc De pace tené. & iuram. firman. Quibus concinit Andium Mos. §. 140. Quamuis enim *Alaudij* proprietarius neminem velit agnitum ſuperiorem, Iuris tamé opinione præſumptum eſt, eum Iuridicę ditionis domino ſubiici, cuius intra metas liberum prædium contineant. Maximè ſi dominus limitatum habeat ab longa vetuſtate Territoriū. I. Faber in l. 1. col. 2. Verſ. ſed tu potes dicere Cod. de ſumma trinit. Quò valde cōfert l. forma. §. ſi verò quis agrum. π. De cēſib. l. qui ex vico D. Ad Municip. l. pupillus. §. territorium. π. De verb. ſignif. Secus de *Feudaria* ditione ac poteſteate, cuius nexu iuſti etiā clientes tépore ſoluūtur, ac libertatis poſſeſſione tricena. Vt ex patriis Andiū Cōſtitutionibus ſuprà edocuimus. Ceſſante verò temporis pręſcriptione, quæri poterit, nûm fundus in re dubia li-

Le franc alleu eſt ſubiect à la haute Iuſtice des lieux. Vt ſuſédiximus Pariſ. Conſuet. Lib. I. Tit. 2. art. 2.

Artic. Conſuet. 140. Verſ. *Ne luy permet pas contemner la Iuriſdiction de ſon Seigneur.*

An terra pręſumatur allodialis, an feudalis, vel cenſualis.

ber exiſtimetur, immuniſque Dominico patroni imperio. Romanis quidem legibus coniicitur, prædia eſſe libera, nec quicquam obligata l. cuius l. Imperatores. ꝟ. De ſeruit. vrban. præd. Inde nec res vlla cenſetur alteri⁹ beneficiaria, aut vectigalis, niſi probetur. Vt ait Bald. in cit. §. inter filiã. Et in Cap. cæterum De iudic. At cõtrarius Andegauis vſus inoleuit, qui & *Alodia* tantùm ab ſingulari priuilegio admiſere. §. 140. Andeg. Conſuet. Vt prædiximus artic. 2. Quoties deinde penes aliquem rectum dominium ſtat, certis Regiunculæ finibus ſeptum, tunc intra eius limites poſiti fundi ſeruire eidem præſumuntur, tanquam domino ſuperiori. Vt conſultus reſpondit Socynus, in Conſil. 86. Lib. 1. Et Reſponſ. 181. Lib. 2. Sed omnium optimè Molineus, ad §. 46. Pariſien. Conſuet. Num. 5. 6. Princeps demùm, eximio auguſtiorique in omnes Dominatu, ius dictat alienis Magnatum virorum Territoriis ad publicam nempe Regij imperij Politiam tuendam, ſupremæve Dignitatis inſignia maxima. Sicuti, Politica de re Monetali Frãciæ, antiquitùs cõſtitutum fuit, in vniuerſos Regni Proceres, qui ius Monetarũ haberent cũ Iuridica poteſtate. Celebri Decreto PARLAMENTARI, in profeſtis Diuorum omnium an. 1273. hac verborum dialecto. *Cùm dominus Rex bannum ſeu Statutum feciſſet, ne Monetæ currerent in Regno ſuo præterquam ſuæ, & monetæ Baronum ſuorum, quas tenent ab eo, quæ ab antiquo conſueuerunt habere curſum ſuum in certis partibus Regni. Et vt Statutũ huiuſmodi firmiùs ſeruaretur, iniunctum fuiſſet ex parte Regis ſingulis Bailliuis, vt quilibet in ſua Bailliuia ſemel per Menſem ab iis qui communis recipiunt & capiunt pecuniam iuramentum reciperet, quod Monetæ prohibitæ poſt d. Bannum ceperint, veraciter dicerent, vt quiſque iuxta transgreſſionis ſuæ exigentiam puniretur. Vidominis Ambianenſib. circa hoc ſe opponentibus & dicentibus, ſe non teneri ad huiuſmodi iuramentum faciendum, cùm ſint in protectione Eccleſiæ. Auditis eorum rationibus, præceptum fuit Bailliuo Ambianen. vt eos compelleret ad d. iuramentum faciendum in caſu præd.*

Quiſquis habet ab antiquo territorium limitatum in dominio directo terrarum & iuriſdictione earum. eſt fundatus in vtroque infra metas eiuſdem. Arg l. Æde ſacras. intra maceriã ꝟ. De cõtrah. empt.

De caſibus regiis, Politię generalis, vel Reſſortus, Iudices regij cognoſcunt in terris Prælatorum & Baronum.

Iudicia, Conſilia, & Areſta expedita in Pallamẽto omnium SS. an. Domini. 1273.

PARTIS

PARTIS III. CAPVT PRIMVM.

DE BENEFICII FEVDALIS IN MEMBRA DISCERPTIONE, ET PARAGIO.

De deſpié de fief. & de Parage.

Tit. I.

FEVDARIA COMMODA, DISCERPTITIONE FEVDI AD SVPERIOREM DEVOLVI.

1. *Tertiæ Partis huius Lib.2. Capita duo, eorumque argumenta.*
2. *Ad quem modum permiſſa ſit feudi alienatio citra periculum* du Deſpié de fief.
Dominico conceſſu, vaſſalli feudum creſcere & augeri non debet multiplici gradu Iuriſdictionis, in præiudicium ſubditorum.
3.4. *Si vaſallus, dominanti feudo empto, ſuum ſeruiens poſtea vendat, perinde locus eſt feudi commiſſo prædicto, ac ſi ab initio illa duo feuda ſimul coniūcta fuiſſent.*
5. *Ex tacita feudalium agrorum diuiſione per decennem hæredum poſſeßionem æqualem ſeparatam, non fit locus commiſſo,* par deſpie de fief.
6. *An dominus directus, nonobſtante diuiſione inter fratres, poßit petere commiſſum feudi, quaſi contra formam lege præſcriptam illa facta ſit conſenſu partium.*
7. *Cohæredum primogenitus, altero ſuam feudi partem alienante, vtitur feudali Retractu vel lineari, ad præpediendum hac reunione feudi commiſſum, in dominum ſuperiorem.*
8. *Incidens in litem* du deſpié de fief *reſciſſoria alienationis feudi inſtantia non impedit paratum iudicium* dud. deſpié.
9. *Venditor eſt* garendus *emptoris in patronum exequentem* le deſpié de fief.
10. *Duobus feudum pro indiuiſo ementibus, non ideo ſtatim illius iura ſuperiori domino committuntur.*
11. *Quando, per aßignationem hypothecæ, feudum cadat in commiſſum.*
Maior natu ignobilis liberè acquirit à iuniori cohærede ſuam commu-

niſ feudi particulam, tanquam à ſuo feudo mouentem.

Ignobilium minorum natu portio feudalis non tenetur à primogenito cohærede: niſi id expreßè voluerint & declararint in feudo diuidundo.

Nobilium autem iuniorum portio, ſecus.

12. *Opima penſio annua retenta ab eo, qui dedit in emphyteuſin, vel libellum, minimè impedit commiſſum* du Deſpié de fief.

13. *Paterna donatio, partis feudi in alimenta filij, non eſt commmiſſo feudi protinùs obnoxia.*

14. *Redemptio duarum partium feudi venditi, nõ eſt conſolidatio ſufficiens ad tollendum feudi commmiſſum.*

15. Domaniorum Terræ feudalis, *vltra tertiam partem, alienatione*, il y a deſpie de fief: *etſi de feudalibus eiuſdem Terræ iuribus, honoribuſque nihil, parumvè diminutum ſit.*

16. Reunionis *& conſolidationis feudorum exempla, priùs inuicem diſſectorum & ſeparatorum.*

17. *Dominus ſuperior tenetur ſuos titulos feudi exhibere vaſallis ſuis* par deſpié de fief, *perinde ac vaſallis antiquis* du plein fief.

Deuolution des obeiſſances feodales & profits de fief au chef Seign. ſuzerain, par deſpie de fief.

IN QVIBVS feudale beneficium conſiſtat, quæque Honoraria ſint, ac Fructuaria ipſius iura, diximus ſeriatim bina Parte præcedenti. Tertia iam reſtat, de feudi amiſſione, quæ gemino Capite dignoſcitur. Prius reſpicit incorporea feudi iura & clientelas inferiores, quæ, eo in membra diſcerpto, ad ſuperiorem patronum transferuntur: Poſterius corporea etiam feudi patrimonia, quæ, vnà cum beneficiariis iuribus, maleficio patronis committuntur. 1.

Perte & commiſe de toute la terre feodale par felonie.

Hoc vulgo dicebant *faire de ſon dommaine ſon fief.* §. 101. & 221. Andeg. Conſuet.

QVOD ad prius attinet, prænotandum, Beneficia cuique ſua iniuſſu Dominorum alienare licuiſſe antiquo Galliæ ritu. Quo modo & Italici fundi, priſcis Romanis, mancipi omnes extitêre. l. vn. Cod. De Vſucap. transform. Ac M. Tullij ſeculo, nulla prædia in gente eadem, eodemvè familiæ nomine perpetuùm manebant: ſed crebrò pactionibus ad exteros tranſiliebant. Vt is ſcripſit pro Cornel. Balbo. Clientelaribus ſolùm Galliæ fundis hæc adhibebatur cautio vetus, vt qui illos diuenderet, pignori daret, redituſvè imponeret, ipſe ſibi exciperet fidelitatis ſacramentũ & obſequiuum dominis exhibendum, nec quibus venundaret, eos hiſce oneribus deinceps ſineret obnoxios. Quemadmodùm à Nobis antea traditum eſt. Aſt ſucceſſu ætatum modus diſpertiendis beneficiis præſcriptus fuit varia Lege Municipali, in gratiam Dominorum. Nec enim ſubbeneficium conſtituere, niſi certa lege, fas eſt abſque conſenſu patroni. Quamuis Iure Langobardico, & Friderici Lege id prorſus liberum ſit, dummodò à milite militi detur. Tit. Si de feudo defuncti. Tit. De lege Conradi. Tit. De prohib. feud. alienat. per Frider. Speciatim 2.

Subinfeudare aliis feudum ſuum non licet vltra moderatam portionem.

Extant pariter Cenomanæ, & Turonicæ Conſuetudinum Tituli *De deſpie de fief & de Parages.*

tim vtique apud Andes, ſi trientem in ſubbeneficium concedat beneficiarius, dein ex beſſe portionem diſtrahat aliis; vltimum hoc non permittitur noſtro More, citra commiſſum, quod vocant *deſpié de fief*. Tali enim alienatione beneficij, cùm partibus ſcinditur, ad ſuperiorẽ deuoluitur beneficium. §. 201. 202. 203. 264. Andeg. Conſuet. Verſa etiam vice, non ſinitur patronus, in clientis gratiam, res clientelæ ſuæ alieno ſubditorũ incommodo ampliare, adaugere. Nam illi quidem vetitum non eſt, Dominicos ſuos fundos; Iuriſque dictionem aliis ſubclientelæ formula tranſcribere. Bald. ad Cap. Vno delegatorum De offic. deleg. Cap. 1. Quid feud. dar. poſſ. Ibidémque Baldus. Nec illicitè, Comes, Subcomes, Barovè concedit beneficiario ſuo merum mixtúmque imperium: ſalua penes ſe cauſarum cognitione ſuperiori §. 62. Andeg. 71. Cenom. & 72. Turonicæ Conſuet. Sed quia conceſſio iſthæc ſublimis Iuriſdictionis, ſecum inuehit prolixam oneroſamque popularium litium prorogationem ab multiplici Iuridicæ poteſtatis gradu, ſeriò expoſtulabũt Baronis ſubditi, nouatam antiquæ ipſius Iuriſdictionis formam publicam: Quæ mutari corrumpivè Legibus prohibeatur. l. teſtandi Cod. De teſtam. l. Nemo poteſt. ff. De legat. 1. l. quod de bonis §. 1. D. Ad leg. Falcid. Queîs aptè ſubtexitur Feudiſticum axioma huius §. præterea Ducatus Verſ. NEC VASALLVS PRO VNO FEVDO DVOS HABERE DOMINOS COMPELLITVR; NEC DOMINVS FEVDVM VASALLI SINE EIVS VOLVNTATE IN ALIVM TRANSFERRE POTEST. Cap. 1. De prohib. feud. alienat. Ex quo, ſenſit Faber, patronum, clientelaris fidei ſpõſionem, inuito cliente, alteri inutiliter mãcipare, niſi cum vniuerſitate fundi dominantis. In. §. penul. Inſtitut. De aſſignat. libert. Hinc quoque Molineus aſſerit, Iuridicum imperium modo ſupraſcripto ineſficaciter tribui à recto Domino beneficiariis ſuis. Ad d. §. 72. Turonenſ. Morum, 62. Andegauenſium, 71. Cenomanorum. Iuxta Ruſcinonenſe Karoli. 9. Edictum an. 1563. art. 24.

Conſuet. artic. 261. Ver. *Tant que les deux tierces parties ſont entieres, elles garãtiſſent l'autre tierce partie. Mais toutesfois que l'hõme de foy ne mettra iamais aucune choſe hors d'icelles deux tierces parties, & les deſpiecera par vendition ou alienation, en celuy cas tous ceux qui auront oncques aucune choſe dud. fief, viendront à la foy & hommage au ſuzerain chef Seigneur par deſpie de fief.*

Ainſi que le Seigneur ne peut deſpiecer ſon fief au preiudice du ſuzerain: Auſſi le ſuzerain ne peut accroiſtre le fief de ſon vaſſal au dommage de ſes ſubiects pour les charger de diuers degrez de Iuriſdiction nouueaux.

Iuriſdictiones, in Frãcia, feudales ſunt præcipuè, ac patrimoniales.

Sic Carolus. 5. rex Diplomate an. 1364. promiſit Comiti Arminiaco, nuſquam à Regibus alienatum iri ſuperius in Comitis Ditiones dominiũ. Ex Inuẽtario Alenconiæ Domus.

Idem Faber in Tit. De vulg ſubſtit. Eod. Lib. ait, Epiſcopos & Barones non poſſe plures gradus Iudicum ſub ſe cõſtituere, vt Præpoſitos, Caſtellanos iudices foraneos.

3\. EGREGIA verò in Senatum prodiit de feudo membratim diſſecto controuerſia. Facti ſpecies hæc erat. Iacob. Tiercelinus, eques, auitum beneficium tenebat *de la Cheualerie*, & à maioribus profectũ. Is ſuperiorem emit ditionem *de Rumigny*, à qua illud clientelæ iure pendebat. Poſtmodùm emptor venundedit ſeruiens beneficium. Hinc arrepta occaſione, Franciſ. *de Vendoſmois* patronus fundi *de Rumigny* egit in Tiercelinũ condictione ex Lege Municipali Cenomana noſtræ conſimili *du deſpie de fief*, quòd diceret, fundi dominantis emptione conſolidatum vtrumque, cõfuſum, ac vnum adeò fuiſſe factum: eadémque opera totum in ſuam ipſius clientelam purè tranſiiſſe. Proin vnitorũ fundorum parte dehinc alienata, quæ totius triẽtem iuſta æſtimatiõne excederet, feudi totius iura & cliẽtelas ad patronum rectà deſiliiſſe: artic. 222. Cenomanæ, & 209. Andegauæ. Conſuet.

4\. IN contrarium autem diſſerebat Tiercelinus, ſeruitutes quidẽ prędiarias (vt feuda) extingui confuſione prædiorũ perpetua, immobili,

§. 209. Andeg. Conſuet. Verſ. *Si le ſubiect homme de foy achetoit le fief de ſon ſeigneur, &c.*

nec priorem in ſtatum reuocabili: Sed de momētaria & mobili, qualis iſthæc, ſecus. l. penul. §. 1. ff. De except. rei iudic. Afflictus vberrimè in Neapolit. Deciſ. 237. Quod in feudorum etiam cōſolidatione, de qua litigabatur, obtinebat. More patrio Cenomanorū, in cit. §. 222. Et Andium. 207. Clientem igitur, qui olim diſcreta inuicem prædia, rurſus iuncta diremeri, alterius alienatione noui aliquid molitum nō videri, nec minutatim ſuum diſcerpſiſſe beneficium, ſed potiùs rem totā in antiquum & primæuū ius poſtliminio reſtituiſſe. Can. ab exordio Diſtinct. 25. Cap. 1. Quid iuris, ſi poſt alienat. vaſall. feud. recuper. In Feudis. l. ſeruus dotalis In fi. D. ſolut. matrim. De tanta demū ambigui Moris quæſtione interlocutus eſt Senatus, bina teſtiū decuria veſtigandā patriæ Conſuetudinis explanationē *du Deſpie de fief* (art. 222. cum ſequen.) ſimul & teſtimoniis eruendam annuæ æſtimationis fidem veritatémque vtriuſuis prædij, tam alienati quàm retēti à venditore. Decreto Nonis Aprilibus an. 1583. ex non vulgari lite quā Philib. Maſſurius Principis Cōſiliarius aliis Curiæ Conſcriptis referebat, in. 1. Claſſe Inquiſitionum Senatus Pariſien. Verùm in obſcuris putarim, contra alienatorem iudicandum: Quippe qui, vltronea fundi vnius mancipatione, amborum confuſionem diſſoluerit, nō autem neceſſaria, quę ſola retroducitur, ac iura medio tempore aliis parta cōuellit. Vt ſuprà multoties adnotauimus. Cuiuſmodi eſt nuptialis vinculi ſolutio, coniugalíſq; fundorū vnionis ex illo ſecutæ: de qua nominatim in cita. §. 222. His ſubnecte, clientem minimè à ſe abdicaſſe dominantem fundum *de Rumigny*, quem ſibi recèns pararit, ſed antiquum hęredium *de la Cheualerie*, alterius beneficiarium. Ex quo apparet, eundem haud omninò priſtinæ formæ res ipſas reddere voluiſſe.

Art 207. Andeg. Leg Ibi, *ſi aucun Seigneur acqueroit aucune choſe tenue nuément de luy à foy & hommage, cens ou autrement, ou s'il ſe marie à aucune femme, qui tienne de luy nuement ſa terre tous iceux acqueſts & heritages ſont conſolidez en la ſeigneurie, & tenuz nuement du ſuzerain: & eſt ſon fief, qui parauant eſtoit ſon arrierefief.*

De reuocabili, & irreuocabili fundorū confuſione quorum alter alteri ſeruiret. §. 107. Verſ. *En celuy cas, qu'il y auroit en cōſolidation par mariage &c.*

Interlocutoriū Areſtum Curiæ Pariſien. Die. 5. April an. 1583. *au rapport de M. Maſſurier Conſeiller* in 1. Camera Inqueſtarum Curiæ *d'informer par turbes ſur la maniere d'vſer du deſpie de fief & auſſi d'informer de la valeur des 2. terres, pour ſçauoir ſi celle qui auoit eſte vendue, excedoit le tiers de la valeur des 2. vnies enſemble.*

5. Etsi bonorum diuiſio inter cohæredes, neceſſaria feratur abalienatio, ex ea tamen hæreditarium committitur patrono beneficium: niſi cuius, penes ſeniorem, bes remanſerit, cum Dominica prerogatiua in trientē beneficij, ac iuniores cohæredes, quibus triens diuiſione obtigerit. Vt innuit Andiū Mos. §. 204. Sed iſthęc quidem, de partitione bonorum teſtata, & aperta: quid de tacita, quam decēnio diuiſim poſſeſſi ex æquis fundi conſtituant? Nam Iure Ciuili planum eſt, hæreditatis partitionē induci diſcreta rerum hæreditariarum poſſeſſione decenni. l. ſi maior, Et ibi Accurſ. Cod. comm. diuid. Cùm igitur par ſit vis taciti, ac expreſſi, probabiliter putes, locum fore beneficij commiſſo ab tacita illa, nō minùs quàm expreſſa, diuiſione fundorum æquali. l. 3. ff. De reb. credit. Siquidem æquiparatorū eadem ratio eſt ac definitio: nec omninò intereſt, quid ex æquipollentibus fiat. l. vlt. §. vlt. D. mandati. l. mulier D. Ad S. C. Trebell. l. vlt. Cod. Si mancip. ita væneat. Verumenimuerò Ius noſtri Municipij lōgè ſecernit fictam communium bonorum diſtributionem à vera, & tacitam illā ab expreſſa, nec fauet nudæ poſſeſſioni diuturnæ inter cohæredes: niſi preuio ſaltē diuiſionis placito, etſi nō ſcripto, munita ſit. §. 433. Andeg. Cōſuet. Itē Municipales cōſtitutiones, quę de rerū diuiſione verba faciūt, populariter

Andeg. Conſuet. §. 204. Verſ. *Et n'a aucun de deſpie de fief lieu en ſucceſſion & partage de choſe hommagée entre gens tant roturiers que nobles: pourueu qu'elles ſoient departies par les deux parts & par le tiers, & que celuy, à qui en demeurent les deux parts, retienne deuoir ſur la tierce partie.*

Conſuet. artic. 433. *S'aucūs freres & ſœurs diuiſent enſemble l'heritage à eux eſcheu d'aucū leur parent, ſans rien en paſſer par eſcript, & tiennent chacun ſon lot à part & à diuis par dix ans continuels, &c. deffendra chacun ſon lot qu'il aura tenu par led. tenement de dix ans.*

riter accipi debent, vulgaríque ſignificato conuentæ partitionis, aut iudiciariæ, non autem à Lege confictæ, vi decennis poſſeſſionis. *Statuta* enim fictionem non admittunt. Vt pluries à Nobis antea dictum eſt. In re præſertim odio digna, iuréque Dominico auferendo clientibus, & in patronos transferendo. Proinde Senatus cenſuit, feudale beneficium, æquali ſola feudi communis poſſeſſione cohæredum, ad ſuperiorem non deuolui. Iudicato in cauſis agendis Poſtridie Nonas Martias an. 1588. Inter Ioh. & Iulianú Verones, pro quibus Dagueus, & Ludouicum Morinum, pro quo Seruinus, orarunt.

Decretum Curiæ Pariſien *donné en plaidoié* Die 8. Mart an. 1588. pro Ioh & Iul. *les Verons appellans des requeſtes du Palais*, contra dominum feudi.

6. Plebeii emptoris liberi conſenſu diuisêre bona communia, ſic, vt emptitij feudi bes primigenio cederet: triens reliquus, aliáque prædia ſecundonatis. At tali diuiſione ſtructam ſibi fraudem quæritur patronus, quòd feudum Moribus diſtribui viritim debuerit, inter primos ignobilis emptoris hæredes. Cuiuſmodi æqua partium diſtributione, ac ſectione legitima commiſſum fuiſſet patrono beneficium. Artic. 202. 203. Andegauen. Conſuetud. Fatetur quidem iſte, iuſtam hæreditarij feudi partitionem, licet inæqualem, at neceſſariam, eximi commiſſoriæ legi beneficij, huiuſque deuolutioni ad menſam Dominicam. Artic. 204. Sed de ſpontanea diuiſione contra patrium Morem inita, ſecus. Hæredes tamen, patroni actionem elidunt ratione validiore. Nil enim vetat, concordes vnaniméſque fratres legi diuiſionis ſtatuere ſua de re beneficiaria pro arbitratu: dummodò ex iis vnus, cui duo feudi trientes obuenerint, ſibi recipiat Dominicum ius in tertiam iunioribus relictam portionem. Qualis pactitia recti Dominij reſeruatio legibus probatur Andegaui Municipij. §. 262. 263. 264. Et Ioh. Galli Deciſione. 374. de Campanis Galliæ agris. Cuius Deciſionis epigraphe hæc eſt, *Quando minor à primogenito feudum tenere debet*. Volo quippe, iſtiuſmodi feudum ruſticè adhuc & ignobiliter ab iis poſſideri, necdùm illius ergô trinum hominium, fideíque nexum in eadem gente ac familia adhibitum. Cohæredibus certè licitum eſt, inſignem Ditionem, ne inter eos æquata, minutímque ita diſſecta deformetur, nobiliter herciſcere, vltrò citróque penſatione facta, & ſupplemento fundorum interpoſito. l. Mæuius. §. arbiter D. famil. herciſ. Diuiſio namque permutationi cuidam accenſetur. l. cum pater §. hæreditatem. π. De legat. 2. l. ſi filia. §. ſi pater D. famil. herciſ. P. Caſtrenſis ad l. 1. Cod. commun. vtriuſque iudic. Bald. ad l. ſi familiæ Cod. famil. herciſc. Quatenus igitur feuda herciſcantur, cohæredum potiſſimè intereſt, non patroni, niſi per conſequentias. Vnde patronalis iuris minimè habendam rationem, infertur ex Vlpiani ſententia l. 1. l. quod dicimus. π. De auctorit. tutor. Quippe & alibi patriis Inſtitutis cauetur, plebeios ab beneficiis quibuſdam fidei vinculo ſolui, neque in verba patroni iurare: ac nihilò ſeciùs illa partiri iure primigeniorum. §. 258. Andegauen. Conſuetud. Quinetiam rei patrono iam commiſſæ effectum impedit conſolidatio poſterior, confuſióque prædiorum. Ergo, ne illa res committatur, fortiùs ob-

Diuiſio ſpontanea noui feudi *aux deux parts & au tiers* inter hæredes emptoris ignobiles, qui ex Statuto illud æqualiter partiri debuerant, impedit *le deſpie dudit fief au ſeigneur feodal dominant*.

Deciſion. titulus ſeu Inſcriptio.

Rerum accommodatio œconomica inter hæredes, non eſt inuidenda.

L'intereſt du ſeigneur ſeparé d'auec l'intereſt d'entre les coheritiers, en fiefs abournez.

Conſuet artic. 205. Pource que la conſolidation & redintegration des fiefs, c'eſt à ſçauoir qu'ils demeurent entiers, eſt fauorable, il eſt ainſi, que ſi aucun fief eſtoit deſpiecé, & depuis le deſpie de fief, foy & hommage euſſent eſté faicts pour raiſon dudit deſpie de fief, deſlors que la choſe ſera retournee à ſa premiere nature, & conſolidee auec le lieu dont elle eſt partie, le tout demeurera à la foy & hommage, où il eſtoit deuãt, &c.

ſtabit fraterna diuiſio integri feudi conſeruatrix: Quùm iura quæſita, difficiliùs, quàm quærenda, tollantur. In eúmque ſenſum patriæ Legis ſcriptura facilè trahitur. §. 205.

SCISCITEMVR iam de nobili latifundio, quod Vectigalis annui, 7.
feudíque receptitia lege, paterfamil. tertio manciparit. Quùm enim alienatoris dehinc liberis duobus diuiſim obtigerit, alteri Vectigal, alteri rectum in vectigalem Ditionem dominium, illo diſtrahente agrariam ſuam Penſitationem, emptori hanc auocat ſuperior patronus Dominico retractu, quaſi ea venditione feudalis Ditio membratim diſcerpta fuiſſet, eóque ſibi commiſſa, patronali iure maiori. Subinde tamen aduerſus retrahentem inſtat venditoris frater, cui, paternæ hæreditatis diuiſione, ceſſerat rectum in prædia Dominium, à communi patre olim exceptum in perpetua ipſorum locatione contrahenda. Intendit enim iſte, prædiarium Reditum, qui vænierit, iure ſuum eſſe Municipali fundorum redhibitione, patronali æquè, ac gentilitia: antequàm ſuperior, iudicio obtinuerit feudi commiſſum: quod pura nudaque actione ſibi à Magiſtratu addici, priùs debuerat poſtulare. §. 206. Andegauen. Morum. Interea ergo patronus fratres condicit prædiarium, ſuæ clientelæ, Vectigal; ante decretam Iudicis ſententia deuolutionem feudi ad ſuperiorem. (ex §. porro Qualit. ol. feud. alien. pot.) Quin & adiudicatum huic feudi commiſſum tolleretur ſequenti rerum vnione ac conſolidatione, (iuxta §. 205. d. Conſuet.) quam frater ipſe iudicio perſequatur, alienatorum in familiam reuocatorio: Quod patronali etiam Retractui, Andium Moribus, antefertur. §. 390. Fuit autem dubitationis, an ſemel partum recto Domino feudale commiſſum, licitè remitteretur à fructuario prædij dominantis. Haud puto ſanè, huius Pactum, gratuitum præſertim, domino proprietatis officere: Niſi hic tricenni ſilentio, ab illius obitu, ius ſuum minimè executus, aboleri paſſus ſit tanti temporis præſcriptione. Art. 181. 204. & 440. patriæ Legis. Cæterùm ſi perpetuus colonus beneficiarij fundi, hunc maiore ex parte diſtraxerit, incorporea eiuſdem iura Honoraria, feudali commiſſo redeunt ad locatorem: qui vectigale prædium illi fruendum conceſſerat, ſalua penes ſe feudi prærogatiua. §. 203. Andeg. Conſtitutionis. Inita tamen Dominicorum eiuſmodi iurium æſtimatione, quæ ad locatorem deuoluta ſint, confuſio pro rata ſolarium perimit, quod locator in lege fundi ſtipulatus fuerat à perpetuo conductore. Herennij Modeſtini argumento, in l. ſicut acceptilatio. ff. De ſolut. Alioqui enim Dominus rem ſimul & pretium improbè retineret, ĩ. cum portione rei agrariam Penſitationem, quæ pretij vicem ſubibat. l. emptorem §. vlt. ff. De act. emp. l. 1. §. qui in perpetuum D. ſi ager vectig.

De eo qui alienat domania feudi ſui à *la retenue d'vn grãd deuoir noble annuel, & de la foy & hommage ſuzerain, le cas y eſcheant.*

Retractus feudalis, & linearis.

Deſpie de fief, giſt en ſimple action, & non en ſaiſie, ſinon apres ſentence declaratiue dud. fief deſpiece.

Factum Vſusfructuarij, proprietario non nocet.

TANTI momenti eſt feudale commiſſum, quo de agitur, vt ſta- 8.
tim ac in partes ſcindatur beneficium, Dominica ipſius iura omnia tranſiliant in ſuperioris clientelam. Iuxta. §. 202. & 203. Andeg. Conſuet. Nam & ſi cliens, vitãdi commiſſi cauſa, decurrat ad Principis codicillos

dicillos alienationis reſciſſorios, haud propterea differtur commiſſoriæ legis executio inter patronum & clientem, de qua ſummatim interea liqueat: donec conteſtato emptoris ac venditoris iudicio contractus infirmetur. l. 3. §. ibidem D. Ad exhiben. l. 3. §. duæ autem. ff. De Carbon. edic. Quòd ſi poſtmodùm fundi venditio, quæ feudum patrono aperuerit, irrita pronuntietur, ex minimè luſoria venditoris in emptorem lite, cui adſit patronus, Tunc feudum velut conſolidatione quadam redintegratur. §. 205. noſtræ Conſuet. Et Fabri opinione ad l. vlt. §. vlt. Cod. commun. de legat. Alberic. & Iaſ. in l. ab emptione. ff. De pact. Cuius rei exemplum ſuggero, PATRVMQVE CONSVLTVM de illo factum ſcitu dignum. Iohannes *de Champagne* Dominus luculentæ Ditionis *du Pleſſis froumentieres* diſtraxit particulatim feudales agros *de Martigny*, *Clereau*, & alios, quibus maior Ditionis portio & amplitudo conſtabat. Hoc cognito, patrona ſuperior Yſabella *Chenu*, fructuaria feudi *du Bouchet de Toureuille*, perſequitur in Foro venditorem, quaſi auctore emptoris, vt diuenditi vtriuſque prædij feuda ſibi adiudicarentur. Defendit venditor, ſuæ rei partem alienare ſibi licuiſſe: retento penes ſe *hominio*, quod ipſe quoque nominatim exceperit. Quùm verò is non ignoraret, fidei clientelæque exceptionem ideo inefficacem eſſe, quòd plus tertia Ditionis parte emancipatum fuiſſet, confugit ad extremum Regij Diplomatis præſidium, vt vendita dolo ac fraude omnia reſcinderentur. Senatus, ad quem in ſummo dicendæ Sententiæ calculo adferebatur Reſcriptum hoc integri reſtitutorium, decreuit, commiſſoriam feudi litem eo non ſuſpendi Reſcripto, quod prolixiorem tractatum exigeret, ac in cauſę cognitione ampliori verſaretur: Indéque, nulla in præſens iudicij remora, ac impedimento, commiſſum feudum pronuntiauit. Gemino Areſto Pariſienſi Nonis Ianuar. an. 1577. Et 10. Kal. Ianuar. ann. 1578. quod in prioris executione Iudicati prolatum eſt. Hoc enim poſteriori, CVRIA ORNATISS. comprobauit dominicam fundorum illorum prehenſionem, quibus patrona nouiſſimè manum iniecerat ob laudimia non ſoluta. Sed antequàm ſigillatim ipſi, quid, quantumvè deberetur, addiceret, iuſſit ſingulos emptores in cauſam acciri, vt de eo maturiùs cum iis ſtatueretur.

De alienationis feudi reſciſſione controuerſia incidens in litem *du deſpié de fief*, nõ impedit definitioné quæſtionis *du d. de fié*, quum incidens longiorem cauſæ cognitioné deſideret. & ſemel alienatione diſcerptum feudum, ea reſciſſa, facile reuniatur.

Duo Curiæ Pariſien. decreta, die 5. Ianuar. an. 1577. Et die 23. Decemb. an. 1578. Prius ad appellationem à ſententia Requeſtarũ Palatij die 7. Decẽb. an. 1575.

In caſu *du deſbié de fief*, Andium lex attribuit expreſsè ſuperiori domino laudimia ex venditionibus *du fief deſpiecé*, nec loquitur de retractu feudali. In §. 202. 203. 209. 219. 221. In ver. *ventes*. Sed vbicunque vulgò locus eſt laudimiis, ibidem quoque feudali retractui. Vt ſuprà ſcripſimus.

9. FRVCTVS & commoda feudalis huius commiſſi eò ſpectant, vt vendita à cliente patronus vel redimat pro poteſtate Dominica, vel ſinat manere penes emptorem, depenſis ipſi laudimiis. Propone autem, Dominum ſuperiorem ab emptore fundum condicere iure Dominici retractus. Emptor ſubinde vocat auctorem ſuum, vt liti ſubſiſtat, cúmque præſtet indemnem. Venditor, ediuersò, de huius euictione prædij ſe non teneri, quod à Lege, vel Principe auferatur emptori, ſiue gentilitia alienatorum reuocatione, aut patronali, quæ Conſtitutionibus patriis inducitur. l. xi. ff. De euiction. Maſuerius in Tit. De Retractu. §. Item ſecundùm. Verſ. *non eſt locus euictioni, quia ius Feudarium, aut Conſuetudinarium hoc introduxit.* Denique ita res * ἀναλυτικῶς

Statutaria fundorũ euictio non habet garendum.

* reſolutiue.

concluditur, vt ſi venditor fundum, quaſi ipſiuſmet beneficiarium futurum, alienarit, tunc diſtrictè emptorem liberare teneatur ab alieni patroni inſultu atque conflictu. §. 201. 203. 211. Andeg. Leg. in Ver. *garentir*. Tiraquellus in Tract. de lineari Retractu. §. 12. In Ver. *tranſporte la choſe*. Glo. 1. His rectè quadrat Pauli I. C. reſponſum, ſi is qui emerat ab hoſtibus, pluris alij ius pignoris, quod in redempto habebat, ceſſiſſet, redemptum non eam quantitatem, ſed priorem reddere debere: Et emptorem habere actionem aduerſus eum qui vendidit, ex empto. l. poſtliminium, §. penul. ꝟ. De captiu. l. ſi tibi alienam Cum l. ſeq. D. locati. Cæterum ſi generatim vænierit fundus, nullo venditori ſeruato iure directi Dominij, iſte tùm emptori non præſtat euictionis periculum rei venditæ, quam patronus ad ſe reuocatum voluerit Dominica lege venditorum redhibitoria. Vt ex antedictis patet.

Pura venditio, ſine reſeruatione feudalis iuris ſuperioris.

DVO fratres clientelarem fundum purè mercantur. Iſtanè emptio 10.
prædij clientelam transferet in patronum? Pro emptoribus vtique propugnat indiuidua rei emptæ conditio, ipſorumque adeo paciſcentium: quo minùs in particulas ſciſſum beneficium dici queat. Nam & pariter ait Marcellus, cùm apparuerit, quendam pluribus vendentem, ſingulorum in ſolidum perſonam intuitum, ita demùm ad præſtationem partis ſingulos compelli oportere, ſi conſtet omnes eſſe ſoluendo: ſed & ſi omnes ſoluendo ſint, propius fore, electionem conueniendi, quem velit, non adimendam actori, ſi actiones ſuas aduerſus cæteros tranſcribere non recuſet. l. 47. D. Locati. Cui ritè congruit Papiniani lex Eandem. ꝟ. De duobus reis. In Ver. vtriuſque fidem inſolidum ſecutus Et ver. emptione. Sicuti ergo rei pretium indiuiſim venditori debetur ſolido iure à correis emẽdi, ita penes quemque horum ſolida res eſſe videtur, donec eam communi diuidundo iudicio inuicem partiantur. Inde etſi debitor communis fundi partem dederit pignori, & à domino alterius partis prouocatus creditor eius, licendo ſuperauerit, debitórque eius, cui res fuit adiudicata, velit partem ſuam prædij recuperare, ſoluto eo quod ipſe debuit, non eſt audiendus, niſi & eam partem recuperare paratus ſit, quam creditor per adiudicationem emit. Rurſùs ſi partem rei vendideris, & priùs quàm traderes emptori, communi diuidundo iudicio interpellatus ſis, alteráque pars tibi addicta fuerit, conſequenter dicitur, ex empto agi non poſſe, niſi totam rem paratus fuerit ſuſcipere. Vlpiani. l. 7. D. commun. diuid. Ex quibus haud improbabiliter credas, beneficiario fundo duobus coniunctim vendito, nondùm in membra diſcerptum eſſe beneficium, donec res tota æquis portionibus inter emptores diuidatur. Quam opinionem fulcit Papiniani lex Reos promittendi De duob. reis In Verſ. quia non fuerat adiectum, ſingulos in ſolidum ſpopondiſſe, ita, vt duo rei promittendi fierent.

Si par l'acquiſition d'un fief par deux, y a ouuerture de deſpié de fief, cõme ſi chaſcun d'eux en auoit acquis vne moitié.

l. Cùm apparebit D. Loc.

Huc planè alludit lex Iulianus. §. idem Celſus. ꝟ. De action. emp.

A PATRONO autem, econtrà, ſuggeretur prædium, licet duo- 11.
bus purè diſtractum, ipſo iure æquas in partes diſtribui, & ſingulis

dimidiam

dimidiam adſignari. l. ſi non fuerint, D. Pro ſoc. Idque recepto omnium Gentium ſenſu, ac vſu tritum refert Ariſtoteles, vt æqualitatis proportio in ſocietate obſeruetur Lib. 3. Πολιτικ. Cap. 6. & Lib. 8. Ἠθικῶν. Hinc eſt, quòd amborum ſinguli emptorum dimidiatim patrono debent clientelaris fidei ſponſionem: Id eſt, pro media qualibet empti fundi portione. Cùm enim ſimiliter tabulis comprehenſum eſſet, illum & illum tantam pecuniam pollicitos, reſpondit Papinianus, viriles partes deberi. l. reos. §. 1. ff. De duob. reis. Atque ideo, niſi duæ ſaltem è tribus feudalis beneficij partibus ab vno eodémque teneantur cliente beneficiario, illud ad ſuperiorem deuoluitur, quaſi minutim in fruſta diſſectum. §. 201. 202. 203. Andeg. Conſuet. Si tamen emptores ambo nondùm ſeorſim ſeparatímque ex parte dimidia exhibuerint domino clientelare obſequium, puto, necdùm feudi commiſſoriam legem exerceri poſſe: quandiu ſcilicet integrum prædium ſeruari ſperetur vel futura communis rei licitatione, vel aditione fraternæ hæreditatis. Nec enim diuersè conſtitutum eſt de feudo pluribus hæreditate delato, donec familiæ herciſcundæ iudicio, quænam cuique partes obuenerint, dignoſcatur. Quod igitur interim pendet, non eſt pro eo, quaſi ſit. Iuris Regula, Is damnum. §. vlt. ff. De regul. iur. l. ſi non ſortem. §. ſi decem. verſ. in pendenti habendum, an liberentur. ff. De condict. indeb. l. vlt. §. quando in pendenti D. Ad S.C. Tertullian. Hiſdem meritò adplicatur, quod ex ciuico More ſupraſcriptum eſt, de prædiorum mixtura indiuiduáque coniúctione inter virum & vxorem, quaſi promiſcuæ poſſeſſionis ipſorum ſocios ac conſortes. §. 207. Andegau. Conſuetud. Exin liberiùs etiam, ignobilis fratrum primigenius ab altero trientem coemerit hæreditarij feudi communis: tanquam beſſis, eiuſdem, ſibi proprij beneficiarium. Admittamus enim legitimam ſecundonati portionem in auitum feudum, haud mero eo clientelarum iure ſubeſſe maiori parti ſenioris cohæredis, quo, nobilium iuniorum particulæ fiunt grandiori fratri in diuidunda familia obnoxiæ: ſed feudale id obſequium, plebeij ſecundogeniti arbitrio optioníque relictum fuiſſe patrio Ritu. Art. 201. & 262. Sanè eò fauorabiliùs, ſpontanea alienatione ſibi recipit emptor ille militaris fundi partem, vti ſuæ clientelarem, quòd tali Pacto, vtile ſimul rectúmque dominium alienæ rei cum ſua permiſceat, plauſibili quadam prædiorum in antiquam cauſam reſtitutione. Cuiuſmodi noua copulatio, vnióque inſignis latifundij, tuetur ſuperius partium in vna generis ſtirpe dominium: ne ad maiorem patronum ſaltuatim deferantur. §. 205. Andeg. Legis.

Si non fuerint partes ſocietatis, vel commu-nionis adiectç, æquas eas eſſe conſtat.

Feudalium iurium vaſalli deuolutio *au chef ſeigneur ſuzerain par Deſpie de fief.*

Conſuet. art. 207. verſ. *Si le ſeigneur ſe marie à aucune femme, qui tienne de luy nuëment ſa terre, tout eſt conſolide en la ſeigneurie, & tenu nuëment du ſuzerain, &c. Mais ſi leſd. mariez decedoient ſans hoirs de leur chair, ou que la ligne d'eux deux defailliſt, parquoy les choſes retournaſſent chacun en ſa ligne, dont elles ſont parties, aud. cas telle conſolidation deffaudroit, & retourneroient toutes les choſes à leur premiere nature.*

And. Conſ. art. 262. Verſ. *Et eſt au chois des puiſnez de faire deuoir à leur aiſné, & eſtre ſes ſuiects, ou de faire foy & hommage au ſeigneur de fief, dont tout meut & depend.*

Art 201. 213. 214. *Il n'y a deſpie de fief en parage & partage de Nobles, encores que le fief ſoit deſmembré.*

12. ÆRIS alieni neceſſitas eò perpulit Meuium, vt inde annuo Vectigali creato fortunas omnes oppigneraret. In iis præminebat opima ditio Caij beneficiaria. Caius patronus intendit, huius clientelas prædij ad ſe deuolutas pigneratitia obligatione, nominéque clienti grauiſſimo, quod fundi triente æſtimati præualeret. Id quippe Andium Moribus ſancitum videtur (Artic. 210.) Quoties enim æs debitum hy-

pothecaria formula, exæquat iuſtam eius partem fundi, qui pignori nexus ſit, tunc fundus cenſetur alienatus. l. vlt. Cod. De reb. alien. non alienan. Baldus ad l. manumiſſiones. ꝟ. De Iuſtit. & iur. Idem in Cap. 1. §. aut ſi libellario. Quib. mod. feud. amitt. In Feud. E contrariò autem diſſerit poſſeſſor, multùm referre, ſpeciatimnè quis, an generatim fundum pignori dederit creditori.

Pour ſçauoir ſi les conſtitutions des rentes hypotecaires paſſiues emportēt charge ou alienation de plus du tiers du fief, qui en ce faiſant tomberoit en deſpié de fief faut ventiler & eſtimer tous les biens du conſtituant leſdites rentes.

Nam expreſſa quidem hypotheca, alienatio quadantenùs exiſtimatur, vt quaſi diſtracta re, honoraria ipſius iura ad ſuperiorem dominum transferantur. Exinde nec ſeruum locatori ob penſiones ſpecialiter obligatum poſſumus manumittere: Nerua I. C. deriſo, qui aliter ſenſiſſet. Rectè autem manu ſeruum emittimus, illi tacitè ob mercedem conductionis pigneratum, vel illatione ſola ſerui in conductitias ædes. Sententia Iulij Pauli in l. penul. D. Ex quib. cauſ. pign. Nimirùm, Pauli verbis, antequàm penſionum nomine præcludamur. Nam moris erat, inquilino non ſoluente, aperiri domum, réſque omnes ac mancipia, quæ in eam induxiſſet, deſcribi, & à publicis Officiis obſignari. l. cùm Domini D. loc. l. ſi iniuriæ. ꝟ. De iniur. l. vlt. De adminiſtr. tutor. In Cod. Theodoſ. Ac ſubinde oſtium claudi ſolebat Ædium clauſtro adhibito vel conſepto: Quod Græcis eo loco eſt, τὸν οἶκον ἀσφαλίζεσθαι. Iſtuc recidunt quodammodò patria Andium Plebiſcita, §. 505.

Huc faciunt prænotata, in Tit. De fructibus pœnæ, &c. art. 5.

Art. 505. Andeg Leg. *Le maiſtre ou ſeigneur de la maiſon peut en attendant iuſtice de ſon auctorité, prendre & retenir des biens de ſon louagier pour le payement de ſon louage.*

Hoc igitur genere locator, creditorvè cum mancipia detineat quæ incluſerit, ſequitur, ea ſola alienata dici, quæ ſimul expreſſim à debitore obſtringantur pignori, non quæ veniant generali & tacita hypotheca bonorum. Eóque ſenſu interpretandum Ius Andium, cit. §. 210. & §. 141. Cum. §. ſequen. qui rem bellè diſtinxit, in hunc modum. *Combien que en rente par hypotheque vniuerſel n'y ait ventes, toutesfois s'il y a hypotheque eſpecial, & l'acheteur ſe y veut adreſſer pour faire aſſiete, y eſchet ventes, &c.* Prædictis adde, ſpeciatim pigneratum fundum priùs excutiendum à creditore, quàm debitoris bona alia generatim illi obligata. l. 2. Cod. De pignor.

§. 141. Il n'y a aucunes ventes en acqueſts de rentes generales, dont aſſiete n'eſt faicte.

Videamus tandem, de eo quid iuris ſit. PATRES PARISIENSES, in conſimili agitatione forenſi *du deſpie de fief*, decreuerunt, in eundam ęſtimationem omnium debitoris facultatum, vt toto inde collecto pretio, lucidè pateret, hypothecaria necne onera tertiam Rei beneficiariæ partem mole ſua exorberent, planéque ſuperarent. Iudicato in publica Fori diſceptatione. 8. Iduum Martiarum ann. 1588. Dagueo, & Seruino litigatorum vtrinque cauſidicis. Iuxta Scæuolæ opinionem in l. qui libertatis. §. vlt. ꝟ. De euiction. ver. ſumitur portio ex pretio, quod totum colligendum eſt ex omnibus iugeribus dictis.

Areſtum Senatus, *donné à l'audience.* Die 8. Mart. 1588. *entre Ieh. & Iul. les Verons appellans, & M. Louys Morin intimé.*

PATRIA Inſtituta vetant, plus tertia parte rei clientelaris à poſſeſ- 13.
ſore abalienari. Alioquin is clientelarum ſuarum cómiſſo mulctatur. Ecquid ſi maiorem fundi portionem in emphyteuſin, libellamvè dederit iuſta péſione in ſingulos annos? Affirmes forſan hoc caſu, dominica clientis iura ad ſuperiorem non deuolui. Annuus enim canon, velut prædiaria merces, ſufficitur in locum fructuariæ poſſeſſionis prædiorum. Et locator perpetuus, cui ſua quotannis ſoluitur penſitatio, habetur

Vne grande rente de bail d'heritage ou emphyteutique n'empeſche pas l'ouuerture du deſpié de fief.

habetur pro fundi poſſeſſore. l. quædam mulier. ff. De rei vindicat. cap. cùm veniſſent De reſtit. in integr. Res namque alteri ſubrogata, paris eſt cum ea efficaciæ, cuius vice defungitur. l. ſi donatæ res. §. 1. ff. De donat. inter vir. & vxor. l. Imperator. §. vlt. ff. De legat. 2. l. ſi eum. §. qui iniuriarum D. ſi quis caution. Item verè poſſidet, cuius nomine poſſidetur à conductore perpetuo, vel emphyteuta. l. Malè agitur Cod. De præſcript. 30. vel 40. an. l. quod meo. §. 1. l. quamuis. §. ſi conductor. ff. De acquir. poſſeſſ. l. vlt. Cod. eod. Tit. Nihilò tamen ſeciùs opinor, beneficiarium, qui ita rem ſuam lege mancipari emphyteutica, in commiſſoriam feudi incidere, nec, ſibi recepto iurandæ fidelitatis onere, commiſſum effugere poſſe. Nam Andegauæ Conſuet. præſcripta verba hæc ſunt, ne ampliùs terna fundi parte væneat, diſtrahatúrque, metu commiſſi. §. 201. 203. Conſtitutiones autem municipales, quæ de prædio loquuntur, non agnoſcunt fictitiam eius loco rerum ſubſtitutionem, ſeu annuum canonem prædiariæ poſſeſſionis fructuúmque ſuccedaneum. Id quod de Iuris fictione inculcauimus toties antea, & patrio More nominatim eſt comprehenſum. §. 429. Item emphyteutica prædij conceſſio, eſt alienatio pura. §. alienationis In Authent. De non alienan. cap. 1. §. donare, Ibi, libellario nomine Qualit. olim feud. alien. poter. Hinc fundi alienatione interdicta, emphyteuſis prohibetur. Speculat. in. §. nunc aliqua. Verſ. 125. De locato Bald. Aluarot. & Præpoſ. ad cap. Imperialem De prohib. feudi alienat. per Frider. Idem Baldus in Cap. 1. § præterea. De capitul. Conradi. Quod verò Ioh. Faber diuerſum Gallica Obſeruatione tuetur, (in §. Adeo Inſtit. De locato.) Hoc procedit in Francicis municipiis, quæ rei beneficiariæ alienationi certum non præſtituerint modum. Alibi certè emphyteutica penſio nequaquàm impedit feudi deuolutionem ad dominum ſuperiorem. In Andibus putà, & Cenomanis.

Art. 201. Ibi, *la tierce partie de la terre.*

Art. 203 Verſ. *Toutesfois que l'homme de foy mettra iamais aucune choſe hors des deux tierces parties de ſa terre, & les deſpiecera par vendition, ou alienation. &c.*

§. 424. Verſ. *Si celuy qui a vendu ou aliené, demeure fermier ou detenteur des choſes, apres qu'il a aliené, iaçoit que ce ſoit au nom de l'acquereur, toutesfois telle poſſeſſion ne ſeroit ſuffiſante, &c.*

14. Pater filio grandiori in contrahendis nuptiis vtendam dedit maiorem beneficiarij fundi portionem: vt inde exhiberet ſe filius, familiámque aleret. Ea donatione, patronus intendit feudum ſibi commiſſum, quaſi ſupra ipſius trientem Lege permiſſum alienaſſet donator, illudque fruſtatim ſecuiſſet. Nec enim lugubrem caſum paterni obitus expectandum, quo tota forſan Ditio ad filium ſit hæreditate reditura, eóque cõſolidanda cum prærogatis, ac præceptis donatione portionibus. l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. De verb. oblig. l. ſi in emptione §. liberum ff. De contrah. empt. Prçterea licet filio ſpes affulgeat, ſe, communi Fatorum ordine, patri donanti ſucceſſurum, exindeque donata cum titulo pro hærede confuſum iri (§. 338. Andeg. Conſuet.) Interim tamen pura illa donatio eſt, dominiíque in filium purè tranſlatitia, etſi ſub conditione reſoluenda. Quemadmodùm ſi fundus in diem addictus ſit, aut cõmiſſoria lege venierit. l. 3. ff. De contrah. empt. l. 1. ff. De lege commiſſ. l. 2. ff. De in diem addict. Proin tacita illa conditio, quæ reſolutioni inſit donationis, non donationi ipſi, minimè ſuſpendit Dominicum ius feudi commiſſorium eiuſce, quod mera li-

Si le don du pere au fils eſt ſubiect à deſpié de fief.

Andeg Conſuet. §. 338. *Aucun ne peut auoir don & partage d'une meſme ſucceſſion.*

Pura donatio, ſed eius reſolutio conditionalis.

beralitate ſemel quæſitum ſit. Verum enimverò ſumma æquitate nititur diuerſa opinio, feudalis cõmiſſi legem, ad paterna filio data, legatauè non pertinere. Nam collata in liberos à patre donatio, cenſetur pars quædam futuræ hæreditatis eatenùs anticipatæ: ita, vt viuus hęredi futuro videatur prouidiſſe. Inquit Marcellus l. Cum quo §. vlt. D. Ad Leg. Falcid. §. 320. Andeg. Conſuet. Quod de omnibus etiam paternis in liberos muneribus ſtatuendum vbique, duxit Ioh. Faber in Procem. Inſtitut. Ad Ver. Alemanicus. Iure enim Natura ſancito, debetur liberis parentum hæreditas. l. ſcripto D. Vnde lib. l. cùm ratio. ⁊. De bon. damnat. Inde & ipſa re, nedùm ſpe, Lex filiis viuo patre affingit dominium quoddam paternarum fortunarum. l. in ſuis ⁊. De liber. & poſthum. Quùm igitur, hæreditate poſtea obueniente, euaneſcat donatio, & hæreditariam in cauſam tranſeat, (d. §. 338.) graue ſit interea, patronum legem feudi commiſſoriam exequi: ſed hic rerum euentum præſtoletur, neceſſe eſt, vt ſi futuro familiæ herciſcundæ iudicio feudum totum non ceſſerit donatario, tunc ſibi apertum iſtud, commiſſúmque adeo iure contendat. Eámq; in partem multùm vrget paternæ liberalitatis Cautio, quæ in vſum alimentáque filij nominatim concepta ſit: quaſi fructuariæ tantùm poſſeſſionis donatio. Vſusfructus autem conſtitutione alienatum non dicitur feudum, nec antiqui clientis mutata perſona. §. 125. & 126. And. Conſ. cap. 1. §. 1. Ibi fructus De duob. fratr. de nouo feud. inueſtit. Boërius cumulatè, in Dec. Burdigalen. 199.

Art. 320. Andeg. Cõſuet. verſ *Lequel aduãcement ne ſera pas reputé donation pure & ſimple, mais aduãcement d'hoirie.*

Donatum tanquam ſucceſſuro in directa linea, cenſetur donatarij patrimonium.

RES clientelæ priuatis venditionibus membratim diſcerpta eſt, ob idque eius Honoraria iuſta patrono commiſſa. Aliquantò pòſt, cliens alienator Pacto conuento beſſem recuperat feudalis beneficij, eóque obtentu à patrono condicit Dominica feudi ſui iura, quæ ad illum deuoluta fuerant titulo *de Deſpié de fief.* Sicuti enim clientibus licet feudi trientem diſtrahere, beſſe retento, Dominicáque in trientem ipſum poteſtate. (§. 201. & 202. Andegau. Leg.) Ita pariter redempto feudi beſſe, aliavè maiori parte, intendit cliens redintegratum feudum, ac priſtinæ ſuæ formæ redditum. Vt Molineo placuit, in Notis ad §. 205. noſtræ Conſuet. Mihi autem, cum præfatione veniæ, contrà, videtur. Nam longè diuerſa ratio eſt trientis rei beneficiarię ab eo diſtracti, qui beſſem retinet cum dominica in trientem pręrogatiua: alia verò totius fundi alienati, cuius deinde beſſem ſolum venditor recuperarit. Illo enim caſu, non vnum modò feudi beſſem ſibi recepit venditor, ſed ius quoq; ſuperius in trientem, qui alteri manciparetur. Tunc ergo feudum nullatenùs abalienatum creditur, nec à priori cliente abdicatum. At ſecùs in eo, qui poſt totius alienationem feudi, partem duntaxat ad priſtina dominia reuocarit. Nec enim propterea deſinit feudi in membra diſſectio, quæ ad ſuperiorem clientelaria illius iura traduxerit: quùm eius partis feudi redemptori nullum ſuppetat Dominicum ius in reliquam portionem, quæ iamdùm toto cum feudo liberè tranſierit in manum poteſtatémque Domini ſuperioris. 14

Si le recouurement des 2. tiers du fief par le vaſſal alienateur d'iceluy tout entier, vault conſolidation & redintegration dudit fief.

Nouus verò Prædij emptor, cum feudalibus ſuis iuribus, ſi ignorãs domaniales alias ipſius partes alteri diſtractas antea mercatus ſit dehinc cenſuales fundos ſubditorum ei feudo tueri ſe poteſt hac velut feudali reunione & conſolidatione fauorabili aduerſus ſuperiorem.

Exin

Exin minùs nouum eſt, vt quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt, durent: licet ille caſus extiterit, à quo initium capere non potuerunt. Regula Iuris. In ambiguis §.1.l.penul.ff. De Iuriſdict.omn. iudic.l. 8. D. de his qui ſunt ſui vel alien.iur. Etſi igitur primordio quidem, in fundi triente vendundo, ſufficeret ſolius beſſis retentio, cum ſuperioris dominij exceptione in trientem diſtractum, quo minùs feudum membratim ſectum patrono committeretur: ſolius tamen beſſis redemptio, ex tota re diuendita, non habet vim quaſi poſtliminij, & reſtitutionis feudi in integrum, quando ipſius triens, in eúmque ius ſuperius maneat purè alienatum. Pari demùm ex controuerſia, placuit Senatui, Municipales Cenomani fori Pragmaticos conſuli de trito populi vſu Ritúque Prouinciali, hoc in genere, obſeruari ſolito. Interlocutione, Sept. Luce 7. ann. 1602. inter Ludou. Potierum, patronum: & Brandel. Campanum, clientem. Quorum litem contendentium, Dn. *Deſlandes*, ſenator, in Tribunalitia Curiæ Claſſe enarrarat.

ante declaratum iudicio feudi commiſſū Tametſi ille, prius vendita eiuſdem patrimonia non recuperarit, ſine quibus, ceſſante illa bona fide, talis conſolidatio fieri nequiiſſet, quum & cenſus illorū agrorum cenſualium ad ſuperiorem deuoluti eſſent *par deſpie de fief*.

Interlocutoriū Curię Areſtum, informandi per turbas de modo vtendi *du deſpie de fief au Maine, entre Meſſieur Potier ſieur de Courcite, & d'Auerton, fief dominant Et Meſſ. Brandelis de Champagne, ſieur de Layeul, fief ſeruant.*

15. De alio quoque feudalis commiſſi dubio More, ſimul interfati ſunt Patres Lvtetiani. Decreto illo, ſolanè patrimonij feudalis, ſupra trientem, alienatione deuolutum ad ſuperiorem feudum cenſeretur, apud Cenomanos: nullo tametſi eius incorporeo feudi iure diſtracto, clientibus putà, ſubclientibus, vectigalibus Agrariis, Iuridicíque imperij dignitate. Haud pauci enim, patriæ Conſtitutionis alioquin periti, in ea fuerant hæreſi, vt toto licet nobilis Ditionis patrimonio vendito, putarent, Dominicum eius titulum Inſigniáque tandiu penes veterem manere poſſeſſorem, quandiu is Hononarias feudi notas quàmlibet exiles, vel ſine corpore quidem patrimonij, retineret. Quod planè abſonum exprompta Conſuetudinis verba coarguunt. Cenomanæ §.216.(cum ſeqq.) In Verſ. *aliener la tierce partie de la terre tenue de ſon chef ſeigneur à foy & hommage.* Qua itidem dictionum formula conceptus legitur Andium Mos, art.201.202.& 203. Aſt vice verſa, poſt ſemel diſſectum membratim feudum, eius alienator fruitur vtique reſiduis patrimonij ſui agris rebúſque prædiariis iure vtilis dominij: Sed quælibet recti Dominij ſymbola amittit, cenſus honorarios, feudaleſvè alias, Iuriſque dicundi prærogatiuas, quæ ſuperiori tùm patrono aduoluuntur. §.203.208. Andegau. & 218. 223. Cenom. Legis. Ac de ſimili certè negotio acriter diſceptatum fuit apud Conscriptos Cvriæ, illuſtri Toparcha, Iano Campano, litigatore: cuius antea memini, artic. 7. Quùm enim hic Martignyum prædium ære mancipaſſet (infra trientem Pleſſeæ dynaſtiæ ſuæ) recepto ſibi venditæ rei patrocinio, poſtmodùm feudo excidit, ob tranſcriptam alteri eiuſdem Ditionis partem ampliorem. Inde ſuperior patronus feudali beneficio incubat, tanquam particulatim diſcerpto, & à ſingulis emptoribus repoſcit ſolaria inferiorum fundorum, clientulos, Iuridica munia, ſeu quæuis alia recti Dominij commoda ac emolumenta. Perperam verò, feudale commiſſum oppugnat primarius ille bonę fidei emptor, quaſi vt antiquiùs, ſic iuſtiùs contraxerit intra mo-

An domaniorū terræ feudalis, vltra tertiā partem, alienatione, feudum verè diſcerptum. *deſpie* iudicetur: Etſi de feudo incorporali nihil, ſaltē vltra tertiā diſtractū ſit, vtpotè de vaſallis, retrouaſallis, de cenſibus ſubditiſque cēſualibus, de iuſtitia feudali, &c. Viſū Curiæ, Practicorum turba inquiri debere de forma cōmunis vſus Cenomaniæ.

Verſ. *Auſſi eſt il ainſi: que toutesfois quel'homme de foy mettra pour l'aduenir hors aucunes choſes d'icelles deux tierces parties, & les deſpecera par vendition ou autre alienation, en iceluy cas tous ceux qui en-rent oncques aucune choſe dud fief, viendront à la foy & hommage du ſuzerain chef ſeigneur par deſpie de fief, &c.*

dum patria Lege præſtitutum. Nam ex illa facti ſpecie præiudicatum eſt quadantenus, feudi commiſſum tali emptione poſterius, retrò ſubuertere omnia, & in omnes poſſeſſores, Feudi inſignia, More Andium ſupra citato. §. 203. & Cenomano. 218. Quippe quum auctoris iure ſoluto, ſucceſſoris pariter iura ſoluantur. Argum. leg. 31. ✠. De pignor. In hanc quoque ſententiam nonnulla ſubtexuimus Tit. proximo, art. 8.

Reunion & conſolidation du fief.

QVANTVM ergo clienti auferunt nobilis ſui latifundij alienationes 16. minutulæ ſectionéſque rei familiaris anguſtiis expreſſæ: Tantùm refert eidem conſequens diſparatorum membrorum, cum capite, nexus & copulatio, fundi primæuum in ſtatum reſtitutoria. Exempli cauſa, vt à Principe Andium Dynaſtia auſpicemur, hæc ipſa antiquitùs diuulſa eſt, ſciſſáque in binum Andegauiæ Comitatum: Cis Meduanum alterum, cuius ſedes præcipua matrici Andium Ciuitati inhærebat: alterum Trans Meduanum, cui ſumma Arx Caſtrúmq; nouum, ad Sartham amnem oppidum reſpondebat, ceu Comitis Prætorium. Ita diuiſum Andegauię Principatum obtinuêre Theodoricus Andium Comes cis Meduanam flumen, (Ludouico Pio Imp.) & Robertus, trans Meduanam Comes, à Kar. Caluo Cæſ. inſtitutus: Quem deinde Pariſiorum Comitem factum celebrat Hiſtoricus Codex idiographus Odonis Abbæ Maioris Monaſterij, & Thomæ Lochienſis, DE GESTIS CONSVLVM SEV COMITVM ANDEGAVENS. Vnà cũ patriis I. Bourdignei Annalibus, Parte 2. cap. 12. Aſt mutatis rerum temporúmque vicibus, mutata eſt pariter Andegaui Principatus bimembris, Politia, tãquam Reipubl. incommoda, ac, vetuſtioribus illius Hiſtorici verbis, *Fulconi Ruffo totus datus eſt Comitatus Andegauenſis, antea bipartitus, citra & trans Meduanam.* Karolo Simplici Rege, ſub Annum. 918. Inde ſeculorum variante periodo, in fidem ſe clientelámque contulit Ludouici Andium Ducis, priuatus Caſtrinoui illius oppidi poſſeſſor vxorio iure Karolus Albretus, Magiſter equitum Galliæ. Authentica Profeſſione clientelari poſtridie Nonas Septembres ann. 1409. Quam Georg. Tremolius renouauit Kal. Septemb. ann. 1411. & nono Kalend. Quintiles an. 1445. Sicuti priſcis Andenſium tabularum Monumentis continetur, iampridem illatis in Conditorium ſanctius Pariſienſium Ratiociniorum. In propoſito, viſuntur ibidem, præſtitæ Duci fidelitatis Acta, ſacramento vnico clientelari, à Iano Bourreo equite, ex Caſtellariis 4. Ditionibus Andegauis, *du Pleſſis Bourre, Iarze, Longue, & Corze:* quarum poſtrema diſertè proximis duabus cõſolidata fuerat. Sed nec alienata quidem feudalis beneficij pars dicitur, vt Pactitia dehinc conſolidatione egeat, quùm venierit ſub lege redimendi: modò intra condictum redemptioni diem recuperata ſit. Vt variis I. Coſs. Reſponſis alibi oſtendimus. Quoties denique in vnum redigitur denuò, quod in membra diſſectum fuerat, feudale beneficium, repetita omnium coniunctione partiũ* κατὰ πόδας, Tunc beneficiario nil obeſt anterior feudi diſcerptio, quo minùs ſubbeneficiarios, vectigalia cenſúſque honorarios, recti dominij titulo recipiat, próq; veteri clientelę formula, cliẽs à patrono

Comtez d'Aniou deça Mayenne, & d'outre Mayenne.

Chaſteau-neuf ſur Sarthe.

Foulques de Roux, Ingelgerij filius. Andiũ Comes, poſt Roberti obitũ, ſolus. Vt Bourdigneus quoque atteſtatur, patrior. Annal. Parte. 2. cap. 12.

Aduen ſeu Dinumeramentum Caſtellaniæ *de Chaſteau neuf ſur Sarthe* à Dn. *Dalbert* Conneſtabili Frãciæ, præſtitum, coniugis nomine Mariæ de Suliaco, dominæ *de Sully, Craon, & Chaſteau-neuf ſur Sarthe.* Die 6. Sept. 1409. Extractum è Repertorio *de la Chambre d'Aniou. Auec autres adueus dud. Chaſteau-neuf dattez* die 1. Sept. an 1411. & die 23. Iunij. 1445.

Noſtro lib. 1. in Pariſ. Conſuet. Tit. 3. artic. 12. & infrà lib. 3. Tit. De mulieb. Dotalitio art. 13 Ac Tit. Commun. vtr. Iudic. artic. 13. 14.

*Pedetentim, ſeu per veſtigia.

patrono agnoſcatur. Vt eleganter deciſum fuit à CONSCRIPTIS CVRIÆ Idib. Martiis an. 1603. in Tribunalitia Senatus decuria. Dn. Tillio litis inſpectore, pendentis inter Anton. Tiboutellum, equitem, ac Carolum *de Beauxoncles*, rectos Dominos, qui à Salmurenſi Andium Iuridico prouocarāt in Curiam: & Franciſcum *Filochreau* clientem ex vxorio feudo, contrà, litigantem. Iuxta §. 205. Andeg. Legis.

S. Conſultum die 15. Mart. 1603. In magna Camera.

17. DELATA porrò eſt in Senatum hæc de exhibendis tabulis controuerſia feudi nouati, poſtquàm minutatim diſcerptum ſit. Titius cliens venumdedit maiorem ſuæ Ditionis partem. Mox inſtante patrono, decretum eſt à Iudice, clientelaria feudi iura, ſubclientes, hominia, cum beneficiariis omnibus commodis, & curte tota deuolui in superius eiuſdem dominium ac patrocinium. Qua de cauſa patronus clientulos in Foro perſequitur, vt ab eo iam proximè tenere ſe beneficium profiteantur iure deuoluto *du deſpié de fief*. Ij verò, clientelæ profeſſione verbo edita, poſtulant tabularum copiam ſibi fieri ac inſtrumentorum feudi, ex Vſu forenſi inter patronos & clientes. Ille, contrà, Regulam de beneficiariis tabulis viciſſim edundis, procedere in antiquo feudali beneficio, cuius monumenta plurima extent: quæ variante temporum ſerie identidem exarata ſint, cùm à beneficiario debita obſequia repeterentur. Aſt aliam nunc eſſe noui feudi, aut nouati conditionem, cui noua pariter Veſtituræ lege opus ſit, prioribus tabellis inductis: tantùm abeſt, vt vetuſta de eo inſtrumenta petenda ſint, auctoritateſque fundorum, ex quibus leges beneficio adſcriptæ deprehendantur. Idem enim de feudo in fruſta diſſecto ius videtur, quod de ædificio apud Iul. Paulum, de quo depoſita vſque ad aream tigna, quamuis eadem materia reſtituatur, alia eſſe exiſtimantur. Nec abſonum iis de naui iudicium, quæ ſi hac mente reſoluta ſit, vt alium in vſum partes deſtinarentur, perempta prior nauis, & hæc alia eſſe cenſetur l. 83. §. 3. ff. De verb. oblig. Ad ea verò clientulus, bonam fidem exuberare inter patronos præſertim ac clientes decere. Feudum, quod ſui ſectione tranſlatum ſit ad ſuperiorem, haud ideo ſublatum vel extinctum, ſed ad alios modò deuolutum fuiſſe. Ob id dominus ſuperior, cùm traducta ea ad ſe poteſtate, ſubeat vices intermedij patroni, qui feudales Chartulas clientulo oſtendere coactus fuiſſet, eidem legi obnoxius ſit, quę illi, cuius in locum ſucceſſerit, indiceretur. Quinimò, deuolutione illa feudi ceſſante, prodita eſt Andium Moribus clientelę obligatio inter patronum, & ſubbeneficiarios, perinde ac qui proximum ab eo beneficium obtinuerint. §. 6. Quare PATRES PARISIEN. ſuperiorem dominum iudicio damnarunt, priſca feudi documenta ſubclienti promere, quæ illius cunque diſcerptionem in partes antecedant, aut eo nomine ſacramento ſe purgare. Decreto in pomeridianis cauſarum actionibus lato 4. Kal. April. an. 1583. ad prouocationem ab Andegauo propraetore, quam interpoſuerat N. *Bourdillon* ſubbeneficiarius, pro quo Chauuelinus dixit: Nobis, econtrà, pro Maurilio *Deſlandes* feudali domino agentibus.

Si le ſubiect par deſpié de fief, eſt fondé à requerir exhibition des tiltres feodaux contre le ſeigneur.

Conſuet. art. 6. Verſ. *Auſſi pourra contraindre les ſubiects prochains & immediats de ſes hōmes de foy à declarer en gros leurs obeiſſances de fief par moyen, &c.*

Placitum Curiæ *aux Plaidoyers des apreſdiſnees*. Die 29. Mart. an. 1583.

Tit. II.

DE IVRE PARAGII.

1. Paragium *inter ſolos Nobiles, eſt datio certæ partis feudi citra* homagij *reſeruationem, durante* Paragio.

2. 3. *Re* Paragij *vendita, licet ſtatim retracta ab agnato, qui de eadem linea & Paragio ſit, debentur laudimia auctori* Paragij, *tanquam Domino feudi.*

4. *An feudi parte qualibet vtrinque alienata* tant par le Parageur, que le parageau, *feudum committatur ſuperiori,* Par deſpie de fief..

5. *Contra* Paragij *legem* Conſuetudinariam *præſcribitur* 30. *annis, poſt* Paragij *tempus finitum.*

6. *Statuta de* Paragio *filiarum, & paritate dotis ipſarum, quomodò intelligantur.*

7. *Nobiliorum parentum puella nupta plebeia, ceſſat* Paragium.

8. *Vaſallorum cenſus annui perinde ad ſuperiorem deuoluuntur* par deſpié de fief, *vt alia feudalia iura,* ſubuaſalli, *& obedientia feudi.*

9. *Domino feudi non licere, nouum Cenſum detentoribus agrorum intra limites dicti feudi ſitorum imponere, niſi Conſuetudine ſcripta permittatur.*

Quod dominicũ fuit protogenij, beneficiũ eius fit, *de ſon domaine ſon fief.* Sed inter Nobiles fit etiam Paragium pro tempore, eoque lapſo, beneficium.

DEMONSTRATVM eſt Tit. proximo, 1.
beneficij diſcerpti iura Honoraria Moribus deferri patrono ſuperiori: Dempta partitionis cauſa hæreditarij feudi communis, dummodò natu maior cohæres illius beſſem retineat, canonémque Dominicum in trientem beneficiarij prædij: quem iunioribus trientem eroget tractatu familiæ herciſcundæ. §. 204. Andegauen. Leg. Verſic. vlt. Quod indiſcriminatim procedit in beneficiariis rebus ſeu nobilium virorum, ſeu qui ignobilem vitam degant. Sed natalibus clari hoc habent eximium, vt qui inſignem Ditionem obtinent, filiabus vel ſororibus aſpergant tertiam eius partem iure pari ſeu parili, quod vocant: Id eſt, nulla in eum fundi trientem recepta tunc patri, fratrivè Dominica prærogatiua. Exin *Paragium* à noſtris Municipibus appellatum, quaſi filiæ, ſorores, earúmque poſteri ſint pares in feudo, perindéque nobiliter portiunculam ſuam poſſideant, ac primigenius frater reliquas prædij clientelaris partes: A quo quidem primigenio fœminæ dicuntur feudum *Paragij* lege tenere, nec fidelitatem ipſi iurare ac repromittere coguntur. Andegau. Conſuetud. §. 201. 213. 214. 215. 216. Hoc etiam ſenſu

§. 201. verſ. *Autrement eſt, quãd le fief eſt deſpiecé par parage, où il n'eſt requis faire retention de foy & hommage, ou autre deuoir.*

ſenſu *Paragium* accipitur, Neapolitan. Conſtitut. Lib. 3. Tit. De ſucceſſione filiorum Comitum & Baronum. Nam vtriuſque Siciliæ legibus ſanctum eſt, mares liberos ſolidam patris hæreditatem capeſſere, quoad *feudalia & burgenſatica* ſpectat, filiabus verò dotem ſolam *Paragij* titulo adſignare compelli. Proin, ſtante *Paragio*, nec feudalis vlla ſeruitus debetur à ſecũdonatis grandiori fratri, nec, quãtulacunque illorũ portio, minùs illuſtri, quàm fraterna altera, dignitate excollitur, retinetur. Iuniorum inſtar dynaſtarum, qui *Bachelerij* à noſtris dicti, munitas Arces hæreditarias occupant pari Dominatus pręminẽtia, ac ſeniores ipſorum propinqui Comitatu potiuntur, Subcomitatu, aut Baronatu: è quibus Arces illæ primitùs dimanarint. §. 63. patrij Moris. Tales *Bachelerios* velut penicillo exprimit Froſſartes veteris Memoriæ ſcriptor, Cap. 29. Libri. 1. *Si ordonna,* infit, *le Roy d'Angleterre.* 10. *Cheualiers bannerets, & 40. autres Cheualiers ieunes Bacheliers, l'an.* 1336. Idem Auctor, alibi talium Ordinem quodammodò extenuans, hæc ſubijcit. Cap. 3. Lib. 3. *Le Comte de Foix diſt à la Princeſſe de Galles Ducheſſe d'Aquitaine, Madame ie ſuis vng petit homme, & petit Bachelier: Mais le don, que vous me demandeZ, s'il ne vaut plus de 60. mil. francs, ie le vous donne.* Nos de Bacheleriis hiſce, pluſcula, ſuperiori Volumine. I. Conſuet. Andium.

Frater in Sicilia tenetur maritare ſororem de Paragio.

Excepto. quod art. 215. Andeg. Leg. ita notatur. *Referue l'honneur & prerogatiue de Comte ou Baron, s'il ne leur eſtoit expreſſement tranſporté.*

Bacheliers.

Supra Lib. 1. Cap 63. art. 1. 2. & 7.

2. Rvtilivs nobilem fundum diſtraxit, quem à ſtirpis ſuæ maximo tenebat iure *Paragij*. Subinde vẽditoris agnatus proximus alienata ad ſe reuocat gentilitate prædiorum. In hunc retrahentem iudicio experitur ſenior ille Dominus, præcipuæq; Ditionis poſſeſſor, vt empti & vẽditi honararias ſibi functiones appẽdat. Reus actori patriam Conſtitutionem opponit, quę, ſtante *Paragio*, parem fecerit iuniorẽ natu grandiori, & exæquata amborum conditione, nullũ Dominici iuris primatum huic in illum permiſerit. cit. §. 215. & 216. Atqui in hac ſpecie videtur *Paragij* cauſa perduraſſe, quòd extraneo res vendita, momento redierit ad ſuas ſtirpes & origines *leneari* redemptione prædij familiaris. Redemptor enim ipſe genus deduxit ab eodem Paragij auctore, columinéque familiæ. Quamuis igitur, alienato fundo, cui erat *Paragij* conditio impoſita, deſinat *Paragium.* (§. 219. 220. 221.) Hoc ciuili modo intelligendum eſt, ſi alienatio ad effectum perducatur, ita, vt fundus perpetuò in alienam commigret familiã. At ſi Legis auxilio fundus confeſtim ad ſuam gentem agnationémque reuertatur, perinde eſt, ac ſi nunquam iſthinc exiſſet. Vt Baldus cenſuit in l. ab emptione. ff. De Pact. Alberic. in l. quidam in teſtamento ff. De fideicommiſſ. libert. Cardinal. Alex. in Cap. 1. §. hoc quoque Tit. De ſucceſſ. feudi. Decius in Conſil. 88. Iaſ. in l. vlt. Num. 135. Cod. De iure emphyt. Ad hãc rem maximè pertinet Edicti interpretatio de alienatione iudicij mutandi cauſa facta, eum qui alienarit, deinde receperit, hoc Edicto non teneri. Vt vult Paulus I.C. lib. 12. ad edictum. l. 8. §. ſi quis ff. De alienat. iudic. mutan.

Si le parageur peut demander lods & ventes de l'alienation faicte par le parageau apres qu'un parent de la meſme ligne & parage a retiré la choſe par retraict.

3. Petitor autem, ex aduerſo, contendit, nuda fundi in quem-

liber alienatione, *Paragij* cauſam ſemel intercidiſſe: Nec patrio More diſtingui, exteris nè, an propinquis venditor res *Paragij* tranſcripſerit. d. §. 219. Item agnatitium prædij Retractum ad diem cõtractus retroagi non debere, Vt Baldus argutè obſeruauit ib l. Ea demùm Cod. De collat. Imò & qui gentilitia fundi cõdictione vſus eſt, habetur emptoris loco, eiuſque in vices ſuccedaneo munere & onere perfungitur. Argum. l. 1. D. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſ. Quiſquis enim lege agit fundi redhibitoria, omnem emptori diſtrictè indemnitatem præbet. Vt ait Vlpianus Lib. 1. Ad edictum Ædilium curulium l. 27. ✠. De edilit. edic. Secus vtrique fuiſſet dicendum, ſi venditor ipſemet, filiuſvè rẽ diſtractam poſtmodùm recuperaſſet. Nam eo caſu res priſtinum in ſtatum reſtitui probabiliùs videretur. Ex Beneficiaria Conſtitutione, cui Titulus eſt, Quid iuris ſi poſt alienat. feudi vaſall. id recuper. Item Andegauæ Legis ratione de feudo redintegrato ſeu ad veteres dominos reuerſo, quam toties ſuprà recenſuimus. §. 205. patriæ Conſuet. Eapropter opinor, in hac laudimiorum quæſtione, actoris patroni ius præualere. Econuerſò autem, ſi is, qui in *Paragium* trientem dederat ſeruientis beneficij, reliquos trientes duos abalienet, beneficium totũ deuoluitur in ius Dominicum ſuperius, tanquam immodicè ita diſſectum: ſalua ei, qui parili iure tenet, ſubſidiaria in auctorem ſuũ actione. §. 214. In fi. Et 219. Andeg. Conſuet. Quinimò partis olim poſſeſſor occurrere poterat cæterarum alienationi per Gallias, vetaréque ne illæ diſtraherentur, niſi iuſta feudi portione ſibi tradita & ſeruata: cuius ergò, cum antiqua parte ſua, in fidem hominiúmque à patrono aſſumeretur. Sicuti in vetuſto Francicarum Legum Codice relatum comperio, his verbis. *Se aucuns homs teniſt emparaige d'vn autre, & cil de cui il tenroit, fuſt fox & vendiſt ſa terre, & cil veniſt au Seingneur dou fie, ou il demouroit, & li deiſt, ſire, cil de qui ie tieng emparaige, vent ſa terre, & ce que il la. Ie vous requier que vous le facieZ aiourner. Cil puet dire a l'autre, biaus amis, vous vendeZ ce que vous aueZ. Ie ne vueil mie, que vous le puiſsieZ ainſint vendre, ainçois vueil que vous le retingnies à moy garir: Ou vous me baillieZ tant de ce que vos aueZ, que ie vous puiſſe rendre le ſeruice ſe il m'en eſtuet vendre ce que i'en ay pour voſtre beſoin. Et vous feray volentiers, dit li venderres, ce que ie deurai, ſi li doit on eſgarder, que il ne laira pas à vendre ce qu'il à pour ſon apparageur: Mais il li baillera tant de ſa terre, que il puiſſe bien faire le ſeruice à iceluy, à cui il ſera, & à cui il fera la foy. Et ainſinc doit on regarder le domaige, que il laura ſelonc la grandour dou fie, & ou ſeruice faire & à l'obeiſſance au ſeignor, doirs ou d'autres choſes. Cap. De tenir en linaige, & de faire ſeruice.* In Lib. manu deſcripto, cui Auctor titulum indidit, *Ci commencent li e Statu dou Royaume de France.*

Andeg Conſuet. art. 219. Ibi, *s'il vend, aliene ou tranſporte l'heritage, qui luy aura eſté garenty en parage, à autre, l'acheteur ou autre acquereur fera foy & hommage au parageur, & payera ventes, s'il a eu les choſes par cõtract ſubiect à ventes.*

Conſolidatio & redintegratio feudi antea diſcerpti, *de ſpiece.*

Art. 219. Ibi. *Mais ſera garanty comme deuant, &c.*

De Paragio Ligniaci, in Ambarris, Comitatus ſcripſi Lib. 1. Pariſien. Leg. Tit. 2. art. xj. Barrẽſis autẽ Ditionis feudalis Caſtrũ primus ſtruxit Fridericus Moſellanæ Dux: Cui Theodoricus filius ſuccedens ſub an. 1030. reliquit Sophiam filiam Ludouico Comiti *de Ferrette* nuptã: quæ. 1. Comes Barrenſis dicta eſt. Ex Belgicis Antiquitat. Richardi *de Vuasbourg*, & Supplemento Bertarij.

Statuta Regni Francici.

4. AST in lucem Fori prodiit ambiguitas iſthæc Iuris Municipalis. Patria quidem Lege cauetur, alterutro propinquorum nobilium feudalem ſuam partem extraneis mancipãte, haud ideo feudalis Beneficij ſtatum ac prærogatiuã immutari, nec commiſſoria feudi lege trãsferri ad patronum antiquiorem: ſed nouum modò inferioris emptorem

Des Parageur, & Parageaux, alienans reſpectiuement la terre feodale.

rem portiunculæ, domino ſuperioris: aut veterem, cōtrà, illius poſſeſſorem, nouo huius comparatori debere clientelæ obſequiū. §. 218. (& ſeq.) Andegauæ, 233. & ſeqq. Cenomanæ, 131. Turonicæ, 9. & ſeqq. Iuliodunenſis. 129. 130. Pictauenſis Cōſuetud. Verùm his ſtatuta Moribus de caſu ſimplici alienationum ex alterutra parte, trahētur nè, quæſo, ad mixtum caſum alienationis vtrinque peractæ? Nō protrahi cenſeas forſan prima fronte. Quùm enim cohæredes, agnativè ſinguli ſeparatim extraneis prædium diſtraxerint, nec in ſua feudum gēte familiáque primęua vllatenùs permaneat, aditus videtur feudali commiſſo patefactus: quod eiuſdem fauor ratióque Familiæ antea præpediebat, minutulis licet feudi partibus, inuicem perfruentis. Ex §. 14. Iuliodunen. Conſuet. Tit. De Redemptionalibus feudi, & laudimiis. Contraria tamen æquior viſa eſt ſententia Iuris patrij Cōſultis. Nam quæ Legibus ſanciuntur de pura ſimplicíque facti ſpecie, ad mixtam produci debent ac ſolent. Vlpiani leg. 2. ℼ. De liber. & poſthum. Cum leg. 2. ℼ. De verb. obligat. Ibique Bartol. Quemadmodùm itē, præterito ſenſim quarto cognationis gradu, & ad extraneos veluti, re iá hinc inde tranſeunte, manet nihilo ſeciùs integrum & inconcuſſum (vt priùs) feudi Beneficium, citra Feudalis commiſſi diſcrimen. (cita. §. 218. & ſeq. Andeg. Morum) Ita abſonum non eſt, vtrinque venditum exteris feudum, eo iure perſtare, quo antea: & minuſculæ portionis acquiſitores, in nouum maioris emptorem clientelari officio defungi. His accedit nota Gallicorum feudorum conditio, quæ priuatis cuiuſque ac liberis accenſentur patrimoniis: & Rei inſuper, potiùs quàm Perſonis, indicuntur. Vt ergo nobilium fundorum triens, patrio Ritu, beneficiarius habetur indiſtinctè Beſſis ipſorum: ſic in hac pariter hypotheſi ſcriptis Moribus indiſcuſſa, idem iudicandum: quantiſper ſolidus ille bes feudi retinebitur, nec de eo quicquam peculiaribus cōmerciis decerpetur, minuetur.

Conſuet. de Lodunois, in Tit. De deſſre de fief & de parage.

Art. 14. Conſuet. de Lodun. Pour premiere foy & hōmage par deſpie de fief ou par parage failly n'eſt deu rachat, ſi les choſes de lad. foy & hommage ne ſe ſeparent du fief par faict eſtrange, &c.

Diſpoſita in caſu ſimplici, ad mixtum extenduntur.

Extranei habentur, qui, poſt quartum mutuę conſanguinitatis gradum, matrimonio ſimul iungi poſſunt. Cap. penul. & fin. De conſang. & affin.

5\. Paragio lex conditióque inſita eſt, vt finito eo, quæcunque ab aliquo tenuerimus antea *Paragij* nomine, eidem proximè ſubiiciantur, & ſubbeneficiarij noſtri, ſuperiore dominio cognitionéque Iuridica, qui *Reſſortus* nuncupatur. §. 221. Andeg. Conſuet. Sed obſcuræ Legis explicatio Senatui pridē negotium faceſſebat, ex hac litis ſpecie. C. Aquilius ſorori dedit *Paragij* ergo inſigne prędium, eius ſecul. Anno. 1300. Eum fundum longa poſterorum ſeries donatariæ occupauit. Atque interim fecit temporum viciſſitudo, vt res fruſtillatim ſcinderetur in plures hæredes ſucceſſorio ordine. Sicuti Andium Moribus indultum eſt, artic. 214. Conſumptis dehinc agnationis gradibus, qui *Paragio* lege præfiniūtur Andegaua, (§. 213.) is à quo rem in *Paragium* poſſeſſores recognorant, iudicio conuenit varios multorum agrorum detentores, vt patronum ſe vnum profiterentur. Ij autem ſubſidio in litem euocant ſuę principem familię, à quo fundum clientelæ iure ſumpſerint. Vocatus iſte Rei cauſam ita defendit, quinquagenum iam annum præteriiſſe, quo *Paragium* illud finem acceperit.

Verba Conſuet. Le parage eſtant failly & hommage faict au parageur, deſlors les heritages tenuz & garentis en parage ſont ſubiects nuement & ſans moyen au ſeigneur parageur. Et les ſubiects en cas de reſſort & ſuzeraineté audit ſeigneur parageur, &c.

Adueux & Denombrement.

Beneficium patile (*en parage*) durat, quouſque cognationis gradus amplius computari non poſſint, aut intér cognatos matrimonia iure contrahantur. §. 213. Andeg. Leg.

Interim verò actoré vltro ſuſcepiſſe ab eo, probaſſéque rei beneficiariæ Dinumerationes aliquot cóſimiles: nulla interpoſita cótrariæ volútatis teſtatione, ſeu Dominico iure aſſerendi, quæ beneficiarius cunque in ſubbeneficium aliis. conceſſiſſet. Itaque licet, manente parili beneficio, nó præſcribatur tempore aduerſus *Paragij* auctorem: eo tamen ſoluto *Paragio*, Dominica iſthęc iura tolluntur curriculo. 30. annorum. §. 204. Andeg. Leg. Ad ea auté replicat patronus actor, inefficacem eſſe, quàmlibet diuturnam, fundi poſſeſſionem, cui primaria *Paragij* cauſa reluctaretur, & antiquum rei ius titulúmque potiùs aduerſariæ poſſeſſioni quàm poſſeſſionem contrario titulo derogare. l. 2. Cod. De præſcript. 30. vel 40. annor. Quod tamen hac moderatione definiendum eſt, niſi primæua poſſeſſionis cauſa immutetur. l. cùm nemo Cod. De acquir. poſſeſſ. Bartol. pleniſſimè ad l. Cùm ſolus. ff. De Vſucapion. Senatus tandem pronuntiatione, petitor ſuccubuit. Decreto. 10. Calend. Sextiles an. 1583. Pariſiis lato ſecundùm Dn. *d'Alence*, cui Aduocationis munus accommodaui, cótra Renatum Soſſonem, ſuperioris prædij dominum *de Douſſe* in Andegauia, qui à Conſcriptis Curiæ Palatinos libellos diiudicantibus Senatum appellarát. Ioh. Igneo litis expoſitore in ſecunda Patrum Pariſ. Decuria Inquiſitoria.

Andeg. Conſuet art. 204. Verſ. *Mais deſlors que les deux tierces parties ſeront deſpiecées & departies, preſcription courroit contre luy par laps de 30. ans, &c.*

Areſtum Curiæ Pariſien in 2. Camera Inqueſtarum Die. 23. Iulii. an. 1583. *au rapport de M. Feu Conſeiller Sur l'appel d'vne ſentence des Requeſtes du Palais.*

Statutum vrbis Romæ antiquiſſimum. Eius autem Statutorum Vrbis reformatio facta & ſcripta. die. 24. Maj. an. 1580. auctore Gregorio. 13. PP.

Nonnvlli praua hac opinione imbuti fuére, vt elocandis filiabus 6.
Paragij formula, parem quoque dotem deberi affirmarent, & inter eas per omnia exequandam. Id quod valde controuerſum fuit Romæ in ambigua eius Vrbis Conſtitutione hac explananda, Filiæ debent maritari de Paragio. At *Statuti* huius interpretes optimè cenſuerunt, dotis paritatem referri non ad æquam prorſus dotalium númorum erogationem, ſed ad dignitaté familiæ, modum patrimonij, numerumque liberorum: vt his iuſtè perpenſis, dos gnatæ cuique viri boni arbitratu deſignetur. Sicuti Tubero, cú Labeone, I. Coſs. reſpóderunt. l. ſi filię pater. ff. De legat. 3. Celſus in l. quęro. ff. De iur. dot. l. 9. §. in dotis. ff. De minor. Vnde ſi parens luculétiùs, quàm pro fortunarum viribus dotarit natarum alteram, haud ideo altera tantam petens dotem audietur. l. Cùm filius. §. hæres. ff. De legat. 2. Baldus in Reſponſo. 386. vbi de *Statuto* illo Romano núcupatim, Volum. 4. Nec diuerſè Neapolitana lege ſtatuitur *Paragij* in fœminá modus ex facultatibus & dignitate mulieris ac mariti, prout ratio flagitarit. Vt in ſacro Neapolis Conſilio iudicatú. Matthæus narrat, ſenator Parthenopeus, Deciſio. 160. Andr. Yſernias ad Neapol. Cóſtit. In aliquibus De ſucceſſ. filior. Comit. & Baron. Antonius Capycius in Regia Curia Neapolit. Cóſiliarius, eiuſdem Deciſion. 92. & 204. In generoſis præſertim, clariſque Familiis paritas attenditur nó tam opum, quàm generis ſplendoríſque natalium inter futuros coniuges. Vt Andium Moribus proditum habemus. §. 212. & 241. Normanicæ item Conſuet. §. 341. Hinc Poëtæ verſu, *Si qua voles aptè nubere, nube pari*. Atque ita paritatem ex *Paragia* filiarú, de quo loquatur Municipalis Conſtitutio, Baldus adſcribit pari

Matth. Afflictus Cóſiliarius in Regio Conſilio Neapolitano.

Andeg. Conſuet art. 241. Verſ. *Mais qu'elle ſoit mariée & emparagée noblement.*

Normanic. Morum art. 341. Ibi. *pourueu que ce ſoit ſans les deſparager.*

bit pari veriùs conditioni perſonarum, quàm poſſeſſionũ. In cit. Reſponſo. 386. Lib. 4. Cõſil. Eo ſenſu intelligitur Boëthij locus in Commentar. Topicorum Ciceronis, Nuptias inter impares contractas, iure cõtractas non eſſe. Ac propterea Iuppiter Pſychen & Cupidinem copulaturus, Iam faxo, inquit, nuptias non impares, ſed legitimas & Iuri Ciuili congruas. Apuleij Lib. Metaph. 6. Soloné rurſùs talia proferentem inducit Auſonius, *Par pari iugato coniux: quod impar eſt, diſsidet.* Chilo item Lacedemonius iſtud monebat apud Laërtium, vxorem ſimilem ducendam, γάμον εὐτελῆ ποιεῖσθαι. Alioquin metuendum illud Ouidianum.

Quàm malè inæquales veniunt ad aratra iuuenci,
Tam premitur magno coniuge nupta minor.

Proin veteri Alemannorum lege ſic cautum fuit temporibus Hlodhætij Regis (tit. 58.) SI DVÆ SORORES ABSQVE FRATRE RELICTÆ POST MORTEM PATRIS FVERINT, AD IPSAS HÆREDITAS PATERNA PERTINGAT. SI VNA NVPSERIT SIBI COÆQVALI LIBERO, ALIA AVTEM NVPSERIT AVT COLONO REGIS, AVT COLONO ECCLESIÆ, ILLA QVÆ ILLI LIBERO NVPSIT SIBI COÆQVALI, TENEAT TERRAM PATRIS EORVM, RES AVTEM ALIAS ÆQVALITER DIVIDANT. ILLA QVÆ COLONO NVPSIT, NON INTRET IN PORTIONEM TERRÆ: QVIA SIBI COÆQVALI NON NVPSIT.

Priſca Lex Alemanorum.

7. QVÒD ſi generoſa filia plebeio enupſerit, iubente patre, qui ei dotalem fundũ *Paragij* nomine attribuerit, iam tum ſuperior dominus *Paragium* occupare poterit apud Andes, & ita clientelã ſibi iure vindicare ad ipſum deuoluto. Quid enim, ſi antea feudale idem beneficium variis filiarum *Paragijs* in membra diſcerptum ſit? Quod vtique tãdiu licitum fuit beneficiariis clientibus, quãdiu filiæ paris cõditionis viros ſortirentur. §. 214. Andeg. Cõſuet. Nam ſi deinceps eadem ex Ditione puella dotetur, nuptiis cũ ignobili viro cõtractis, ceſſat tunc noui *Paragij* fauor & qualitas eximia, feudúmque patrono cõmittitur. §. 212. & 214. Quò ſpectat etiam Articulus. 301. eiuſd. Cõſuet. Inde coniuges à patrono luent dotalé feudi particulam, nec eiuſmodi filiam cõplectuntur *Statuta* de generoſis filiabus, quæ, dote accepta, parẽtum hæreditate ſummoueantur. §. 241. Inde & res *Paragio* datæ, citra Præcipui nobilis prærogatiuam herciſcentur inter ſecũdos filiæ hæredes. Iuxta §. 252. patriæ Leg. Sed cõiugibus illis, inquietãte patrono, integra manet ſubſidiaria actio in patrem filiæ, aut primigeniũ fratrem, qui inani *Paragij* titulo dotale prædium erogarint. §. 213. 214. & 232.

§. 212. Andeg. Leg. *La matiere de parage deſpend de deſpie de fief: Et n'a lieu ledit parage, ſi n'eſt entre nobles perſonnes, & en choſes hommagees*

Art. 214. *à tenir de luy en parage, &c. Et qui luy eſt garenty en parage.*

Art. 252. Ver *ſe departira pour la premiere fois noblement & à touſiours, mais couſtumierement.*

§. 301. Andeg. Leg. *Si femme noble heritiere principale ou preſumptiue de terre eſtoit mariée à homme couſtumier, elle aura ſon douaire, lequel, ſi elle euſt eſté mariée à homme noble, elle n'eſtoit fondée d'auoir.*

Art. 213. Ibi, *& la luy garantir en parage.*

8. QVONIAM *Paragij* tractatum ab diſpertitone feudi ſcripſimus deriuari, ex §. 212. patriæ Conſuet. Percontandum obiter, an commiſſoria feudi lege, quã induxerit partium ipſius alienatio immodica, veniat etiam cenſus, ſolariumq; poſſeſſoribus ſubditis olim à cliente impoſitum, necdùm ab eo aliis mãcipatum. Pro cliente mouentur haud pauci, quòd cẽſus ſit loco patrimonij, & annui fundorum prouentus: Quem videlicet à ſubditis pẽdi oporteat ſingulis annis. Feudi autem

Art. 223. *garantir l'autre tiers à ſes ſœurs ſoubs ſon hommage, en retenãt deuoir, ou qu'il ſoit baillé à tenir nommément en parage, &c.*

diſſectione clienti tantùm adimuntur beneficiaria iura, non prædiaria ſeu quæ in prædiarij Reditus ſtati, annuíque formam exoluantur. Vt Andium More ſancitum eſt. §.202. Cùm ergo tale feudi commiſſum clienti auferat rectú duntaxat, non vtile rei ſuę dominium, vix eſſe putes, vt annuum Vectigal, quod clienti vtiliter præſtatur in ordinariũ Agri fructum, eiuſque fructuariam poſſeſſionem reſpicit, patrono cõmittatur. Hoc enim feudale commiſſum ideo arctandum venit, quia minùs fauorabile, ac liberi Gallicorum feudorum commercij re ipſa prohibitorium.

Art. 201. Andeg. Cõſuet. art. Ibi. *Le ſuzerain ou chef ſeigneur, dont led. fief meut, & eſt tenu à foy & hommage, en aura foy & hommage, & ventes, ſi l'ad. partie auoit eſté vendue, ou autrement alienée par cõtract ſubiect à ventes, ou rachapt ſi elle auoit eſté donnée, ou autremẽt tranſportée par contract ou il eſcheuſt rachapt, & ſeroit nuement ſans moyen tenu de luy par deuolution.*

9. Nihilo ſeciùs ſcriptæ Legis, quàmlibet duræ, auctoritate in aliam trahor ſententiam. Etenim ſolarium, modicus eſt ac leuiſſimus canõ à ſubditis præſtãdus domino cenſus, non quaſi in annuum fundi prouentum, ſed in recti dominij ſymbolum ac teſſeram. Ex eo nempe laudimia redeunt ad clientem ſolarij dominum, mulctæ legitimæ, quæ moroſis cenſus debitoribus infliguntur, & alia quędam aduẽtitia feudi commoda. §.178. patriæ Conſuet. qui manifeſtè indicat, ſolarium, *Feudarij* iuris partem opimam conſtituere. Quinetiam purè Dominicum eſſe cenſum, docemur nominatim prædictæ Legis Articulo. 179. Atquin deuoluto ad patronum clientis feudo, iam illi vni quæruntur laudimia, cæteræque id genus obuentiones beneficiariæ, cum toto clientelæ iure honorario, ditione, ac iuriſdictione. Quod quidem * ἐμφατικώτερον exprimitur hac clauſula Andeg. Conſtitutionis, (203.) *Et n'y aura doreſnauant ledict ſubiect homme de foy, fief, iuſtice, ne ſeigneurie, mais eſt tout deuolu audict ſuzerain & chief ſeigneur. Et payeront ventes de leurs acqueſtz, &c.* Rurſùs nobilis canon quicunque beneficiario ſolui conſueuerat, feudo commiſſo, lege venit ad patronum. cit. §.203. & 208. Si autem patronus malit, vectigalium agrorum poſſeſſores fidem ipſi hominiúmque prębere, quàm cenſum, ab natiua clientelarium fundorum qualitate, tunc poſſeſſores Agraria pẽſitatione exonerantur d. artic. 203. Andeg. Leg. Quò magnoperè cõfert deciſio Cap. 1. §. 1. Ver. Excepto. Qualit. olim feud. alien. potuer. Vbi licet patronus calculum nõ addiderit ſubbeneficiariæ, conceſſioni, à beneficiario pactæ: aperto tamen beneficio, manet ſubbeneficiarius, ſi domino ſeruire paratus ſit, dominumque eum profiteri. Faber. ad. §. vlt. Inſtitut. De Vſufr. Enimverò ſi patronus olim cẽſuali indictioni conſenſiſſet, eove patiente, cliens ſolarium inſeruiſſet rei beneficiarię Catalogo, quaſi feudi partẽ, tunc patronus illicitè deſideraret, poſt tranſlatum ad ſe beneficium, cenſus debitores ad clientelare ſacramentum inuitos adigi, ſed in annui Vectigalis exactione acquieſcere deberet.

Art. 178. Ibi, *ſes cens, ou autres deuoirs infeodez à ſon ſeigneur, & en faict amende de loy, & leſquels deuoirs feodaux ſont rendables au ſeigneur de fief, & non requerables.*

Hunc Conſuet. art. 179. ad verbũ exſcripſimus ſupra Tit. De Laudimiis art. 14. Et Tit. De reb. in cenſ. dat. art. 1.

* ſignificantiùs.

Art. 203. Ibi. *& auſſi payeront du deuoir pro rata.*

Art. 208. Verſ. *Et ne peut l'hõme de foy aborner ſes cens, rentes, deuoirs, & hommage, que iuſques à la tierce partie de la terre tenue à foy.*

§. 203. Verſ. *Tous ceux qui en eurent oncq ues aucune choſe dud. fief, viendront à la foy & hommage au ſuzerain chef ſeigneur par deſpié de fief, & ne les pourra plus garentir le ſubiect hõme de foy ſoubs ſond. hommage.*

Le cens infeodé par le ſeigneur ſuzerain.

10. Rogitet hic quiſpiam, ſi clientis incuria Gaius intra feudi metas agris ſuis diu potitus ſit liberis, immunibuſque, nûm patronus, reuerſo ad ipſum feudo rectè imponat poſſeſſoribus vel ſolariũ, vel hominij fideique onus inſignius. Patroni quidem ius fulcit vulgata Legũ coniectura, quęcũque intra feudi limites conſtituta ſint, eodem ſuperioris dominij

A ſçauoir ſi ſur les tenãciers eſtans ou dedans de noſtre fief, pouuõs impoſer vn deuoir, ou les contraindre à faire la foy.

ris dominij imperio teneri ac regi, Accurſ. in l. Bene à Zenone Cod. De quadrien. præſcript. Et in l. penul. ff. De offic. Prætor. Bart. ad l. 1. Cod. In quib. cauſ. colon. domin. Lib. 11. Et ad l. 1. §. per hanc. ff. De rei vindic. Exin. Pictones, & Angoliſmi Lege ſanxerūt vectigal iis fundis recēns iniunctū, qui intra feudi ſepta continerentur. Pictauen. Conſuet. §. 52. 53. Angoliſmen. §. 35. Huc accedit noſtratium *Alodiorum* cōditio, quæ ſuperiorem in Andibus patronū, Iuridicūvè agnoſcunt, ſolenníque ritu profiteri coguntur. §. 140. Andeg. conſuet. Siue etiam *Paragij* iure libero detentis quondā prędiis indicitur honoraria præſtatio annua ab domino ſuperiori, poſt *Paragij* tempus exactum. artic. §. 218. Andeg. Legis. Ceteroquin Andegauis nō idem adſcribitur Mos de onerando nouis cenſibus poſſeſſore, qui Pictonibus, & Angoliſmis. Nec, qui territorium habet, idcirco præſūpta Iuris opinione ſubnixus eſt de rerū proprietate ac dominio, quę in mediis Territorij finibus exiſtant. Nulla enim ſignificationis affinitate ſe contingunt fundi proprietas, & territoriū. Baldo teſte in Cap. 1. §. ad hæc De pace iuram. firman. In Feudis. Cōcedamus enim, eum, qui intra alieni Territorij metas clauſum habeat latifundium, Iuridicæ ipſius poteſtati ſubiici, qui Territorio præſit. Maſuer. in §. Item omnia quæ ſunt infra limites terræ Tit. De iudic. & eor. Iuriſdict. Alia tamen feudi ratio eſt, quæ veram ac ſolidam fundi proprietatem ſpectat, non coerctionem Iuridicam. Vt acutè dilucideq; rē expedit Dionyſ. Pontanus, in Bleſen. Conſuet. Tit. 4. art. 33. Eapropter ſilente Lege municipali, ęquior habetur poſſeſſorum liberalis cauſa, ne inſolitū his vectigal ab eo imponatur, qui intra agrorum, quos teneant, ſitum & ambitū recto Dominio præditus ſit. Vbicunque autem patriis Moribus *Alandia* exploduntur (niſi obſignatis tabellis de eorum iure liqueat, nedùm diuturna poſſeſſione) Ibidem licitum eſt ſuperiori locorum Domino, ſeu Iuridico, ſolarium fundi poſſeſſoribus iniūgere, tametſi Eccleſiaſticis, liberéque hactenùs re ſua fruētibus. Vti Senatu iudicio præclarè deciſum fuit Idibus Auguſti an. 1583. in emendanda Melodunenſis Præturæ Sētentia: cuius lege Municipij nulla feruntur immunia prædia ſolutáque, niſi authenticis Inſtrumentis talia comprobentur. Cap. 5. De *Franco Alodio*, Melodun. Conſuet. Idem iuris apud Meldos vſurpatum, indicat ciuicus Meldenſis Mos, in. §. 189.

Contrahentium itē cōſenſu apud Andes alienator partis feudi, per venditionem vel diuiſionem inter cohæredes poteſt ſibi reſeruare *vn deuoir ſeigneurial ſur lad. partie de fief tranſportée.* §. 201. 202 262. 263. Andeg. Leg.

§. 218. Verſ. *Et ſera aſſis deuoir ſur les choſes qui ont eſté garanties en parage ſelon la grandeur d'icelles, eu egard au deuoir, ſoit cheual de ſeruice, ou autre que le parageur faict au chef ſeigneur, & en payera au parageur à la raiſon de ce qu'il tient.*

A proprietate fundorum ad Iuriſdictionem non valet argumentum.

Decretum Curię Pariſien. ſolenni ritu pronuntiatum à Preuoſto Præſide die 13. Auguſti an. 1583. *ſur l'appel du Bailly de Melun, Cōtre gens de Mainmorte Eccleſiaſtiques, condemnez nonobſtant les Admortiſſement royaux, à recognoiſtre le ſeigneur & Iuſticier du lieu, & luy payer le cens tel que les terres voiſines pouuoient deuoir. Et ſur le droict d'indemnité, & de leur faire bailler hōme viuant, & mourant par led. Sieur pretendu. Ordonné qu'il ſera informé de la lōgue poſſeſſion par eux alleguée.*

Couſt. de Meaux.

11. QVÆ ſuperſunt de *Paragio*, alibi excuſſimus Lib. 2. DOMANII FRANCICI Tit. 3. artic. 3, Et 7. Lib. 1. Cap. 16. artic. vlt. Cap. 49. Cap. 62. 63.

Tit. III.

DE FEVDARIA NOBILIVM VIRORVM SVCCESSIONE.

1. *Nobiles quondam ſoli feudorum capaces.*
2. *In quo conſiſtat ius primogenituræ Nobilium hæredum*
3. *Nepotum in auita ſucceßione primogenitus ſolus capit ius præcipui, Domo aliqua, & ei adiacentibus conſtans.*
4. *Hinc excipitur molendinum, furnus, & torcular,* bannaria, *in Domo illa ſita: quæ cohæredibus communicantur.*
5. *Ædes in ſolo tantùm pignorato conſtructa non præcipiuntur à primogenito creditoris hypothecarij conſtruentis.*
6. *Ius accreſcendi inter nobiles iuniores, vſumfructum pro indiuiſo tenẽtes, procedit etiam, rerum diuiſione iudicio reſciſſa.*
7. *Tollitur iſtud ius accreſcendi* prouiſionali *diuiſione perinde, ac ſimplici &* definitiua.
8. *Nobilis iunior, in bona ſenioris fratris, poſt parentes mortui, ſuccedit tanquam præcipuus hæres ac primogenitus: nec ideo vſumfructum amittit in bonis paternis & maternis, quem antea, vt ſecundonatus, habebat ex Conſuetudine.*
9. *Singulis primogeniti filijs accreſcit vſufructuaria pars ſecundonati, dictorũ filiorum patrui.*

   Fundus quiſque regitur Conſuetudine Loci, cui, in Iuriſdictione, non cui, in Feudo ſimpliciter, reſpondet.
10. *In vſusfructus conſolidatione, hæredibus primogeniti facta, nullũ ius Præcipui maximo natu illorum hæredum.*
11. *Ceſſat ius accreſcendi inter ſecundogenitos proprietarios, nec fructuarios.*
12. *Liceatnè primogenito, in tertios emptores reuocare ab eo donata fratri ſecũdogenito, & eius liberis, quàm primùm hi mortui ſint.*
13. *Patris à Rege nobilitati ſoboles nobiliter illi ſuccedit.*
14. *Secus de matris ſucceßione, quæ ex mariti Dignitate acceſſoriè nobilitata ſit.*
15. *Matris nobilis ignobili nuptæ hæreditatem liberi nobiliter patiuntur.*
16. *Secretarij regij ſucceßio qualiter à liberis ipſius diuidatur.*
17. *Plebeij hominis bona, inter nobiles hæredes æqualiter diſtribuuntur.*

   Generoſi, contrà defuncti familia nobiliter herciſcitur inter plebeios ſucceſſores.
18. *De modo ſubdiuidendi prædia, vni hæredum ſtirpi prima diuiſione generali, relicta.*
19. *Declaratio paterna in contractu matrimonij filiæ maioris, tanquam præſumptæ hæredis præcipuæ, non impedit ius primogenituræ maſculi ex ſequenti*

quenti patris coniugio.

20. *Talis paterna declaratio in fauorem primogeniti maſculi, nûm tollat prouiſionem legis Municipalis, & quam illa vim habeat.*

21. *Paterna bonorum interdictio in fauorem filij, quem hæredem præcipuum nuptiali Pacto ſcripſerit, ceſſat in caſu neceſſario redemptionis captiui patris, vel ſimilibus alijs.*

22. *Primogenito accreſcit portio filiæ, dum nubit, renunciantis, vel religioſæ, & quibus oneribus.*

23. *Quo pretio terræ nobiles, & earum* feudaria *iura communiter æſtimentur.*

24. *Deficientibus maſculis, primogenita nobilis eodem, quo mares, iure ſuccedit cum iunioribus alijs, in Andegauia.*

1. PARAGIO nobili finitimum eſt ius *Feudariæ* ſucceſſionis inter genere claros. Nam & milites quondam ſoli, natalibúſque illuſtres tenebant feudalia Gallici agri beneficia. Cuiuſmodi Robertus ille, apud Otthonem Friſingenſem, mediocri ſtirpe in Neuſtria, ex eorum ordine militum, quos *Valuaſores* vulgò ibi dicere ſolebant. Lib. 1. Friderici Cap. 3. Ea pariter ſignificatione militiæ vſi ſunt Longobardi. Idem quippe Otho ſcribit, trinam inter eos Pop. claſſem extitiſſe, *Capitaneorum*, *Valuaſſorum*, & Plebis. Lib. 2. Cap. 13. Quod & Radeuicus enarrat, Lib. 1. Cap. 41. His conuenit Feudiſtica Lex. §.4. Tit. Si de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. vaſ. Lib. 2. Feud. Inde vaſallus, qui ſacratæ & *clericali* ſe deuouet Militiæ, feudum amittit. Tit. De Milite ſeculi, qui fact. eſt mil. Chriſti.

Apud Gallos tenent ſcutarij nobiles beneficia, qui à Caſtellanis dominis ea olim acceperũt vel à ſuperioribus Dominis.

Scriptum eſt in Diuinis eloquiis. Miles Chriſti, ſeruiat Chriſto, Miles ſeculi, ſeculo.

2. CùM ergo in militaris operæ ſubſidium antiquitùs data ſint militaria prædia, quæ Reipub. intereſt, ab vno ſtirpis maximo ſeriatim integra cuſtodiri, (vt ſit bellico oneri ferundo) introductum eſt Moribus primùm, vt mas natu grandior hæres recta linea, habeat præcipuam Arcem, Curtem nobilem, (Helmoldi verbis) ſeu Prętorium, cum horto adiacenti, intra Arcis, Domuſvè præcipuæ ſepta. Item duo trientes herediorum primigenio attribuuntur: ſiue nobilis clientelæ res ſint, aut ignobiles ac vectigales. At reliquum trientem iuniores à ſeniori accipiunt, quoad viuunt. Lege Andium. §.222. & Cenomanorum, 238. Quinetiam priſco Municipij vtriuſque More coniunctiſſimo, qui Lutetianis formis impreſſus fuit Febbruarij Luce. 4. An. 1498., Parenti non licuit, inſignes primigeniorum notas iunioribus donatione tranſcribere. Quales ibidem deſignantur, hac phraſi. *Gentilhome peut donner non à ſon aiſnè, ains à ſa femme, puiſneZ, ou à vn eſtranger le tiers de ſon heritage, conqueſts, & meubles en aumoſne: fors les choſes qui en ſont exceptées, comme ſon propre harnois, ſon cheual, ſa chappelle, & l'aduantage à laiſné noble appartenant.* Alibi, quincun-

Helmoldus. in Hiſt. Slauorũ. vocat has Curtes nobiles, ſeu Villas ampliſſimæ poſſeſſionis. Lib. 1. Cap. 12. & 14.

Parte. xi. Conſuetudinarij Volum. Andium & Cenoman.

Multa quoque ſunt in regno Siciliæ feuda, in quæ ſolus primogenitus ſuccedit Iure vel more Fràcorũ: Alia, in quæ, filij æqualiter Iure Longobardo. In Conſtitut. Neapolit. De adiutor. pro milit.

De ce droict de Quint viagier & prouiſional aux puiſnez en fief. ex Picardiæ Conſuetudine loquitur Ioh. Gallus in Quæſt. 366.

cem modò illuſtrium fundorum capiũt ſecundonati, vſufructu vtique olim, ſed nunc ſparſim proprietate poſſidendum. Fœminis verò recta linea contingens, portiuncula debetur iure mancipij, ac perpetuo. Quinetiam ad gentilitiorum decus armorum, Inſigniáque militaria tuenda, inualuerat mos veteribus Francis, vt arma domus ſolida & indiuiſa manerent penes natu maiorem. Eum Butelerius morem priſcum ita refricat in Summa Rurali. *Les Armures à l'aiſné hoir pour ſon corps, & ſon cheual, & à la Damoiſelle vn habit pour ſon corps, l'aneau de mariage, & vn fermail, qui demeurent auant part aux aiſnez, ſont de condition d'heritage.* Quibus adſtipulatur elegans iſtud dictum Baldi, Arma nobilium virorum, etſi liberis omnibus veluti communia, permanere apud Domus principem, & in eo tanquam capite, antiquorum ſtemmatum ac geneſeos ſplendorem perſtare. In l. vlt. Cod. Pro ſoc.

Arma nobilium remanent apud Principalem domus quia in ipſo, tanquam in capite, ſtat ſplendor geniturae Inquit Baldus per l. Cum ſcimus De agric. & cẽſ. Lib. 11. Cod.

Imò & Mechlinienſium ciuium Lege Municipali, VBI PLVRES SVNT FILII HÆREDES, IBI AD SOLVM PRIMOGENITVM PATRONATVS FEVDALIS, COMMODA ACCIDENTARIA, ARCESQVE FEVDALES DEFERVNTVR, CVM BESSE EX CENSIBVS, ALIISQVE OBVENTIONIBVS, QVÆ AD FEVDVM SPECTANT. TRIENS VERÒ EORVMDEM BONORVM AD RELIQVOS FILIOS PERTINET: IIQVE VEL A FRATRE MAXIMO TENENT, APVD QVEM SIT FEVDVM MERI IMPERII, VEL AB EO PAPRONO, SVB CVIVS TVTELA BENEFICIVM HOC CONSISTAT. Tit. DE IVRE FEVDALI.

Cõſuetudines *de Malines* in Brabãtia, ſcriptis redactæ Menſe Iulio an. 1515. Mandatis Caroli. 5. Cęſaris, & in Latinum ſermonẽ è Theutonico verſæ à Petro Nannio Alcmariano Latino profeſſore.

PORRO nonnunquàm euenit, primigenium fato præripi ante pa- 3.
trem, relicta ſobole. Quæritur, an nepotum maximus natu, ſolus præcipiat ex auita hæreditate illud quod *Præcipuũ* vocatur Morib⁹ noſtris? Non videbatur, quum haud vnus quidem iſte, ſed omnes primogeniti liberi auo ſuccedant paternæ ætatis repræſentatione. Quibus propterea conferendum putes ex eo quantulúcunque, quod præceptione veniſſet ad communem omnium patrem iure * τῆς πρωτογονίας. Aſt ego, cõtrà, ſentio præcipuum hoc ius, quod grandiori natu defertur, nulli vel partitioni obnoxium eſſe, vel partium ſubſectioni. cit. §. 222. Andeg. Legis. Qua nimirùm Lege ſtatuitur, nepotes protogenium patrem referentes, ſibi pręſumere cum hæreditario patris iure Præcipuum illud: ſimúlque adiicitur, hoc genus pręceptionis minimè partibus ſcindi, ac diuidi inter hęredes. Vnde etiam conſtat, idem nihilò magis inter nepotes, quàm inter primi gradus filios, eſſe diuiduum.

Le Precipu & aduantage de laiſné.

* Primogenituræ.

Artic. 222. Conſuet. Andeg. In Ver. *ou leur repreſentation.* Et Ver. *leſquels precipu & aduantage ne chéent point en partage.*

SI tamen intra Dominici eius prætorij circuitum erecta ſit mola, 4.
torcular, aut furnus publicus, eodem iure non pręcipitur à ſeniori fratre, ſed aliis communicandum eſt, ſalua illius natalitia prærogatiua. artic. 14. Pariſien. Conſuet. Secus de columbario, ac piſcibus, qui in aquaria Arcis foſſa coaleſcant. Nam columbas, piſceſque, Ædium partem cenſuit Curia Pariſien. Hæc enim nuper iudicio decreuit, viduam mulierem, cui ex dotali Pacto ablata fuerat per ſecũdas nuptias præcipuæ Domus habitatio, minimè quoque fruituram piſcibus, qui intra Arcis vallum, ac foſſam, nec columbis, quæ in domeſtico erant Columbario:

Molin, preſſoir, & four bannier.

Caſtri foſſæ. ſeu foſſata. vt loquitur Plinius lib. 17 Cap. 21 & Pomponius. I.C. in l. deſertorem. §. is, qui in exploratione. ff. De re milit.

lumbario: Tametſi ipſa totius Ditionis fructibus *doaria* potiretur. Celebri Partum Cóſulto, quod purpurea in Toga recitatum eſt, poſtridie Idus Sextiles an. 1589. de Caſtro *de Champloſt*, agri Campani, aduerſus N. *Ragnier*, dominam *de Montigny*. Quinimò Domus eſſe totum id Bartolus tradit, quod adiacet ipſi vel adhæret, ambitu quinque pedum. In l. Item apud Labeonem. §. cóuitium. ꝟ. De Iniur. Vidus Papa, in Singul. 405. Ecquid verò de apum examine intra hortum poſita? Idem ſanè, quod de piſcibus domeſtico Viuario incluſis, vel colúbis in Columbario, ſiquidem apes ſuum in alueum redire ac reuolare cóſueuerint. Qualdá enim Apes conſtat cicures & vernaculas dici, à ſyluestribus nempè diſcrepantes. Varronis Lib. *3*. Cap. 16. Et Columellæ Lib. *9*. Idque ſatis oſtenditur Legis Salicæ Tit. De furtis apiú. Leg. Saxonum Tit. De furtis. § qui alueariú apum intra ſepta alterius furauerit, capite puniatur. Et Leg. Boioariorú Tit. De Apibus. Cum locis aliquot peruulgatis, quos antea commemoraui, Lib. 1. Cap. 12. & 13.

Areſtum Curiæ ſolenniter à Præſide Briſſ[illegible]no pronúciatum die. 14. Auguſti. an. 1589.

Dicitur de pertinentiis Domus meæ id quod eſt prope domum meam per. 5. pedes.

Cicures apes ad ſyluestrium differentiá.

5. Flavia Albina dotale aurum ingens ſecum traduxit in domú viri. Hic dotis acceptæ nomine cóiugi pollicitus eſt de fúdo ſuo quadringentas æris libellas annuas. Soluto morte viri connubio, vidua mulier fundum illum poſſidet, reclamante nemine. Ibidem ſplendidas Ædes extruit. Poſtmodú è viuis ſublata ea primigenius qui ex paterno bonorum aſſe præceperat inſigne Prætorium, arripit quoque nouá Domum à matre exædificatam, quaſi ipſius hæres primarius. Reluctátur ſecúdogeniti, negantque ſeniori ius eſſe, has ædes ſibi Præcipui titulo aſſerere. Prędium enim, ac ſolum: cui ſuperſtructæ fuerint ædes, purè paternum manſiſſe hactenùs, non maternum: ſed matri duntaxat pignori obligatum. Ei namque annuum modò Reditum nummarium de fundo adſignatú fuiſſe, non fundi proprietatem, nec vſumfructú quidem vt concinnè diſtinxit Scæuola I.C. l. fundi. ꝟ. De Vſufr. leg. Quod enim multorum ſermonibus vſurpatum eſt, prædij aſſignationem in cauſa dotali transferre dominium, hoc ita obtinet, ſi ad iuſtam ſolennémque fundi æſtimationem peruentú ſit. Vt Andium Lege indicatur, §. 162. Item Tit. *D'Aßiette de rente*. Iuxta Martiani reſponſum l. 16. §. vlt. ꝟ. De pignor. Ceteroquin planè iniquum ſit, ampliſſimam Ditionem pro tátillo pecuniæ veteres dominos permutare. Atque in hunc modum Patr. Conscripti ſecundùm minores natu rem definierunt. Suprema ſententia in. 1. Claſſe Inquiſitionú Curiæ, dicta. 6. Kalend. Iunias an. 1583. Litigantibus Renato Bellayo, & Ludouica Claromontana, Comite Tornadorenſi, quorum controuerſiam Ioh. *Deſlandes* regius ſenator collegijs ſuis denarrabat.

Primogenitus non habebit iure præcipui nouum ædificiú à matre conſtructum in fundo ei pro dote aſſignato.

Aſſignare, in cauſa dotis an ſit dominium transferre.

Art. 162. Verſ. *s'il y a hypotheque ſpecial, & l'acheteur de la rente ſe veut adreſſer pour y faire aſſiette, y eſchet vente.*

Decretum Senatus Pariſien die 27 Maij an. 1583. in prima Camera Inqueſtarú Curiæ, *entre le ſieur du Bellay, & la Comteſſe de Tonnerre, Loyſe de Clermont.*

6. Inter eoſdem pariter litigatores hæc tractabatur dubiæ Conſuetudinis quæſtio & explicatio. Andium More conſtitutum eſt, vnius è ſecundonatis mortui portioné fructuariam, quam paterna hæreditate nactus, ſit aliorum partes augere, quibuſcum ſuam viuus indiuiſam habuerit, nec ad ſeniorem reuerti totius proprietariú, donec iuniores reliqui vita deceſſerint. §. 228. Atqui in Bellaya géte inclyta, partiti fue-

An ius accreſcendi, quod rebus indiuiſis locum habet, procedat etiam, rerum diuiſione reſciſſa.

Poſt ius ſemel quæſitum, & delatam porcionem, non eſt locus iuri accreſcendi.

rant inuicem fratres paterna bona, cum maternis. Intantùm, vt re cuique ſua diſtributa, nullum videretur increméti ius ſuperfore inter natu minores. Sed ecce, intra proximum luſtrum noua inter ipſos lis ſeritur ex Principali reſcripto diuiſionis reſciſſorio. Itaque infirmata dehinc partitione, eo adiguntur, vt denuò hercíſcúda ſit ipſis familia. Interim vnus è ſecundonatis diem obit. Mox inſtat primogenitus, vtì fructuaria defuncti pars redeat ad proprietaté, eique cóſolidetur. Ait enim, tùm demum inter fructuarios eſſe ius accreſcendi, ſi cóiunctim vſumfructum teneát, non ſeparatim. l. 1. π. De Vſufr. accreſ. l. ſi minor. π. De acquir. hæred. Quibus cógruit d. §. 228. Andeg. Conſuet. Econtrario auté pugnát iuniores ſuperſtites, paria eſſe, indiuiſum eouſque ſtetiſſe inter eos vſumfructum, vel rerum diuiſionem totá iudicio reſciſſam fuiſſe. Actus enim lege irriti, pro infectis habentur. l. Cùm lex occurrit. π. De fideiuſſ. l. Non dubium Cod. De legibus. Nec legitimo actui obſtare poteſt quod Iure effectum non ſortitur. Perinde eſt itidem, cautum non fuiſſe, vel vitioſè cautum. l. 6. D. Qui ſatiſd. cogant. Quando denique odioſa eſt nudi vſusfructus datio in Legitimam iuniorum partem, quæ ex parentum hæreditate decerpitur, benignius fuerit, hoc ſaltem illis ſubſidio indultum ſic interpretari, ne vnius pręmorientis fructuaria poſſeſſio, niſi extinctis ſimul eius conſortibus, reuertatur ad dominum proprietatis. Et ita placuit Senatui, Decreto ſ. citato, quod latum fuit Maij Luce. 27. an. 1583.

Bonorum partitio prouiſionalis æquipollet diſinitiuæ inter cohæredes quoad impediendũ ius accreſcendi inter ſimul tenentes vſumfructũ quotæ partis hæreditariæ.

§. 228 Ibi, s'ils ſont plusieurs fils puiſnez, qui ayent touſiours tenu leur bienfaict à eux baillé enſemblement par leur aiſné, indiuiſé & non departy. &c.

Art. 433. Verſ. qui ne pourra prouuer, qu'ils euſſent faict icelle diuiſion non par forme de partage final, mais ſeulement par forme de prouiſion.

FRATER maior natu minoribus trientem Beneficiariæ ſucceſſionis tradidit. Hi eundem ſubdiuidunt inuicem, haud purè quidem & abſolutè, ſed vindiciaria formula, ĩ. *par prouiſion, & partage prouiſional.* Rebus ita diuiſim poſſeſſis decennio, moritur vnus è ſecundo genitis. Senior frater demortui partem fructuariam repoſcit, quaſi cum proprietate conſolidatam. Iuniores, contrà, indiuiſam decedentis portionem ſuperſtitibus ipſis aduolui. cit. §. 228. Andeg. Leg. Fiduciariam enim rerum partitionem impedimento non eſſe, quo minùs res etiádùm indiuiſæ dicantur. §. 433. eiuſd. Cóſuet. Replicat ſenior, nil ſe morari, puranè, an fiduciaria extiterit rerum ſeparatio inter minores natu quùm ſeparatim quiſq; ac viritim ſuú poſſederit. Prædictæ enim Legis verba, nudum factum attédere coniunctæ, aut diſcretæ poſſeſſionis, non ius nouæ diuiſionis petendæ. d. §. 228. Inſpecto igitur mortis tempore ipſius, de cuius bonis agitur, ea ſeorſum detenta à ſingulis & occupata fuiſſe: in quibus propterea non ſit portionú incremento locus. Papiniani l. Cùm ſingulis, ab hęredibus ſingulis, eiuſdé rei fructꝰ legatur, fructuarij ſeparati vidétur, &c. π. De vſufr. accreſc. Imò & poſt emolumentum alteri quæſitú ceſſat ius accreſcendi. Cap. 1. De duob. fratr. de nouo benef. inueſt. Cap. 1. De grad. ſucceſſ. Ex eoque res ad dominú proprietatis redit. l. lucius. §. Caio D. Ad. S.C. Trebell. l. vlt. §. filium. π. De Legat. 2. Quibus argumentis impulſus reor, fructuariam defuncti partem aliis minimè accedere iunioribus, ſed cum agri proprietate ipſa permixtam vaneſcere. Ac ne quis obiter nimiùm tetricá 7.

Andium

Andium Legem cauilletur, quæ nobilibus ſecúdonatis merum vſumfructum attribuat trientis hæreditarij, (§. 222. 226. 233. 235.) Sicilia tota inoleuit mos planè conſimilis, vt minor natu *Iure Francorum* excludatur hæreditaria parte, ſoláque ei Alimenta, cum Militia, erogentur. Tit. De adiutoriis exigendis pro fratris Militia. Lib. 3. Neapolit. Conſtitut.

8. PORRO ſenioris fratris hæres ſecundogenitus aſſequitur quidem iura Primigeniorum, ſeu beſſem fraternæ hæreditatis, (§. 229. & ſeq. Andegauæ, 247. Cenomanæ, 281. Turonicæ Conſuetud.) At non ideo vſufructu exuitur Moribus ei præſtituto in legitimam rectarum hæreditatum portionem: Dummodò parentes ipſi tùm ſecundonato fundorum proprietatem non dediſſent. §. 322. patriæ Leg. Nec enim paterna in bona maternáque vtitur hic iure natalitij primatus, ceu omnino diſparata, ab laterali grandioris fratris hęreditate: de qua modò ſanxêre Mores ſ̃notati. Ratione deſumpta ex Pauli leg. Per curatorem ff. De acquir. hæred. Verſ. Caſtrenſia eſſe mutatione perſonæ deſierunt, Cum Iuſtinianeo Reſcripto vlt. De inoffic. teſtam. Rurſùs incongruum foret, hæreditarias defuncti fratris opes, quæ ad augédum ornandúmque minoris ſtatum ſpectent cum noua ætatis prærogatiua, anteriores ipſius poſſeſſiones minuere, aliunde profectas. Argum. Leg. falſa §. 1. ff. De condit. & demonſtr. l. penul. ff. De ſenat. Normanico itidem Ritu, mas iunior, qui demortui fratris vice ſuccedit in delatam antea parentum hæreditatem, nil amittit peculiaris ſuæ præceptionis, aut partis, quæ ſecundonatis tribuitur. Artic. 327. Neuſtriæ Legum. Aſt hæc ciuiliter vtique accipienda, non vt protogenius nouus, fructuario iam nomine, ſed iuſto dominio paternas res ſuas maternaſvè retineat: Quùm ſucceſſorio velut edicto in locum maioris natu, confundatur vſusfructus cum proprietate fundorum, qui aliâs fructuarij morte conſolidatus fuiſſet fraternis primogeniti bonis. §. 222. Andegau. Morum. Peronenſi autem Veromanduorum Vſu, ſecundogenitus, cui inſperata grandioris fratris obuenerit hæreditas, excidit ilico minutula parte rectarum hæreditatum, quam iunior ipſemet ſortitus fuerat, (art. 204. & 205.) ſed eadem hæc portiuncula ad alios natu minores tranſmeat, ordine quaſi ſucceſſorio. Secundum Iura Quiritum, de ſucceſſorio gradu, leg. 1. l. 4. D. Quis ord. in bon. poſſeſſ. ſeru. L. 3. In fi. ff. De bonor. poſſeſſ.

Semel adita parentū hæreditas, fit patrimoniū hæredis, mutatque paternorum qualitatem bonorū. licet eadē omnimodo ſint. l. Sed ſi plures, filio D. de vulg. & pupill. l. 1. §. veteres. cum Glo. ff. De acquir. poſſeſſ.

And. Conſ. art. 229. & ſeq. verſ. *C'eſt à ſçauoir pour le ſecond frere puiſné, qui demeure au lieu de l'aiſné, le preciput & aduantage auec les deux tiers, &c.*

9. PRIMOGENITVS nobilis vita ceſſit, rectis liberis, & fratre ſecundogenito. Hic deinde migrat è viuis. Eius vſumfructum in bonis paternis ſibi vindicat maximus natu liberorum primogeniti eo iure, quo primigenius fructuariam iunioris fratris partem ſuæ bonorum proprietati aſſeruiſſet. Econtrà autem, minores natu, patris communis primigenia natis omnibus prodeſſe. Vt indicat d. §. 228. Andeg. Leg. Cùm igitur liberi omnes protogenium patrem referant ac repræſentent, Iunioribus, tametſi fructuariis, communicari debet patrui vſusfructus, qui eius morte cum dominio fundorum conſolidatur. Li-

Omnibus primogeniti hæredibus accreſcit fructuaria portio ſecundogeniti. dictorum hæredū patrui.

Art. 228. verſ. *La portion du tretbaſié retournera à l'aiſné, ou à ſa repreſentation.*

cet enim ſeruitus ſeruitutis eſſe nequeat, nec rei fructuarię vſusfructus nouus, l. 1. ℼ. De Vſufr. leg. Abſurdum tamen non eſt, fratrum primogeniti vſumfructum creſcere noua alieni vſusfructus confuſione cum rei dominio. Talis quippe confuſio ac conſolidatio vſusfructus eſt hæreditaria, & ex communis paternæ hæreditatis fonte dimanat. Par eſt igitur, eam diffluere in omnes hæreditatis riuulos, & ad hæredes ſingulos venire, ſaluo iure primigeniorum. Inde nec fratrum ſenior, præceptione ſibi ſumit nobile Fructuarij defuncti Ædificium vniuerſum: Vtpote quod reuerſionis titulo, veriùs quàm hæreditario, toti ſtirpi maioris natu quæratur, conſolidetur. Artic. 226. 227. 228. patriæ Conſtitut. Secus de iis, quæ pura iuſtáque hæreditate deferuntur: in quibus, cohæredum vnus ætate prouectior, ſolido Præcipui iure perfruitur. §. 224. & 228. præd. Leg. Municip. Hæc vtique in media Andegauia. Quòd ſi Andium & Britonum limitaneæ ſint res hæreditariæ, quæ videlicet Andes ſitu ipſo, Britones iuriſdictione ſpectent, regentur ex iudicio familiæ herciſcundæ ex recentibus Armoricis, non Andium Conſtitutionibus. Ideóque ſecundonati, proprietate, nedùm vſufructu, ſuccedent in bona parentis vtriuſuis. Sicuti Faber ſubnotat in l. 1. Cod. De ſumm. trinit. Num. 19. Verſ. *Quid, ſi quis tenet feudum infra fines Vnius Caſtellaniæ, vbi eſt vna conſuetudo in ſuccedendo, à Domino alterius Caſtellaniæ, vbi eſt alia, & Dominus habet omnem iuriſdictionem in dicto feudo, cuius loci conſuetudo attendetur? Satis videtur, quod loci à quo tenet, cum cenſeatur membrum illius Caſtri, & Caſtellaniæ, de qua tenet.*

Art. 226 Verſ. *Ne ſont fondez tous les puiſnez d'auoir leur tiers qu'en bienfaict, ou vſufruict leur vie durant, qui retournera aud. aiſné ou à ſa repreſentation apres leur decez.*

Art. 224. *C'eſt à ſ. auoir de chacune repreſentation ſe ſera partage par les 2 parts & par le tiers: toutesfois n'y aura qu'vn precipu.*

Recenti Briton. More ſcripto an. 1580. ſecundo geniti nobiles parentibus ſuccedunt iure proprietatis, non meri vſusfructus. §. 550. & 567.

Quinetiam Territorij certi in aliud tranſlata Iuriſdictione, cum Feudo, res illius Territorij hæreditariæ reguntur Lege loci, in quem tranſlatum ſit ipſius Iuridicum imperium, non abs quo primitùs exierit. Vt Lib. 1. PARISIEN. MORVM indicauimus, ac memorabili Franciçæ Curiæ Decreto comprobatur, dato pridianis diebus ſacræ Pentecoſtes ann. 1281. in hanc formulam. *Cùm Iohannes primogenitus Comitis Sueßionen. peteret nomine ſuo & Margaretæ vxoris ſuæ, filiæ quondam Domini de Ruginen, ſe recipi in fide & homagio noſtro de medietate Villæ d'Aubenton & pertinentiis eiuſdem: Diceréque, Margaretam eius vxorem debere admitti ad ſucceßionem paternam, vnà cum ſorore ſua Yſabella vxore Theobaldi primogeniti Ducis Lotharingiæ, de Vſagio Epiſcopatus & Patriæ Laudunenſis: nec ius ſuccedendi vnà cum ſorore amiſiſſe, legatum ſeu donum recipiendo à patre ſuo factum ſecundùm Vſagium Epiſcopatus Laudunenſis: Aſſereretque, quòd præd. Villam d'Aubenton, quam tenebat in alodium Dominus de Rugien. cœpit à Comite Bleſenſi, ad reſortum Guiſiæ in Vermandeſio; Demùm à claræ memoriæ Domino genitore noſtro ad Vſus & Conſuetudines Vermandeſij & ad reſſortum ſancti Quintini, ſeparata fuerat à Vermandeſio, & gubernata poſt d. d. repriſias ad vſus Patriæ, in qua, villa d'Aubenton, & eius pertinentiæ ſunt ſitæ: ſecundùm quas Conſuetudines & Vſagium terræ d'Aubenton, & pertinentiæ eiuſdem, & non ſecundùm Conſuetudinem Vermandenſem debebat iudicari. Theobaldo & eius vxore contrarium aſſerentibus, & dicentibus, quòd propter d. repriſias Dominus d'Aubenton, & cæteri Nobiles*

Qua quiſque fundus locorum Conſuetudine regatur, pendet ex Iuriſdictione, non ex feudo ſimplici, cui ille ſubiiciatur.

Inqueſtæ & Appriſiæ expeditæ in Parlamento Pentecoſtes. an. 1281.

Per tranſlationem feudi & Iuriſdictionis, trãsfertur etiam Vſus & conſuetudo Patriæ, vt in Hæreditatibus, hoc loco. Quam in partẽ volue à Nobis ſcripta, lib. 1. Legum Pariſien. Tit. 2. art. 16.

biles

biles d. Villæ & pertinentiarum eiuſdem à tempore primæ repriſiæ ceperunt reſſortum ſuum apud Guiſe, demùm poſt repriſiam à Domino & genitore noſtro factam, apud S. Quintinum, & ratione Caſtellaniæ obediuerunt ibidem. Secundùm cuius Caſtellaniæ Vſagium, primogenita filia infert contra minorem ſororem totum domanium feudorum & pertinentiarum eorumdem, victu & ſuſtentatione minoris ſororis ſemper ſaluo, niſi partem ſeu donum habuit. Vnde cùm vxor d. Iohannis partem habuerit in feodis Campaniæ à Patre ſuo datam ſecundùm Vſagium Vermandenſe, dicunt d. Theobaldus & eius vxor, præd. Iohannem & eius vxorem non eſſe in ſua petitione vlteriùs audiendos: maximè cùm primogenitus Domini d'Aubenton ſemper inſolidùm villam d'Aubenton, & eius pertinentias habuerit, nec de illis, fratribus ſuis vnquam partem fecerit, ſed tantùm prouiſionem in denariis pro libito voluntatis. Nos verò rationibus, & probationibus partium hinc inde auditis & diligenter examinatis, per iudicium Curiæ noſtræ, d. Theobaldum & eius vxorem ab impetitione d. Iohannis & Margaretæ eius vxoris duximus abſoluendos. Ac ne longiùs è patriis finibus ſecedam, in Vindocinenſi pariter Andium regione exiſtunt Bleſenſia feuda vulgò dicta, quæ ſuperiori olim Bleſorum Dominio Iuriſque dictioni quùm ſubiacerent, tranſiêre pridem in Vindocinen. Comitum ditionem Iuridicúmque imperium: quòd ideò, poſitis limitibus, à Bleſenſi territorio diſparatum fuit. Mutua feudorum commutatione Bleſenſium, cum Vindocinenſibus, Bleſenſi Municipio inclusis: Quæ contracta Permutatio legitur Decemb. Menſ. ann. 1329. à Bocardo Vindocini Comite, cum Vido Caſtillioneo BleſorumRegulo, & ſancita Principali diplomate ann. 1344. Ex Archiis Cameræ Ratiociniorum Vindocinen.

Si verò nobilis Ditionis, duorum Municipiorũ limitaneæ, alta Iuriſdictio per appellationẽ reſpondeat vni Municipio, feudũ mediaque Iuriſdictio alteri, à potentiore illa qualitate denominatur Ditio, regiturque ſcriptâ Cõſuetudine Municipij alta ſua Iuriſdictione ſuperioris. Arg. l. quæritur ff. De ſtat hom. l. 1. §. qui in perpetuũ D. Si ager vectig. De quo, vide ſuprà. Tit. De reb. in cenſ. dat. art. vlt.

Fiefs Bleſois, dans le Vendoſmois.

Finalis poſitio limitũ vtriuſque regionis, Bleſenſis & Vindocinẽſis, facta à Bochardo Vindocinenſi, & Iana Hannonia, Bleſorum Sueſſiorũque Comite, tutrice Ludouici filij Die vlt. Auguſti an. 1347.

10. Exploratvm eſt rurſùs, primogeniti filiis adiici vſumfructum morientis patrui in bonis parentum, ex More Andium prouinciali. At filiorum maximus duplici nomine ſibi arrogat res patrui fructuarias, ſuo primùm, deinde fratris iunioris itidem fructuarij: quo ante patruum morte præuento, ille ſe huius vices ſuſtinere contẽdit, tanquam rei proprietarius, quæ iure vſusfructus à fratre detinebatur. Alij verò minores natu defendunt, fratrem iuniorem vt reliquiſſe ſuperſtitem patruum, ita nec in patrui ſucceſſione partem facere, cuius non admittatur ad partem. Exemplo deportati, ſeu qui in eo genere pro mortuis, aut pro non ſcriptis habentur. l. 1. §. ſi pater emancipatus. ff. De coniungen. cum emancip. lib. l. 1. §. vlt. ff. De bonor. poſſeſſ. cont. tab. Baldus fusè, ad l. Planè. §. ſi duobus. ff. De legat. 1. Et in l. pater filium. ff. De inoffic. teſtam. Sed hæc refellens primogenitus ait, Legum axioma citatum procedere in hæreditatibus duntaxat & ſucceſſoria bonorum cauſa, (de qua iſthîc minimè quæritur) Non autem in mera conſolidatione vſusfructus patrui cum proprietate fundorum, quæ primigenio competit tùm ſuo iure, tum fratris demortui, cuius fructuaria pars ad ſe reuoluta ſit, & cum proprietate coniuncta. Quemadmodùm igitur Lege ſancitum eſt, portionem accreſcere portioni, non

Cõſolidatio vſusfructus cum proprietate ex obitu fructuarij, longè diuerſa eſt ab aditione hæreditatis eiuſdem.

Inſucceſſionibus, qui non admittitur ad partẽ, nõ facit partẽ.

perſonæ. Vlpiani leg. 83. π. De acquir. hæred. Sic patrui fructuarij morte, vſusfructus re ipſa coadunatur proprietati, quæ penes ſeniorem tota reſidet, nullo habito iuniorum delectu: ſiue patruo ſuperuixerint, ſiue eius obitum anteuerterint ſuo. Argum. leg. Idem & ſi l. ſi proprietas. π. De vſufr. accreſc. Proinde in forenſi litium deliberatione cenſuerunt noſtri collegæ nobiſcum, iuſtiorem protogenij cauſam videri. Sed quia hæc dicitur potiùs rerum paternarum conſolidatio, quàm ſucceſſio in bona patrui, fratris filius maior non præcipiet nobilem Domum, quæ fructuariæ patrui Ditioni inhæreat, (vt præmonuimus) ſed totius ditionis trientem ſecundogenitis vtendum dabit ac fruendum, quandiu agent in viuis. Iuxta. §. 223. Moris patrij.

Art. 223. Conſuet. And. Verſ. *Car en une ſucceſſion, ſoit directe ou collateralle, n'a que un preciput & aduantage.*

Quando proprietatis iure hæreditaria portio ſecundogenitis nobilibus datur à primogenito, tũc ius accreſcendi inter illos locũ non habet.

NATV grandior fraterna pietate, vt aſſolet, iunioribus duobus II.
trientem conceſſit paternæ hæreditatis, perpetuò poſſidendum ab iis ſigillatim, ac poſteris ex iuſto coniugio naſcituris. Illi indiuiſim rerum potiti ſunt. Alter emoritur, nullis liberis: alter diu pòſt, ſed relicta prole, quæ diſtractis ſenſim omnibus, morte abſumpta eſt. Inter moras, priore ſublato, maximus natu repetit ſemiſſem eorum, quæ fratribus erogarat. Intercedit frater ſuperſtes, contenditque, præmorientis parte ſuam adaugeri. §. 228. patriæ Leg. Ad ea verò primigenius, Municipale *Statutum*, ſtricti iuris eſſe, nec partium viciſſim incrementum admittere, niſi inter fructuarios tantùm ſecundonatos, non autem fundorum proprietarios. Faciliùs enim vſusfructus accedit vſuifructui, quàm proprietas proprietati. Toto tit. π. De Vſufructu accreſcendo. Item primogenitum ſuo iuuari beneficio oportet, non circumueniri. Cúmque is benignitate eximia fratri largitus ſit effuſiùs, quàm lege obligaretur, ab eiuſdem Legis præſcripto fratres vtrinque videntur receſſiſſe. In eam igitur ſententiam inclino, nullum iuri accreſcendi hoc caſu locum ſubeſſe. Noua autem ſuccedit quęſtio de vènditis à ſuperſtite fratre, eiuſuè poſteris, An horum ſtirpe deleta, primigenius ritè illa vindicet aduerſus emptorem. Pro actore dicetur, fraternæ donationi tacitam reuerſionis bonorum conditionem inhęſiſſe, ſi donatarius alieno hærede moreretur, eiúſue progenies defeciſſet. Eueniente igitur conditione, omnia priſtinam in cauſam reuocari, pignorum, & pactionum mediarum onere quouis libera ac ſoluta. Vt Tiraquellus vbertim, in vulgata l. Si vnquam In Ver. reuertatur. Priuata item bonorum diſpoſitio, publicauè Conſtitutio, quæ in ſuſpenſo eſt, tacitam continet ſubſtitutionem, onúſque reſtitutionis, ſuſpenſione remota, cum iure interea alienandi prohibitorio. Non aliter ac filiæ, quæ Peruſina, variíſque aliis *Italiæ* Conſtitutionibus arcentur hæreditate parentum, quandiu vixerint maſculi, ad eam tacitè vocantur, quamprimùm mares liberi, aut nepotes exierint è viuis. Bartol. in l. vlt. §. quando in pendenti D. Ad S. C. Tertyll. Argum. l. pater Seuerianam. §. vlt. π. De condit. & demonſtrat. l. penul. Cod. De legat. l. Titius Verſ. quoad hoc. π. De excuſ. tutor. Inde & filia iure quodam poſtliminij

l. Si vnquam Cod. De reuoc. donat.

Suſpenſiua hominis Diſpoſitio, vel Statutum Prouinciæ.

Peruſinum Statutũ.

poſtliminij rumpit teſtamentariam extranei hęredis inſtitutionem ab vltimo maſculo ſcriptam. l. Gallus. §. ſi eius Cum. § & quid ſi tantùm. ff. De liber. & poſthum. Bartol. ad d. §. quando in pendenti. Bald. in l. ſi auus Cod. De liber. præter. Angel. & Imol. in l. ei qui ſoluendo non erat. ff. De hæred. inſtit. P. Caſtrenſis ad l. ſi quis filium Cod. De inoffi. teſtam. Iaſ. in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. ff. De liber. & poſthum. Quibus apprimè conſonat Prætorius ordo ſucceſſionis in bona hæreditaria præfinitus. l. Æquiſſimum. ff. De bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. §. Expectandi igitur liberi erunt, quandiu bonorum poſſeſſionem petere poſſunt: & ſi tempus fuerit finitum, aut antè deceſſerint, vel repudiauerint, vel ius petendæ bonorum poſſeſſionis amiſerint, tunc reuertetur bonorum poſſeſſio ad ſcriptos. Cum. §. pro parte, & §. defertur Eiuſd. leg.

Nũ valeat alienatiõ facta ab vltimo filio eius, cui & liberis donatum ſit, tanquam de re ſubiecta reſtitutioni poſt mortem liberorum.

12. AT pro emptore, contrà, militant grauiſſimæ rationes. Primogenitum non tam donaſſe, quàm plenam fidem ſecutum, & debitam pietatem in hæreditaria parte fratri diſtribuenda. Ex argumento Papiniani in l. 19. D. quæ in fraud. credit. l. 5. § ſi quis rogatus. ff. De donat. int. vir. Quod iis præſertim accommodari poteſt, qui reuocantur in iura legitimarum hæreditatum. l. vel ſingulis. ff. De vulg. & pupill. Neque iiſdem aduerſatur Mos Andium, iuſtam portionem, quæ iunioribus, eorúmque hæredibus datur à patre fratreve grandiori, minimè redigendam in album quæſitorum, ſed hærediorum, acceptíque à Maioribus patrimonij. §. 250. 323. Tametſi alioquin patria Lege ſecundonatis merus vſusfructus adſignetur hæreditariæ partis, niſi largius proſpectum iis ſit paterna, fraternavè liberalitate. Artic. 222. 233. 234. 235. Inſuper quæ obiecta ſunt de *ſuſpenſiuę* renunciationis Pacto filiarum, moderatus eſt Senatus Præiudiciis quibuſdam, ne à viuis interim maribus alienata, iis mortuis, retractantur à fœmina, quæ tantiſper hæreditate excluſa ſit, dùm maſculi huius lucis vſura fruerentur. Definitum enim ab ORDINE AMPLISS. filias, ac poſteros, quo nunc ſtatu res hæreditarias nacti ſint, maribus extinctis, capeſſuros: non autem diſtracta à maſculis, dum viuerent, poſſe reſcindere. Celebri S. Conſulto 3. Nonas Martias ann. 1575. inter Baronem D. Aniani, in Biturigibus, dynaſtam S. Nectarij, in Aruernis, & Ludouicam Claromontanam, Tornadori, in Senonibus, Comitem, litigatores. Tum inſigni Decreto Curiæ 16. Kal. Quintiles an. 1584. ex controuerſia Franciſci à Turre Landrica, Comitis Caſtrirodulphi Biturigum, actoris hinc, Et inde Iohan. Aumontij rei, Tribuni militum Galliæ, qui obtinuit. Maturius ergo Curiæ ſummæ conſilium ac iudicium meritò vincit ſubtiles Iuris Interpretum argutias, de quibus ſuprà. Pergrauè enim fuerit, puellæ renunciationem, quæ maſculorum fauore & commodo pacta ſit, in ipſorum odium torqueri, viuóſque perpetuo quaſi famoſæ interdictionis bonorum vinculo conſtringere. Secus verò iudicãdum, ſi pręter fœmineam illam paternæ hæreditatis repudiationem, quæ in ſuſpenſo erat, adiectũ ſit tabulis dotalibus, filiam nõ mo-

Hic art. 250. videtur iſtã de emptore quæſtionẽ dec. idère Verſ. *Et ſi led. puiſné donataire du pere ou frere aiſné en proprieté decede ſans enfans, tel don ſe departira entre les hoirs dudit decedé, à ſçauoir entre ſon frere aiſné, & ſœurs.*

Areſtum Curiæ Pariſien. Die 5. Mart. ann. 1575 in magna Camera. *Entre le Baron de ſainct Aignain, le ſieur de S. Nectaire, & la Cõteſſe de Tonnerre.*

Placitũ Curiæ die 16. Iunij. an. 1584. in magna Camera, *au rapport de M. Boutin. Entre le ſieur de la Tour-Landry, & le ſieur Daumont Mareſchal de France.*

Suſpenſiua renunciatio filiarum.

Iudicatũ die 16. Ianuar. an 1575 *Apres en auoir communiqué à toutes les Chambres de la Cour. Sur l'appel du Lieutenant de la Haute Marche, au ſiege de Gueret.*

dò parentibus ſucceſſuram, deleta virili ſtirpe, ſed iam tùm præcepturam Seianum fundum opulentum, qui nuptiali Pacto ei adſignetur. Nam eo caſu filia, eiúſque poſteri lege agent in hæredes fratris, qui eum fundum diſtraxerit, vt tantumdem præſtent ac ſuppleant ex paternis aliis facultatibus hæreditariis: Nec tamen illi ius erit, alienatorum in emptorem perſecutorium. Sicuti prudenter Sçeuola reſpondit, fideicommiſſi prædij venditionem haud vſquequaque retractandam: at vendentis hæredes, vt fundus apud emptorem remaneat, fideicommiſſario pretium dare debere. l. vlt. §. vlt. ⁊. De legat. 2. Secundùm quę pronuntiatum eſt à Curia Pariſien. aditis priùs, conſultíſque ſingulis Claſſibus Senatoriis. Decreto 17. Kalend. Februar. an. 1575. ad prouocationem à Suppræfecto Marchiæ ſuperioris, quam interpoſuerant Vidus & Antonius *Du ſeel*, poſteri filiæ renunciantis, aduerſus Ianam Rupefortiam, quæ poſtremo maſculo ſoror in bona ſucceſſerat. Porrò ſi communis parens, cuius diuidunda hæreditas proponitur, aliquot fundos contracta fiducia mancipaſſet fœneratori, hęredúmque maximus natu ea pignora luiſſet qualicunque nomine, tenetur eadem communicare, partiundáque in medium referre cohæredibus, rata pretij, ſeu debiti æris parte ipſi refuſa. Vt Venuleio Saturnino placuit, (l. ſi hęres) Celſo, Papiniano, ac Neratio I. Coſs. in l. his conſequenter §. 4. & ſeqq. D. famil. herciſc. l. filiæ §. vlt. Cod. Eod. l. Teſtamento §. quatuor ⁊. De legat. 2. Atque ita bino. S. C. Lutetiano deciſum fuit 12. Kal. Sextiles an. 1581. & decimo Calend. Septemb. ann. 1585. ex iudicio familiæ herciſcundæ moto à ſecundonatis filiabus in primigenij gnatam hæredem, quæ Montiſſoreli, Andium Comiti nupta erat.

Recẽs nobilitati patris liberi an nobiliter ei ſuccedant. Qui patre ſenatore natus ſit, eum nobilẽ à Curia Parlamenti iudicatum diximus alibi, & tãquam nobilem, patris hæreditatem cũ cohæredibus partiri. At ſecus eſt in Tailliis ſeu indictionibus plebeiis, quæ Regi debentur. Nam iudicio deciſum eſt à Curia Iuuaminũ Pariſien. Die 21. Iulij an. 1582. Robertum Corbinum, licet filium & fratrem duorũ Conſiliariorũ magni Cõſilij regij, contribuere teneri Tailliis Regiis cum aliis Habitatoribus Andegaui oppiduli *de la Fleſche.* Dn. *Troncon* in Dicta Curia litis relatore.

Areſta Curiæ, die 21. Iulii, 1581. & 25. Auguſ. 1585. inter Annã *de Matignon* viduam Oliuerij *de Maridort*, ac Franciſcam eorũ maiorem filiam hinc, & Ianum Dn. *de Teuale*, cum Radegunde *Freſneau*, coniuge, litiſque conſortes, inde, litigantes.

Havd leue incurrit de nobilitatis Reſcripto certamen, nûm à patre impetratum officiat hæreditario iuri minorum natu liberorũ. Nihilo enim ſeciùs iſti in ordinem cogi poſtulant grandiorem fratrem, ne prima ſaltem vice, paternáque in hæreditate vtatur natalitio primatu Nobilium. Sicuti enim filij nati, antequàm pater decurio fieret, minimè fruuntur paternæ eius dignitatis priuilegiis. l. ſi quis decurio l. Neminem l. diuæ memoriæ l. vlt. De decurion. Lib. 10. Cod. l. ex libera Cod. De ſuis & legit. Ita nec filios anteà ſuſceptos paternus illuſtrat Diplomaticæ nobilitatis fulgor, vt patris deinde bona eo iure inuicem partiantur. Ex ratione l. 1. §. vlt. ⁊. de bonor. poſſeſſ. cont. tabul. l. ſi necem. §. ſi deportatus. ⁊. De bon. libert. l. filij. §. ſenatores, Ibi, qui eo tempore nati ſunt. D. Ad Municip. l. quicunque Verſ. ſi verò poſtquàm adeptus fuerit principatum De princip. agent. in reb. Lib. 12. Cod. Vbi Luc. Pennatus ait, paternã dignitatem nullum filio ante eam genito compendium adferre. His adſtipulatur quod patria Lex tradit, plebeiam quidem generoſo nuptam nobilitate ornari, ſed ita, vt eius liberi primo gradu maternam hæreditatem ex æquis diuidant more ignobilium. §. 94. 253. Vniuerſim verò finitimæ Turoniæ Mos ſcriptus rem definiuit hoc modo, vt liberi in lucem editi, priuſquàm Nobilium 13.

§. 94. Conſuet. *Femme roturiere ſuruiuant ſon mary noble, eſt bail des enfans, &c.*

bilium

bilium in album pater referretur à Principe, ignobiliter ſuccedant prima vice: Aliter de liberis poſtea natis. §. 315. & 316. Turonicæ Conſuet. A qua non multùm abludit Chabriſium. Bleſenſis prouinciolæ, Ius proprium, de iis qui nobilium in ordinem recèns allecti ſint: Quorum inſignes fundos Beneficiáque feudalia hæredes primi viritim partiuntur inibi, & capitatim, nullo ſexus delectu, ætatiſvè prærogatiua, artic. 14. peculiarium Legum Caſtellariæ ditionis *de Chabru*, apud Bleſos. Quin & Lotharingio hæreditatum Ritu vulgari, pares ſtatuuntur perpetuò, hæreditariæ bonorum portiones plebeij hominis, qui Nobilitate donatus ſit, art. 3. De hæreditat.

Conſuetudines locales Caſtellaniæ *de Chabris*, in Lib. Bleſenſium Conſuet. generalium.

Lotharingici Ducatus Conſuetudines, *ès Baillages de Nancy, Voſges, & Allemagne, touchant les Anoblis.*

14. ISTA porrò ſic diluit primogenitus, longè aliam plebeiæ coniugis cauſam eſſe, à viro genere claro nobilitatæ, (de qua Mos Andium) aliam viri ipſius inter Nobiles adſcripti à Principe. Nam infirmior eſt mulieris ſtatus, quæ aduentitiam ſolùm & acceſſoriam ex marito nobilitatem mutuetur, quàm mariti ipſius, in quem directò conferatur à Rege nobilitas. Argum. l. quod Principis l. ſi Auguſtæ. ff. De legat. 2. Quemadmodùm etiam patrio Andium Ritu ſignificatur. §. 94. Et 253. Neque his pariter obſtant Romanæ Leges ſuprà citatæ, quùm de aliis planè loquantur, in quibus parenti non ſuccedit filius, quæque ex publico parentum Munere, viuis ipſis tranſeunt ad filios: In quibus idcirò non prodeſt ea dignitas liberis antea progenitis. Hîc autem de iis agimus, quæ poſt mortem ſucceſſorio iure tranſmittuntur. Vt inquit Baldus expreſſim, ad d. l. vlt. De Decurion. Lib. 10. Cod. Ac propterea Tiraquellus, Senator Pariſienſis eruditiſſ. cenſuit indiſcriminatim, filios quoque poſt Codicillarem patris nobilitatem exortos omnibus frui Nobilium priuilegiis, quoad iura hæreditatum, & primigeniorum. Quæſt. 31. In Tract. De Iure primigen. Tum. Cap. 15. Num. 7. in Tract. Nobilitatis. Quapropter tanti viri & auctoritate & rationibus motus in eandem deſcendi ſententiam, vt patris nobilitate donati hæreditas nobiliter herciſcatur inter filios: matris verò; ignobiliter prima vice, tametſi ipſa etiam regio in maritum Beneficio, acceſſione quadam, decoretur. Idem priùs ſenſerat Eguinar. Baro, De Iure Beneficiorum Lib. 2. Cap. 7. Similíque modo LVTETIANOS PATRES iudicaſſe ſcio, (Die 13. Septemb. ann. 1577.) Andeg. que Legis de nobili patre verba, ad nobilitatum Reſcripto, produxiſſe; potiſſimùm in explicatione artic. 247. patriæ Conſuetud. Vt alibi recenſuimus.

Art. 253. Ibi, *tenu que l'homme anobliſt la femme & enfans, & que la femme ne peut anoblir l'hôme, ne leurs enfans, s'ils ne ſont de pere noble.*

In eadem ſententia eſt Bertr. Argentręus Quæſt. 18. *De l'Aduis ſur le Partage des nobles de Bretagne.*

Decretum Curię Pariſien. ſuper art. 247. Andeg. Conſuet. dicente, quòd ſi homo nobilis nuptum elocarit filiam, huiuſce portio hæreditaria in bonis parentũ capietur à primogenito.

15. QVÒD ſi ambo coniuges nominatim Diplomate adſciſcantur in ordinem nobilium, idem de maternis bonis ſtatuendum puto, quod ſuprà de paternis nobiliter diuidundis. Nam & in re obſcura, cõſultus reſpondit Neratius, quem Cæſar modũ eſſe beneficij ſui vellet, ipſum æſtimaturum. Leg. 191. ff. De regul. iur. l. ex facto. ff. De vulgari & pupill. Econuersò autem, ſi generoſa vxor, cui plebeius maritus obtigerit, exerceat cũ eo quęſtuariam merciũ negotiationẽ, haud ideò minùs inter liberos maternæ opes nobili formula herciſcentur. Alioqui enim

mercatoris coniunx non niſi vilia tractare poteſt, alienáque in Nobilium profeſſione ingenua. Sinverò ipſa mulier ſeorſùm à marito ſeparatímque negotietur ſordidè, quaſi è triuio mercatrix, tunc ſibi ipſamet, ac ſuis natalitium decus adimit: Vſqueadeò, vt nec illius veſtigium vllum, prima maternæ ſucceſſionis ſerie retineant. Ex notatis à Fabro in §.1. Inſtit. Quod cum eo, qui in aliena poteſt. Solent proinde in Gallia horum filij, qui nobilitate ob ſordidas artes exciderint, integri reſtitutionem à Principe obtinere. Vt Tiraquellus memoriæ tradidit, cap.35. De Nobilitate. Eṇimverò viuam matrem, cuius nobilitati obſint plebeiæ nuptiæ, Leges tenent *Francorum feudorum*: illa tametſi nullis ſe priuatim commerciis genere ſuo indignis miſcuerit. Nam quod Andium More præſcribitur de prima hæreditatis maternæ nobilis diuiſione, non obligat Principem, qui auguſta Diadematis iura, maximáque ſubmitti non patitur popularibus Municipum ſuorum Inſtitutis. Subde his, ſtemmatum honore conſpicuam viduam, quæ ignobili viro iuncta fuerit, non reſtitui natalibus ipſo iure, poſt diſtractum coniugis obitu matrimonium. Vt alio loco admonuimus, ex Delphin. Deciſ. 380. Quod & Andium Lex ſubindicat, art. 301. de illuſtri muliere vidua plebeij mariti. Eidem tamen ſubueniri poſſe arbitror Diplomatico Regis auxilio, vt gentilitium nobilitatis in ſtatum reſtituta, eximatur plebeio illo *Francorum feudorum* onere, in plebeios ſcilicet nobilium fundorum poſſeſſores.

Literæ regiæ *rehabilitationis* communiter dictæ.

Statuta popularia an ligent Principē, tractauimus ſuprà lib. 1. Tit. 1. art. 5. & ſeqq.

Guid. Papæ.

Ordonnances des francfiefs, & nouueaux acqueſts.

VTCVNQVE ſit, herciſcunda nobiliter eſt à primis hæredibus ge- 16
neroſæ fœminæ hæreditas, quàmlibet ignobilem ſortitæ maritum. §. 252. Andeg. & 270. Cenom. Conſuet. Id quod Lutetiana pariter Curia iudicio decidit luculento, 9. Kal. April. an. 1603. de maternis Cenomaniæ prædiis, ſecūdum maiorem natu filium Dionyſ. Gaucheryum, aduerſus Annam ſororē, litiſque conſortes, qui appellātium partes obibant. Quum enim Maria Molea, cōmunis litigatorum mater, Senatorem patrē cieret, Patritij Ordinis opes placuit inter liberos diuidi eximio iure Primigeniorum: paternas verò regij Amanuenſis fortunas diduci æquas in partes, ſigillatímque in capita tribui. Etſi námque Palatini Scribæ huiuſmodi, Nobilium titulis Inſignibúſq; decorati ſint Principali Reſcripto Sept. Menſ. ann. 1549. Ideò tamen plebeiarum in ſeriem redactæ ſunt facultates ipſorum hæreditariæ, quòd Regij illi Nobilitatis Codicilli promulgati non fuiſſent in Senatu Pariſiorum, ſed, poſt tricenum inde temporis curriculum, apud Prætorianos modò Conſiliarios. De huius quidem dignitate Collegij Amanuenſium regiorum, adnotauimus nonnulla. Lib. 3. FISCALIS PATRIMONII GALLORVM. Veteri necnon ſtante Francorum Monarchia, præluxiſſe fertur in Aula Karoli Mag. Auguſti, is qui à ſecretis appellabatur, *ſummus Cancellarius: erántque illi ſubiecti prudentes, & intelligentes, ac fideles viri, qui præcepta Regia abſque immoderata cupiditatis venalitate ſcriberent, & ſecreta illis fideliter cuſtodirent. Poſt eos verò, ſacrum Palatium per hos miniſtros diſponebatur, per Camerarium videlicet, & Comitem Palatij, Seneſchalum, Buticularium,*

Areſtum Curiæ in 4. Camera Inqueſtarū. die 24. Mart. 1603. ad relationem Dn. *Mareſchal*, de ſucceſſione inter liberos Iani *Gauchery*. Secretarij regis, & Mariæ *Mole*.

Fuere etiam Literæ *d'Anobliſſement* certi numeri perſonarum in quolibet Parlamēto, *& Baillage d'iceluy*, Ianuar. Menſe ann. 1568. Verificatæ in Curia Pariſ. Die 3. Febr. Eod. an. Sed quarū ſingulas abrogauit Edictū *du Reſglement des Tailles*, à 20. annis citra. Quod publicatum fuit in Curia Iuuaminum die 27. Ianu. an. 1598. Lib. 3. Domanij Franciæ, Tit. 21. art. 8.

tularium, *Comitem Stabuli*, *Manſionarium*, *Venatores principales* 4. *Falconarium vnum.* Hincmari verbis, Rhemorum Archiepiſcopi, in Epiſtola 3. cap. 16.

17. SICVTI verò muliebris, clare natalibus, hæreditas ſemel diuiditur prærogato Nobilium iure, vt prædiximus: ſic plebeij hominis res ignobiliter partiuntur generoſi ſucceſſores. Inſpecto nimirum vltimi poſſeſſoris ſtatu conditionéque, non heredum ipſorum. §. 254. And. & 272. Cenom. Legis. Qua potiſſimum ratione moti ſunt PATRES CONSCRIPTI, vt nobilis hæreditatis primigenia addicerent grandiori natu ſorori plebeię, aduerſus ſecundogenitam, licet illuſtris viri nuptiis nobilitatam. Pariſienſi Areſto ex Cenomana Prętura, poſtridie Idus Sextiles an. 1597. in Senatoria Inquiſitionum Decuria 5. ſecũdùm Mariam *le Boindre* Iani Vallæ viduam coniugem, tutricem liberorum communium: Victo Karolo Ruffreo, Annæ Freburſiæ marito tutoréque natorum Ioſephi Freburſij, qui à Sententia Præfecti Cenomaniæ Senatum appellarat. Eodem quoque Ampliſſ. Ordinis decreto, primigenia ſororum, in ambiguis, pronuntiata eſt, quæ priùs altera, in matrimonium cũ viro coiiſſet. Ex can. item ſi quis promitteret Cauſ. 29. Quęſt. 1. Qui depromptus fuit è ſacra Bibliorum Geneſi, ca. 29. Vbi Labanus, Iacobo genero, Non eſt, infit, noſtri moris ac inſtituti, his locis, iuniores filias viris nuptum dare, ante natu maiores. Eundem Togatæ genti Ritum familiarem fuiſſe indicat Scæuola, l. Theopompus. π. De dot, præleg. Tum Romanus, Iuris Reſponſo. 408. Ac nouiſſimè omnium Tiraquellus, in Præfat. Iuris Primigeniorum.

Art. 254. Verſ. *Car l'en ha eſgard à la qualité de celuy qui decede, & au temps de ſon treſpas.*

Placitum Curiæ. die 14. Auguſ. 1597. in 5. Camera Inqueſtarũ. Dn. *Boucher* litis relatore.

Laban pater Liæ & Rachelis, *parlant à Iacob.*

Tiraq. Num. 139. & 140

Curiæ Placitum. de Conſuetudine locali non ſcripta Baroniæ *de Mirebeau, & pays Mirebalou*, prolatum inter nobiles cohæredes, Ludouicum. Yſabellam, & Catharinã *de Bueil, ſur leur partage de la ſeigneurie de Faye la Vineuſe en Mirebalays. Led. partage iugé eſgal, ſauf le preciput à l'aiſné, conſiſtãt au Manoir principal & ſes preclostures, auec 2. mines de terre reuenans à 18. boeſſeleés de terre.*

18. DVORVM fratrum liberi communem hæreditatem partiuntur tranſuerſa linea, iure paternæ ſtirpis. Alterius liberis obueniunt bona Andegaui ſoli: Alterius filiis, alia Mirebelli quidem Andium agri, ſed vbi ſita, æquis partibus diuiduntur peculiari More inter nobiles hæredes, ſalua modò tenuis Præcipui cauſa, ex Lutetiano S. Conſulto, ann. 1532. Ij autem, quibus Andegauiæ bona illa obtigêre, inuicem conflictantur de ſecũdæ inter ipſos diuiſionis formula. Iuniores enim mordicùs aſſerunt, quod ſubdiuidundum occurrit, ſuffici in locum eorum, quæ apud Mirebellum iacentia, æquo iure herciſcerentur inter ſucceſſores vniuerſorum. Ea igitur perinde viritim diſtribui inter eos oportere. Iuxta Municipalem Andium conſtitutionem. §. 273. Cenomanorum 290. Quibus & illi ſubiungunt fraternæ æqualitatis fauorem ſummum, vt queîs par naſcendi conditio, pares etiam Maiorum fortunæ adſignentur. In contrarium verò nititur maximus natu, prædictæ Andium Legis contextum, de vltronea ſola fundorum permutatione ſtatuere: qua nimirùm, futuri hæredis ſpes obliquè fallenda non ſit, vetante Lege Municipali, ne parentes vllatenùs imparem liberorum conditionem efficiant. Sed in neceſſaria permutatione, diuiſioneve hæreditatis non itẽ: cuius ineundę neceſſitas omnem latentis fraudis ſuſpicionem excludit. Ad hæc, Legis Andium verba diſertè concepta ſunt de ſingulari certarum rerum cõmutatione & agrorum,

Mirebelli caſtrum, & Chinonẽ longa obſidione cœpit Henricus Anglorum Rex an. 1157. Sigeberti Chronico eius Anni. Ac longo pòſt tempore empta à Ducibus Andium Mirebella Baronia, hypothecariè ceſſa fuit ab Yolantide Aragonia Duce Andeg. *au ſire de Bueil pour unze mil Royaux & rachetée de luy par le Roy René.* Die 15. Mart. an. 1447. Ex Inuentario chartarũ Domus Andegauen.

§. 290 Cenomanæ Conſuet. *Entre les heritiers des permutateurs, l'heritage contr'eſchangé ſera pour la premiere fois departy, comme euſt eſté l'heritage dont la permutation eſt faicte.*

quos, permutatores, vti ſigillatim diu poſſederint, ſic odioſiùs à ſe abdicent, vel vtique ſuſpicioſiùs. Diuidundæ autem hæreditatis placito diſponitur quædam bonorum vniuerſitas, quibus vixdùm hæredes potiri cœperint. Vnde bona inter hæredes diuiſa, cenſentur eo iure, ac ſi initio die obitus defuncti, ea ſola, quæ diuiſionis ſorte cuique delata ſint, ab illo ad hæredem rectà tranſmitterentur. Vt Curiæ Præiudiciis multis deciſum alibi oſtendimus. Fato igitur, potiuſquàm humano conſilio iuniores captos, non eſſe audiendos. l. verùm §. ſciendum. ꝟ. De minor. l. ſi ſeruus venditus In Ver. fatum humanæ ſortis. ꝟ. De euiction. Ac licet ex Heracliti antro res adeo obſcuras eruere nequeam, opinor certè, in ea bonorum partitione natiuam prædiorum legem diuidundorum, potiuſquàm adſcititiam fictitiámque, ſpectari debere, eóque ſeruandum iſthîc ius Primigeniorum.

De l'homme noble qui marie ſon principal heritier preſumptif, comme ſon principal heritier.

NOSTRI Municipij Iure ſtatutum eſt, nobilem virum, ſtatim ac 19.
hæredis primarij, primariæuè nuptiis auctoritatem præbuerit, cum tali hæredis præcipui elogio, bona ſua alienare eatenùs vetari, quatenùs hæres iſte in ea foret ſucceſſurus. §. 245. 246. Queîs valdè conſonat Cenomanus Mos, artic. 262. 263. Normanicus, 244. Turonenſis, 252. Pater cùm filias ſolas ex vxore ſuſtuliſſet, primigeniam nuptui elocauit, addito hoc præcipui hæredis titulo. Sed illi dehinc, priore defuncta coniuge, naſcitur ex alia maſculus. Peto, an huius ſatu & exortu vaneſcat paterna illa filiæ hæredis præcipuæ nuncupatio in connubialibus pactis. Filiæ quidem cauſæ multa ſuffragantur, conuentionis tempus inſpiciendum, quo, nulliſdùm maribus liberis, obtinebat ipſa ius primigeniorum in ſecundonatas. §. 222. 223. 227. 232. patriæ Legis. Nec Andibus ſolùm natalitia bonorum prærogatiua maiori tribuitur filiæ, ſed & in vtriuſuis Siciliæ oris, vbicunque viuitur Iure Francorum. Lib. 3. Neapolit. Conſtitution. Tit. De ſucceſſione nobilium in feudis. Et ibi Matthæus, Num. 8. Baldus in Cap. 1. §. hoc quoque De ſucceſſ. feudi. Qui de Regno Apuliæ nonnulla, & de Iana. 1. Roberti Regis nepte. Sed pro filio, contrà, allegabitur, quę dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſerantur, his Ius commune non ledi. l. 81. D. De regul. iur. Contrahentes, idcirco probabili opinionis errore ductos, primigeniam dixiſſe hęredem ſummam, quia Ritu patrio, inſperatis deficientibúſque maſculis, natalitius primatus filiæ competeret. Volgò enim creduntur paciſcentes, publicam Re-

In dubio contrahentes cenſentur diſponere ſecundùm Statuta locorum.

gionis legem ſectari voluiſſe, quæ & illorum mentem ſenſúmque regulariter interpretatur. l. ſi prius. §. 1. ꝟ. De aq. pluu. arcen. l. ex ea parte In prin. ꝟ. De verb. oblig. l. antepenul. ꝟ. De manum vindic. l. ſemper in ſtipulationibus. ꝟ. De reg. iur. l. ſi finita, In prin. ꝟ. De dam. infect. l. Cùm de lanionis. §. aſinam. ꝟ. De inſtructo & inſtrum. leg. Spontanea igitur bonorum alienatione vetita in gratiam filię, neceſſariam non includi, nec legibus præſcriptam alienationē, ſeu tranſlationem iuris primigeniorum in mares poſtea editos: Argum. leg. ob

æs alienum

æs alienum Cod. de præd. min. Cum Papiniani l. 13. D. famil. hercisc. Quo tempore puella nupſerit, patrem cogitatione complecti nec potuiſſe, nec debuiſſe funeſtum vxorij obitus caſum futurum, multóque minùs ſuum ipſius ad noua connubia tranſitum: cui ideo renunciaſſe non videatur. l. Mater decedens. ff. De inoffi. teſtam. l. ſi ita ſcriptum. §. ſub conditione D. de legat. 2. Itaque maſculi ſuperuentu ex quouis matrimonio, reuocari paternam de filia hærede futura profeſſionem. Iuxta l. ſi totas De inoffi. donat. Cod. Neque illi officere ius partum filiæ Pacto conuento, quaſi maribus poſteà natis, auelli non poſſit. Argum. l. 1. Cod. De Pact. Nam hæc procedunt tantùm vel in reciproca odioſi fideicommiſſi repudiatione, (quæ ob incertum euentum, ſuperuenientibus etiam liberis, non infringitur. cit. l. 1.) vel in iure ex contractu purè quæſito: Non autem in nuda patris enunciatione de futuro hærede, quæ confertur in tempus mortis, & eouſque tractum habet ſucceſſorium. l. vlt. Cod. De Pact. Atque hanc in partem volue Chaſſenei ſcripta nominatim, Burgundæ Conſuet. Tit. De Hæreditat. §. 12. Ver. *tant qu'il y a fils*. Num. 8. Poſt Boërium, in Bituricam Conſuet. Tit. De Matrimon. §. 1.

Triſtem euentū mortis alterius expectari nefas, vt liberi hominis ſeruitutem, quæ morti æquiparatur l. 34. §. 2. ff. De cōtrah. empt.

20 Ecqvid iam, ſi primogenitus, quem pater coniugio profeſſus fuerat ſuum hæredem ſummum, fato præueniat parentem ipſum? Is reliquit ex coniuge filiolam, quæ Peronenſium Moribus in auita hæreditate non vtitur ætatis ſexúſque paterni repreſentatione. Hęc nihilo ſeciùs nuptiali patris conuentioni adnititur, vt inde ad ipſam patris hæredem tranſmittatur ſpes conditionalis auitarum opum. Iuxta l. ſi quis, ſi Titius. ff. De verb. oblig. §. ex conditionali Inſtit. De inutil. ſtipulat. Equidem multi arbitrantur, Pactionem illam ciuiliter intelligendam ex Conſtitutione Prouinciæ, vt ſi filius pro more ſuperuixerit patri, ſua ipſi primigenia adſeruentur. Sin autem priùs obierit, nepos peræquè auitam hæreditatem cernat: neptis verò eam ſortiatur portionem, quæ ei lege adſignetur. Nec enim in re dubia priuatę conuentiones publicis derogant conſtitutionibus, quæ ad Ius commune propiùs accedant, eíque cohæreant. Vt diſtinctè tradit Bartol. ad l. 2. Cod. De iure emphyt. Num. 12. Verumtamen Curia Max. iudicio cenſuit, connubialem parentis in primigenium diſpoſitionem de futura ſua hæreditate, produci etiam ad filias ex eo connubio editas, deficiente virili ſtirpe. Secundùm expromptam Andreæ Yſernat. ſententiam. ad Cap. 1. De eo qui ſibi & ſuis hæred. Cardin. Alexandri in Cap. 1. De feudo March. Ac Tiraquelli demum, in Quæſt. 10. Iuris Primigeniorum. Vnde quùm paciſcendo non minùs ſuis quiſque hæredibus, quàm ſibi priuatim, ſtipuletur (l. veteris Cod. De contrah. & commit. ſtipul.) Senatus primigenia, ex ſimili Pacto adiudicauit Suſannæ *de Gouy*, gnatæ vnicæ Ludouici patris, & Mariæ Canayæ, fruſtra obluctantibus patruis, d. Ludouici fratribus ſecundonatis. Areſto memorabili, 6. Kal. Febr. an. 1601. Poſt enarratam à Dn. Moleo Conſcripto Curiæ, in ſanctiori eius Auditorio, controuerſiam. Enimverò

Art. 191. Conſuet. *de Peronne, Mondidier, & Roye.*

In contractibus ſpes conditionalis tranſit ad hæredes: In legatis, contrà.

Prouiſio hominis non tollit prouiſionē Legis, quæ eſt de Iure communi ſecus, ſi de Iure ſpeciali & priuilegiario. Bart. in l. 2. Cod. De iur emphyt.

Quæſt. 10. Num 21.

Curiæ Iudicatum die 27. Ianuar. an. 1601. inter Nicolaum *le Page*, tutorem liberorū Antonij *de Gouy* ex ſecundo matrimonio, actorem, & Mariam Canayam Ludouici *de Gouy* viduam, & Anton. *d'Eſtrumel*, ſecundū eius maritum, tutorē Suſannæ *de Gouy* filiæ d. Ludouici, & Canayæ reos, ex Picardia.

permagni intereſt, Andibuſnè, an alibi iaceant patris latifundia, qui hæredem ſibi fore primarium aliquem prædicarit. Nam quoad res Andegaui, Turonum, Cenomanivè ſoli, paterna eiuſmodi teſtatio ac prædicatio æquipollet interdictioni bonorum, ne abalienentur. cit. §.245. Andeg. 252. Turon. & 262. Cenoman. Mor. Sed quoad alibi ſita, vbi non idem Lege caueatur, talis patrum aſſertio implicitam habet ſolam donandi prohibitionem, legandivè aliis liberis, in fraudem iuſtæ portionis filij, quem pater matrimonio coniunxerit. Quales ideo ſponſiones & probauit Francorum Vſus, & varia fori Iudicia ſanxêrunt. Cap. 1. De fil. nat. ex matrim. ad morganat. contr. In Feud. Faber in l. vlt. Cod. De Pact. Et in l. vlt. Cod. Si mancipium ita væneat. Deciſ. Capel. Tholoſ. 450. 451. 452.

Conuentionalis tamen declaratio paterna de filio hærede futuro. non impedit ſequentem ipſius exhæredationē ob cauſas ingratitudinis de nouo emergētes, ſaluo hypothecarum onere vxoris filij in bonis ſoceri.

BONIS Lege interdictum quidem eſt generoſo patri, pro iuſtę portionis in illa modulo, quo filium nuptialibus tabulis hæredem ſummum nuncupaſſit. Sed hæc Rerum ſoli duntaxat interdictio procedit, non autem Mouentium ſe bonorum. Præd. art. 245. Andeg. Conſuet. Prædiariæ inſuper res, captiui patris redimendi ergô, licite abalienantur. d. Artic. Imò & paterna hęreditate mulctatur, qui vinculis eximendum patrem non curarit, debiti ab eo æris vel ſolutione, vel ſponſione interpoſita. Authen. ſi captiui Cod. De epiſc. & cler. Quæ deprompta eſt, ex hac Iuſtiniani Conſtitutione noua, Vt cùm de appellatione cognoſc. §. aliud quoque capitulum. Peræquè enim, ſacra DEO vaſa, prædiáque Templorum vendere, ius eſt piam in cauſam liberationis captiuorum. Iuſtinianea Leg. Sancimus Cod. De ſacroſ. eccleſ. Eòdem aptè refertur Italica Senenſis Conſtitutio, quam ciet Phil. Decius Iuris Reſpon. 491. Quinetiam ethnici Cimonis, Attici, ethnicum ſimul filium legimus, cùm ille ob crimen peculatus in carcerem coniectus eſſet, ibíque defunctus, eundem, tranſlatis in ſe vinculis, ad ſepulturam redemiſſe. Iuſtini lib. 2. Refert itidem Valerius, tantam filiæ in patrem eluxiſſe pietatem, vt hunc pari fortuna, cum Cimone, affectum, & pari cuſtodiæ traditum, vberibus aluerit, pectori ſuo admotum vltimæ iam ſenectutis infantem. Lib. 5. Cap. 3. Proin Lutetianus quoque Senatus, pietatis intuitu, ſolennem auctoritatem præſtitit minori annis, captiui filio, Dotalitium ius in bona paterna dominicum repudianti: vt ab celeriore ipſorum licitatione redacto ampliori pretio, ſatis creditori fieret, paterque ex fratricidio debitor priſtinæ libertati redderetur. S. Conſulto purpurea in Toga recitato, 3. Iduum Aprilium ann. 1571. iuxta Baldi theorema, ad l. quamuis D. ſolut. matrim. Cum Gloſſemate Can. ſacrorum Diſtinct. 30. Propter eandem rationem audiendus non eſt, qui mulctæ damnato patre capitis reo, bonorum pignerationi eius intercedat, quaſi hæres ab ipſo deſignatus antea, in contrahendis eodem auſpice nuptiis. Paterna quippe alienationis bonorum interdictio ſancita Moribus, pertinet vtique ad ſpontaneas alienationes, non verò ad neceſſarias. l. peto §. prædium ff. De legat. 2. l. alienationes D. famil. herciſc. Paternam inſuper filij hæredis 2

Verſ *tranſporter ne aliener de ſon heritage.*

Verſ *Sauf en aucuns cas, c'eſt à ſçauoir pour l'extreme neceſſité de viure, & pour la redemption de leurs corps.*

Senenſe Statutum, adſtringit filios pro patre debitore, ceſſante.

Valer. Max.

Pariſien. Areſtum *en robe rouge*, die 10. Apr. 1571. Quo minores liberi Dn. *De Briconuille* admiſſi ſunt ad ſuo renunciandum Doarij iuri in bona paterna.

hæredis agnitionem, incundo coniugio, moderari æquum eſt, ſalua demptáque ſuperioris, tum Legis, tũ Principis auctoritate. Ex Paulino Reſpõſo vlt. D. Qui ſatiſd. cog. l. vlt. D. Ad municip. l. Inter debitorem. ꝟ. De pact. Quoniam, ad hæc, publica priuatis anteponi expedit, Minimè licuit patri, in rem filij cautione priuata, Legibus ſcelerum vltricibus refragari: Quæ nimirùm impunita non eſſe maleficia, vigor poſtulat publicæ diſciplinę. l. Ita vulneratus D. Ad Leg. Aquil. l. licitatio §. quod illicitè ꝟ. De publican. l. ſi à reo §. vlt. ꝟ. De fideiuſſ. l. ſi operis Cod. De pœn. Tale rurſùs Andegaui Moris in parẽtes Interdictum nil officit liberæ dotis filiarum cõſtitutioni, iuſtam licet earum in bona portionẽ ſuperanti (art. 241. 247.) Nec vetat pariter, alterutrum parentem ſecundogenitis maribus fortunarum ſuarum trientem perpetuũ erogare, tametſi fructuariis ſolùm hac Lege hæredibus ſcriptis. §. 323. Quãdo igitur paterna rerum diſpoſitio iſtiuſmodi, Lege permiſſa fuit, ſeu potiùs Iuris neceſſitate parentibus indicta, Moribus nõ continetur alienationum prohibitoriis. L. vn. De impon. lucrat. deſcript. Lib. 10. Cod. Quinimò nobili patri indultum eſt, nuptæ iam filiæ, ac ſuorum ſpe bonorum excluſæ, horum partem dilargiri, nequicquàm obſtante intermedia paterna hæredis filij nuncupatione Pacto conuẽta. Vt diſertè notauit Molineus ad cita. §. 245. Inefficax præterea eſt domeſticarum id genus Pactionũ perſonalium, nec trahitur in diſpẽdium extranei cuiuſquam: niſi publicitùs in Foro promulgetur, nedum inſinuetur forẽſibus Actis inſtar Donationũ reliquarum. Præd. §. 245. & qui ſolennia iſthæc apertiùs explanat, Cenomanæ Cõſuet. art. 262. Cum P. Caſtrenſis ſententia, ad Leg. Is cui bonis ꝟ. De verb. oblig. Verſ. *puto etiam neceſſarium eſſe interdictionem publicare in publicis locis.* Quin & Cæſareo Leonis Reſcripto, pura quæuis donatio, coram Magiſtratu recitari debuit ex formula, ac medio Pop. in conuentu publicari. L. In hac ſacratiſſima vrbe Cod. De donat. DENIQVE nepos ex filio, quem pater hæredem ſuum nuptiis profeſſus ſit, inuerecundè optet, paternam abnuere, & auitam hereditatem cernere, obtẽtu æris alieni paterni. Quùm enim Pactitio illo filij beneficio ad nepotem auita redeat hæreditas, hic paternis bonis cedere nequit, vt tãquam auita eadem complectatur niſi in medium conferat, quicquid eius patri auus prærogarit. l. illam Cod. De collat. Etſi nãque præmortuus auo filius hæres non extiterit ipſe, cõuentam certè hæredis inſtitutionem tranſmiſit ad ſuos, perpetuò ratam ac irreuocabilem: Qua ſtante, nullus inteſtati cauſæ relictus ſit locus. l. Quandiu. ꝟ. De acquit. hæred. l. Antequã Cod. commun. de ſucceſſ. Itaque nepos, citra ius & nomen hęredis patris, auita non capeſſet libere patrimonia: quorum, viuus iãdum pater hæres deſignatus fuerat, celebris Pacti vinculo velut adamantino.

Nec vnquam Publica priuatis ceſſerunt commoda cauſis.

Filia monacha, ſi nil aut modicum accepit, non computatur in numero liberorũ. Aliàs ſi multum accepit, facit partem in computatione Legitimæ, etſi ad partem non veniat. Vt Nos ſuprà Lib. 1. Cap. 46. art. 5.

Generali alienationum prohibitione, Legalis & Statutaria bonorum diſpoſitio non continetur.

Leg. vn. Verſ. In tam enim neceſſariis cõiunctiſque perſonis, ſub liberalitatis appellatione debitum naturale perſoluitur.

Art. 262. Ver *apres publication & declaration faicte au plus prochain ſiege royal, ou des Aſſiſes de la plus prochaine Baronie & Chaſtellenie de tel contract, &c.*

22 VLTRA binum hæreditatis trientem, qui Moribus tribuitur primigenio, eidem accedit filiæ portio vel nuptæ, vel monaſticam amplexę religionem. §. 247. 248. Andeg. Conſuet. Cui ſimilem planè, de

Italicum Peruſinæ vrbis Statutum.

filia nupta, Peruſij Conſtitutionem citat Baldus in l.2. Cod. De liber. pręterit. Sed eá maſculi prærogatiuam interpretatus eſt Senatus, vt ille acceptá à puella dotem in cómune referre teneatur. Ex d. §. 247. Fuit enim dos, repudiationis filiæ pręmiũ, Legitimęquè excluſionis eiuſdẽ à parentum hæreditate. Quoniam igitur dos è medio paternarum opũ aceruo decerpta eſt, quæ tantùndem paternas maternaſvè copias minuerit, rectè deſiderabitur, illam à fratre conferri in medium, perinde ac filia ab ipſa, cuius frater vices ſuſtineat. Tit. De collat. dot. Et l. filiæ dotem l. dotis Cod. De collat. Iuxta quæ, Patres Pariſien. iudicarunt Sexto Kalend. Iunias an. 1583. Dn. *du Bellay*, & Duce fœmina *d'Vzes*, inuicẽ contendentibus. Rurſùm quod proponitur, ſeniori fratri ſororis portionem adiici, quæ monaſtico voto ſacrata ſit, benigne temperauit Curia Ornatiſſ. vt ſi Cœnobium ingreſſa ſit puella graui parentũ ſumptu ac impendio, quod paternas facultates extenuet, tunc ea partem faciat in Aſſis hæreditarij vnciis computandis, (ceu dotatæ filiæ,) & ita primogeniti portionem adaugeat. Sin autẽ nihil, aut pauxillùm inſumpſerit pater in votiuam filiæ Religionem, tunc eius portio toti accreſcat hęreditati, non certæ perſonæ, Decreto luculento. 4. Kaléd. Sextiles an. 1581. ſecundùm Radegundem *Freſneau* dominam *de Tenale*, petitricem in executione Iudicati: contra Annam *de Matignon* tutricem filiarum ſuarum. Eòdem vergit expreſſim Molinei annotatiúcula, in cit. §. 248. Andeg. & 14. Aruernæ Conſuet. Tit. De hæreditat. Nã alioqui cœnobita nihilò magis facit, quã fert partẽ Iure noſtro Gallico inſtar. exhæredati. Bartol. ad l. 1. §. ſi pater D. de cóiung. cum emancip. liber. Idem in l. Cùm pater. §. hęreditatem. ff. De legat. 2. Angel. in l. vlt. Cod. Quan. & quib. quar. Boërius in Deciſ. Burdegalen. 104. Benedict. in Repet. Cap. Raynutius In ver. & vxorem nomine Adelaſiã. §. 249. Andeg. Leg.

Statutaria filiarum excluſio à ſucceſſionibus directis Andiũ primogenito ſoli prodeſſe iudicata eſt de Pictonicis bonis, ſecus Areſto Turonenſi die. 8. Auguſti. an. 1582. inter nobiles Hardyum & Ludouicã *de Clerembault*.

Curiæ Pariſien. Iudicium die. 27. Maij. an. 1583. *entre le ſieur du Bellay, & la Dame d'Vzes heritiere vſufruictiere de ſon fils Henry du Bellay aiſné de la d. maiſon du Bellay.*

Senatus decretũ die. 29. Iulij an. 1581. De Religioſa profeſſa, quæ nec admittitur partẽ nec facit partẽ. Theodato Boutino in magna Curiæ Camera litem referẽte.

CÆTERVM ſi filia nec dote, nec voto ſummoueatur hæreditaria 23. portione, hæc danda portio eſt ſumendáque è fundis communibus ſuo pretio taxatis. Vt putà Philippus *de Voluyre* dominus *de Ruffec* cohęredi ſorori tranſcripſit Ditionem *de l'Eſtre*, apud Andes, in reditum ducentarum æris libellarum dũtaxat. Quia autem nummarium hunc reditum longè ſuperabãt prædiarij prouentus, tractatum fuit in Senatu de iuſta nobilis prædij æſtimatione ineunda, vt ſoror, pro modulo Annui, Pacto cauti, illud perpetuò poſſideret. Excuſſo negotio, Conſcripti Curię cum fundum tantidem æſtimarunt, quantùm patrimonia vicennio referant fructuum, & tricennio, beneficiaria iura: Deducto inde prædiorum onere, horumque habita æſtimatione ex die ipſa celebrati contractus inter fratrem ac ſororem. Inſigni Areſto in 2. Claſſe Inquiſitionum Curię. 11. Kalend. Quintiles an. 1586. Petro *le Clerc* ambiguæ litis ibidem enarratore, Prudenter ſanè, quùm vulgari Iuris Scriptorum ſententia, iuſtum fundi pretium petatur ab redituũ cumulo viginti annorum, & quantam viceni ſpatij prouentus annui, tantam ſimul æris ſummã conficiat. §. ſi verò alicuius Vbi Glo. In Authent.

Les domaines d'vne Seigneurie priſez au denier vingt, & les fiefs au denier trente ſelon la dignité de la terre.

Areſtum Curiæ Pariſien. in Camera Inqueſtarum Curiæ Die. 21. Iunij An. 1586. inter Annam *de Daillon* viduã Dn. *de Ruffec* tutricem liberorum, Et Franciſcam *de Voluyre* donatiere de S. Olere.

thent. De non alienan. Glo. vlt. in Authent. Perpetua Cod. De ſacroſ. eccleſ. Ludou. Roman. in Côſil. 423. Iaſ. ad l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. De legat. 1. Tametſi enim Molineus hanc annuorum computationem prouentuum irrideat, in tract. Commerciorum, De pretio redituum Queſt. 5. Eam tamen Iudiciis receptiorem indies experimur. Clientum certè Hominiis ipſis annuum pretium dicitur apud Andes, viceſima redituum præclarę Ditionis, cui tales clientelæ debeantur. §. 494. Andeg. Leg. In propoſito autem quæri poterit, an ex annua illa fructuũ perceptione adſignati prędij, ſubducto omni onere, æſtimanda, deducatur etiam parrimoniale munus clientelaris fidei dandæ, luendi feudalis Beneficij, aliarúmque in ſuperiorm æris pẽſitationum: queîs vulgò obnoxium fit nobile latifundium. Nam à parte cohæredis fœminæ allegabitur, talia feudi onera in pretiũ redigenda peræquè, (vt pro modulo ipſius, minuatur rei æſtimatio), ac Dominicæ, contrà, fundi obuentiones fructuariæ, Moribus, taxantur in nummaria prædij Adſignatione, ad reditũ eius augendum, vberiorémq; cõſtituendum. Pręd. §. 494. & 498. Andeg. Leg. Aſt latè inuicẽ diſcrepant onera, & commoda Dominica beneficiarij fundi. Hæc quippe, in prædiario reditu merè lucratiuo computantur, ceu fructus pendẽtes, ſingulis annis. Illa autem officioſa clientelæ munia ſtirpitùs inhærent ſolo: quod nec ſine cẽſu ac reliquis cõparari poteſt, nec ideo liberum immunéque ipſis venditor tenetur præſtare, ſeu quiuis alius. Leg. 2. 3. Cod. ſine cenſu vel reliq. L. 3. De annon. & trib. Lib. 10. Cod. l. Inter debitorem. ff. De pact.

Artic. 494. Conſuet. Andeg. Ibi, *tels hommages ſeront appreciez communement en la valeur & eſtimation d'icelle ſeigneurie baillée en aſſiette, au ſouls la liure, &c.*

In valore *Aſſiettà terrarum*, æſtimantur reditu annuo Homagia, & caſualia feudi emolumenta debita Terræ nobili *baillée en aſſiette.*

24 Deficiente tandem maſcula parentum ſobole primigenia nobilis fruitur maribus pari ętatis prærogatiua. §. 222. 227. Andegauæ 238. 243. Cenomanæ Legis Municip. Alibi verò regulariter, natarum omnium conditioni exæquatur, hæreditario bonorum Aſſe diuidundo. Sed vicinorũ Moribus Turonum, ac Pictonum, defertur grãdiori natu filiæ ſumma Arx Domuſvè inſignior, quadẽ velut præceptione eximia. §. 273. Turonen. & 296. Pictonicæ Conſuet. In aliis porrò Municipiis pleríſque, nulla de eo ſcripta Lege, Romanam amplectimur partium æqualitatem hæreditariarum: Quo de æquabili Iure familiæ herciſcundæ, Nos Rubrica ſeq. Frãcica tamen *Parlamenti* Curia vetus, Heroidum cohæredum maiori natu optionem attribuit illuſtriorum Ditionum inuicem partiundarum. S. Cõſulto, profeſtis Diualium facto, an. 1273. in hanc phraſin. *Cùm dominus Iohannes de Cabilone miles receptus fuiſſet in homagium domini Regis de parte Aaleſin vxorem ſuam contingente in omnibus terris vbicùnque ſitis, quæ ad ipſam Aaleſin, ad Yolandin Comitiſſam Niuernenſem, & Margaretam reginam Siciliæ, ſorores ſuas, ex ſucceſſione Mathildis quondam Comitiſſæ Niuernen. matris ſuæ deuenerant, ijdem dominus Iohannes & Aaleſis eius vxor poſtmodùm fecerunt conueniri coram domimo Rege, d. Yolandin, & dominum Robertum de Flandria eius maritum quid. terras tenebat, & petierunt partagium in Niuernenſi, Altiſsiodorenſi, & Tornadorenſi Comitatibus, & in alijs terris*

Art. 4. In fi.

Inqueſtæ expeditæ & determinatæ in Palmento omn. Sanctor. an. 1273.

Nos de Mathilde, Niuernenſi, Tornadorenſi ſimul, & Altiſſiodorenſi Comitiſſa, ſupra Lib. 1. Cap 2. art. 4. Et Lib. 3 Domanij Francici Tit 6. art. 6.

vbicunque ſitis ſecundùm Conſuetudines locorum, in quil us d. Terrę ſitæ ſunt, & prouentus & exitus pro parte ſua ipſos contingentes. Dicta Yolandi, & eius marito, ex aduerſo, dicentibus, d. tres Comitatus, eſſe vnum Comitatum, ac eum non debere diuidi, imo ad ipſam Yolandin ratione primogenituræ pertinere debere: Necnon alias Terras ad d. Yolandin, tanquam primogenitam, ſecundùm locorum Conſuetudines pertinere: ſalua competenti prouiſione de d. Terris ſecundùm Conſuetudinem locorum Aaleſi & eius marito. Tandem ſuper præmiſſis factis Inqueſtu, & intellectu Conſuetudinibus locorum, quia clarum repertum fuit, quòd d. tres Comitatus, quilibet eſt Comitatus per ſe, & d. ſorores numero ſint tres, Iudicatum *fuit, quòd qualibet d. ſororum quæ in Iudicio fuerint coram nobis, haberet vnum de Comitatibus præd. integrum cum pertinentiis ſuis: Et dictum fuit de Yolandi & eius mario, vt quem vellent de d. Comitatibus acceptarent. Qui acceptarunt Comitatum Niuernenſem. Et quia regina Siciliæ ſoror ſecunda natu in iudicio non fuerat, nec aliquid petierat, & ſuppoſitum fuerit, quòd ſi petijſſet, & pro ipſa iudicatum fuiſſet, forſitan Comitatum Tornadorenſem acceptaſſet, vt pote meliorem, & in reditibus pinguiorem Comitatu Altiſſiodorenſi, ſaiſina Comitatus Altiſſiodoren. & pertinentiarum eiuſdem deliberata fuit Aaleſi vxori d. domini Iohannis: Ita quòd cùm d. domina M. Regina Siciliæ venerit, & partem ſuam petere voluerit ac obtinuerit, ſit in eius optione, accipiendi illum quem maluerit de Comitatibus Altiſſiodorenſi & Tornadorenſi, &c. Omnes verò aliæ Terræ, vbicunque ſitæ ſint, ſiue ſint Baroniæ, ſiue Caſtellaniæ, ſiue Vauaſoriæ, inter d. ſorores æqualiter diuidantur, &c. Item iuditatum fuit, quòd mulier habet ætatem, poſtquàm in facie Eccleſiæ cōtraxit matrimonium, & exiuit domum patris.*

Tornadorēſis comes in Prælio *d'Aulroy en Bretagne*, cæſus an. 1364. memoratur à Froſſarte Hiſtorico. Lib. 1. Cap. 227. Alius item Tornadori Comes cecidit Vernolia acie an. 1424. Monſtreleti Lib. 2. Cap. 30.

De Atiſſiodorēſi vrbe & Comitatu, vide ſupra Lib. 1. Cap. 2. art. 4. Extat quoque vetus Areſtum in Altiſſiodorenſem Comitem, quòd nō habeat iuriſdictionem in Epiſcopū. In Parlamēto omn. Sāctor. an. 1283. Styli Parlamenti Parte. 7.

Tit. IIII.

DE SVCCESSORIO FEVDORVM INTER PLEBEIOS IVRE ET ORDINE.

1. 2. *Primogenitus emptoris ignobilis partium à ſororibus cohæredibus venditarum, æqualiter tantùm in eas cum alijs ſuccedit.*

Feudalia, diuiſione hęredicatis, accepta, loco ignobilium prędiorum, ſintnè nobiliter diuidunda inter hæredes hæredis.

3. *Reditus* fundiarij *ſuper re feudali redemptio, æquipollet* acqueſtui *partis feudi, pro rata pretij.*

Fundum emptum ſub facultate redimendi pura & ſimplici, nobiliter partiūdum, quùm ad tertiam fidem venerit, deducto pretio facultatis venditæ primo emptoris hæredi.

4. *Confuſio & conſolidatio rerum* cenſualium *cum* feudariis, *facit quidem illas* feudarias, *ſed non patrimoniales antiquas, neque, vt tales, partiūdas more antiqui feudi.*

Dominico

Dominico Retractu parta, æqualiter diſtribuuntur inter retrahentis hæredes primo gradu tanquam acquiſita defuncto.

5. *Quæ neceſſaria feudi probatio, in tertiam fidem cadentis inter ignobiles.*

Ædificium recens conſtructum in ſolo feudali, feudale etiam antiquum exiſtimatur certo caſu.

Ruſtico fundo, qui alterius feudalis *permutatione obuenerit, ſuperſtructa domus non cedit primigenio ignobili, pro maiori parte, ſed ex æquis diuidetur.*

6. *In partis ſubdiuiſione auitæ ſucceßionis inter nepotes, nulla eſt primogenitura, reſpectu feudorum ab auo emptorum.*

Paterna feudi empti diuiſio inter liberos ignobiles non facit ſecundum gradum, vt præmoriēte dein primogenito, cui feudum obuenerat, huius maior filius duas feudi partes obtineat in cohæredes ſuos.

7. *Fructuarius non computatur in numero ignobilium feudi poſſeſſorum, vt in tertiam manum iſtud veniſſe dicatur.*

8. Feudale *mariti patrimonium coniugi traditum in compenſationem ſui cē*ſualis *venditi, diuiditur ignobiliter inter primos vxoris hæredes.*

An feudi emptor licitè caueat in emendo, ipſum æqualiter diuiſum iri inter liberos.

9. *Feudum Eccleſiæ legatum, & ab ea dimiſſum hæredi, ſuo pretio, numeratur inter huius* acqueſtus.

10. *Simplex emptoris declaratio hæc, rem emptam paris naturæ fore, cuius res ab eo vendita, ex cuius pretio emerit, illam* cenſualem, *non facit* feudalem, *inſtar rei venditæ, nec vt feudalem, inter hæredes diuidendam.*

11. *Dimißio feudorum à ſororibus facta fratri in ſolutum multiplicis pecuniæ ab iis conferendæ, non eſt fratris* acqueſtus, *ſed hæredium.*

12. *Æquali rei* feudariæ *partitione, licet* feudariis *iuribus indiuiſis manentibus, deuoluuntur hæc ad ſuperiorem* par deſpié de fief, *niſi ipſa duplo plus valeant, quàm* domanialia *feudi corpora.*

Pari inter cohæredes feudi diuiſione, quæ viam aperit cenſuum & vaſallorum deuolutioni ad ſuperiorem, debetur à cohæredibus vni eorum euictio, cui talia iura incorporea feudi ceſſerant pro parte ſua tota.

13. *An ſola patris diuiſio cum cohæredibus ſuis nobiliter facta de prædio, obliget illius filios ad ſimilem partitionem faciendam, ſi feudale prædium eſſe aliter non conſtet.*

14. *Succeſſuro facta donatio, an inter* acqueſtus *habeatur, an inter patrimonia.*

15. *Tranſactione receptum feudum pro omni* prætenſo *iure hæreditario, hęredys adnumeratur, non* acqueſtibus.

16. *In feuda filiorum olim Aſcendentes non ſuccedebant.*

Aſcendentibus necnè competat querela inofficioſi, vel actio ad Legitimam in bonis filij donatis vel legatis.

17. *Quid de* collaterali *Feudorum ſucceſſione, apud Longobardos, & Saxones.*

Fiefs eſgalement partables entre roturiers en Anjou, iuſques à ce qu'ils ſoyent tombez en tierce foy, en la meſme famille.

IGNOBILIS primogeniti deterior eſt conditio, quàm genere clari, in Beneficiariis rebus hęreditate poſſidendis. Non modò enim ille nullam præcipit Domum inſignem iure primigeniorum, ſed nec Feudorum beſſem percipit, niſi quæ ad tertiam iam manum plebeiam perueniſſent, trinumvè clientelaris fidei ſacramentum. §. 255. 256. 262. 279. Andeg. Conſuet. Subdo hypotheſin. Clientelare prædium mercatus eſt ruſticus paterfamil. Eius filius hæres ęquã cum ſororibus partem tulit feudalis beneficij, reſiduas ſubinde ab iis emit portiunculas. Eo mortuo, agitatum fuit inter liberos, nunquid tale beneficium nobili ritu herciſceretur, quaſi ad tertium vſque cliẽtulum eadem in familia recidiſſet. Quamuis enim defunctus hæreditarij feudi partes coëmiſſet à ſororibus cohæredibus, non ideo habetur quaſi extraneus emptor, ſed in eadem gente ac nomine feudum conſeruaſſe creditur, aut integrũ veriùs fauorabili vnione ſimul colligaſſe, & cõſolidaſſe. Vt notat Andeg. Leg. Articulus. 205. Atquin priſtini rerum ſtatus cõſeruatio, vel etiam reſtitutio, non dicitur noua acquiſitionis cauſa, nouique dominij tranſlatitia. l. ſi pro fundo Cod. De Tranſact. Bald. ad l. 4. §. ære. *a*. De pecul. Queis conſentaneus eſt Andium Mos, §. 360. 1.

In maiori Galliæ parte, ignobiles, Feudorum capaces, tenentur modò Regi ſoluere nummariũ ius Francorum Feudorum. Quo, Vrbani etiam ciues varij excẽpti ſunt. Biturici nempe, Areſto delegatorum à Rege in Camera Theſauri, priuilegia Biturica confirmante. die. 5. Febr. an. 1580. Et Senonenſes, Priuilegiis relatis in calce Conſuet. Senonen. ſcriptæ.

Mihi tamen videntur emptitiæ feudi partes in mero quæſtu, ac quæſitorum albo numerandæ, non patrimoniorum fratris emptoris. Hic enim tanquàm nouo ex feudo receptus fuit primùm in fidem ac clientelam, primúſque talium feudi partium auctor poſſeſſorvè exiſtimatur. Cùm igitur huius proximi hęredes cenſeãtur tantùm ſecundi clientes beneficiarij, non tertij, magis eſt vtique, emptas à patre feudi particulas viritim diuidi inter liberos. Quinimò etſi venditas extero patronus redemiſſet Dominico Retractu, partes ita redemptæ, acquiſitionum genera quædam ſunt, non hęrediorum. Faber ad §. ſi cui Inſtit. De legat. Nam vtcunque eandem cum feudo, cui adunãtur, conditionem ſubeant, ea intelligitur natiua fundorum qualitas & primæua, vt nobiles ij perinde fiant, ac Dominicum ſolum, vnde fluxerint, & quò nunc vnione refluant: Non autem vt proprij cuiuſque & patrimoniales exiſtant, potiuſquàm noui, ac recèns parti. Quemadmodum alibi paſſim monuim⁹. Enimverò ſi, diuiſionis placito inter duos fratres, alteri obuenerint militaria duo prædia ampliſſima, plebeiorum vice: quę ceſſerint cohæredi, vnà cum nummario mille aureorum ſupplemento, Illius hęres natu grandior beſſem talium fundorum cliẽtelarium auferet: ſubducto tantùm inde æris pretio, quod defunctus cohæredi fratri ſuppleuiſſet. Eatenùs quippe nobiles Agri iudicantur, à mortuo 2

Alia eſt permutationis conditio certorũ fundorum ſpõtaneæ Alia vniuerſorum neceſſariæ, ex iudicio diuidundæ hæreditatis.

à mortuo illo comparati, quatenùs eorum nomine pecunias conſorti adiecerit, numerarit. Deducta autem hac feudorũ partis æſtimatione, reſiduum haud ideo partientur ex æquis ſucceſſores, quòd ruſticis ac ignobilibus prędiis lege ſubrogatum ſit diuiſionis antedictę. Nam vt admittamus, hanc vulgò permutationis vice defungi. (l. ſi filia §. ſi pater D. famil. hercisc. l. cùm pater §. hæreditaté ff. De legat. 2.) Cõmutata item latifundia pari modulo inter hæredes diſtribui, quo alia viciſſim tradita, horumq; feudorũ ſuccedanea. (art. 273. Andeg. Conſuet.) Diuerſa certè cauſa eſt vltroneæ voluntariæq; permutationis ſingulariũ corporum, (de qua Andegauus Mos.) & neceſſariæ commutationis vniuerſarum rerũ præceſſoris, quæ arbitrio familiæ herciſcundæ ineatur. Nam Legitima hac veriùs, quàm Pactitia bonorum diſtributione quæ hæreditaria cuiuſque iura explicat mage quã tribuat, retrò fingitur, cohæredes ſingulos à die delatæ hæreditatis dominos rerũ extitiſſe, quæ ipſis poſtea diuiſionis ſorte obtigerint. Idq; potiſſimũ, ſi fundi omnes, qui hæredũ inuicẽ partitione ſubſtituãtur, hęreditarij forẽt, ac cõmuni ex hęreditate desũpti. Quinimò fauorabiliter amplectenda eſt partium inter propinquos hęredes accommodatio mutua: Ac ne feudalia quidem beneficia nobiliter vnquam diuiderẽtur inter ipſos, ſi ea pari ignobilibus fundis conditione metiremur quos ſimul plebeios agros inulcem ipſi partiuntur.

3. Antiqvvm feudum à Lucio & Mæuia vxore poſſidetur, ſed prędiariis Vectigalibus oneratum. Hæc vectigalia luunt coniuges grãdi ære dehinc è viuis abſcedũt. Filius natu maior petit feudi beſſem ſolidũ iudicio familię herciſcundæ. Iuniores, ediuerſò, contendunt, feudi partem eatenùs nouam & aduẽtitiam eſſe, quatenùs illata ſit pecunia in prędiarij Reditus annui redẽptionem. Iſtiuſmodi enim reditum, fundi partem quadãtenùs appellari, huiuſq; luitionem Reditus quæſitis bonis accẽſeri. §. 286. & 298. And. Conſuet. Tametſi enim prædiariũ hoc onus ſemel extinctũ ſublatumq; ſit, eius intuitu cui annuꝰ cañó debebatur: Aliorũ tamẽ reſpectu fingitur etiãdùm vigere, ſeu inter cõiuges, aut hæredes inter ipſos: vt pẽſitationibus vltrò citròq; factis, ſuũ cuique reddatur. Proin mea herclè ſentẽtia vetus feudũ nobiliter herciſcetur inter hęredes, ſubducta portione, quæ redemptionis pretiũ ſolarij vectigalis exæquat. Nec aliud ſtatuendũ Ius eſt de re cliẽtelæ vẽdita ſub Pacto in diẽ redhibitorio. Si enim auus ea lege feudum mercatus ſit, necdùm redimẽdi lapſo die, emptoris hæres redhibitoriã venditoris facultatẽ ſibi ære pararit, Hæredis vtique liberi, beneficiarium prędium nobiliter diducẽt in partes, tertio nempe perſonarum gradu ad eos deuolutum: ſed inde tãtùm decerpetur, quãti reuocatoria alienati feudi actio, ab hęrede primo coempta, æſtimatur. Obiiciet iis forſã primigenius, puram fuiſſe ab auo contractam emptionẽ, ſub cõditione modò reſoluẽdã: Nec extincta redimẽdi copia libera, nouũ emptori partũ dominiũ: Quòd ſemel meũ, pluribus ex cauſis denuò meũ fieri nequeat. leg. & an eadẽ. §. actiones ff. De except. rei iudic. l. 3 §.

Le rachapt d'anciennes rentes foncieres ſur vn fi. ſequipolle à acqueſt dud. fi. ſ pro rata du prix dud. rachapt.

Redemptio vexa·ionis.non eſt nouus titulus.

ex pluribus.π.De acquir.poſſeſſ.Qualiter is,qui lité tranſigit,vt foréſi
ſe moleſtia eximat,nouũ ſibi titulũ rei quęrere nó creditur.l.ſi pro fũ-
do Cod.De tráſact.Verùm enim verò æquius meliꝰ eſt emptitiæ illius
facultatis rationẽ haberi, ceu partis fundi venditi:quùm rem in bonis
adhuc tenuiſſe intelligatur véditor,ad quá recuperádá actione ſufful-
tus eſſet.l.ſi ad reſoluendá Cod.De præd.minor.l.52.π.De acquir. rer.
domin.Vnde Molineo placuit,duplex laudatiuum ex ea Conuentio-
ne patrono deberi, qua prædij venditor redhibitorium ius ſuum em-
ptori, ære dato, tranſcripſerit.In §.178.Cenom.Conſuet.Secus autem
in pigneratitia fundorú venditione, quæ dominium nó mutat : Niſi
ſecundo contractu iuſtum rei pretium ſupplente,vitium eluatur Pacti
legis commiſſoriæ,pignori adhibiti.l.ſi fundus §.vlt.π. De pignor.

• Pro rata pretij gratiæ redimédij acquiſitæ,feudum dicitur nouũ, non antiquũ.

Laudimia duplicia Domino debita. ex primo nempe cótractu venditionis, iam purificato, Et ex poſteriori emptione facultatis redimendi, priorem fundi purificante.

Cõfuſio iurium,quæ aditione hæreditatis accidit,an faciat illa patrimonialia,an acquiſititia.

Obligatio ratione confuſionis intercidit,debitore creditoris hęrede facto,& econtrà. l. debitori. π.De fideiuſſ.

Si defuncto hæreditarium feudum diuiſione obtigerit cum onere nummarij ſupplemẽti.100. aureorum eius hæredes illud nobiliter diuidẽt totum,ſed maior natu ſoluet cohæredi ſuo partem dicti ſupplementi. Sicuti acquiſita in linea vnius coniugum non mutant conditionem,& ſoluendo *le mydenier* remaneant in linea. Idem de *l'admortiſſement fai.t par les 2. conioincts d'vne rente deue par l'un d'eux*. Vbi ſufficit reddere dimidium pretium.

Artic.254.Conſuet. Verſ *Car l'on a regard à la qualité de celuy qui decede & au temps de ſon tre.pas.*

§.263. Quant les non nobles ont choyſi de faire deuoir à leur aiſné, & d'eſtre ſes ſubiects cenſiuement par

VENIT rurſùs in controuerſiam talis feudorum partitio inter cohę- 4
redes.Primigenius in diuidunda parẽtum hęreditate fratri dedit lege
Vectigalis annui pluſculos fundos,Ditionis ſuæ beneficiariæ partem
opimá.Longo pòſt annorum decurſu,minor natu maiori ſuccedit li-
beris orbo.Inde cenſus prædiis impoſitus vaneſcit, eorumdem cum
Dominico fundo mixtura, à quo vectigales agri pendebant. Dein
vita functo hærede fratre, altercantur inuicem huius filij de diuiſio-
nis formula vectigalium aruorum.Iuniores enim præfractè aſſerunt,
iſthęc diſtribui ex ęquis oportere.Nobilia quidem ipſa & clientelaria
euaſiſſe,quàmprimùm ſuperiori prædio cómixta ſint, cui antea ſub-
iiciebantur:Sed hoc pro eo habendum, ac ſi cómunis pater iam tum
prima vice in fidem ſe patroni conferret eorum fundorum nomine.
Donec ergo ad ſecundos noui beneficiarij hęredes illapſum ſit feudũ
eiuſmodi,videtur in æquas diducendum.Maximi tamen fratris cauſæ
non deſunt momenta rationum.Fúdos,de quibus litigatur , haud ita
pridem in gente agnationéque eadem beneficiarios extitiſſe,at com-
munem patruũ eos,céſuali Forma,fratri erogaſſe natu minori. Quàm
igitur longiſſimè reuocari in memoriam poterit familiarium agrorũ
cliétela vetus,ij nobiliter diuidundi ab hæredibus ſunt,licet *Feudariam*
ipſorum ſeruitutem intermediæ pactiones ſuſtulerint.artic. 258. An-
deg.Leg.Suggeret deinde primigenius,latũ diſcrimen eſſe intèr one-
roſam emptitiámque fundorum confuſionem , & lucratiuam pure-
que gratuitam,quę hęreditaria ſorte cótingat.Illa enim mero in quæ-
ſtu cenſetur,eòque nó impedit,quo minùs fundi confuſione nobiles
facti,ignobiliter herciſcantur. De gratuita verò ſecus, quæ omnia in
integrum ſimpliciter reſtituit : tantùm abeſt, vt nouum acquiſitionis
ius conſtituat.Tandem hæredum vtrinque perpenſis argumétis, reor
æqualitatis cauſam iſthîc multò potiorem.Quippe in hęreditariis ne-
gotiis attéditur nouiſſimè mortui ſtatus,bonorumque códitio , qua-
lis tempore mortis paruerit.l.ſi alienum.§.1.π.De hæred.inſtit. §. 254.
Andeg.Conſuet. Planum eſt autem , hæredum patrem hos fundos
ruſticè poſſediſſe ſub Cenſu plebeioq; vectigali:proin æqualiter par-
tiundos.§.263.Andeg. Leg.Quæ autem iis opponitur fundorum con-

fuſio

fuſio poſterior, hæc vtique priſcum feudum ſeruauit inter patronum & clientem, quùm feuda ſint in rem, prædiiſque adſcripta, nó perſonis: Sed clientis inter hæredes viciſſim alia ratio Pactum reformat. Nil enim certius, iſtorum patrem, qui ignobile prædium tenuerat, ex eo primum fidem dediſſe patrono. Cui nouæ fidei conſequens eſt, prædium ſeriatim æquis portionibus diuidundum, quoúſque ad ternum clientum gradum recto, vel tranſuerſo limite deuenerit. In ambiguis enim, peræquationi fauetur hæreditariarum partium, non modò Romana leg. penul. Cod. cóm. diuid. ſed Lothariana quoq; ac Córadina Feudorum Conſtitutione: Quæ æqualiter partiunda ea ſanxit inter liberos, eorúmq; poſteros, nullo natalitij primatus iure ſingulari Cap. I. De ſucceſſ. feudi §. I. Vnde licet, patrio More, impares fiant auiti feudi portiones hæreditariæ: Dominico tamen Retractu quæ comparata ſint, ac feudo conſolidata, pari modulo hæredibus inter ipſos tribuútur, nec, antiqui inſtar patrimonij nobilis, aliter diuiduntur inter plebeios patroni ſucceſſores, qui inferiorem fundum retraxerit. Vtcunque enim probabili reuerſione in antiquú feudi ſtatum, potiuſquàm noua acquiſitione, metiamur patronalé venditi prædij redemptionem (ex Delphin. Deciſ. 575. Vidi Papij) Quæ longè diſcrepat à nuda rei emptione, de qua, Lex Andium. §. 441. Conſtat certè recti Domini patrem, vtili redemptorum dominio nuſquam potitum, nec in ſuadùm Familia trinum præſtitum fuiſſe eorum nomine ſacramétum fidelitatis. Vtì à Nobis ſuperiùs demóſtratum eſt, Verùm, apud Turonas, alienata, quæ ſuú in ius reuocarit patronus feudali redhibitione, non tátùm feudo ipſi nexa ſunt indiuiduo iure, aſt quaſi auita etiam, moriéte patrono, tranſeunt ad eius liberos, vel propinquos, cum ætatis priuilegio, ſenioris ipſorum. §. 301. Turonicæ Conſuet.

raiſon de leurd. tierce partie, les heritiers d'iceux puiſnez departirot leur portion d'iceuy tiers par eſgales portions,

Æquabiles cohæredum omnium portiones. l inter filios Cod. famil. herciſc. l. 1. Cod. Vnde Lib.

Retractus ſeu Prælatio feudalis.

Supra Hoc lib. 2. Tit. De dominico Retractu, art. 6.

5. Admonendi ſumus, tertium fidelitatis ſacramentum, ex quo plebeij nobiliter feuda partiuntur, cum effectu accipiendum, nec deſultoria ſola admiſſæ clientelæ Apocha, ſed beneficiariis veteribus tabulis, aút rei beneficiariæ cathalogo, quem patronus ſibi editum agnouerit. Vt copioſè ſcripſit Andr. Yſernias in Neapolit. Conſtit. Tit. *Qualiter Iudex debeat procedere in cauſa homagij.* Poſt Longobardicam feudorum Legem In Tit. Qui teſtes ſunt neceſſarij ad nouam inueſtituram probandam, Lib. 2. Feudor. Mos quidem patrius de fide & hominio ſolo verba fecit. §. 255. 256. Sed quia idem ipſe Mos clientelàri fidei conditionem præſcribit, clientibúſque, intra quadragenum diem patrono tradendi fundorum dinumerationem clientelarium. (§. 6. & 139.) colligitur hinc, beneficiariam ditionem minimè probari defunctoria ſola fidelitatis præſtatione & honoraria, quæ nullam ſingularum rerum enumerationem complectatur Maximè hercle, ſi priſca alia beneficiarij tituli iuriſque documenta in medium non proferantur. Atque adeò clientelarium rerum catalogus, propriè eſt *Infeudatio*, quam noſtri vocitant, ac forenſi Andium vſu ſola feudi aſſertoria, non autem

Ad probationé feudi *tombé en tierce foy* oſtendi debet quoddam eius feudi dinumeramentum. *Adueu & denombrement.*

Art. 255 Ibi, *des choſes tenues à foy & hommage anciennement.*

Art. 256. Ver. *l'acquereur faict ou doit faire la premiere foy, & les heritiers d'iceluy acquereur en font, ou doiuent faire la ſeconde.*

nuda in clientelam cooptatio, quę verborum compendio expeditur. Vt docet Gratianopolitana Vidi Papę Deciſ. 304. *An dominium träsferatur ex infeudatione, &c.* Ponamus autem, beneficiarios ſua latifundia nominatim inſcripſiſſe Codici rerum clientelarium abſque Ædificio, vtpote quo nouiſſimus tantùm poſſeſſor fundos inſtruxerit. Dubium eſt, an tale ædificium pari feudorú prærogatiua diuidatur inter extructoris hæredes, ac ſolum ipſum, cui ſuperimpoſitú ſit. Ambigėdi cauſam præbet Lex Andium, plebeiis prohibitoria, ne ſuorú cuiquam vel tantillum, niſi ęquata aliorú conditione, largiantur. §. 260. & 337. Huic autem patriæ Legis fraus fieri quodámodò putatur ſtructis graui impenſa Ædibus in area clientelari, cuius bes ad primigenium Moribus rediret. Subiúge iis, nouam Domum nuſquam rei beneficiariæ Volumini incertam fuiſſe, nec quaſi beneficiariá à patrono receptá. Diuerſæ tamé partis opinio multis arridet, quùm ius ſoli ſequantur ædificia, iíſque vt melius factum ſit vetus feudú, patrivè familiæ accommodatius, ita rerú acquiſitione nihilò auctius, nec poſſeſſionibus ampliatú. §. Cú in ſuo Inſtit. De rer. diuiſ. l. domo. ff. De pignerat. act. Bald. ad l. 1. De rer. diuiſ. Et Cardinal. Alex. In Cap. 1. De alien. feud. Vbi tractár, nûm Arx cliėtelari prędio inædificata, ſit clientelaris. Cap. 1. §. ſi vaſallus. Et ibi Doct. Tit. Hîc finitur lex. In feudis. Tiraquellus accuratè, in Retractu lineari. §. 32. Glo. 1. Num. 53. 54. 55. An ędificium factum in patrimoniali fundo, cėſeatur patrimoniale. His ſubdi poteſt, rei beneficiariæ ſtatum nequicquàm à poſſeſſore mutatú videri, qui eam in melius commutarit, nec alienandi prohibitoria lege coërceri. Yſernias ad Cap. 1. § econtrariò De inueſtit. de re alien. fac. Idė in Cap. 1. §. pręterea. 2. De Cap. Córadi. Argum. l. ſed & ſi quid. §. penult. ff. De Vſufr. Cum Antó. Capycio expreſſim, in Neapolit. Deciſ. 156. Num. 4. 5. 6. Si tamė communis parens fundi ſuperficiem illam beneficiario ſolo adieciſſet emptione inita cum tertio quodam, emphyteuſin, aut vſumfructum, eo caſu talis conſolidatio in recėns quæſita referretur, pari quæſitorú habitu inter hęredes diuidunda. Ex ratione l. Meuius. §. fundo D. De legat. 2. Rurſùs ſi mutua fundorú permutatione contracta apud Andes, alter à Titio ſuſceptus, vectigalis ſit ac ruſticus, invicė nobilis alterius ac clientelaris, Haud puto illi ſuperſtructas à Titio Ædes magnificas præceptum iri, quaſi nobiles, à primigenio eius hærede plebeio, perinde ac ſi militari prædio ſuperpoſitæ fuiſſent. Concedamus enim, parem in conditionem feudalis huiuſce plebeium Agrum redigi hæredes Titij inter ipſos, vice permutati dominij. (§. 273. Andeg. & 290. Cenom. Conſuet.) Iſtud equidem prędiariæ ſubrogationis figmėtum, quod peculiaris locorum Mos inuexit aduerſus communes Iuris regulas, minimè debet extra ſuum caſum produci herciſcundæ aruorú familię inter hæredes, nec ad noua ruſtici fundi Ædificia, vni protogenio vſurpanda. l. quod contra. ff. De reg. Iur. Ne videlicet imagine, naturæ veritas adumbretur. Papiniani leg. Filio, quem pater. ff De liber. & poſthum. Quùm igitur beneficiario ſolo nihil,

Adueu & Denombrement.

Simplex melioratio feudi, vel in eo patris familiæ accõmodatio, *aysance & commodité, n'eſt reputé aduantage, ou acquiſition faitte en faueur de l'aiſné.*

Caſtrũ in terra feudali de nouo cõſtructum, eſt feudale.

Feudatarius poteſt meliorare feudú & in eius augmentum quidlibet facere ſine Domini, vel agnatorum voluntate.

Si nobilis in cenſum dederit Molendinũ feudi ſui, & poſtea cenſum vendat molitori, nullo ſibi reſeruato in illud recto dominio, Molendinũ dehinc, vt feudale, diuidetur inter emptoris nepotes. Quum enim primitus in feudum teneretur ante cenſus cõſtitutionem, reſtituitur potius in antiquum feudi ſtatum quàm vt redemptione cenſualis oneris dicatur Alodiũ ignobile, æqualiter herciſcundum Arg. l. Ex ſextãte. § Latinus. ff. De except. rei iudic.

nihil pauxillumvè in ędificatum eſſet ante permutationem, Abſonũ iam ſit duas ſimul admitti Legũ derogatorias fictiones eodem in prędio, ignobile putà hoc à plebeiis hæredibus diduci in partes cum ætatis prærogatiua, & huic inſuper recés adſtructa Ædificia præceptione ſumi ab vno duntaxat hæredum: qualia in permutato nobili fundo nulla extarẽt. Leg. 1. Cod. De dot. promiſſ. Itaque licet ædificiũ regulariter ſolo cedat, cõſtringendus venit pactitiæ ſubrogationis effectus prædiorum eo ſtatu, quo, ſingula, die ipſo permutationis initæ cõſtarẽt, nec vlla poſterioris additamenti ratione habita. l. ſi volũtate Cod. De reſcind. vendit. l. cùm non frumentum Cod. De vſur.

Duo ſpecialia circa idem non poſſunt concurrere.

6. Avvs emit beneficiarium prædium, cuius nomine patronus eum in fidem aſſumpſit. Nepotes ex primigenio auita bona diuidunt cum patruo cohęrede. Illis fundus cliẽtelaris obuęnit. Inde nepotum maximus ſibi arrogat binum fundi triẽtem, quaſi ter eadem in linea cliẽtelæ iure poſſeſſum. Auus quippe emptor in fidem ſe cõtulit, cui primigenius & ſuperſtes Lege fingitur, & in bona ſucceſſiſſe: Ita, vt eius repreſentato iure nepotes auitam hęreditatem adierint. §. 222. And. Leg. Iam igitur in ſubdiuiſione ipſa rerum hæreditariarũ inter nepotes, grandior natu exiſtimatur tertius cliẽs, tertióque gradu fidem patrono debere ex fundo clẽtelari. Nam ſecunda hæc bonorum partitio, noua quædam dicitur, nouæque hæreditatis paternæ, non auitæ diuiſio, nihil habens priori affine. Id quod Senatoriis quibuſdam decretis comprobauimus Lib. 3. De PRIVILEG. RVSTIC. Neque ab his diſſentit patrius Andium Ritus, §. 224. Vincit tamen cõtrariæ opinionis æquitas, quòd *Statutaria* paternæ repręſentationis fictio proſit ſolùm nepotibus, vt cum patruo concurrant ad res auitas hęreditate capeſſendas. Sed quoad ipſos attinet, hi ſuo iam, non commentitio patrum iure ſubdiuidũt ſibi delatas portiones: In quibus propterea maior natu paternæ ętatis gradúſque repræſentatione nõ eget. Iuxta l. ſi auus Cod. De liber. preter. Vnde nec ternum cliẽtis beneficiarij ordinem complent nepotes, quorum pater nuſquam cliẽtelę fundum occuparit: tantùm abeſt, vt eius nomine fidem patrono alligare potuerit. Sicuti ex Andium Cõſuetudine elicitur, §. 256. qui trinam fidelitatẽ numero definit totidem feudi poſſeſſorum. Quapropter aduerſus fraternæ æqualitatis fauorem vix eſt, vt prædictæ fictiones confertim admittantur. Eadẽ videtur incũda terni gradus poſſeſſorum computatio, ex præcipiti familiæ diuiſione parẽtis viui, eiq; ſubſcribentis. Genitor, putà, beneficiarium fundũ grãdi ęre mercatus eſt. Poſtmodùm ſeptuagenarius ipſe patitur beneuolẽ, promouẽtq; adeo bonorũ ſuorum inter liberos partitionẽ: Ita, vt emptitium illud nobile prædium vnus ex liberis totũ ſortitus ſit, & à patrono ſubinde in fidem ac cliẽtelam cooptatus: Quò dein fatis rapto, patre, cum fratribus ſuperſtite, horum natu grandior beſſem depoſcit feudalis beneficij, tãquam ad tres iam poſſeſſores ſeriatim deuoluti eadem in familia ipſa. Iuniores verò, contrà, poſſeſſorum feudi ſeriem Moribus præſcriptam,

Les deux tiers à l'aiſné maſle du fief tombé en tierce foy entre roturiers.

§. 222. Ibi, *au fils aiſné ou à ſa repreſentation.*

Lib. 3. Tit. Familiæ herciſcundæ.

Andeg Conſuet. art. 24. Verſ. *Si à la ſucceſſion d'vn Oncle, venoiẽt les enfans de ſes freres, & ſœurs, ou les enfans des enfans d'iceux, & qu'il y euſt deux ou trois moyes au temps du treſpas d'iceluy Oncle, y aura pour chacune repreſentation,* & pro qualibet ſtirpe aut ſtipite, *nouuel aduantage pour l'aiſné, &c.*

contendunt, morte duntaxat ſingulorum metiundam (art. 256. & ſeq. And. Leg.) non autẽ ſuſpẽſiua ac reuocabili poſſeſſionis cauſa defuncti cuius hæreditariũ feudum cõtrouertatur. Paternam enim ſupremi iudicij diuiſionem retractare, liberum ſit viuo quandocũq; patri. l. ſi cogitatione l. vlt. Cod. famil. herciſc. l. ſi filia. §. ſi pater. D. eod. Vnde nec ſtabilior eſt viribúſq; firmior, clientelaris in patronũ fidei præſtatio: Quę pẽdenti, ac reuocabili ſubiuncta actui, eius conditionẽ ſequitur, nec confirmare ipſum poteſt. l. 1. §. belliſſimè. D. Vt legat. nom. caueat. l. Quod per manus. ff. De iur. codicill. Ac veluti *abornata feuda*, ab hæredibus nobiliter herciſcũtur, nulli licet fidelitatis in patronum ſacramento deuincta (§. 258. Andeg. Moris) Ita, ediuerſò, Dominica clientum in fidem aſſumptione, non conſtabilitur infirma alioquin ipſorum poſſidendi cauſa antecedẽs. Eapropter, cum iunioribus illis cohæredibus, arbitror, feudale beneficium, hac etiamdùm vice inter eos partiundum ex æquis.

Quod pendet, pro eo eſt, ac ſi nõ ſit. De reg. Iur.

Vſufructuarius non facit numerum inter tres plebeios feudi poſſeſſores, vt ad tertiam fidem patrono dandam perueniſſe dicatur, & ita nobiliter diuidundum inter hæredes.

Art. 126. *Auſſi ne faict la douairiere, ou autre vſufructier la foy ſinon que par dol, colluſion, ou negligence, l'aiſné proprietaire ne ſeruiſt l'hommage deu pour raiſon de la proprieté.*

§. 257. Andeg. Leg. *Si les mariez ont faict la foy pour leurs acqueſts, & que la femme ſuruiuant, qui a droict de tenir leſd. acqueſtz moitié en proprieté, & le tout par vſufruict, ſoit tenue faire foy & hommage, telle foy n'eſt pas comptée pour ſeconde foy, &c.*

Filivs peculiari ære ſibi comparat feudale beneficium. Præmorienti ſuccedit parens in vſumfructũ feudi pro More Andegauorum. §. 270. Fructuarius poſtmodũ vita deceſſit, ſuperſtitibus liberis. Horũ maximus natu, primigenia ſibi vindicat in eam Ditionem, velut terna iam vice in eadẽ familia beneficiari am. Ait enim, emptorem primùm in verba patroni iuraſſe, tum eius hæredem fructuarium, præſtãdi hominij capacem lege Andegauenſi. §. 126. Exin fructuarij morte fundum recidiſſe ad liberos, ſeu in tertij poſſeſſionem beneficiarij. Cõtrà verò minores natu, patrem vſufructuarium iurandæ fidelitati idoneum nõ fuiſſe, proprietariis ipſis extantibus, ad quos ea res pertineret. Nam vtenti ac fruenti ius eſſe prouentus agrorum percipere, non clientelæ obſequiuum exhibere patrono, niſi colludente, vel oſcitãte domino proprietatis. §. 125. & 126. Andeg. Leg. Cui aptè congruit diſtinctio Speculat. in Tit. De locato. §. Nunc aliqua Ver. 94. Cum Maſuerij Praxi in. §. Item ius directi dominij, quãtùm ad commoditatem ipſam, ſpectat ad vſufructuarium. Tit. De Locato. In ſumma benignius eſt feudum à ſecundis hiſce clientulis æquas in partes tribui, intermedio fructuario nequicquàm obſtante. Iuxta patriæ Conſuet. art. 257. 7.

Hæredium feudale mariti datum vxori in compenſationem ignobilis fundi vxorij diuiditur inter vxoris hęredes æqualiter. *comme fief tombé encores en ſeconde foy en a ligne de lad. femme.*

Maritvs vxorium vectigalem agrum, quem diſtraxerat, penſauit altero beneficiario, quod ſibi proprium & à parentibus relictum habebat. Vtroque diem functo, grandior filius beſſem poſtulat prædij huiuſce clientelaris. Iuniores contranituntur, intenduntque, nobilem fundum, qui loco plebeij materni datus ſit à patre, eodẽ plebeiorum iure æſtimandum. Quùm enim vltrò permutatæ res inter extraneos mutua vice fungãtur, & inter primos eorum hæredes antiquam retineant viciſſim conditionem. (§. 273. Andeg. Conſuet.) Multo fortiùs hæc regula obtinebit in compenſatione iuſta fundorum, quæ & legibus debetur vxori à marito dotalia prędia alienante. Authent. Siue à me Ibi, niſi aliæ res. Cod. Ad Velleyan. l. vn. §. cùm Lex Iulia Cod. De 8.

rei vxor.

rei vxor. act. Afflictus expreſſim in Neapolit. Deciſ. 336. Et §. 336. Andeg. Conſuet. Nam etſi ſenior frater primigeniorum iure vteretur in paternum fundum, niſi matri penſationis titulo eum tranſcripſiſſet pater, vetuſtior cauſa intuenda materni patrimonij priùs alienati, cuius vicem paterna ſuppleant hæredia, neceſſe eſt. Itaque ſuccedanei fundi alienam ſortiuntur, & quam ij, quorum in locum ſufficiuntur, conditionem. Baldi Reſponſo. 112. Lib. 1. Maſuet. in Tit. De ſociet. §. Item & dicuntur conqueſtus. Luc. Pennatus ad l. 1. De impon. lucrat. deſcript. Lib. 10. Cod. col. 4. Verſ. ſed quid in quæſtione. Vbi multis Iuris argumentis confirmat, rem immobilem à patre receptam commutatione alterius, eandem omninò, quam iſthęc, naturam, qualitatemvè aſſumere: ideóque filios in eam pariter hæreditate ſuccedere, ac in illam, quam pater alteri mancipârit, etiamſi aliàs diſpari modo fuiſſent ſucceſſuri. Neque is refragatur Legis theorema, fundum permutatum cum re dotali, dotalem effici. Matthæus in cit. Deciſ. Neapol. 336. Tiraquellus De retractu lineari. §. 32. Glo. 1. Num. 26. 27. 28. Quocirca puto, gentile mariti prædium, quod ignobilis loco vxorij venditi traditum ſit, ignobiliter partiundum inter primos vxoris hæredes. Sed hæc omnia de permutatione fundorum, procedunt tantùm in Andegauis, aut Cenomanię prędiis, non autem alio in Municipio conſtitutis: Quibus nimirùm Andegaua, & Cenomaniæ Lex conſimilis ius dictare non poteſt, nec alienum in Territorium vires ſuas imperiúmque proferre. Vt eleganter notat Molineus, in §. 273. Andegauæ, & 28. Ambianæ vetuſtæ Conſuet. Priuata autem emptionis lege fundi, conuenire non licet patrifamil. vti nobilis ille plebeio Ritu diuidatur inter liberos, contra publicas Prouinciæ Conſtitutiones. Demptis inde Aureliorum Municipibus, qui emundo inſigni prædio legem adſcribere poſſunt æqualis futurę partitionis, ſua in ſtirpe, primariæ: Modò latifundium iſtud, nec Iuridica dignitate, nec inferiorum poſſeſſorum clientelis prędítum ſit. §. 91. Aurelianenſis nouę Conſtitution. Aſt ſi parens, Cenomano militari fundo mutatum ſumat ex vſu ſuo confinem Normanicum, ſed minùs hæredi commodu n primigenio, cauere is non vetatur, iſtum eodem inter ſuos iure diſtribui poſthac, quo vetus illud, Cenomanæ oræ, patrimonium: cuius bes ſolidus, cum Prætorio Villæ, maiori natu attributus ſit, patrio Ritu. Nam vt permutatæ res inuicem * ἀντιστρέφουσιν: Ita proprietarius, in traditione & abdicatione rei ſuæ, parem alteri, quàm accipit, legem dicere non prohibetur. L. in traditionibus l. in emptionibus. ππ. De pact. l. ea lege Cod. De condict. ob cauſ. Haud idem porrò obſeruatur in plebeij ſubrogatione prædioli, ſeu feudi noui, ex pretio nobilis antiquæ Ditionis venundatæ. Pretium enim, rei loco ſingularis non ſuccedit, nec ex eodem alia parta res ſoli. l. Qui vas §. vlt. ππ. De furt. l. ſi alij §. 1. ππ. De vſufr. l. fundum Cornelianum ππ. De Nouat. Sic dotalibus nummis quæſitus Ager, minimè dotalis eſt. l. ex pecunia Cod. De iur. dot. l. ſi ex ea Cod. De rei vindic. l. vxor. ma-

Art. 336 And Conſ. verſ. *Ledit mary la doit recompenſer ſur ſes heritages d'autāt & de ſemblable valeur, & non de plus. Car la recompenſe doit eſtre eſgale.*

Subrogatum ſapit alterius naturam, cuius loco ſubrogatum eſt.

Extra Andegauiam, & Cenomaniam, cōmutati inuicem fundi ſortiuntur quidem eorū conditionē, quibus ſubrogati ſint, quoad qualitates antiqui vel noui prædij reſpectu acquirentium. ſed non quoad qualitates intrinſecas vel reales ipſius fundi, quia de feudali non fit cenſualis, vel contrà etiam ſi ab eodē domino directo vtrumque prædium moueretur.

Hæreditatum Iura publica priuatis Pactis infringi nequeunt.

Neuſtriæ Conſ. artic. 321. 322. maior natu habet tantùm priorē vnius plurium feudorum electionem.

* ex aduerſo alterā alteri reſpondet.

Sed redacto ad inopiā viro, poteſt vxor Agrum dotali ære emptum actione in rem perſequi. l. 55. ππ. De donat. int. vir.

rito π. De donat, int. vir. l. vlt. Cod. de ſer. pign. dat manum.

Tᴇsᴛᴀᴛᴏʀ legauit inſignem ditionem Templo Diuæ Mariæ. 9.
Sacerdotes templi eam de manibus deponunt, (cogente patrono) & emancipant hæredi teſtatoris, iuſto pretio perſoluto. Dein mortuo hærede, agitatum eſt inter liberos, nobilis necnè eiuſmodi fundus in tertium fidelitatis ſacramentum incidiſſet vt Nobilium ritu diuideretur iudicio familiæ herciſcundæ. Nam maior natu diſſerebat, fundi legatum incapacitate legatarij caducum factum: quòd Eccleſiaſtica *Manuſmortua* res ſoli capere nequeat, aut ſaltem retinere Moribus noſtris. Quoties autem caducum euaſerit legatum, res legata permanet apud hæredem antiquo & hæreditario iure. l. vn. §. pro ſecundo. Et §. ſin autem Cod. De caduc. tollen. vlt. π. De his qui pro non ſcript. Quòd verò pecunia ab hærede numerata ſit Templo, id pietatis nomine ac miſerationis actum geſtúmque, non eſt prauè detorquēdum in cauſam nouæ emptionis fundi, qui ad ſacram Eccleſiam ſpectare haud efficaciter potuerat. Denique illati in Eccleſiam nummi habentur pro dimiſſionis præmio rei legatæ, cui ita renuncians Eccleſia ſatis oſtendit, nullum ſibi in eam rem ius competiiſſe. Argum. l. fuit quęſtionis. π. De acquir. hæred. l. 1. §. vtrum D. Si quid. in fraud. patr. Aſt è contrario allegabitur, meo quidem iudicio probabiliùs, hæredem, qui legatum fundum recuperarit ſuo ære, ipſius emptorem extitiſſe, potiùs quàm hæreditarium poſſeſſorem. Nec enim legati capionem, ſed retentionem ſolam Templo interdici, quiritante fundi patrono. Inde & Eccleſiis interim fas eſt, legata, empta, donatavè, intra certum tempus æquo pretio, cuicunque collibuerit, diuendere: Et ex tali venditione patronus laudimia conſequitur, nouo velut titulo dominij tranſlatitio. Vtvt ſit, hæres ſuo ſumptu ac periculo tenebatur vſquequaque, à patrono luere ſacris relicta Eccleſiis. Sicuti Ægid. Magiſter in Deciſion. ſuis forenſibus animaduertit, & Nos late diſcuſſimus, lib. 3. Sᴀᴄʀæ Pᴏʟɪᴛɪæ Fᴏʀᴇɴs. Tit. 1. art. 3.

Eccleſia à ſe abdicare compellitur res Dominis temporalibus obnoxias.

Pᴠᴘɪʟʟᴀʀɪs fundus, qui clientelæ vinculo adſtrictus eſt, pro- 10.
palàm addicitur patrifamiliæ. In huius filium hæredem pupillus maior factus Senatum appellat à decreto publico adiudicationis fundi. Paulò pòſt ab iis negotium ita tranſigitur, vt prędium ad appellantem redeat, qui, vice verſa, refundat publici emptoris filio pretium rei, cum auctario quodam Tranſactione conuento. Deinceps filius prætij ſortem collocat in alterius prædij comparationem, lege dicta, vt recèns partum prædium ſubeat illius vices, naturam, & qualitatem fundi, ex quo redactum pretium in huius emptionem collatum ſit. Inde mouetur controuerſia inter filij hæredes, nûm emptitius ager, qui vectigalis erat, nobiliter herciſceretur, an æqualiter ac viritim. Cenſeo ædepol, ignobiliter diuidundum. Nam longè diſcrepat à permutatione venditio: quùm illi tacitè lex ſubſit, vt res permutatione receptæ, ſibi iam ſumant traditarum conditionem, inter hæredes permutatorum. §. 273. Andegauen. Conſuetud. Sed in venditione non item. Demus enim,

Declaratio ſimplex à vēditore facta, quod ex pretio rei venditæ fundus ab eo emendus ſortietur parem priori naturam, intelligitur quidem, vt fundus nouus ſit vēditori proprius, vel acquiſitius, inſtar prioris venditi, ſed non vt ſit feudalis, aut cenſualis quemadmodum alter. verū ſuam in eo ac peculiarem conditionem retinebit.

enim, venditori cauere licere, vt quicquid ſuæ rei pretio deinceps acquiſierit, ſibi proprium ac peculiare fiat, non commune cum vxore. Vt tamen, venditi fundi inſtar, beneficiarius ſit, quem emit vectigalem, caueri ab eo non poteſt.

Nûm res cenſualis cum feudali permutata reputetur cenſualis, an feudalis, quoad diuiſionem inter hæredes compermutantium. vide ſuprà, art. 8.

11. ALIVD verò in primogenitis cuſtoditur, quæs ſorores in herciſcunda familia ceſſerint vetuſtis clientelæ fundis: vt ampliſſimę dotis collatione liberentur, & fructuum delatæ hęreditatis dudùm à maritis perceptorum. Etſi namque ea fratri prædia attributa ſint in ſolutum, aut penſationem rerum mobilium, vtpote dotalis pecuniæ, vſurarum ipſius, & fructuariæ fundorum poſſeſſionis: Omnia certè hæc ex communi bonorum ſucceſſione delibata ſunt, nec priuato fratris, quaſi emptoris, marſupio comparata. Vnde ſucceſſorium potiùs feudum exiſtimatur, quàm à fratre emptum pro rata mobilis æris ipſi cōferendi, quod cohæredibus remiſerit. Imò & quicquid fundorum ad cohæredem diuiſione perueniat, adiecto proprij cuiuſdam ęris ſupplemento, laudimiorum ſolutione eximitur, nec emptitia, nouáque dicitur, ſed hæreditaria ex cauſa poſſideri. §. 282. Andeg. Conſuet. Cùm ergo dimiſſa à ſororibus latifundia teneantur beneficiario iure, ſequitur, ea inter fratris hæredes nobiliter herciſci debere. Obſcurior verò feudi quęſtio infraſcripta, Seius beneficiarium fundum Pacto mercatur hac lege, vt præconiis Haſtáque publica ſibi dehinc adiudicetur. Eo ſubinde viuis erepto, prædium tantidem væniit publicè, quanti priuatim diſtractum fuerat, pretiúmque emptoris filius licitatione victor numerauit. Iam inter filij hęredes diſceptatur, feudale necne beneficium eximio Nobilium more diuiduum ſit, quaſi ad ternum iam clientem in plebeia ſtirpe tranſierit. A ſenioris parte ſuggeretur, auum emiſſe cōtractu ſemel perfecto & abſoluto, cui futuræ ſolùm licitationis adiecta conditio ſit, ad luendum hypothecis latifundium, non ad dominij trāſlationem pleniorem. Ex pluribus enim cauſis res noſtra eſſe non poteſt, debita eſſe poteſt. Regula Iuris Non vt ex pluribus l. 3. §. ex pluribus. ff. De acquir. poſſeſſ. §. ſic itaque Inſtit. De action. §. ſi cui fundus Ver. ſed ſi rem legatarij Inſtit. De legat. Inde etiam Nobis in Senatu orantibus, (14. Kal. Ianu. an. 1583.) palàm pronuntiatum eſt, 7. Idus Febr. ann. 1584. agnatum venditoris repellendum, qui gentilitia fundi condictione experiretur poſt annum à die priuatæ venditionis, etſi intra annum publicæ addictionis eiuſdem, de qua Pacto illo conueniſſet. Areſto ſecundùm Iohannem *de poix* clientem meum, qui à Palatinis libellorum præfectis Senatoribus in Curiam prouocarat: aduerſus Karolum Hoſpitalem, Comitem *de Choiſy*, pro quo Chauuelinus egit. Nihilo minùs in ſucceſſorio feudorum iure adhibendam hanc puto diſtinctionem, vt ſi auus in contrahenda emptione pretium ſequeſtrò poſuerit & obſignarit, venditori, eiuſve creditoribus poſtea numerandum, ille iam tùm fundi dominus vtilis cenſeatur, patronique beneficiarius primus. Sin autem pretij illatio, vel depoſitio reiecta ſit in diem iudiciariæ venditionis, tunc à priuati emptoris filio,

Pour ſoulte pecuniaire de partage entre cohéritiers ne ſont deux lods & ventes. De quo Nos ſuprà, Tit. De laudimiis art. 7. & 8.

S. Conſultum Pariſienſe publicè recitatum die 7. Febr. ann. 1584. ſur la plaidoyrie du 19. Dec an. 1583. en l'appel d'vn appointement des Requeſtes du Palais.

Item ſi feudi ab auo empti redemptiuam facultatem filius nouo ære dato extinxerit, nepotes feudum, ventilatione facta, diuident æqualiter pro rata acquiſitæ illius facultatis à patre, tanquam partis fundi. ſed nobiliter ipſum partientur pro rata pretij auitæ emptionis.

Quia primus emptor fuerat, homagij non quidem debitor, ſed præſtandi capax. §. 126. Andeg. 136. Cenom. Morum. ibique Molin. Secus, ſi facultas lapſu temporis extincta fuiſſet, non Pacto nummario: Qualis tunc, retroactiuè ad primam emptionem, præſumeretur nunquam extitiſſe. Argum. l. furti. ff. De his qui not. inf. l. qui balneũ l. potior ff. Qui pot. in pign. Et ita feudũ omnimodò nobiliter diuideretur inter nepotes emptoris.

cui res addicatur pluris licenti, orditur nouum eius rei dominium atq; poſſeſſio. Quiſquis enim pretium exoluit, ei iuſtus emptoris titulus tribuitur, ac licet conuentio, non ſolutio pretij faciat emptionẽ noto Iuris dogmate, hoc tamen ceſſat in emptione pacta, cum forenſi eiuſdem rei licitatione futura metu hypothecarum & creditorum, quibus ſoluendum pretium deſtinatur. Nam alioqui nec contracturus fuiſſet emptor, niſi pretium in fundi empti liberationem conferretur in Foro, propalàm, ac publica fide. Quo caſu priuata emptio, decretúmque adiudicationis pro eodem habentur. Hinc quoque pactitij emptoris nepotibus, iudiciarij verò filiis expedit, æqualiter inuicem partiri feudale beneficium, quod ad tertium vſque clientem nondùm progreſſum ſit. Quinimò apud veteres, quæ priuatim etiam venibant, per præconem diſtrahi ſolebant. Vt de Scapulanis hortis M. Tullius ſcripſit, qui paciſcentium gratia vltrò præconi ſubiiciebantur. Epiſt. lib. 12. ad Atticum. Quod & Apuleius commemorat, iumenta in mercatum producta, voceque præconis, pretia ſingulis nuntiantis, equos, & aſinos opulentis emptoribus præſtinatos. Lib. 8. & 9. de Aſino aur. Nec diſſimiliter Herodianus (Lib. 11.) * Κλέαρχος τις ἦν, infit, τὸ μὲν γένος Φρύξ, τῶν δημοσίᾳ εἰωθότων ὑπὸ κήρυκι πιπράσκεσθαι.

* Clearchus quidam fuit genere Phryx, qui publicè vendi ſolita à præcone nunciabat.

Epigram 86. lib. 1. de Mario.

Hinc præco, ad merces turbam qui cogit emendas,

apud Flaccum de Arte Poët. Aut ille, Martialis Epigrammatarij,

Venderet excultos colles cùm præco facetus,

Atque ſuburbani iugera pulchra ſoli, &c.

ANTEQVAM feudum inter plebeios nobilitetur terno clientelæ ſacramento, magnum cohæredibus diſcrimen impendet commiſſi feudalis ab æquali rei beneficiariæ diuiſione: Andium enim Moribus, quàmlibet neceſſaria familię herciſcundæ ratio præpedire nequit feudi ad patronum deuolutionem: niſi maior natu duos feudi trientes ſibi recipiat, vnà cum honoraria fide, aut vectigali annuo, in iuniores reſidui trientis poſſeſſores. §. 204. Tres cohæredes æqualiter inuicem partiuntur clientelarem fundum à patre coemptum, ſed indiuiſa relinquunt beneficiaria ipſius iura, clientulos, & ſolaria feudo debita à ſubditis vectigalium agrorum poſſeſſoribus. Prima fronte dixeris, tali diuiſione feudum patrono apertum non eſſe, quia beneficiarius cliens minimè mutatus ſit, & clientelæ iura coniunctim, vt priùs, penes cohæredum quémque reſideant. His addito, *feudatariis* Gallico vſu licuiſſe, beneficiarios omnes agros, excepta ſibi fide, abalienare. Sed quia apud Andes nulla ſunt aërea huiuſmodi, puréque incorporea feuda, cliens non potuit in fraudem patroni, diuiſis ex æquo patrimoniis, indiuiſum feudum tenere. Quod nimirùm retineri nequeat, niſi cum bino triente patrimoniorum ipſorum: dempto, ſi ſola clientelæ iura beſſem fundorum pretio exuperarent. Porrò ſi frater ſenior beſſem capiat antiqui feudi, dato in cenſum triente ſecũdonatis, indemnes eos prȩſtare cogitur non modò aduerſus proximum fundo patronum, ſed & in Principem, ignobilium feuda ære mulctantem. 12.

Deſpié de fief ouuert par egal partage d'iceluy fief entre coheritiers.

And. Conſ. artic. 240. verſ. *Et n'a action de deſpié de fief lieu en ſucceſſion & partages de choſes hommagees entre roturiers, & nobles, pourueu qu'elles ſoient departies par les deux parts & par le tiers, & que celuy, à qui demeurent les 2. parts, retienne deuoir ſur la troiſieſme partie.*

Fief en l'air.

Propone

Propone enim, ſelectos à Rege Iudices, qui nummariam plebeiis penſitationem indicant, Principalis veniæ præmium nobilis fundi ab iis poſſidendi. Tunc pariter rectè deſiderabitur, indemnitatem à maiori fratre iunioribus ſeruari, qui ab illo, cenſuali lege fundum agnoſcant, non beneficiaria. Nam *Francorum feudorum* Edicta mandantur executioni in omnes promiſcuè feudorum poſſeſſores ignobiles: ſaluo his ad auctores regreſſu, à quibus prędia in annuum Vectigal ſuſceperint. Aliter verò, ſi natu minores fratris ſe beneficiarios profiterentur. Nam eo caſu patronus, etſi tutos ipſos, ſecuróſque prębeat à Dominica manu proxima (§. 262. Andeg. Conſuet.) non tenebitur iis Regiæ euictionis nomine, ceu ex vi maiore. Quoties item fundorum euictio à publica lege veteri proficiſcitur, cuius craſſa & ſupina legis ignorantia eſt, priuatus auctor idem non præſtat Imperij publici periculum ac euentum, qui à prima fundorum conſtitutione rei ipſi vel inhæreret, vel identidem immineret. Argum. l. lucius ff. De euiction. l. Item ſi verberatum Ver. & ſi fortè. ff. De rei vindicat. Hæc tamen, in ſubiecta hypotheſi non procedunt, quùm patronus, inferiori feudo nouo particulatim diſſecto, inde abducit prorſus honorarios cenſus, clientulos, incorporeáque alia feudi iuſta Dominica: quæ ad eum deuoluta, ex æquabili feudalis prædij diuiſione, hæredum vni ceſſerant in omne ius ſuum hęreditarium. Tunc enim alij, qui liberè fruuntur portione ſua feudi ſucceſſoria, patrimoniis conſtante, ipſiúſque aruorum corporibus ſingulis, tenentur, pro ſuo modulo indemnem præſtare cohæredem. Æquiſſimum nempè eſt, noxiam eius feudi in membra diſcerptionem, vt communi diuidentium facto cohæredum emerſerit, ità ab omnibus in commune perferri: ne inter æquales Iure, inęqualis rerum ſortitio poſſeſſióque iniquitatem pariat grauiſſimam. l. ſi familiæ Cod. famil. herciſc. l. ſi fratres Cod. commun. vtr. iudic.

Commiſſaires des franc-fiefs, & nouueaux acqueſts.

L'Edict des francsfiefs pour taxe de finance ſur les roturiers tenant fiefs & terres nobles.

Fief non encores tombé en tierce foy.

Agri feudales, ſeu domania feudi, eodē diſcerpto, non tranſeunt ad ſuperiorem: ſed cenſus ei debiti, vaſalli, aliaque æréa feudi iura ſeu incorporalia trāſeunt. art. 203. And. Conſ. De quo Nos ſupra. Tit. *De depié de fief. & de Parage.*

13. Arbiter diuidundæ hæreditatis Seio natu maiori attribuit hæreditarium fundum, tanquam patroni beneficiarium. At Seij mortui hæredes ſecundonati oppugnant fundi qualitatem, plebeiúmque ipſum ac vectigalem eſſe contendunt. Facto enim paterno inæqualem fieri non poſſe liberorum ignobilium cōditionem, vetante indigena Lege. §. 260. & 337. Secus, ſi aliunde prædium clientelare Iudici adprobaretur. Nuda autem priuati cuiuſque cōfeſſione nec mutatur rerum veritas, nec feudum adſtruitur, niſi interuentu & aſſenſu patroni. Vidi Papæ Deciſ. 24. ſecundùm Pauli I. C. leg. Confeſſionibus. ff. De interrogat. in iur. facien. Imò clientis etiam beneficiaria agnitio aut prę-ſtatio fidelitatis non arguit rem feudali beneficio affectā, niſi aliorum concurſu actuum muniatur. Ioh. Imolenſis ad Clem. 1. De Iureiur. Quod in Andibus potiſſimùm obtinet, vbi trino fidelitatis obſequio eſt opus, antequàm nobiliter ab hæredibus feudum herciſcatur. §. 255. 256. Leg. Andeg. Sed quia manifeſtè paret, quæ priori illa bonorum diuiſione olim geſta ſint, nullo fraudis conſilio tentata in per-

An diuiſio à patre cū cohæredibus facta ſufficiat inter eius liberos ad probandam fundi qualitatē tanquam feudalis, non cēſualis ac ignobilis.

Liberi reos criminis parẽtes deferre prohibentur. Aliquando tamen de facto eorũ queri poſſunt in iudicio, ſuæ rei defendendæ gratia. l. Hi tamen §. liberi. 1. De accuſat.

nicem iuniorum primogeniti liberorum, hi planè erubuerint, ſi à patre acta quaſi falſi inſimulent, editámque feudi profeſſionem in familia herciſcunda. Sin autem dominus ſuperior fundum, qui nobilis proponitur, ſibi vectigalem docere poſſit, ei directò manum iniiciet ob ſolarium non perſolutum. Inde velut ſuccenturiati domini ſuffragio, iuniores tutiùs certabunt de æqua fundi partitione, vti cenſualis & plebeij. Nam & ſi minores natu à ſeniori fratre partem feudi tenerẽt, eum cierent auctorem, contra quemcũque, ſuperius in eos dominium ſibi vindicantem. §. 262. Andeg. Leg.

Donatum ſucceſſuro in linea etiam collaterali, nedum in directa, habetur pro patrimonio, nõ pro acqueſtu, More Andiũ.

De iis etiam vide infraſcripta Lib. ſeq. Tit. 4 art. 1.

PATRVVS feudali agro nepotem ex fratre donauit, aliàs ei ſucceſſurum. Donatarij primigenius ſibi depoſcit feudi beſſem, velut gradatim hereditarij, & tertiam in manum plebeiam illapſi. Quæ enim munificè conferuntur in futurum hæredem legitimum, ea in patrimoniis habentur, nec in nouè quæſitis. l. 1. §. ſi alienatio Verſ. quod autem D. Si quid in fraud. patr. Cap. 1. De vaſal. decrep. ætat. Exin huiuſmodi data, legata ſociis bonorum non communicantur. l. Nec adiecit. D. pro ſoc. In eúmque ſenſum multa Guimerius, ad Pragmat. Sanctionem. Tit. De concubinariis §. quia verò In Ver. quæſtus Poſt Ioh. Fabrum in Procemio Inſtitut. Ver. Alemanicus. Sed hæc natu minores diſtinctione refellũt, donata quidem à parentibus, videri tantùm prærogata, vel prælegata in ſpem hæreditatis Natura debitæ, eiúſque anticipationem. l. 1. De impon. lucrat. deſcript. Lib. 10. Cod. l. Et quia D. pro ſoc. At quæ à propinquo dantur, aliovè tranſuerſa linea conſanguineo, in quæſtibus computari: etiamſi aliàs inteſtati bona ad donatarium eſſent hæreditate peruentura. Vt Tiraquellus ait, in Lib. Retractus linearis §. 32. Glo. 1. Num. 52. Nam à parente erogata tenemur in commune redigere iudicio familiæ herciſcundæ, non quæ ab agnatis, & tranſuerſo gradu propinquis. l. vlt. Cod. commun. vtriuſque iudic. Toto tit. D. & C. De collat. bon. In ſumma, vt fraternum diſſidium componatur, exiſtimo, feudale illud beneficium nobiliter partiundum apud Andes, velut antiquum, & longa ſucceſſionum ſerie tranſmiſſum ad fratres. Quicquid enim propinqui ſinguli, nedum parentes, largiuntur futuro ſucceſſori, adſcribitur titulo futuræ hæreditatis. §. 250. 320. 323. & 333. Andeg. Conſuet. Ætiologia eſt, quòd verè quæſtus intelligatur, qui ex opera cuiuſque deſcendit, non autem legatum, vel donatio, quæ ob meritum aliquod adiicitur, vel in partem cedit obuenturæ hæreditatis. l. quæſtus, Cum duab. ll. ſequent. D. pro ſoc. 14

Collatio bonorum ceſſat inter hæredes collaterales. Iure cõmuni.

Artic. 320. And. Leg. Ibi, *Lequel auancement n'eſt pas reputé donation pure & ſimple, mais aduancement d'hoirie.*

Art. 333. Verſ. *Et eſt reputé iceluy don aduancement d'hoirie, & le propre patrimoine & heritage dudit parent ou parente, mouuant de ſa ligne & coſté en la ligne dud. donneur ou donnereſſe.*

AVVNCVLVS feudum, quod emerat, ſororis filio dedit, legauit, 15
vnà cum vniuerſitate quæſitorum: filiæ verò (ex ſorore nepti) aureorum numũm millia bina. Conflictantur inuicem legatarij de viribus poſtremæ huius teſtationis moriẽtis auunculi. Tranſacta res hoc modo, vt legatariæ feudum cederet in omne ius hæreditarium, fratri reliquę communis auunculi facultates. Succeſſu temporis fœmina humanis exempta, eius liberi altercantur de diuiſionis formula feudi materni.

Quod tranſactione recipitur pro iure hæreditario præteſo, cenſetur proprium, non acqueſtus.

terni. Iuniores enim obnixè aſſerunt, iſtud matri partum tranſactione fuiſſe, non hæreditate propriũ. Illi enim pecuniã ſolã teſtamento relictam, inteſtati etiam lege prædiola pauca acceſſura, plebeiæ conditionis. Enimuerò potiores arbitror primigenij aduerſarias rationes, tranſactionem minimè nouum acquirendi dominij ius titulúmque præbere, ſed antiqui probatorium, aut veriùs partitionem hæreditatis inter fratrem & ſororem cohæredes. Vt notat. in l. ſi pro fundo Cod. De Tranſact. Bald. ad cap. 1. De controuer. inueſt. int. vaſal. & ali. de benef. Idem in Cap. 1. De prohib. feud. alienat. per Frider. In Feudis. Præterea demus, fundum partim acquiſitum videri, pro fraterno ſaltem in eum ſucceſſorio iure, quod ſorori Pacto illo tranſcriptum ſit: Quoniam tamen nullum ab ea ſolutum eſt fratri pretium fundi, ſed penſatio duntaxat prædiorum vtrinque facta ex hæreditate communi, hæc tranſacti negotij forma ſpirat germanam quandam bonorum cõmunium vel diuiſionem, vel accommodationem mutuam inter cohęredes, qui proxima neceſſitudine iuncti ſunt.

Redemptio vexationis, nouus titulus nõ cenſetur.

16. De filiorum ſucceſſione in feuda paterna ſatis, nunc de patrum ſucceſſione in feuda à liberis comparata. Friderici quidem Lege & Moribus Longobardicis, parentes non ſuccedunt filiis, vel nepotibus. Cap. 1. De ſucceſſ. feudi. Et Tit. Qui feud. dar. poſſ. Tit. De ſucceſſ. fratr. Nam feudale beneficium aut nouum eſt, aut vetus, Si nouum, cliente liberis orbo, redit ad patronum: Sin verò antiquum, nullatenùs ad patrem vel auum hæreditate reuoluitur: cùm ab alterutro præmortuo in poſteros defluat. Vnde hic tantùm caſus excipitur, quem Cæſareus Germaniæ Senatus iudicio determinauit: Nempè ſi pater in filiorum gratiam vetuſto feudo renunciet, ac filij, ſoſpite patre, diem ſuum obeant ſine liberis, feudum ad patrem reuertetur. Quod Imperatorium Auguſtæ Nemetum decretum profert Mynſingerus, Centuriæ 3. Obſeruat. 93. Iuxta Iacob. Ardizonis ſcripta, in §. Aſcendentes Tit. De ſucceſſ. feudi. Præpoſ. ad Cap. 1. De vaſal. decrep. ætat. Cùm Zaſio in Epitome Feudor. Tit. De ſucceſſ. feudi. Verùm vt his Municipij noſtri Mores adiungam, parentes inteſtati filij hæreditatem cernunt, mobilem purè, & immobilis vſumfructum. §. 270. And. Leg. Quòd ſi filius extraneo det, præſtet quæſita ab ſe omnia, nullanè parenti Legitimæ ſpes erit reſidua, querelævè inofficioſæ donationis? Huic querelæ directò opponetur popularium meorum Ritus §. 321. Cuius verbis ipſis nulla hæredi cuiquam, præter liberos, reſeruatur bonorum portio alteri donatorum. Nam Municipali quidem Conſtitutione, filiis ſua adimi iuſta portio non poteſt, parentibus debita poteſt: quùm illam naturale, hanc ciuile Ius introducat. l. ſcripto. §. non ſic parentibus. D. Vnde Lib. l. Nam etſi parentibus ff. De inoff. teſtam. Bartol. ad l. Titio centum. §. Titio genero ff. De condit. & demonſtr. Bald. in l. De emancipatis. Cod. De legit. hæred. Et in l. 1. §. ius naturale ff. De Iuſtit. & iur. Poſt. Ioh. Fabrum in § Item vetuſtas Inſtit. De hæredit. quæ ab inteſt. Exin prouinciales Conſtitutiones,

De aſcendentium ſucceſſione in feuda deſcendentium.

Iudicium Spirenſis Cameræ Imperialis.

Vtrum aſcendentibus detur querela inofficioſi. Legitimævè petitio bonorum filij in Patria Conſuetudinaria Franciæ.

Art. 321. verſ. *Et s'il n'y a aucũs enfans, pourront le mary & la ſemme diſpoſer de la tierce partie de leur patrimoine, enſemble de tous leurs meubles, acqueſts & conqueſts à qui bon leur ſemblera, à viage, ou à perpetuité.*

quæ matrem ab hæreditate arcent, à Legitima etiam parte cenſentur arcere. Maſuer. in §. Item de conſuetudine Tit. De ſucceſſ. & vltim. volunt. Quam ad rem alia multa cumulat Benedictus, in Repetit. Cap. Raynutius In Ver. Et vxorem nomine Adelaſiam. Num. 47. Secundùm hæc quoque, PATRES PARISIENSES matrem ſummouerunt petita bonorum filiæ portione legitima. Iudicio ſummo in 4. claſſe Curię Inquiſitoria dicto. 3. Kal. Nouemb. an. 1589. pro Paſquero Trouſſarto, cunctarum vxoris opum, quæ in Carnutibus ſitæ erant, legatario: aduerſus Catharinam *de Maubuiſſon*, defunctæ matrem. Ex ſimili tamen Carnutum, Conſuetudine Laudunenſi Veromanduorum, quæ liberis ſolis iùſtam vtrobíque portionem ſeruat bonorum extero donatorum, aliter iudicatum inuenio, Pridie Idus Febr. an. 1583. pro Pet. Fabro, in Criſpinum Choqueuſium. Iac. Alemantio litem collegis ſenatoribus explanáte in Senatoria Inquiſitionum Decuria 2. Ac biennio pòſt, idem planè definiuit ſuprêma Curia. 7. Iduum Dec. an. 1585. in quinta Patrum Claſſe Inquiſitoria. Decreto ſecundùm Claudiam *de Choiſy* matrem Helenæ *Seurre*, aduerſus Edmundũ Paultum demortuæ legatarium, qui à Iudicis Sententia Brayi ad Sequanam amnem oppidi, prouocarat AMPLISS. ORDINEM. Æquiſſimè, quùm vel Imperatoria manſuetudine dignum ſit, minuere orbitatis iniurias, nec pati, quenquam, filio amiſſo, inſuper affici alio dolore. Vnde & Panegyrico Traiani, res filij vniuerſas parens accipere debet, nec hæreditatis ſocium habere, qui non habet luctus. Hinc Valerius itidem memorat, C. Calpurnium Piſonem Præfectum Vrbi dediſſe bonorum poſſeſſionem Terentio cuidam aduerſus tabulas filij, à quo in adoptionem alteri dato, præteritus fuerat. Quin & Marcellus reſpondit, bonorum liberti partem, quæ ex legibus verecũdiæ patronali debita ſit, imminuere fas non eſſe. l. ſi patronus. π. De donation. In Gallica necnon Patria Iuris, quàmlibet arcto bonorum inteſtati filij ſemiſſe fructuario concludatur matris Legitima, (Edicto Karoli 9.) Senatus Pariſiorum, matri addixit ſolidum hæreditarij Aſſis trientem præmortuæ filiæ, quæ vniuerſas fortunas, ſcripto hærede marito, poſtremis tabulis exhauſerat. Areſto j. recitato, Volum. 3.

Decretum Senatus Lutetiani. Die 30. Octob. an. 1589. *ſur vn proces party en la 4. Chābre, departy en la 5.*

Areſtum Curiæ Pariſien. Die 12. Febr an. 1583. in 2. Camera Curiæ, *apres en auoir communiqué à toutes les Chambres de la Cour.*

Placitum Curiæ Pariſien. in 5. Camera Inqueſtarum die 7. Decemb. 1585. confirmans Sententiam Bailliui *de Bray ſur Seine, entre Edme Paulte legataire des meubles & acqueſts de Helaine Seurre, & la mere d'elle heritiere deſd. biens, à laquelle fut adiugé le tiers* pro legitima.

Regia Ordinatio de matrum ſucceſſione in bona filiorum pręmorientium, *au Pays de Droict eſcript.*

Infrà Tit. de fructuario parentum iure in fundos præmorientium liberorũ art. 5.

RECTAS ſequuntur tranſuerſariæ feudorum hæreditates, quæ pari 17.
cum reliquis hærediis iure eatenùs reguntur propemodùm Moribus noſtris. Feudiſtica Lege non item, vbi ex tranſuerſo, ſeu latere cóiuncti non ſuccedunt in feuda, tametſi antiqua, niſi ad ſeptimum vſque cognationis gradum. Cap. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feudi Bald. in Authent. Defuncto Cod. Ad S. C. Tertyll. Dempta hinc ſucceſſione feudi paterni, quod parentis nempè illius extiterit, qui eius fuit agnationi communis. Tunc enim huiuſmodi feudum, quod à primo beneficiario in liberos, poſteróſque deriuatum ſit, iis ſublatis, traducitur ad eorumdem agnatos. Cap. 1. De natu. ſucceſſ. feudi. Ibi, ex latere omnes per maſculos deſcendentes Cap. 1. Si vaſal. feud. priuet. Quod & Germaniæ totius Conſuetudine probatum refert Mynſingerus, Centu-

Collaterales feudorum ſucceſſiones.

Feudum ab originario accipiēte, ad deſcendentes, & à deſcendentibus quibuſdam ad collaterales agnatos deuolutum, qui etiam à primo illo deſcenderint.

Centuriæ. 2. Obſeruat. 95. Iudiciſſque Germanici Conſilij ſacri deciſum Quinto Kal. Apriles an. 1549. ex Nobilium *de Roden*, altercatione forenſi, aduerſus curatores iuniorum Marchionum Badenſium. At Saxonico Iure, ſecus: quo Iure agnati laterales, etſi ab eadem cum defuncto clientulorum parentum ſtirpe proceſſerint, non admittuntur ad paterni feudi ſucceſſionem: niſi cum illo, veſtiti ſint feudo, & ſimultaneæ veſtituræ ſubſidio adiuuentur. *Lehenrecht* cap. 21. in fi. Et lib. 2. Different. Iuris Ciuil. & Saxonici cap. 58. Imò nec auitum feudum ſibi ſumunt nepotes Saxonici, iure patrum repræſentandorum: ſed feudum, haud extante filio, ad dominum reuertitur. Lib. 1. Different. Iur. Ciuil. & Saxon. cap. 22. per Text. *Lehenrecht*. Cap. 6. Quanquam Feudiſticis legibus diuerſum cuſtoditur. Cap. 1. De gradib. ſucceſſ. Cap. 1. De ſucceſſ. feud. In Feud.

Iudicium ſupremũ Imperialis Cameræ Dio. 28. Mart. 1549

Marquis de Badē.

Tit. V.

DE HÆREDITARIIS FEVDORVM ONERIBVS.

1. *Ius primogenituræ in feuda, non grauatur maiori onere debiti hæreditarij ſoluendi, quàm reliquæ partes iuniorum cohæredum.*
2. *Nobiles tamen Andium, & Cenomaniæ primogeniti* realia *debita ſoluunt pro qua parte ſuccedunt: perſonalia, in ſolidùm, ſi Mobilia hæreditaria capiant ſoli.*

   Ignobiles verò primogeniti, æquales, cum cohæredibus, debitorum partes ferunt: licet inæquali maiorique parte in antiqua feuda ſuccedant.
3. *An debitæ adhuc impenſæ præcipui Ædificij, quod optarit primogenitus, ab eo vno exoluendæ ſint, an ab omnibus cohæredibus.*

   Inæqualium cohæredum lites hæreditariæ, æquali, nedum communi ſumptu perſequendæ ſunt, & à ſeniori prærogatæ litis impenſæ, æqualiter ſeu dimidiatim à iunioribus refundendæ.
4. *Parentum declaratio in primogeniti matrimonio, tanquam primi filij & hæredis præcipui, eſt publicè* notificanda: *& eius effectus.*
5. *De fraude à parentibus facta primogenituræ filij, eiuſque remedio.*

1. DIU MULTUMQUE diſceptatum fuit in luce Fori, nunquid primigenius hæres tantundem æris alieni penſitet, quantò ampliùs cæteris præcipiat è *feudaria* nobilíque Ditione hæreditaria. Sed multis Curiæ decretis præiudicatum, tales inſignis fundi præceptiones, quæ Moribus deferuntur grandiori, diſſoluendorum nominum onus non augere. Ex Vlpiani ſententia in l. 1. §. 16. ff. Ad S.C. Trebell. l. neque æquam C. Si cert. petat. l. quoties Cod. De hæred. inſtit. l. 35. D. eodem.

Æris alieni perſonalis actio non ſequitur fundum.

Areſtum vulgo dictum *de Haraucourt* Die. 24. Maij. An. 1577. *que l'aiſné, meſmes en ligne collaterale, ne payera pas plus de debtes, encores que en l'vne des Couſtumes il fuſt ſeul heritier aux fiefs.*

Inde ſi dos ſocero data ſit, ac mortuo eo, vxor penes maritum remanſerit, huic dos adſignari debet pro partibus cohæredum. l. ſi maritus. D. famil. herciſc. Imò & quod de primigeniorum iure præſcribitur, reliquis nihilò grauiùs onerando, id obtinet non modò in parentum hæreditate, verùm etiam agnatorum, quibus obliquo tranſuerſim limite ſuccedatur. Vt ſolenni Curię iudicio pronuntiatum eſt inter Gallos nobiles Belgas 9. Kal. Iunias, ſeu in peruigiliis ſacræ Pentecoſtes, an. 1577.

Decretum Curiæ Pariſien. Die. 23. Auguſti An. 1585. in 3. Camera inqueſtarum Curiæ. *Que le fils aiſné roturier ne payera pas plus de debtes pour le deſgagement d'vn fief ancien engagé par contract pignoratif, que ſes coheritiers.*

IDEM Celticæ noſtræ Andegauiæ vſus inualuit, ac Cenomaniæ. 2
Aut enim æs alienum perſonale eſt, aut prædiarium, in formulam annui Reditus pigneratitij. Et vtrúmque à plebeiis cohęredibus ex ęquo dependitur. Quùm enim patrius Mos ambiguam æris debiti ab ignobilibus contributionem minimè diremerit (qualem inter Nobiles definiit articul. 235.) poſcit æquitas, ſcripti eiuſce Moris, hac parte, ſilentium Romana Lege ſuppleri: quæ hæreditariam fundi pręceptionem, ceu prælegatum, non onerat alieno ære grauiori. leg. 1. §. ſi hæres præcepto D. Ad S. C. Trebell. l. 1. Cod. ſi cert. pet. l. ex facto §. 1. ꝟ. De hæred. inſtit. Proin Lutetiani PATRES, ex appellatione Cenomanorum decreuêre, inter plebeios hæredes, debitorum, nominúmque diſſoluendorum peræquationem. Iudicato, 10. Kalend. Septembres ann. 1585. pro Ludou. Tertreo natu maiori, contra Vilhelmum Pillierum in Cenomanæ Vrbis foro cauſidicum. Ioh. *Veau* Principis Conſiliario litem referente in tertia Senatus Decuria Inquiſitoria.

And. Conſ. Art. 235. Ibi, *Si l'aiſné n'a accepté leſd. meubles, il les peut faire appretier, & iceux conuertir les premiers aux debtes: & le ſurplus doit eſtre payé par les heritiers dud. deffunct, pourtant que chacun eſt heritier proprietaire en lad. ſucceſſion.*

Nobilis autem primogeniti alia conditio eſt, qui videlicet pro modo emolumenti hæreditatem liberat immobili Vectigalis onere hypothecarij, aliovè cóſimili. Ob idque totidem vncias exoluit Nominum annuatim recurrentium, quot hæreditarij Aſſis vncias capit. Præd. §. 235. Andeg. Conſuet. & 252. Cenomanæ. Quo bonorum incumulo ac computatione, numeratur etiam præcipuum ſeniori competens villæ Prætorium. Demus enim, iſtud diuiſioni obnoxium non eſſe inter cohæredes. §. 222. Andeg. Conſ. Iure tamen hæreditario defertur tale Ædificium, ex cóque præcipuo, deficientibus bonis aliis, iuſta Naturæ portio ſecundogenitis veniret præſtanda, art. 17. Pariſien. Morum. Quippe quùm ciuili Municipum Conſtitutione naturalis tolli nequeat, ſeu naturæ Iure ſancita, Legitima liberorum. Vt pleniùs alibi edocuimus. Secundùm quæ, ORDO CLARISS. perſpecto maturè negotio, pronuntiauit aduerſus marem annis prouectiorem. Pridie Nonas Iunias an. 1579. in ſummo Curiæ Auditorio, vbi Franciſc. Thomas ſenator litem exponebat, pendentem inter Iacobum *de Boiſnay*, qui à Cenomano proprętore Curiam appellarat, & Leonoram *de Boiſnay* ſororem, quæ ex aduerſo decertabat. Tametſi antea de ambiguo ciuicæ Legis vſu interlocutus ſit Senatus, confuſis togatorum Municipum teſtimoniis inquirendum. Areſto 4. Iduum Aprilium ann. 1559. ex forenſi controuerſia Ludouicæ Claromótanæ viduæ Franciſci Bellaij hinc, & Euſtachij ac Iacobi Bellaij inde, litigatorum. Quòd autem perſonalia

Verſ. *leſquels preciput & aduantage ne cheent point en partage.*

Lib. 2. Pariſ. Legum. Tit. 3. Art. 12.

Iudicium Curiæ Dię. 4. Iunij An. 1579. *Que l'aiſné noble, ores qu'il ſoit ſeul tenu des debtes perſonnelles & mobiliaires, il n'eſt tenu du rachapt des terres vendues à grace par engagement, ſinon* prorata emolumenti, *& pour les 2. parts qu'il amende des terres.*

Interlocutorium Areſtum Curiæ Die. 10 April. An. 1559. *d'informer en enqueſte par turbes ſur l'vſance du pays.*

perſonalia ſpectat Nomina, & Vectigalis annui reliqua ſuperiorum annorum, quæ mobilibus debitis accenſentur, iis defungitur primigenius ſolus, ſi quidem mouentia hæreditatis bona pro ſuo iure præſumat: Si autem ea repudiet, ipſi conſultum eſt Iure noſtro municipali, vt ſupellectilem, & mouentia alia, vocatis cohęredibus, in teſtatum redigat, iuſtéque æſtimata conuertat in ſolutionem æris alieni, ac ſupremæ voluntatis defuncti executionem. cit. §. 235.

3. HINC ſequitur videre, nobiliſnè primigenius, qui parentum bonis ſe mouentibus renunciarit, cohæredes liberare teneatur impenſis nouæ Ædium ſtructuræ, quas ſibi præcipuas delegerit. Ponamus enim, grandem pecuniam architectis Pacto conuento debitam ſupereſſe, vel nouercam à priuignis petere nummorũ partem dimidiam, quos in ea ædificia maritus inſumpſerit. Vtrouis caſu, ſenior ius ſuum tuebitur paternorum Mouentium repudiatione, quorum intuitu perſonalia nomina diſſoluere eum vnum lege oportuiſſet §. 235. And. Conſ. Perſonale autem, mobiléque eſſe genus hoc æris alieni nemo inficias ierit: quùm mobilis tantùm pecuniæ ſolutionem expectet. Bartol. ad l. 1. Cod. Si aduerſ. tranſact. Vtcunque enim æris ſumma, quæ petitur,
4. in rem impenſa ſit prædiariam: abiit certè in creditum, meréque mobilis exiſtimatur. Argum. l. procuratoris. §. planè. ff. De Tribut. act. Cum igitur ius * πρωτογονίας cæteris grauiori onere premi non debeat hęreditario, totum id ſubire maior natu non tenetur. Sed è diuerſò minores æquitatis vis ſumma defendit, ne alienæ rei pretium exoluant, cuiuſque nulla ad eos rei portio redeat. Abſurdum fore, eos poſſeſſionum onus incommodúmque perpeti, ex quibus nullum percipiant fructum atque compendium. l. ſi igitur D. pro ſoc. Nec enim parui referre, an ęs alienum nuda mutui datione conflatum ſit, an in pretium, augmentumvè ſoli, aut ſuperficiei, quæ immobilibus pariter adſcribitur. Illud enim, totius hæreditatis onus eſſe, & à cunctis hæredibus luendum pro portionibus hæreditariis: Hoc verò immobilis rei pretium, patrimoniale exiſtere, prædiarium, prędióque vni indictum, cuius debita ſors ſaluam totius fecerit cauſam. Sic, è conuerſò, venditæ rei vxoriæ pretium reſiduum, quod debeat emptor die ſolutę coniugalis bonorum ſocietatis, ad vxorem pertinet, aut eius hæredes ſolido iure §. 296. Andeg. Leg. Et 311. Cenomanæ. Quibus ſuffragatur Maſuerij opinio, in Praxi, Tit. De ſociet. Atque his cumulo adiicitur, quod Andium More ſtatutum eſt, (d. §. 235.) hæredum quemque nobilium eatenùs alieno ære obſtringi, quatenùs hæreditatis partem ferat ampliorem. Cùm itaque ſolidas Ædes maior natu præceperit iure primigeniorum, eas quoque luat omnino, neceſſe eſt, debitaſque reſtituat pecunias, quibus paterfamiliæ ſumptuoſam Demum exædificarit. Molineo licet diuerſæ opinionis aſſertore, in Commentar. priſcæ Conſuetud. Pariſiorum, (Ad §. 11. Num. 11.) Enimverò de forenſibus rei nummariæ impendiis communem in fratrum litem aduerſus exterum, aliud placuit Senatui, decretúmque, euictis iudicio in

Les frais deus du baſtiment choiſy par l'aiſné pour ſon preciput, payables par luy ſeul.

* Primogenituræ.

Ius primogenituræ non eſt hæreditariis oneribus grauãdum, ampliùs quàm cæteræ cohæredum portiones. Tamen vbicunque primogenitus ad debita tenetur pro portionibus hæreditariis, & pro modo lucri, tunc *le Droict de preciput* primogenitum ſpectans, licet non cadat in diuiſionem cum aliis cohæredibus, computatur in cumulo bonorum, ad maiorem debitorum cõtributionem. Quia illud præcipuũ iure hæreditario defertur, & in hæreditariorũ bonorum cõputationem venit.

Artic. 311. Cenom. Conſuet. *Les deniers qui en ſont encores deus au temps dud. decez, reuiendront & eſcherront pour le tout à celuy d'eux ou à ſes hoirs deuers lequel led. patrimoine vendu eſtoit mouuant: & ſeront iceux deniers reputez entre le ſuruiuant, & les heritiers du premier trepaſſé deſd. mariez de la nature du propre heritage & patrimoine.*

externum donatarium feudis hæreditariis, iuniorem fratrem, viritim ac dimidiatim, cum primigenio, teneri deciſæ controueſiæ rationibus ſumptuariis. Obtendebat ille quidem, multò minori ſe, quàm fratrem, in feuda parte ſuccedere: eóque in litem impenſa, quæ totius rei ſeu pignoris cauſam ſeruaſſent, quaſi in rem facta, refundi tantùm debere pro rata emolumenti rei portione, ſeu pro modulo trientis feudi, qui ad ipſum triens lege redibat Municipali. Sed potiora viſa ſunt CVRIÆ CONSCRIPTIS argumenta maioris natu contraria, litis ſumptus regulariter perſonales cenſeri, perſonæque indictos, veriùs quàm rei: à ſingulis proinde litigatoribus in capita ferri conſueuiſſe. Huic Albo ſecundogenitum fratrem adſcribendum, vtpotè controuerſi negotij, cum eo, vſquequaque conſortem in iure, aduerſus communem aduerſarium. Sociis igitur, forenſium impendiorum onus compar ſuſtinendum, impar licet ac inæquale forenſis victoriæ præmium referrent. Ita denique pronuntiatum eſt celebri S. Conſulto gemino poſtridie Idus Sextiles, ann. 1585. Et in Bellaya Andium familia prænobili, poſtridie Nonas Septembr. ann. 1603.

Areſtum recitatum *en robe rouge* à Præuoſto præſide. Die 14. Auguſti 1585. *ſur proces party en la grãd Chãbre, entre M. Fleury rapporteur, & M. Lenoix compartiteur.*

Simile Placitum Curiæ die 6. Sept. 1603. ſororē, licet inæqualiter cohæredem, à fratre nobili in communem litem ſumptus factos, pro media refundere debere, aut rebus ex ea lite adiudicatis omnino cedere. Dn. Bragelonio relatore in 2. Camera Inqueſtar.

4 INSVPER primogeniti nobilis cautio eſt, facere, curare, vt præconio promulgentur matrimonij ſui tabulæ, quibus cum parētes, filium hæredémque primarium renūtiarint. Nam ſolenne hoc elogium, quo illi ſibimet interdicant maiori parte bonorum, non porrigitur aduerſum emptores, ſeu in rem ſucceſſores parentum ipſorum: niſi propalàm euulgetur, publicetur. Vt à Nobis ſuperiùs adnotatūm eſt, ex Vlpiani ſententia, leg. ſed ſi pupillus §. proſcribere & §. de quo palàm proſcriptum. ff. De inſtitor. act. Eritnè verò huiuſmodi Contractus neceſſaria inſcriptio in publicis Regij fori, Tabulariíque Actis? Minimè, quùm ei contractui inſerta parentum profeſſio multum abſit à donatione, quam Forenſia in monumenta regeri oportet: nuda ſcilicet iuris legitimi declaratio, ſpéque debiti protogenio in bonis paternis ac maternis. Argum. l. Hæredes, §. 1. Teſtam. Idque vicini noſtro Municipij legibus eſt comprehenſum. §. 262. Cenom. Conſuet. Cedò, parentum nè enunciatio in gratiam primigenij emiſſa obſtabit ipſorum liberalitati in ſecundonatos, quantam illis patria Lex permiſerit? Vtputà parenti fas eſt, vni ex pluribus, cunctiſvè ſecundogenitis trientem hærediorum, & acquiſitionum largiri, cum mouentibus vniuerſis. §. 321. Andeg. Conſuet. Cenſent mehercle non pauci, hoc caſu donationem reſciſſum iri, quatenùs portionem minuat, primigenio Moribus attributam. Huic quippe vel tantillum detrahi nequit, niſi in parentum redemptionem captiuorum, vel in extremam ipſorum ſubleuandam inopiam, aut inediam (præd. Conſuet. art. 245.) ſeu denique in neceſſariam aliorum cauſam liberorum, quæ patriis Moribus dempta, à Nobis expromitur anteriore Tit. proximo. Quod ergo Conſuetudine admittitur paternæ pietatis munus in iuniores liberos, benignè interpretandum, niſi parentes ſibimet rebuſque ſuis

Suprà, Tit. de feudar. nobil. viror. ſucceſſ. art. 21.

Andeg. Legis §. 245. Verſ. *Toutesfois auant que tel contract de mariage peuſt lier ne adſtraindre les acquereurs, & tierces perſonnes, ſeroit requis, que tel contract fuſt deuëment publié.*

Donatio debet inſinuari *aux Greffes royaux*. Sed paterna declaratio in fauorem primogeniti nobilis, de qua in Textu, non eſt propriè donatio, nec eget inſinuatione. Nam qui declarat, nil de nouo dat.

Art. 262. Cenomanæ Cõſuet. verſ. *apres publication & declaration faicte au plus prochain ſiege royal, ou ès aſſiſes de la plus prochaine Baronnie, ou Chaſtellenie de tel contract faict en faueur de mariage, &c.*

Artic 245. Andeg. Conſuetud. Ibi, *ſauf*

ſuis diſponẽdis modũ preſcripſerint Lege receptum: ſiue vt eiuſdem tũc Legis permiſſu, illi ipſi minoribus natu pluſcula ſolùm largiantur quàm ab inteſtatis ſperare donatarij potuiſſent. §. 241. 247. 321. & 322. Andegaui Iuris Municipalis. Aliàs enim publica connubiorum fides violaretur, ac inſidioſis fraudibus ſanctiſſima nuptiarum fœdera polluerentur. Quin & ſi publicitùs vulgatæ non ſint, nec proſcriptæ nuptiales primigenij chartulæ, nihilo firmiùs iuniores ſibi donata ſeruabũt. Nam in cauſa lucratiua, fraus vnius officit vtrique, & dolus auctoris nocet ſucceſſori donatario. l. Apud Celſum. §. de auctoris. ff. De doli except. l. Ignoti Cod. De reuocandis quæ in fraud. credit. Diuerſum de ſucceſſore in rem, ex cauſa onéroſa. l. qui à debitore D. Quæ in fraud. credit.

en aucun cas, c'eſt à ſçauoir pour leur extreme neceſſité de viure, & pour la redemption de leurs corps, &c.

5. Svbiicio aliud paternæ fraudis conſilium in primogenitos. Generoſus eques ſuis nummis ampliſſimũ prædiũ mercatus eſt promiſcuo liberorum omnium nomine: vt hoc communionis obducto velo futura ipſorũ iura hæreditaria perequaret. Diẽ functo patre, iuniores liberi agunt in ſeniorem fratrem cõmuni diuidũdo, vti emptus fundus æqualiter inuicem diſtribuatur. Inſtat, cõtrà, natu grãdior, & queribundus occlamat, primigeniorum ſpem ſibi præreptam verſuta illa & callida contractę emptionis formula. Cuius nempe fucum prodat & pretij ſolutio ex paternis loculis, & paterna fundi poſſeſſio cõtinua, fructuúmque perceptio. Itaque partiundum fundum intendit, haud communi certè diuidundo iudicio, quaſi emptione communem factum, ſed iudicio familiæ herciſcundæ, velut hæreditarium ac paternum: Vt natalitij ſui primatus ſaluum incoluméque ius maneat. Quùm enim filiis peculium deeſſet, eximiáque induſtria, quæ prædiis emundis neceſſaria ſuggereret, non tam ſpectandum cuius nomine, quàm cuius & pecunia, & in rem ſimul pactum fuerit. l. Cùm oportet Cod. De bon. quæ liber. l. Multùm intereſt Cod. Si quis alteri, vel ſibi Et Pauli. I. C. Sentẽtia, Lib. 2. Receptar. Tit. 17. Nec obeſt primigenio, quòd fundi emptioni, iuſſu paterno ſubſcripſerit: quùm, patre mortuo, ille in eadem animi ſententia non perſeuerarit. l. ſi quando. §. illud Cod. De inoff. teſtam. Aliud, ſi pater filio, quãtùm ſatis eſſet ei, contuliſſet, ne iudicia eius inquietaret. l. 1. §. ſi parens. D. ſi quis à parẽte fuer. manumiſſ. Proinde cum maiori natu ſentio aduerſus ſecũdogenitos: modò propriam ſubſcriptionem Codicillari in integrum reſtitutione cõuellat. Nam alioqui ſimiliter cõtra tabulas bonorum poſſeſſionem negat Marcellus ei, qui ſua manu exhæredem ſe ſcripſerit. l. Non putauit. §. ſi quis ſua manu. ff. De bonor. poſſeſſ. contra tabul.

Si pater nobilis ſua pecunia emerit feudum nomine filiorũ, cẽſetur hæreditariũ iſtud inter filios, non acquiſititium.

Fũdus quidem Paulo. I. C. eius eſſe videtur, cuius nomine comparatus eſt, non à quo pecunia numerata, ſi fundus cõparatori ſit traditus: Aliàs, contrà.

Reſcriptum Principis, reſtitutoriũ aduerſus conſenſum à primogenito adhibitum paternæ Emptioni cõtractę ſuorum nomine liberorum omnium.

PARTIS III. CAPVT SECVNDVM.

EX QVIBVS CAVSIS FEVDVM AMITTATVR.

Tit. I.

DE LEGE COMMISSORIA BENEFICII SERVIENTIS, OB CRIMEN BENEFICIARII.

1. *Argumentum ſecundi Capitis huius 3. Partis.*
2. *Vetus forma iudicandæ* feloniæ *vaſallorum & ſubditorum.*
   Quænam, apud Andes, cauſæ feudi amittendi.
3. *Antiquæ maiorum feudorum confiſcationes ob* feloniam Comitum, *& Magnatum.*
   De adulterio, vel ſtupro in vxorem, filiamvè domini.
4. De ligio feudo, *& eius qualitatibus, ſtrictioréque obligatione.*
5. *Noxiarum vaſalli enumeratio, quæ feudi commiſſum inducunt.*
6. *Accuſatio, teſtimonium capitale in dominum, ſtupri attentatio in eius filiam vel vxorem, cauſæ feudi amittendi.*
   Homicidium domini à vaſallo patratum, déque eo Areſtum Parlamenti *Britanniæ.*
7. *Baronia* de Craon, *Principali feudo Andium, ob* feloniam *vaſalli* reunita.
   Andegauorum Principum Tituli alij, Regij.

PRIORI

1. PRIORI CAPITI, de clientelarium Feudi iurium deuolutione ad patronum, ſuccedit alterum de totius commiſſo feudi Clientelaris, aut Dominici.

2. VT autem à clientibus auſpicemur, patronus qui actione ingrati, ſeu * τῆς προδοσίας intendat, cliẽtis beneficium ſibi eſſe commiſſum, vocare eum debet Feudalibus Inſtitutis ad iudicium *Parium* terno edicto ſolenni. Tit. De milite vaſal. qui contumax eſt Lib. 2. Feud. Eundem forenſium edictorum ordinem aduerſus Inſubres obſeruauit Fridericus. 1. Imp. conſilio Iuriſperitorum. Vt Radeuicus ſcripſit Lib. 3. Cap. 27. Nam Legum periti Friderico ſuaſerunt, Mediolanenſes, licet improbos ac infames, Iudicis tamẽ officio per legitimas inducias citãdos eſſe: ne ipſis allata vis, aut cõtra ius in abſẽtes prolata Sentẽtia putaretur. Nec diuerſum de Errico. 7. Cæſare memorat Vvymfelingus (Cap. 43.) illum trina nũciatione citaſſe Robertum Siciliæ regem perduellionis reum, nec comparentem, Regno mulctatum pronuntiaſſe. Decreto Imperiali Piſis lato. 7. Kalend. Maias an. 1311. quod exſcripſit ad verbum Albericus in Comment. l. Quiſquis Cod. Ad L. Iul. Maieſt. Porrò Andium Moribus ſanctum eſt, ne dominus ob noxam de cõmiſſo cognitionem ſuſcipiat, ſuáque de re iudicium: vno dẽpto Principe. §. 191. Planè eodem patrio Ritu, quiſquis patrono, vxori, apparitori, magiſtratuivè Dominico iniecerit manus dolo malo, aut in eum alioqui noxiam nocuerit, committit beneficium: ſub arctiore quidẽ fidelitatis conditione ſubiectum, perpetuò, ſimplex verò beneficium, tantiſper dùm viuat. Item feudi commiſſo punitur concubitus cum vxore, aut filia patroni virgine, vel cum eiuſdem cognata, quã is beneficiarij fidei cuſtodiendam crediderit: etiamſi vim eis nullam intulerit beneficiarius, at conſentiẽtes adulterarit, ſtuprarit, vitiarit. §. 142. 187. 189. 193. 194. Andeg. Leg. Tum. 206. 207. Cenomanæ, quæ finitimorum Andium Morem iſthîc quadantenùs interpretatur.

Bonorum cõfiſcatio ex crimine ceſſat apud Andes, *Mais bien y a perte de fief és cas de la Couſtume* §. 142. Vbi etiam mobilia capite damnati confiſcantur. Sed in Cenomania, nec mobiles quidem res fiſco addicuntur, prætérquam in Meduanæ Baronia §. 157. & 159.

* proditionis.

Trium edictorũ vocatio ſolennis eſt, ex Iure Ciuili. l. Ad peremptorium D. de iudic. l. conſentaneum Cod. Quom. & quã. iud l. Properandum Cod. De iudic.

Cæſarea Sententia Hẽrici Luxẽburgenſis die. 15. April. an. 1311.

Feudum ligium, & feudum ſimplex.

Artic. 187. Andeg. Leg. *Es cas, eſquels y a perte de fief, l'homme de foy lige le pert à touſiours mais: Et l'homme de foy ſimple pert ſon fief ſa vie durant.*

3. AC ne longiùs commiſſoriæ feudi pœnæ exempla quærantur, ecce tibi, apud Sigebertum, Gottofredus Pertici Vnellorum, & Dauid Cenomaniæ Comites, *qui quùm eſſent rebelles Roberto Regi Francorum, & quia Dauid euocatus à Rege ad eum venire contempſerat, dedit Rex Gaufrido Griſogonellæ homagium illius, & ipſam Ciuitatem, & quicquid habebat in Epiſcopatu Cenomanenſi.* Vt Sigeberti verbis rem expromam. In Chron. an. 1170. Rursùs temporum decurſu, Ludouicus Iunior res (Aimoyni phraſi) TERRAM SCELERATI COMITIS CABILONENSIS GVLIELMI PERSECVTORIS ECCLESIÆ CLVNIACENSIS INTRAVIT, ET CABILONENSEM CIVITATEM, ET MONTEM S. VINCENTII INSVPER OMNEM ILLIVS TYRANNI TERRAM FERRO PERDOMITAM COEPIT, ET EIVSDEM TERRÆ MEDIAM PARTEM DVCI BVRGVNDIÆ DONAVIT, RELIQVAM PARTEM NIVERNENSI CO-

Cenom. Cõſuet. art. 207. Ibi, *ſon ſergent, ou autre ſon officier, en faiſant ſon office, en contemps d'iceluy office, ou de ſon Seigneur.*

Comites *du Perche, & du Maine.*

Le Comte de Chaſlon en Bourgongne.

MITI TRADIDIT. Aymoini Appendice,ſeu lib.5.De reb.geſt.Francôr. Cap.55.Nec Galli pariter domeſticis teſtimoniis egent miręſubditorum obſeruātiæ in vxoré,filiāvè Dominicā. Cuiuſmodi illud Aimoyni,Lib.4.Cap. 48. dum,*Berthetrudis*,ait, *regina moritur,quam vnico amore Clotharius Francorum rex dilexerat,& omnes* LEVDI *bonitatem eius cernētes vehementer amauerant*.Patroni vtique in vxorem adulteriū,aut in filiā ſtuprum vlciſcitur Feudiſtica Lex commiſſo pręſertim feudalis beneficij.§.1.Tit.Quib.mod.feud. amitt.Et §. 2. Tit.De feudo ſine culpa non amitten.Imò nec Siculis quondam Legibus impunè Comes,aut Baro ducebat vxoré,filiamvè nuptui elocabat, niſi patrono auctore Principe.Alioquin feudum cōmiſſoria lege ipſi adimebatur. Karoli.1.Regis conſtitutione Neapolit.Rubrica.20.*De vxore non ducenda ſine permiſsione Regis*,Lib.3.Neapolit.Cōſtitut.Sed eiuſce rigorem Iuris relaxarunt aliquantulùm Karolus.2.Rex.& Honorius.4. Pōtifex Max. qui ſummo imperio Siciliæ vtrique dominabatur.Scriptore Matthęo Neapolitani Senatus Conſiliario,in cit. Tit.20.Lib.3.Neapolit.Conſtitut.

Siciliæ Regum Ordinatio vetus.

An Procerum liberi abſque Regis aſſenſu matrimonio iungi poſſint Nos ſupra Tit. De Iure Deport*.art. 9. Et Lib. 3. Domanij Franc.Tit.19.art. 21.

Sicilia,Romanæ Sedis feudataria.

G R A V I ùs certè Mos patrius adimaduertit. in perfidum clientem 4
qui ſanctioris iuriſiurandi lege teneat, quàm qui ſimplici fide datum beneficiū.cit. §.187.188. Ille enim *ligius vaſallus*, eſt quaſi ὁμόλογος, & εὐγκλιμαῖος,quia fidem & operam ſuam domino pollicitus ſit cōtra omnes,ne Rege quidem excepto,patronovè antiquiori. Vt colligitur ex Lib.3.Feudor.Tit.21.& 27.De tali homologo cliente extat Aimoyni locus,Henrico nēpe Andegaui Comitis filio,cui Ludouicus rex Neuſtriæ principatum reddidit,pulſo Angliæ Rege,EVMQVE PRO EADEM TERRA IN HOMINEM LIGIVM RECEPIT. Francic. Rer. Lib.5. Et hoc arctiſſimæ clientelæ genus Sigeberto dicitur *Ligantia*, quam cum hominio,Scotorum Rex præſtiterit Britanniæ Inſulæ regi.In Chronico an.1176.Enimuerò Francicis Moribus Princeps demi ſolet ex arctiori clientum obſequio,quod inferioribus Dominis ſpōdeant. Nam priſcis neuſtriæ Inſtitutis,formula beneficiariæ fidei huiuſce continebat exceptionem *de la feauté au Duc*. Cap.6.14.28.Noſtri ſimul Municipij Iure,cliens homologus,quū iurat in verba patroni,ſeponit inde Regē ac Summates Prouinciarum.§.138.Quò relabitur etiam Articulus. 135. Eiuſd.Leg.Itaque olim religioſa iſthæc cliētum ſubiectio,erat in Reges,ac Principes frequentior.Speculat.in Tit.De feud.§.quoniā.Maſuerius in.§.vlt.De feud.Verſ.Et propriè feudum *ligium* ſpectat ad Regem,vel Principem.Sic Roberti Siciliæ regis Conſtitutio voluit regij clientis hæredem neceſſe habere,intra annū & diem Principi ſe fidelitatis ſacramento *ligiique* hominij deuincire. Teſtatur itidem Anton.Florentinus,Bertrādum Comitem,Hieroſolymitani Regis *ligium hominem* factum,ſeu Deuotum clientem.Hiſt.Parte.2.Tit.17.Cap.6.§. 1.Froſſarti quoque ſcriptis apparet, Britānum regem ſanctiſſimo *ligię* fidei vinculo alligatum quondam Gallo regi ex Ducatu Aquitaniæ Pontiuéſium Comitatu,& Monſtrolij Ambianorum.Hiſt. Volum.1. Cap.25.

Art. 188. *Homme lige, qui oyt appeller ſon ſeigneur,duquel il eſt homme de foy lige, de trabiſō pert ſon fief,s'il ne s'en excuſe à ſon pouuoir, ou il ne reuele,ou faict reueler à ſon ſeigneur,pour s'en defendre, ainſi que que bon luy ſemblera.*

Albertus Crantzius ſcribit, dictionem *Ligius*,Italicā eſſe. à *Liga* deductum, & quaſi obligatum.lib. Nortm.4.Cap.7.

Art.138.Ibi.*fors cōtre le Roy & voſtre Prince naturel,le ſeruirez.*

§.135.Ver.*ſauf qu'ils obeyront au Prince auant tous autres, &c.*

Anglię rex homo ligius Franci regis. *à cauſe du Duché de Guyenne,Comté de Pōthieu,& de Monſtreul ſur la Mer,tenuz par led.Roy d'Angleterre*,ex materna Yſabellæ ſucceſſione, *Dame de Ponthieu & Monſtreul.* Froſſarti Lib.1. Cap. 117.

De Pontiui Comite Vilhelmo Taluatio, Sigebertus in Chrō.

Cap.25.Rurſùs ætatum progreſſu,Karolus.6.Franciæ rex edixiſſe fertur,vt omnes Regni proceres,eo mortuo,ſe *ligij* ſacramenti nexu genero ſuo adſtringerét Errico. 5. Angliæ regi. Narrante Monſtreleto, Hiſt.lib.1.Cap.225.Inde& apud Andes duplicaturClientelarũ æſtimatio arctioris huiuſmodi conditionis. §.498.And.Leg.Cui affines ſunt quodammodò artic.129.130.Eiuſd.Conſuet.

an. 1171. Qui Comes vxorem habebat, q. liam Heliç Comitis. fratris Gaufridi Andegauen. & Ducis Norman. Roberto item Pontiuenſi Comiti ſcripſit Yuo Carnutenſem Epiſt.149.

5\. ITAQVE feudalitia crimina, quibus cliens feudo mulctatur,ſunt iſthæc fermè,nec domini, vulneratio,pulſatio inſidiæ eidem ſtructæ. De quibus prodita eſt Henrici Auguſti Conſtitutio, Lib.2. Feudor. Tit. Quot teſtes ſunt neceſſarij ad proban. feudi ingratit. §.1. Tit. Quib.mod.feud.amitt.§.3.Decapit. qui cur. vend.Eam Feudiſtici auctores *Feloniam* dicunt ſæpe verbo militari, quod è Greco φήλωσις ſeu φήλωμα tractum,putat optimè Cuiacius in Comment. Feudor. Non modò enim *felonia*, rebellio eſt, ſiue ἀνταρσία, cùm & dominus ipſe in *feloniam* incidat,ſed fraus,improbitas,culpa.Id quod Gallicis etiã Moribus ſancitum fuit inter cliẽtem & patronum.Vt Ioh. Butelerius literis tradidit, lib.1.Summæ Ruralis,hac ſcriptura. *S'il aduient, que l'homme feodal mette la main à ſon Seigneur par mal,l'homme qui ce faict, doit perdre ſon fief,& en peut le ſire faire plainte pardeuant ſon ſouuerain.* Tum Maſuerius Frãcicæ praxeos apprimè gnarus,in §.Item ſi vaſallus commiſerit feloniam Tit.De Feud In hoc genus cõmiſſoriæ noxæ redigitur Arcis obſeſſio Domini, & oppugnatio à cliente ſuſcepta: Cuius præceptum extat,in §.1.Tit.Quib.mod.feud.amitt. Verſ.ſi dominũ aſſalierit, vel caſtrum domini, ſciens dominum, vel dominam ibi eſſe. §. 3. Quæ fuer. prim.cauſ.benef.amitten. Ad hæc, ſi beneficiarius patronũ in acie deſeruerit,aliovè capitis diſcrimine, exercetur lex commiſſoria feudi.§.Item qui dominum ſuum Tit. Quæ fuer.prim.cauſ.benef.amitt.§.vlt.De alienat.paterni feudi.Et §.1.quib.mod.feud.amitt. Nec diſpar his iudiciũ eſt de verborum contumelia patrono irrogata. §.3.Quæ fuer.prim. cauſa. Vbi graues inhoneſtæque iniuriæ ſigillatim percenſentur.Etenim pari de cauſa libertus,qui patronum conuitiis affecerit, exilio coërcetur temporali.l. 1.ff. De iure patron. Huc pertinet Cæſarea Lex.2.Cod.De libert.& eor.liber.l.1.ff.De obſeq.à lib.preſtã.l.1.§.cùm patronus.ff.De offic. præf. vrbi. Atq; adeo ingratos libertos,& de quibus patroni quererẽtur,reuocauit Claudius Cæſar in ſeruitutem.Vt eſt apud Tranquillum in Claudio,Cap.25.Vnde ſenſim Imperatoriç leges de eo conditç,& in ęs inciſæ.l. ſi manumiſſus.l.vlt.Cod.De libert.& eor.lib. Atticæ Politiæ exemplo,quç libertum ingrati reum peractum iure exuebat libertatis. Si Valerio credimus,lib.2.Cap.6.Attamen ſi clientulus,in patronũ lite ciuili pendẽte, Querulum Epiſcopo libellum obtulerit,Monitoriámque ab eo obtinuerit ſyngrapham,quæ tacitis nominibus Dominicam exiſtimationem notet,haud ideo mulctandus eſt ipſe feudalibus beneficiis.Nam iure poteſtatis à Magiſtratu facta, ad iniuriarũ actionẽ non pertinẽt: Nec qui iure publico vtitur,id videtur iniuriç faciendç cauſa perſequi

Crimina feloniæ vaſalli,ex quibus feudum eius Domino confiſcatur.

Ex in *Conſortes* dicũtur Dominus,& Vaſallus,quaſi eiuſdem militiæ ſocii, eiuſdẽque fortunæ participes.§.præterea Ducatus De prohib. feudi alienat.per Frider.Et Conſtitut. Henrici. 2.Imp.§.ſi contigerit feudum,&c.

Eccleſiaſticum Monitorium Querimoniç,in litem incidenter ab Officiali Epiſcopi impetratum.

Iuris executio non habet iniuriam.

Areſtum Curię, en plaidant du Roolle de Poictou die 4. Iunij. an 1602. *entre Dame Marguerite Deſpeaux Comteſſe de Dureſtal appellante comme d'abus du Monitoire ſcādaleux lequel ſtatiune N. lary ſieur de S. Loup n'avou-lu icy ſouſtenir, ſans deffendre ſimplement à la Requeſte incidente de cōmiſe de ſon fief.* quaſi ex ciuilis controuerſiæ vſu neceſſario ſuffragioque iuſtæ pœnitentiæ abſoluendus. l Qui falſam D. Ad L. Corn. de falſ.

l.Iniuriam §.1.π.De iniur.l.3.D.Quod met.cauſ. Proin ex controuer-
ſa ea litigantium ſpecie, PATRES CONSCRIPTI ſubditum abſoluerunt
noxali cōmiſſoriáque fundorum ſuorum actione, obiter mota à Do-
mino ſuperiori. Decreto in publica Fori diſceptatione lato Pridie No-
nas Iunias an.1602. Quùm Dagueus, pro patrona: Lamethus, pro cliē-
tulo, vtrinque oraſſent. Porro arcani crediti enunciatio, argumētum
eſt feudi patrono addicendi, & confiſcandi. §.ſi Capitanei. Quib.mod.
feud.amitt. Quod Neapolitana etiam Lege ſtatutū fuit. Tit. De aſſe-
curatione dominorū à vaſallis. Imò & Iure Ciuili, qui ſecreta pādunt
hoſtibus, proditores habentur, & capitis pœnam luunt. l.omne deli-
ctum.π.De re milit.

Credentiam Feudiſtæ vocant huiuſmodi arcanum vaſalli fidei cōmiſſum. Tit. Quib mod. feud. amitt. lib. 1. Feud.

PRÆTEREA accuſatio, & teſtimonium capitale in dominum, cau- 6
ſam præbet feudi clientibus adimendi. §. In quibus Tit. De cōſuet. re-
cti feudi. Et Tit.24. Quæ fuer. prim.cauſ.benef.amitt.Lib.2.Feud. His
ſubiungo celationem inſidiarum & periculi, quod vitæ, aut fortunis
Domini comparatum ſit. §. Illud. tamen Quæ fuit prim. In Feud. §.138.
& 188. Andeg. Conſuet. Dehinc. turpem maculam, quæ ſtupro cōtra-
hitur in patroni domū illato, ſequitur rei beneficiariæ priuatio. Quòd
ſi filiam, coniugévè patroni cliēs nō corruperit, ſed corrūpere tētaue-
rit, initiū facti pro facto habetur. Nā attētatio ipſa, & luſiones obſcœ-
nę, feudi amiſſione plectūtur, non minùs quā adulterij, aut ſtupri faci-
nus perfectū & abſolutū. §.1. Quib.mod.feud.amitt. Ibi, concūbere ſe
exercuerit, aut cum ea turpiter luſerit. §. Item qui dominum Tit. Quę
fuit prim.cauſ.benef.amitt. Etenim Satyrographi verſu, *Antiquum &*
vetus eſt, alterum Poſthume lectum Concutere, atque ſacri genium contemnere
fulcri. Quinetiam mortui patroni viduam mulierem conſtuprās, æquè
diſperdit feudū, ac ſi dominus inviuis extaret: Cùm illa eidem nuptia-
li iugo adſtricta cenſeatur. And. Yſern. & Mart. Laudēſ. in Cap. ſi quis
miles Tit. De feudo ſine culpa non amitt. Per l.vlt Cod. De bon. ma-
tern. Tiraquell. D. Nobilitate Cap. 18. Denique parricidiū ſequacem
trahit pœnalem feudalis beneficij iacturam: hoc tamē modo interpo-
ſito, vt cliens ob necatum à ſe patroni fratrem, beneficium non com-
mittat: ob ſuum verò fratrem, ita demùm cōmittat, ſi totius hęredita-
tis obtinendæ gratia id fecerit. Lib.2. Feud. Tit. An ille, qui interfecit
fratrē domini ſui, feudum amittat. Et. §.5. Tit. Quæ fuit prim.cauſ. §.1.
Tit.5. Lib.1. Feud. Quæ igitur ex prędictis Andegaua Lege omiſſa ſunt
relinquuntur generali Feudorum Cōſtitutioni, nec minùs quàm ex-
preſſa, feudi amiſſionem inducūt. Vlpiani argumento l.Si extraneus.
π. De condict.cauſ.dat. Similiter enim Andibus vicinæ Armorices Se-
natus decreuit, ob cædem in patronum admiſſam, cliētis parricidę be-
neficium Dominico fundo committi, & adunari. S. Conſulto, quod
Vilh. Leſratius Præſes ſolenni purpura recitauit. 3. Kalend. Nouēb. an.
1573. ſecundùm Mariam Iegonem Triſtanni *le Botheuc*, patroni viduā
coniugem: quæ ſuo, ac tutorio communium liberorum nomine ege-
rat, aduerſus hæredes Renati *de S. Meleuc*, clientis beneficiarij.

Art. 138. And. Leg. *Et ſi aucū cas iniurieux en oyez, vous le luy direz ou ferez dire, ou promptement l'en excuſerez ſes faits ſecrets ne reuelerez ſans ſon congé, &c.*

Iuuenalis.

Caſus Statuto omiſſus remanet indiſpoſitione Iuris communis.

Areſtum Parlamenti Britanniæ ſolenniter pronunciatum Die. 30 Octob an. 1573. de cammiſſo feudi vaſalli, qui dominum occiderat. Iuxta §. 620 Legis Briton. Municip. publicatæ. an. 1539.

IN AN

7. IN ANDIBVS pariter, Credonium Baronatum conſtat, fuiſſe olim ſuperiori commiſſum feudo Andegaui Comitatus, quòd Guerinus Baro, cliens deſciuiſſet à fide patrono debita Gottofredo Martello Andium Comiti, ac clientelæ formula iuraſſet in hoſtis verba Armorici Ducis: qui cum armatus Comes bellum gerebat. Cuiuſmodi commiſſoriam feudi legem exercuit Martellus ſolenni Procerum ſuorum iudicio, ſub Annum. 1050. Iuxta priſcum Andegauiæ Morem, cuius index etiamdùm voluitur articulus. 191. Vetuſti enim Andium Principes nec Armoricis ceſſêre, & Regiis identidem Sceptrorum multorum faſcibus ornati fuerunt. Nam, Hiſtorico Orderici Vitalis, Angli, idiomate, GAVFREDVS ANDEGAVENSIVM COMES RECEPIT ANGLICVM, ET NORMANIÆ PRINCIPATVM, CAPTO STEPHANO ANGLIÆ REGE: CVI TAMEN, QVANDIV VIVERET, HONOREM, CVM REGIO ILLO TITVLO, RELIQVIT. an. 1141. Hæc quidem, Vitalis, in autographo Codice Hiſtorico: Qui nec pauca ibidem, de Fulcone Richino, & Gottofredo Andium Regulis percenſuit. Eius verò Gottofredi Fulco genitor, Andium Comes, inſignitus fuerat auguſto Solymorum diademate in Paleſtina Syriæ. Succeſſores omitto Andium Principes, ſimul & variis Regnis imperantes; Prouiciæque Maſſilienſi. Quippe quos obiter Lib. ſuperiore perſtrinxerim, (ad Henricum. 3. Regem Gallum præuia Epiſtola) & Francici Annales ſparſim celebrarint. Sed ne illud tranſlatitiè exequamur feudale commiſſum Credonij Andium Baronatus, de quo. 7. in eo piè ita ac religioſè ſe geſſit Gottofredus Princeps, vt perfidum in clientem ſupplicij loco, ſupplicationes ad DEVM perennes decreuerit, adſtructa B. Clementi in Credonio oppido Æde monaſtica, quæ Vindocinenſi almæ Triadis Cœnobio ſubderetur, quod ipſe quoque paulo antea exeltarat. Luculenta Charta, 7. Cal. Apriles an. 1053. Quæ teſtatur ſimul eximiam patroni in neptem clientuli ſui benignitatem, elocanda ea, familiari ſuo Roberto Burgundioni, copiarum Duci, iiſque erogando, ſeu potiùs reddundo auito neptis Baronatu. Tam pij igitur Operis indices Tabulas ad verbum exſcribere inferiùs, viſum eſt, vt cunctis pateat, qualis fuerit Martellus, quantùm mutatus ab illo Herberto Cenomanorum Comite: in quem Pontificalis ſuæ Eccleſiæ, & Auiſgaudi Pontificis perſecutorem inuehitur Ferrarienſis Abbas Lupus, Epiſt. 38. *Ego Gaufredus Andegauorum Comes, &c. Eccleſiam ſancti Clementis apud Caſtrum Credonis ſitam, cum decimis & rebus ad eam iuſtè pertinentibus, Monaſterio, ſancti Trinitatis, quod Vindocinij à nouo fundaui, & Monachis ibidem ſub domno Oderico abbate degentibus, ac ſucceſſoribus eorum, ſicut alias dominationes meas, in perpetuum poſſidendam, pro redemptione pec-*

And. Chronic. Parte 2. Cap. 37. Vbi tamẽ Baronis *de Vitré* precibus Roberti mariti Bertæ filiæ Guerini *de Craon* rebellis, deſponſata legitur eorum filia *Agnes de Vitré* Roberto Burgundo, donatario confiſcatæ Baroniæ *de Craon*.

Art. *Nul ſeigneur, fors le Prince, ne peut conclure en ſa cour la confiſcation de fief.*

Nam an. 1129. Henricus Angliæ rex Ioffredo Andegauorum Comiti Mathildem filiam ſuam dedit.

Ordericus Vitalis, Angligena, monachus S. Ebrulphi. Lexouienſis diœceſis, Hiſtoriam ſuorũ temporum compilauit ab an. 1094. vſque ad Annum. 1141.

Literæ Gaufredi Martelli Andium Comitis die. 26. Mart. 1053. de fundatione Prioratus S. Clementis de Credone: poſt fundatum ab eodem Comite Monaſterium S. Trinitatis *de Védoſme* an. 1040. Ita de Fulconis, Boni, Conſulis ſeu Comitis Andegauorum pietate, extat Epiſtola B. Odonis Abbæ Cluniaben.

catorum meorum dedi in augmentum victualium, veſtium, & neceſſarios ſumptus ipſorum &c. Cùm verò honorem Credonis in manu Dominicum habui, S. Trinitati illam dedi, antequàm honorem illum Roberto Burgundioni fideli meo donaſſem. Nam ab illius donatione Eccleſiam, ſicuti S. Trinitati priùs donatam, exceptam denominaui, &c.

Tit. II.

DE FEVDI COMMISSO EX ALIA CLIENTVM CVLPA, VEL CAVSA.

1. *Qui patronum abnegat, vel eius beneficiarias res, aut* cenſuales *ex fide non exprimit, eas amittit.*
2. *Contumax in præſtando fidelitatis iuramento, feudum domino committit.*
3. *Aliæ duæ feudi amittendi cauſę, in Fra̅cia inuſitatę: Sacerdotium, & Alienatio feudi.*
   Iuriſdictione ſua vel negligenter vtentes, vel abutentes ea priuantur.
4. *Ad feudi confiſcationem neceſſaria & Fori conteſtatio, & Sententia declaratoria.*
   Fructus tamen feudi, poſt Sententiam reſtituendi, qui à die criminis admiſſi & malæ fidei vaſalli, percepti ſint.

Abnegatæ clientelæ reatus.

CAPITALES clientum noxias minùs crimino ſæ excipiunt, ſed æquè feudi commiſſoriæ. Ob falſam rerum clientelarium agnitionem beneficium aufertur, & Domino committitur. Siuè enim parum integra fide quis res beneficiarias expromat patrono, ſeu abneget dominum, à quo teneat beneficium, alteriusvè clientem ſe dolo profiteatur, is feudum amittit. §. vaſallus ſi feudum, vel feudi partem, aut conditionem. Tit. Si de feudo defuncti contentio ſit inter domin. & agnat. vaſal. §. ſi fuerit. Tit. De Lege Lotharij. In. Feud. Idem iuris in eum, qui à patrono interpellatus, nûm ab ipſo beneficium recognoſcat, aſſeruerit, immune ſe prædium ac ſolutum (vulgò *alaudium.*) poſſidere. Nam ſi patronus dehinc clientelæ ſuæ rem adprobet ius dicenti, reus feudo priuatur. Bald. ad l. penul. Cod. De ingen. ma- 1.

Qui dicit ſe in alodium tenere, quod tenet in feudum, rem ſuam domino feudi committit, quia feudum negat.

geñ.manum.Cap. vaſallus. Et ibi Baldus. Si feudo fuer. controuer. Diuerſum in eo, qui alteri quàm patrono, roganti reſponderit, liberũ ſe feudum tenere, nullîque beneficij nomine obligatũ. Vt vult. Bald. in cit.l.penul.

2. RENOVANDÆ necnon fidelitatis prætermiſſio, cauſa eſt feudalis commiſſi, Langobardico More. Clieti enim feudum adimitur, ſi intra annũ & diem à morte patroni, clietiſvè mortui filius intra idem tẽpus veſtiturã nõ petierit, oblata fidelitate. §.1.Tit. Quo tẽp.mil.inueſt.pet. deb.§.1.Quemad. feud. ad fil.pertin. §.1.De Capitul. Cõradi.§.præterea ſi quis De prohib.feudi alienat.per Frider. At Gallico Vſu, clientũ mora in exhibendo patronis obſequio, mulctatur ſolùm fructibus rei beneficiariæ, non beneficio ipſo. Maſuer. in §. Item quandiu vaſallus Tit. De Feud. Dionyſ. Pontanus ad artic.53 Bleſen. Conſuet. Si tamen cliẽs iudicio dãnatus ſit, iurare in verba patroni, & cõtumaci ſuperbia vel ignauia eum non adeat, feudi cõmiſſo plecti debet. Peræquè enim feudi cõmiſſoria eſt iudicialis peruicacia, quùm vaſallus à domino in ius vocatus ſe nõ ſiſtit.§.Dominus vocat militem Tit. de mil.vaſal.qui contum.eſt.§.2.§.illud Quæ fuit prim.cauſ.benef.amit.Ver. *Sed non eſt alia iuſtior cauſa beneficij auferendi, quàm ſi id, propter quod beneficium datum fuerit, hoc ſeruitium facere recuſauerit.* His planè affinis exiſtit contemptus euocationis, cùm beneficiarius Domino non obtemperat ad expeditionem euocandi. Tunc enim patronus rectè aget condictione cauſa dati, cauſa non ſecuta.d.§. præterea ſi quis Verſ. Firmiter De prohib. feud.alienat.per Frider. Iteratum contumaciæ delictum geminat & auget pœnam.

3. PERCVRRAM leuiter alias duas feudi amittendi cauſas, quæ Inſubrum Moribus introductæ, à Gallis non recipiuntur: Sacerdotium, & feudi alienationem citra patroni permiſſum. Si enim *feudatarius* ex milite cleric⁹ fieret, aut monachus, feudo exuebatur.§.1.De vaſal.milite qui bellica arma depoſuit.§.qui clericus efficitur. Tit. Si de feudo defunct.contentio ſit.§.1.Ver.ex hoc illud deſcendit Tit. De feudo fœminę. Cuiuſmodi Lex etiamdum cuſtoditur apud Neapolim Regia ſanctione, DE HIS QVI DEBENT ACCEDERE AD ORDINEM CLERICATVS. Lib.3. Neapolit. Conſtitut. Nec abſimile ius de feudi alienatione proditum eſt Imperatoria Friderici.1. Conſtitutione, quã refert Radeuicus, (Lib.2.Cap.7.) & Feudiſticis Libris adſcriptã habemus Tit. De prohibita feudi alienat. Sed in Regno cis trãnſque fretum Siculũ, licet interdicta ſit feudi alienatio, illud tamen in commiſſum nõ incidit. Lege Friderici.2.Cęſ.quæ extat Lib.3.Neapolit.Cõſtitut.Tit. De reuocatione alienat.feudor. & rerũ feudal. Poſtremò apud Andes beneficiaria Iuriſdictio deuoluitur ad ſuperiorem Dominũ, quoties ea vel neglectim vtuntur clientes Iuridici, vel praue abutũtur.art.197. 198.Andeg.Cõſuet.Id quod promptum videtur è medio Iure Ciuili. §.ſit tibi quorum Authent.De mandat.Princ.§.ſi quis verò.§.hõc autem.§.ſi tantum Authent.Vt different.iudic.Gloza in l. vlt. Cod. De

Mediolanenſes Lõgobardorum Vſus feudales.

Neapolitanæ. & Siculæ Regum Leges.

De Dominicę Iuriſdictionis ob abuſum priuatione.

cuſtod.reor. Eandem Siculis dictam Legem oſtendit Titulus De officio magiſtri Camerarij Lib. 1. Neapolit. Conſtitut. Et ibi Matthæus. Quo de negotio Nos pleniùs antea Lib. 1. Cap. 1. in fi. Et Cap. 42. artic. vlt.

Vbicunque vaſallus ex delicto feudum amittit, proceſſus, iudiciũ, & priuationis ſententia declaratoria requiritur.

SANE ex prædictis clientum noxiis feudum non aufertur ipſo iure, ſed noxali demùm iudicio cognita re ac definita. Baldus ad Cap. 1. De feudo ſine culpa non amitten. Idem, cũ Prępoſito, in §. callidis De prohib. feudi alienat. per Frider. Quamuis enim vaſallus certo caſu priuari feudo dicatur mero iure, opus eſt tamen pronuntiatione iudicantis. Præpoſit. & Doct. in Cap. 1. §. Item ſi fidelis Tit. Quib. mod. feud. amitt. Exemplo namque pernicioſum ſit, feudum cliẽtibus à patrono eripi ſuapte auctoritate, niſi cliẽs forſan illud ſibi adimi pateretur. Argum. l. creditores Cod. De pignor. Ac Iuris Regula, Non eſt ſingulis. Alia vtique prędij fructuum ratio, quos patrono cliens reddere tenebitur, non modò à die Sententiæ latæ perceptos, ſed à die commiſſorij facinoris, & malæ fidei à cliente contractæ. Iacobin. de S. Georg. in Tract. Feudor. Verſ. dictíque Vaſalli. Col. 13. poſt Guliel. de Cugno, & P. Caſtrẽſem in l. 1. Cod. De his quib. vt indig. Zaſius in Epitome Feudor. Parte. 10. Secũdùm quæ, decretum eſt à Regio Senatu Neapolitano de fructibus feudi ad patronum deuoluti. Vt Afflictus commemorat, in Neapolit. Deciſ. 255. 4.

Leg. Non eſt ſingulis concedendũ, quod publicè per Magiſtratum poſſit fieri, ne occaſio ſit maioris tumultus faciẽdi. ff. De reg. Iur.

Tit. III.

QVIBVS CASIBVS CESSET FEVDI COMMISSVM.

1. *Res ignoranter omiſſas in* Dinumeramento *vaſalli, domino feudi non confiſcari.*

   Cenſuario *in Declaratione* cenſuali *aliquid omittẽti licere culpam purgare ante litem conteſtatam.*

2. *Pœna* caducitatis *feudi non extenditur in hæredes vaſalli, quem dominus non inquietarit.*

3. *Ob delictum Prælati, vel mariti, feudum Eccleſiæ, vel coniugis non amittitur, niſi quoad fructus, durante vtrouis matrimonio,* ſpirituali, *vel* carnali *percipiendos.*

   Reparatio *nummaria, viduæ, ob mariti necem adiudicata, nõ cenſetur lucrum nuptiale primi matrimonij, quod per ſecundas d. viduæ nuptias reſeruandum ſit liberis prioris coniugij.*

4. *Fundi* cenſuales *difficiliùs cadunt in commiſſum, quàm* feudarij, *vel emphyteutici.*

5. *Feudo per commiſſum reſoluto, non tolluntur hypothecaria iura creditorum*

rum anteriorum.

6. *Quatenus, & quo debitorum onere dominus ſuccedat in bona vacantia vaſalli.*

7. *In publicis vaſalli criminibus, quæ dominum rectà non offendunt, cuinam feudum confiſcetur.*

Dominus feudalis, *qui ſeruiens feudum, vaſalli noxa confiſcatum Iuridico ſuperiori, redemerit ab eo, tuendus eſt in poſſeßione contra Regium Fiſcum, qui ex crimine læſę Maieſtatis ſolidum feudum ſibi vindicabat.*

8. Subinfeudata *à vaſallo, non reſoluuntur per reſolutionem feudi ex delicto vaſalli.*

9. *Quod procedit etiam in* Doario *viduæ vaſalli, quod propter huius* feloniam, *ex qua feudum perdidit, non amittitur.*

1. IMPRIMIS res eæ beneficiariæ patrono non cómittuntur, quarum profeſſionem in Catalogo omiſerit cliens, ſiquidem in eo conteſtatus ſit nominatim, nihil ſe dolo ſupprimere, eamque animi conteſtationem poſtea ſacramento cófirmet. §.199. Andeg. Conſuet. Plerunque enim candida vaſalli teſtatio, quæ actui etiam feudi commiſſorio adhibita ſit, eum liberat pœna commiſſi. Vt putà ſi is feudum abalienet ſalua cauſa iuris Dominici, hæc clauſula indemnem ſeruat beneficiariú. Baldus in Cap.1.§.hoc quoque De feudi ſucceſſ. Prępoſit. ad Cap.1.§. vlt. Quæ fuit prim.cauſ.benef.amittten. Hoſtienſ. & Ioh. Andræas in Cap. cam te De iureiur. Ludou. Romanus in Singulari. 454. Aliud tamen de vectigalibus fundis ſtatuitur, quorum ſi improfeſſam partem reliquerit poſſeſſor, vinculis cenſualibus tenetur, nec commiſſi periculo eximitur nuda teſtatione cenſualibus inſerta monumentis. Sed eidem patria Lege prouiſium eſt, vt ſtatim accepto iudicio morá eméndet, paratúmque ſe exhibeat, cenſuali Formæ res omiſſas inſcribere. §. 200. Andeg. Conſuet. Baldus nuncupatim ad Cap 1.§. Vaſallus ſi feudum Tit. Si de feudo controuer. fuer. int. domin. & agnat. Idem in l. Contra negátem Cod. De leg. Aquil. Et Dionyſ. Pontanus exactè, in artic.101. Bleſen. Conſuetud. Sic edicto Prætoris vrbani De publicanis, abſoluitur pœna, qui ilico poſt litem cœptam reſtituere vi adempta non recuſet. l.5.ꝟ. De Publican. l. electio. §. Neque. ꝟ. De noxal. action. Quin & Honorario Iure iſto, QVOD METVS CAVSA GESTVM ERIT, habet reus licentiam, vſque ad ſententiam ab Arbitro datam, rei reſtitutionem facere: Quod ſi non faxit, quadrupli condemnationem patietur. l. Si cùm exceptione Verſ. Hæc autem actio D. quod met, cauſ.

Proteſtatio ſeruat ius proteſtantis illæſum l. Si debitor. D. Quib. mod. pign.

De ceux qui ont relaiſſé à employer en leurs Adueux des fiefs, ou Declarations des choſes cenſuelles tous ce qu'ils tiennent.

Prætoris edictum Quod met. cauſ.

2. ITEM pœna commiſſi non infligitur clientis hæredibus, quem admiſſæ noxię ergo patronus viuum non inquietarit. Aluarot. in §. inſuper De prohib. feud. alienat. per Frideric. Baldus ad l. vlt. Cod. De reuocan. donat. Subiiciens, vbicunque dicatur, ipſo iure aliquid reuerti

Feudalis noxa vaſalli perſonalis eſt eiuſque pœnalis perſecutio in hæredem vaſalli tentata, reijcitur.

ad dominum, intelligi, ſi dominus velit. Inde nec paterna noxa filius clientum albo expungitur, niſi viuo patri dictatum ſit noxale iudiciũ. Gloz. in Cap. vlt. De donat. Sicuti enim τῆς ἐμφυτεύσεως commiſſoria pœna non tranſit in hæredẽ emphyteutæ, ita nec ad ſucceſſorem domini, qui vaſallũ quærulo libello apud Iudicẽ nõ interpellarit. Bartol. ad l. Cùm filius §. in hac ff. De verb. obligat. Dyn. ad Cap. Qui in ius alterius De regul. iur. In 6. Iuſtiſſimè, ne auctoris maleficium inſontibus & innoxiis aliis officiat. l. Eius qui delatorem ff. De iur. fiſ. l. crimen paternum. ff. De pœn. Accurſ. in l. cùm emancipati §. emancipatus. ff. De collat. bonor. Caduci itidem declarandi poteſtas nõ tranſmittitur ad hæredem. nec perſonam egreditur Accurſ. in l. Idem Pomponius §. vlt. ff. De rei vindic. Bart. & Alexand. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. De verb. oblig. Verùm hęc ita demùm procedunt, ſi prudens ac ſciens patronus clientis noxam ſilentio remiſerit, non ſi eam ignorarit. Cumanus, Iuris Reſponſo. 164. Angel. & Bald. in cit. l. vlt. Cod. De reuoc. donat. Guid. Caſſadorẽ. Deciſ. 2. Tit. De locat. & cõduc. Id quod Germanici Imperij Senatores in cognitionibus decreuerunt: Teſte Mynſingero, in eodẽ Senatu aſſeſſore, Centuria. 4. Obſeruat. 97. Siue etiam patronus contumeliam ſibi à cliente factam cùm reſciſſet, querelam in eum pararit, illeque interea migrarit è viuis. Nam & eo caſu inſtituta querela, in hæredẽ transfertur. Vt Papinianus reſpondit, ac quibuſdam Reſcriptis ſignificatur. l. Poſthumus §. vlt. ff. De inoff. teſtam. l. ſi pater Cod. eod. tit. Denique ingrati actio moueri poteſt à filiis hæredibúſque patroni, ſed ob iniuriã tantùm ipſiſmet illatam, debitæque iis reuerentiæ cõtemptum, non verò defuncto. l. qui manumittuntur. Cod. De oper. libert. l. liberti Cod. De libert. & eor. liber.

Nec mariti hæres viduã adulterij accuſare poteſt in matrimonio commiſſi, de quo viuus maritus non ſit conqueſtus l. rei iudicatæ §. 1. ff. ſolut. matr. l. fin Cod. de reuoc. donat. Alex. in l. ſororem C. De his quib. vt indig. Et ita Areſto Burdegalen iudicatum ait Boerius, in Deciſ. 358.

Areſtum Imperialis Cameræ Germanicæ.

Inofficioſi querela præparata tranſit ad hæredem præparantis.

Deinceps ſacri Præſulis culpa feudum non amittitur perpetuo Eccleſiæ diſpendio, ſed quandiu modò ille Templi præfecturam gerat. Cap. vlt. De Capitul. Conradi. In Feud. Maluer. in §. Item propter delictũ pręlati Tit. de Feud. Zaſius in Parte. 10. Epitomes Feudor. Cõcluſ. xj. Pari ratione Andium Moribus cauetur, vxorium feudum mariti ſcelere non committi patrono, nec ad Dominicam menſam reuolui. §. 145. & 187. Dionyſ. Pontanus expreſſim, in artic. 101. Bleſen. Conſuet. Huc ſpectant Romanæ Leg. Ob maritorum culpam Cod. Ne vxor pro mar. L. Res vxoris Cod. De donat. int. vir. l. ſi marito D. ſolut. matrim. l. 1. Cod. Ad Leg. Iul. de vi. Cũ §. 318. Moris Andeg. vxoriũ in bona mariti ius fructuarium huius noxa nec tolli, nec minui. Verſa etiam pagina, ſi vxoris cliens facinus patrarit feudi commiſſorium, nil viro quæritur, tali commiſſo, ſed totum vxorio ſuperiori fundo commiſcetur, conſolidatur. Nam multùm refert, agroſnè inferiores collato æris pretio noſtris coniungamus, an pœnali lege commiſſi. Priore enim caſu, vterque coniunx acquiſitæ rei partem capit: niſi pretij ſemiſſem alteri patronus refundat. §. 284. & 403. Andeg. Conſuet. Poſteriore autem, nec res, nec pretium alteri communicatur, ſed fundus ſeruiens dominanti perpetuò annectitur. Baldus acutè & eleganter, 3.

Art. 187. Andeg. Cõſuet. Verſ *Toutesfois le mary ne forfaict la ſeigneurie, ou le fief de ſa femme.*

Pour le meffaict de l'hõme ne pert ſa femme ſon douaire. Inquit Lex Andium, art. 318.

Reſpon-

Reſponſo 9. Lib. 1. P. Caſtrenſis, & Iaſ. in l. Non quocunque §. fundus ℔. De legat. 1. Ac Dionyſ. Pontanus diſertè, ad art. 67. Bleſen. Conſuet. In fi. Qui eam omnes conſolidati feudi vim ita diſtinguunt, ex cauſa nè lucratiua ſiat, an oneroſa. Idque Nos antea ſparſim variis rationibus Iuris oſtendimus, & in ea Molineus ſententia eſt, licet nullum citet auctorem. In §. 30. Tit. 1. vetuſtæ Conſuet. Pariſiorum. Num. 187. Quò alludit Feudiſtica lex, §. denique Tit. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. Verſ. non ad proximos, ſed ad dominum beneficium reuertatur: vt hác ſaltem habeat ſuæ iniuriæ vltionem. In Feud. Secus de communi pluribus iniuriæ vindicta, vtpote in communis parentis occiſorem graui indicto ære mulctatitio. Quanquàm enim protogenio nobili competunt paternæ hæreditatis Mouentia ſe bona & credita, lege noſtri Municipij (§. 235.) Illud certè nomen, ſeu pœnalis nummorum adiudicatio pertinet ad omnes ex ęquo, non vt hęredes, ſed vt liberos interfecti patris. Quæ enim criminis vltionem reſpiciunt, magis familiæ & ſanguinis iura dicuntur, quàm hæreditatis, nec hæreditariæ cuiuſque portionis modulo æſtimantur. l. quæſitum ℔. De ſepul. viol. l. pro hærede §. vlt. ℔. De acquir. hæred. Quibus haud incommodè aptatur Mos ſcriptus Mechlinienſium Brabantiæ ciuium, hoc ſermone.

Reparation pecuniaire de l'homicide du pere, deuë aux enfans, come enfans, & non comme heritiers.

NEMO EX EA PECVNIA, QVAM PRO RECONCILIATIONE HOMICIDII ACCEPIT, QVIDPIAM IMPENDERE COGITVR AD LIBERATIONEM ÆRIS ALIENI DEFVNCTI, NISI ALIOQVIN SE PRO HÆREDE GESSERIT: SED TAMEN INDE MERCEDES CHIRVRGIS MEDICISQVE PRÆSTARI DEBENT. Propter candē rationē ſuprema Tholoſatum Curia cēſuit, pœnalem æris mulctam, quæ viduæ mulieri iudicio addicta ſit, mariti necem perſequenti, non eſſe ab ea iterum coniuge, quaſi lucrum nuptiale prioris connubij, eiuſdem proli reſeruandam, ſed ad illam liberè, tùm ad ſuos ipſius hæredes omnes, peruenire. Decreto pridie Kalend. Februar. an. 1577. quod Gerard. Maynardus profert, ſenator Tholoſanus. Lib. 3. Quæſtionum Iuris ab eo Senatu deciſarum, cap. 77. Ex muliebri quippe cædis mariti accuſatione nil capitur, quod in rei perſecutione, ſed in ſola vindicta ſit conſtitutum: Neque hæc actio ad rem familiarem magis, quàm ad pœnam vltionémque ſpectat. Leg. 6. §. vlt. l. penul. ℔. De ſepul. viol. Plura in hanc partem diſpicere eſt noſtro Volum. 2. PARISIEN. MORVM, poſt Burdigalenſem Boërij Deciſionem. 121.

Couſtumes de Malines, cum ſimili Cameracenſium More ita cōcepto, *Deniers prouenans de la paix d'vn homicide, ne ſont ſubmis aux debtes de l'occu.*

Tholoſani Parlamēti Areſtum die vlt. Ianuar. 1577. ſuper lite partita in 1. Camera inqueſtarū, & diſpertita in magna Cámera d. Parlamenti.

Tit. 1. art. 13.

4. AD hæc, vectigale prædium non committitur domino cenſus, ſiue ob diuturnam ſoluendi canonis moram, ſiue ex alia ſubditi culpa vel noxa. Nam quod ait Faber (in §. Adeo Inſtit. de locat.) vectigales agros commiſſo ſubiici ob cenſualem penſionem triennio intermiſſam, Id dudum antiquauit contrarius Galliæ vſus. Boërio teſte, Conſuet. Biturigum interprete. §. 24. Tit. De conſuet. feudor. & cenſ. Cum Chaſſeneo, in Comment. Burgundæ Conſuet. §. 5. Tit. *Des cenſes* Verſ. *Et les dix ans paſſez*. Num. 5. Secundùm ea, quæ Pontificiæ Legis ſcriptores de cenſuali canone literis mandarunt. Gloz. & Innocentius ad Cap. con-

Res cenſuales non ita facilè cadunt in commiſſum, vt feudariæ.

ſtitutus De relig. domib. Quem propterea citat. Faber in l.2.Cod.De iur. emphyt. Abbas in cap.1. De reſtit. in integ. Saxonico autem Iure, ſecus. *Landtrecht* lib.1.art.54. Et Different. Iur. Ciuil. ac Saxon. lib.2. cap. 9. Per hunc modum vectigalis ager ſubditi crimine non committitur Domino cenſus, præterquàm ſi ille rerum quarumdam in cenſualibus tabulis profeſſionem omiſerit. §.200. Andeg. Leg. Nam alioquin ſoli re ſua priuantur inofficioſi clientes, quòd maiori iuratæ fidelitatis religione teneantur. Sicuti terna patrij Moris Rubrica apparet, De clientis Receptione in ſimplicem fidem, de aſſumptione in *ligium hominium* Ex quibus cauſis feudale beneficium patrono committatur. Quinimò nec beneficiarij in patronum noxia quælibet commiſſo feudi mulctatur. Putà ſi ille patroni vxorem paulo licentiùs compellarit, vel impudicè etiam, haud ideo feudum amittit: niſi ad verborum laſciuiem aliæ ſuſpiciones accedant. Andr. Yſernias, & Baldus in §.1. Quib. mod. feud. amitt. Inſuper ſi clientem à ſuſcepto flagitio reuocet iuſta pœnitudo, ceſſat lex commiſſoria feudi. Cap. 1. §. ſi voluerit De Capit. qui Cur. vendid. Gloz. in §.1. Quib. mod. feud.

Tit. *De reception en foy ſimple, reception de feauté lige, des cas, ou le vaſſal homme de foy pert ſon fief.*

Rvrsvs feudi in ius Dominicum redactio nihil obeſt vaſalli creditoribus pigneratitiis. Vtcunque enim Feudiſtici auctores ſcribant, reſoluto feudo, hypothecas omnes ei à cliente impoſitas ſolui. Yſernias in Cap. rei autem §. quid ergo De inueſt. de re alien. fac. Cyn. & Baldus ad l. vlt. §. ſed quia noſtra Maieſtas. Cod. Commun. de legat. Hoc ciuili quadam diſtinctione moderandum eſt. Aut enim ex Pacto beneficiariæ cautioni adiecto beneficium repetitur à donatore, tunc vti exierit, ita liberè ad eum reuertitur. l. lex vectigali fundo dicta erat, ff. De pignor. Idémque de ſtatulibero hypothecæ dato, cuius conditione exiſtente, pignus euaneſcit. L. Grege. §. ſtatuliber. Eod. Tit. Aut verò perpetua eſt, non temporaria feudalis beneficij cauſa, more Gallicorum feudorum, tunc noui clientis nouum facinus, ex quo feudi commiſſum petitur, minimè nocet anteriori hypothecario creditori, quo minùs in res pignori nexas debitum æs perſequatur. Vt alio loco multis Iuris placitis comprobauimus, lib.3. Domanii Gallici Tit.13. Et Lib.3. De Privil. Rvstic. Cap. penul. Gallis enim incognita eſt Feudiſtica conſtitutio, hypothecas fundum clientelarem minimè ſequi, ad dominum, redeuntem. Cap. 1. Qualit. olim feud. alien. poter. cap. rei autem De inueſt. de re alien. fac. Eapropter Rhedonenſis Britonum Curia Max. patrono clientis beneficium ex commiſſo adiudicauit, ſalua priorum hypothecarum cauſa. Decreto percelebri, quod extat, prolato, Octobris Luce 30. an. 1573. 5.

Hypothecæ feudo impoſitæ à vaſallo ante ipſius feloniam in dominũ, non tolluntur commiſſo, & reunione feudi ex dicta vaſalli felonia.

Francica feuda, ſunt hæreditaria, perpetua, & iuſti inſtar patrimonij, alienabilia.

Iudicatum in Parlamẽto Britanniæ Celticæ, quod cum aliis quatuor ſolenni ritu à Præſide recitatis impreſſum eſt publicis typis, an. 1581.

Imò & patronus in clientis vacantia ſucceſſor, lege obligatur iſtius æri alieno, pro modo facultatum. §.268. Andeg. Conſuet. Etſi verò ſine hęrede mortui res mobiles patrono obueniant, nothorum certè, ac peregrinorum morte iacentes, adplicantur Domino mediæ Iuriſdictionis. §.41. And. leg. Capitali demùm ex crimine, quæ vacant poſſeſſore, in fiſcum rediguntur ſublimis Iuridici, alteriuſvè Quæſitoris maleficij. 6.

Conſ artic. 268. Verſ. *Et payeront les ſeigneurs des fiefs les debtes du deffunct, pro rata chaſcun à la raiſon de ce qu'il aura eu des biens d'icelluy deffunct.*

leficij.§.142. prædictę Conſuet. Sed quia interdum è Iuridicis dominis, alteri ius eſt dicendæ, alteri exequendæ Sententiæ capitalis, puto, ad eum cui cognitio Sententięque dictio competat, mouentia ſe reorum bona pertinere. Ex veteri S. Conſulto Pariſienſi, (quod in Regeſto OLIM inuenitur,) facto pridie Natalis Diuæ Virginis an.1259. ſecundùm cœnobiarcham Ædis Petri viui Senonum. Huc vergunt Maſuerij ſcripta, in Praxi Tit. De Iudic. & eor. Iuriſdict. § Item iudex ſuperior. Quid ergo interea de patrono Rei morte mulctati? Andium vtique Lege illi cautum eſt, vt poſtero anno irrogati huic ſupplicij, fruatur clientelari ipſius fundo, totiúſque anni reditus percipiat: Quo exacto, propinqui hæredes, defuncti bona poſſidebunt. cit. §.142.

Art.142. ver. *Et y a ſemblablement confiſcation de meubles, qui appartient aux Iuſticiers, qui ont ce droict.*

Vetus Areſtum Parlamenti die 7. Sept. an. 1259. pro Abbate S. Petri viui, *de Sens.* Cuius etiam Areſti meminit Labæus in Commentar Bituricæ Conſuet.

7. NEC enim Andibus qui amittit vitam, amittit & bona: Demptâ ſcelere perduellionis, quo beneficia, cum rerum vniuerſitate, in Regium fiſcum inferuntur. d.§.142. Aquitanica itidem capite damnatorum prædia minimè vindicantur Fiſco: ab eximia Principum noſtrorum in Vaſcones Indulgentia, quam Boërius memorat Aquitanici Senatus præſes, Deciſ. Burdigalen. 82. Pari iure immunitatéque ſubnixi feruntur Marchiani, Pictones, ac Municipes Fráncici alij, quos percenſuimus Rubr. 8. Libri. 1. DE REGIO GALLIÆ PATRIMONIO, art. 9. Belgici necnon Flandriæ Populi eximuntur confiſcatione bonorum, ſepoſito hinc crimine Maieſtatis. Aſſertore Molineo, ad §.23. Inſulanæ, & ad §.12. Atrebaticę Conſuet. Idémque vulgò in Lugdunenſi Prouincia Romanę Legis, vſurpatur, ab Iuſtinianea noua Sanctione. 134. cap. vlt. Alibi verò ſparſim in Gallia, ad dominum Iuridica poteſtate maiori præditum beneficia ſpectant ob maleficium capitale commiſſa, non ad proximum fundo patronum, qui *fundiarius* Dominus dicitur: Saluo huius Dominico in fundum iure ac ſuperiori, vel etiam feudi commiſſo ex cauſis patrio More introductis. Sic Longobardico Vſu quoties id flagitij patratum eſt, quo patronus propriè lædatur, huic ipſi feudum acquiritur. At ſi publicum crimen, publicorúmque Iudiciorum occurrat, tunc agnato feudum attribuitur, liberis etiam damnati vaſalli præteritis. §. Denique Tit. Si de feudo defunct. content. ſit int. domin. & agnat. vaſal. §.1. Tit. Si vaſal. feudo priuet. cui deferat. §.1. Tit. An ille, qui interfec. fratr. dom. ſui, feudum amittat. Ac ne quis interim demiretur, poſthabitis clientuli filiis, beneficium propinquis addici, rationé Feudiſticæ Legis animaduerte. Cùm beneficium clientis generi poſteríſque datum ſit, haud dubium eſt, quin ſicut vna ſtirpe intermortua, ita ſceleris damnata eadem, beneficium ad alteram, cui deſtinatum fuerat Beneficiaria cautione, traducatur. Similiter ac iure Romano de patronis ſancitum fuit, vt ſi libertus flagitij pœnas lueret, manumiſſori eius id, quod in bonis illius habiturus eſſet, ſi damnatus ſua morte deceſſiſſet, non eriperetur. l. ſi in libertinum. ff. De bon. libert. l. cùm ratio §. ſi in libertinum D. de bon. damnat. Etſi pariter bona damnati Lege Iulia maieſtatis, Principali vni adplicentur Fiſco, non Procerum inferiorum: patronus tamen, cui, poſt clien-

De hoc regio Vaſconiæ priuilegio. Nos lib. 1. & 3. Domanij Francici.

Marchianæ Conſuet artic. 338. Pictonicæ 200.

In Francica Patria Iuris ſcripti obſeruatur Authent. Bona damnatorum C. De bon. proſcript.

Sic Franciſcus 2. an. 1559. & Henricus 3. menſe Iunio 1576. Franciæ reges literis ſuis confirmarunt regium Dagoberti priuilegium *de la fierte S. Romain, à Rouen.* Excepto crimine Maieſtatis diuinæ, vel humanæ: Nimirum vt capitis reus quicunque ad feretrum D. Romani geſtandum certo die admitteretur à Canonicis Eccleſiæ Rothomagen. eidem mortis ſupplicium remitteretur. Huiuſmodi quoque Priuilegiũ Carolus 8. rex *tenant ſon Eſchiquier à Rouen,* comprobarat ann. 1485. De eodem acta cauſa fuit in intimo regis Conſilio die 10. Sept. 1586. inter Dn. *de Dalló* accuſatoré, pro quo Gillotus, & Dn. *de la Iouſſelmiere* reum, eo priuilegio vti cupientem, pro quo Seruinus orarat.

telaris fundi publicationem, noua fidei ſponſio debeatur, in eius tùm poſſeſſione fundi tuendus venit, quùm æris pretio ipſum redimerit à Toparcha Municipij, cuius Fiſco adiudicatæ fuiſſent rei damnati fortunæ. *Parlamentari* Areſto pridie ſacrę Pentecoſtes an. 1273. Quod ideo proximè ſubſecuta eſt Philippi Pulchri Conſtitutio regia an. 1303. de confiſcatis Regi prædiis, ilico palàm vendundis: vt recto eorum Domino iuſta Honoraria perpetuò ſalua maneant. Antiqui verò illius S. Conſulti formula talis eſt. *Cùm quædam poſſeßiones, quæ à Guillelmo Vlnandi, Tholoſ. Diœceſis, tenebantur in feodum, A. Comiti Pictauen. & Tholoſano ratione hæreticæ prauitatis cecidiſſent in commiſſum, idémque miles hominem poteret de prædictis. Tandem d. miles emit à d. Comite poſſeßiones præd. pro mille & 300. libris, de quibus tertia pars reſtabat ſoluenda. Vnde cùm gentes Domini Regis in manu regia ſaiſiuiſſent poſſeßiones præd., dicto milite ſuper hoc conquerente, dictum fuit per ius, d. poſſeßiones d. militi debere reſtitui, & ſoluat quod ſupereſt ſoluendum.*

Iudicia, Conſilia, & Areſta in Pallamento Pentecoſtes an. 1273.

Alphonſus Pictonū Comes, frater D. Ludouici regis, & vxorio iure Comes Tholoſanus.

DEINCEPS videndum, an clientelaris prædij commiſſo ſubclientum iura euertantur. Conſtat vtique, alienationes à clientibus contractas impedimento non eſſe patronis, quo minùs aperto feudali beneficio, iſti peræquè ſubbeneficiis fruantur, ac pleno proximóque beneficio, quod penes illos remanſerit. Cap. 1. §. rurſus. Quib. mod. feud. amitt. art. 123. (*du rachapt rencontré.*) 202. & 203. Andegau. Conſuetud. Hoc ita, niſi patronus antea nouis ſubclientelis auctoritatem conſenſúmque adhibuiſſet. Verùm in delictis vſquequaque placuit, ſubbeneficiarium alieno beneficiarij crimine periclitari non debere, nec ſuum illi fundum à patrono adimi commiſſoria alterius noxa. Clienti enim licitum fuit Feudalibus Placitis, res clientelæ ſuæ in ſubbclientelam concedere, & ex Dominico beneficium facere. Cap. 1. §. beneficium. Si de feud. fuer. controuer. int. domin. & agnat. Cap. 1. De Lege Conradi. Id quod noſtræ pariter Gentis moribus receptum eſt ac permiſſum, triente tenus feudalis beneficij. § 201. Andeg. Conſuet. Proin reuocato feudo ex cauſa ingrati, vel commiſſoriæ clientis culpæ, non reuocantur quæ legitimè alienata ſint. Cap. 1. §. 1. verſ. ſi tamen ſine hęrede Tit. Qualit. olim feud. poter. alien. In eandem ſentẽtiam itum eſt à Ioh. Fabro (in §. finitur Inſtit. De vſufr.) dicente, primi emphyteutæ facinus ſecũdo innoxio nil adferre detrimenti. Tametſi enim maleficio, aliáſve ius clientis reſoluatur, haud propterea, quæ iuſtè ritéque geſta ſunt, retractantur. Argum. l. vlt. Cod. De ſenten. paſſ. Ibi, *ita tamen, vt geſta per filium, cuius conſilium iugiter ætas firmauerat, rata ſint, eodem in patriam poteſtatem redeunte, nec eorum reſciſsio fiat.* Nam longè alia ratio eſt Dominicæ perceptionis fructuum aperti feudi morte clientis, alia reſolutæ proprietatis, delicto beneficiarij. Vt Iulius Paulus argutè diſtinxit fructuariam rei poſſeſſionem à proprietate, In l. 8. §. cùm vſumfructum ff. De peric. & comm. rei vend. Rectè igitur ſentiunt multi, & in his Dionyſ. Pontanus, beneficij commiſſo ſubbeneficia non amitti. In Commentar. Bleſen. Conſuet art. 101. Quod Saxonico itidem 8.

De ſubuaſallis, & ſubinfeudationibus, an reſoluantur, reſoluta vaſalli per delictum infeudatione.

Faire de ſon domaine ſon fief.

Art. 201. Ibi, *Et en ce cas l'homme de foy faict de ſon domaine ſon fief.*

itidem Iure obſeruatur, ne ſoluta feudi cauſa, initæ cum *feudatario* Pactiones corruant. *Lehenrecht* cap.25. Et lib.2. Different. Iur. Ciuil. & Saxonici cap.50.

9. ID quoque producendum puto ad vſumfructum, vxori, aliive conſtitutum ante vaſalli noxam. Argum. l. Non ſolùm §. filiis Cod. de bon. quæ liber. Vbi res paterno vſuifructui obnoxias diſtrahere, aut oppignerare non licet filiofamil. quàmlibet domino proprietatis. Quùm ergo Pactionibus alioqui permiſſis res abalienari nequeat in fraudem diſpendiúmque fructuarij: multò minùs delicto modis omnibus illicito ac prohibito. Bartol. ad l. ſi quis in tantam Cod. Vnde vi Alexand. in Conſil. 26. Volum. 4. Potiſſimùm verò fauore dignus eſt, qui coniugi Moribus adſignatur in bonis mariti vſusfructus. Qualem & in feudis antiquitùs ſanxit Rogerius vtriuſque Siciliæ Rex. Lege edita ſub annum 1135. quæ exſcribitur lib.3. Neapolit. Conſtitut. Tit. *De Dotario conſtituendo in feudis & caſtris.* Eámque Dotarij aſſignationem legitimam probarunt Fridericus 2. Imp. (Tit. De Dotibus) & Vvilhelmus Siciliæ reges, Tit. *De dotariis conſtituendis.* Ac de iſto quidem Siculo rege, Sigebertus ita, VILHELMVS, inquit, REX SICILIÆ FECIT CHARTAM FIERI IOANNÆ REGINÆ VXORI SVÆ DE DOTALITIO SVO. In Chronico anni. 1178. Inde & Andræas Yſernias de tali inter Siculos Dotario, PER CONSVETVDINEM, infit, VIVENTIVM IVRE FRANCORVM, DIE VOTORVM ANTE FORES ECCLESIÆ, PER CVLTELLVM PLICATVM VIDEMVS DOTARIVM CONSTITVI. In cap. Donare Qualit. olim feud. poter. alien. In Feud. Ac ne cultioribus Iuſtiniani, & Leonis Cæſſ. Legibus immoremur, quæ donationem propter nuptias toties confirmarunt (l. ſi conſtante de donat. ante nupt. l. ex morte Cod. De pact. conuent.) extat Longobarda Liutprandi regis ſanctio, lata circiter annum 720. de MORGINCAP nouæ coniugi dando, lib.2. Leg. Langobard. in Tit. De his quę à viro in mulier. dant. Saxonum item Iure vſurpatam legimus donationem propter nuptias à viris in vxores, art.20. Speculi Saxonici. Vtut ſit, prudenter ſtatutum eſt à Friderico 2. Auguſto, Siciliæque rege, maritorum facinus commiſſorium feudi, vxorio vſuifructui nequicquam obſtare. Lib.2. Neapolit. Conſtitut. Tit. De vxorib. forjudicat. & parent. Idem denique in Francicis tribunalibus decerni ſolere, patet S. Conſulto Armoricæ Britanniæ 3. Kal. Nou. an.1573. ſecundùm viduam mulierem perfidi clientis, cuius feudum patrono commiſſum erat.

De Dotario mulieri ad vitam aſſignato ſuper re feudali, an perdatur ob vaſalli mariti in dominũ feloniam, ex qua feudum amittitur.

De hac Morgängheba, & priſco Viduarũ Doario ſcripſimus lib. 3. Domanij Gallici Tit.4. art.11.

Areſtũ Senatus Britonici die 30. Octob. an.1573.

Tit. IIII.

PATRONI FRAVDE CLIENTEM DOMINICO IMPERIO SOLVI.

1. *Vaſalli commiſſo, feudum acquiritur domino directo: ſed huius commiſſo, feudum acquiritur ſuperiori, non vaſallo prædicto.*
2. *Areſta* Curiæ *Pariſien.*, *Dominum proprietate feudi priuantia ob* feloniam *in vaſallos.*
Quatenus delictum Prælati noceat Eccleſiæ, in confiſcatione feudi.
3. *Pro grauitate criminis, aliquando ſimplex vaſallus peræquè, ac ligius, punitur.*
Andegauenſis Ducatus ligia *feuda maiora.*
4. *Domini ſuperioris partes ſunt, conqueri in Iudicio de vexatione, quæ à vaſallo propriis huius ſubditis inferatur.*
5. *Iuridicus de maleficiis in alieno territorio patratis inquirere necne teneatur.*
6. 7. Cenſuarij *ignobiles, quos dominus vexarit infeſtiùs, non ideo cenſu in perpetuum liberantur.*
8. *Exemptio vaſalli proficit ipſius ſubditis.*
Subuaſalli *in dominum* felonia, *vaſallo non nocet.*
9. *Vaſalli filius, qui dominum oſtendit, ad hunc ducendus pro ſatisfactione offenſæ: aliàs vaſallus feudo priuatur.*
10. *Excommunicato domino, vaſalli abſoluuntur iuramento fidelitatis.*
Idem in ſummos Principes, ob ſua flagitia exauctoratos.

Dominus amittit proprietatē, ex quibus cauſis beneficiarius quaſi dominium. d. art. 187. Ibi, *Et econſò le ſeigneur, s'il y ſuccombe, il pert l'obeiſſance de ſon homme, &c.*

EX QVIBVS cauſis cliens quaſi dominium amittit, patronus dominio cadit. §. 187. & 195. Andegauen. Conſuetud. Sed ob patroni crimen vaſallo proprietas feudi conſolidatur Langobarda Lege. §. Domina committente feloniam. Tit. Si De feud. defunct. content. ſit int. domin. & agnat. vaſ. §. 1. Tit. Qualit. domin. feudi propriet. priuet. At de eo Iuris Gallici alia definitio eſt, vtì Butelerius in Súma Rurali tradidit. Feudi enim proprietate dominus quidem mulctatur, ſed ea ſummo Domino committitur: vt vaſallus à proximi Domini fide hominióque liber maneat, ſuperioris autem *ligius* vaſallus fiat. Butelerij verba ipſa apponam. *Et s'il aduient, que le Sire ferie ſon vaſſal ou ſon homme par mal, le ſire pert ſon tenement, que le vaſſal, ou homme tenoit de luy, & retourne au Seigneur ſouuerain, & eſt à touſioursmais le vaſſal ou homme exempt de celuy Seigneur & de ſa Iuſtice, & demeure en la Juſtice de ſon ſouuerain Seigneur à touſiours la terre & l'homme, tant qu'il vit, & engendre action en-* 1.

uers

uers ſon Seigneur ſouuerain pour le delit, de ſoixante liures, par ce qu'il eſt noble. Et ceſte choſe eſt ſi notoire, que ſans doute en toutes Cours elle eſt receue. Cuius in patronum commiſſi non minima eſt ęquitas, vt clientela feudalis pari vtrinque fide ac beneuolẽtia nitatur. §. 3. Verſ. Quoniam inter dominum & vaſallum nulla fraus, nec vllum malum ingenium debet interuenire. Tit. De prohib. feud. alienat. Atque iſtiuſmodi mutua officiorum functio & viciſſitudo facit, vt non minùs etiam prętereundorum parentum cauſæ, quàm exhæredandorum liberorum, exponantur à Iuſtiniano. Nouella. 115. Hinc eandem adimendi feudi rationem eſſe, quàm hæreditatis, produnt Scriptores rerum antiquarum, qui exhęredationem pro ademptione feudi vſurparunt. Sicuti indicat Sigeberti Chronologia, de Vvilhelmo Siciliæ rege, *qui exhæredarit Comitem de Baſcuilla, quod ab ipſo deſciuiſſet.* Conſimili modo Turpinus in Chronicis, IOHANNES, ait, REX ANGLIÆ COMITEM BRITANNIÆ ARCTVRVM PEREMIT, SVPER QVO, A BARONIBVS APVD REGEM FRANCIÆ, CVIVS VASALLVS ERAT, ACCVSATVS, CVM COMPARERE RENOLLET, POST MVLTAS CITATIONES, IVDICIO PARIVM EXHÆREDATVS EST. an. 1203.

Sigeb. Chronico an. 1163 legitur Guillelmus rex Siciliæ, Roberto de Baſcuilla. qui rebellarat in Apulia. fugato, Ciuitates & caſtella, quæ a ſe defecerant, recuperaſſe.

Arturus Britanniæ Dux. Andiũ Comes. Cenomaniæ, & Turonum fecit ſolenne ex iis omnibus Homagium ligium Regi Phil. Auguſto Mẽſe Iul an. 1202. Cuius formulam tranſcripſit Argentræus, Britonic. Annal lib. 3. cap. 7. Sed Rigordus in Vita Auguſti ſcribit, illud Homagium factum an. 1199.

2. QVEMADMODVM ergo de cliente eſt prædictum, ſi patronus adulterium intulerit beneficiarij ſui coniugi, ſi cum filia, nepte ex filio, nuru concubuerit, ſi ſororem domi eius demorantem vitiarit, inſignémve aliam in clientulum noxiam patrarit, proprietatem amittet, ac beneficiarius ſacramento ſoluetur. cit. §. 195. Andegau. Leg. Idipſum noſtra ætate in vſum Fori inuexère nobiles duo Cenomani, quùm ex iis patronus clienti, cæco furore, colaphum impegiſſet in media forenſi Baſilica Pariſiorum. ann. 1562. Illum quippe, licet paulò pòſt culpam agnouiſſet ingenuè, & admiſſi veniam ſummiſſè poſtularet, damnauit Senatus grandi æris mulcta, clientémque exemit *ligia*, in perpetuum, ſimplici, quoad viueret, in patronum fidelitate & obſequio clientelari. Iuxta ea, quæ Cenomano More inter patronum & clientem præſcripta erant, articul. 206. Andium Legibus ſimillimo. Latum Curiæ Decretum tertio Idus Martias ann. 1562. pro Vilhelmo *de Megaudais* cliente, aduerſus Iohannem *Deſuaux* patronum. Vetuſtius item citatur Patrum Conſultum Quinto Idus Iunias ann. 1455. ſecundùm Ioh. Delbiam, Nannetenſis Epiſcopi beneficiarium, qui multis ab illo contumeliis affectus fuerat. Pronuntiatum eſt enim, vaſallum, quantiſper viueret, hominio fide, & Iuridico Præſulis imperio liberum ac immunem futurum. Vt narrat I. Lucius, Placitor. Lib. 7. Tit. 4. Plac. 3. Nam Iure Beneficiorum moribus introducto, ſi Præfectus Templi clientem offendat, Eccleſia patrona, illo viuo, proprietate excidit, mortuo, eam recuperat. Aluarotus, poſt prolixam diſputationem, in §. vlt. De capitul. Conradi. Oldradus in Conſil. 278. Verſ. ad ſecundum. Zaſius in Epit. Feudor. Parte. 10. Concluſ. 12. Ætiologia eſt, quòd ſacer Antiſtes, qui Eccleſiaſticarum rerum procurator, non Dominus habetur, dete-

Feudum ligium Andegaui Ducatus, eſt Caſtrum & Caſtellania *de Briſſac, ou Brocheſſac* Cuius nomine, *Ioh. de la Haye* Dn. *de Paſſauant bailla ſon Adueu au Duc, comme homme de foy lige* Die 15. Mart. an. 1416. Fr Ludou. Brezeus die 9. Sept. 1498.

Areſtũ Curiæ Die 13. Martii an. 1562. pro Guillelmo *de Megaudais* Dn. *de l'eſpinotiere, contre I. Deſuaux ſieur de Lenarr.*

Placitum Curiæ Die 9. Iunii an. 1455. *contre l'Eueſque de Nantes ſeigneur feodal.*

riorem facere nequeat ſanctæ Eccleſiæ conditionem. Cap. fraternitatem De donat. Quorum enim procurationem gerimus, noſtra ea non eſſe Auguſtinus inquit, de rebus Templorum loquens. Can. vlt. Cauſa 12. Quæſt. 1.

3. PORRÒ quod antedictum eſt ex noſtræ, ac Cenomanæ ciuitatis Conſuetudine, feuda *ligia*, perpetuò, ſimplicia, viuo dùm cliente, committi patrono, ceſſat in atrociori crimine beneficiarij, vnde nulla alia, quàm commiſſi pœna iudicio ſubſequatur. Nam pro maleficij genere nonnunquàm grauior pœna irrogatur perfido clienti, vt quæ ſimplici fide tenentur ab eo feuda, perenni commiſſo ei auferantur, perinde ac beneficia fidei arctoris. Id quod PATRES LVTETIANI, gemina Sententia decreuerunt, Poſtridie Idus Sextiles ann. 1553. & Pridie Kal. Maias ann. 1579. in executione Iudicati ſecundùm Chriſtophorum *du Fou* Baronem *de Piremil, & de Noyan*, in Cenomano agro, Contra Iohan. Campanum, nobilem, illius beneficiarium, qui vi publica, ingentíque armatorum inſultu dominum, eiúſque Arcem obſederat, vt eum inibi cum familia enecaret. Tantò autem ſeueriùs, *ligij* ſeu homologi clientis ſcelera plectuntur, quantò plures noſtrarum Regionum, inſignioréſque Proceres arcta iſta clientela, ceu dedititij, tenentur: Ne exemplo noceat ipſorum proteruia, Reíque Publ. trãquillum ſtatum concutiat. Priſcis enim Andegaui Ducatus Monumentis inſcribitur Bellipratuli Baro, Ducis cliens ὁμόλογος: Bino rerum Catalogo Baronatus ſui, dato, 11. Kal. Apriles ann. 1416. & Kalendis Iuniis ann. 1429. Ibidem Credonius Baronatus agnoſcitur, ſanctiore fidei nexu deuinctus Andegauo Principi. Tabulis exaratis Quarto Iduum Februar. ann. 1403., Kalendis Septembr. an. 1410., 7. Idus Septemb. ann. 1439. Nonis Iuniis. 1457. & 4. Kalend. Maias an. 1461. Pari *ligiæ* fidelitatis in Ducem vinculo alligatur Montiſſorelli Baronatus, officioſa rerum ipſius Dinumeratione ſcripta poſtridie Idus Ianuar. an. 1466. Eadem ſummiſſè profeſſus fuit Caſtellarius Dynaſta Champtocei & Ingrandei pagi, ſexto Kal. Martias an. 1409. Procomes, ad hæc, Montiſrouuelli maioris, *ligio* ſe hominio obſtrinxit ann. 1470. Nec diſpari clientelæ genere ſubditum, ſe acclamauit Baro Caſtrorum & Vallisjucundæ, Februar. Luce 14. an. 1457. Tum Matheſelonis & Dureſtali Baro, 12. Kal. Quintiles an. 1439. & 10. Kal. Decemb. an. 1475. Tali peræquè officio arctiori obnoxius prædicatur Treueſius Baro. Charta authentica, 8. Kal. Febr. an. 1440. Publico necnon elogio homologum ſe clientem aſſeruit Baro Montis Iani, 4. Idus Dec. ann. 1451. Vti Caſtellariæ ditionis Toparcha *de Cande & Chanzeaux*,, Octauo Kal. Iunias an. 1406. Nonis Sept. an. 1431. ac tertio Iduum Sept. an. 1453. Paſſauentij item Baronatus nomine, præſtitum eſt Duci *ligiæ* fidei ſacramentum, edita ſimul Notitia deſcriptionéque ſingulorum *Baroniæ* corporum, ac iurium incorporalium. Poſtridie Nonas Octob. ann. 1419. & Idib. Quintil. an. 1439. Huc proferre etiã liceret Baronatũ *de Doüe*, Andegaui Ducis beneficiarium: cuius patrimonia, ac cliẽtelas, cõſignatis literis, Baro cliẽs porrexit Andium

Duo Areſta Curiæ, prius die 14. Auguſti an. 1553. Poſterius in executione prioris, die vlt. Apr. an. 1579. pro Ioh. *du Fou* Baróne hærede Chriſtophori, cõtra Dn. *Deſroches Baritault*, tutorẽ hæredis Iohannis *de Champagne*. Cuius inter Campani maiores floruit Alanus de Cãpania, eques *à l'ennon* in Bellica Frãcorum expeditione Africana, an. 1390. Froſſarti lib 4. cap 18. & 21. Inuentarium ſolẽne titulorum Cameræ Andegau. in Camera computorum Pariſien.

Adueu de la Baronnie de Beaupreau baillé par Iehan de S. Maure, homme de foy lige du Chaſtel d'Angiers, die 12. Mart. 1416. *Autre baille par Alienor des Roches*, Die 1. Iun 1429.

Adueu de la Baronnie de Craon baillé par Charles ſire d'Albret, Conneſtable de France, mary de Marie de Sully Dame de Craon, die 10. Febru. 1403. *Item par Georges de la Trimoille*. Die 1. Sept. 1410. 7. Sept. 1439. Tum *par Louys ſire de la Trimoille* Die 5. Iun. 1457. *Et par Georges de la Trimoille*. Die 28. Apr. 1461.

Adueu de Montſoreau tenu à foy & hommage lige, du Chaſtel de Saumur, par Ieh. de Iambes, Cheualier die 14. Ianu. 1466.

Adueu de Champtoce, & d'Ingrande, Chaſtellenie partie de la Baronnie de Craon, rendu par Ieh. de Craon ſieur de la Suze, &c. Die 24. Febr. 1409.

Adueu du Viſcomte du grand Montrouueau, par Louys de Clermont hõme de foy lige.

Adueu de la Baronnie de Chaſteaux en Anjou, & du Vautoyeux par Ieh. de Bueil homme de foy lige, à cauſe du Chaſtel de Baugé.

Adueu de Matheſelon & Dureſtal, par Hector de la Iaille die 20. Iun. 1439. *Et par Yſabeau de Haſſon* Die. 22. Nouembr. 1475.

dium Principi, 8. Kal. Febr. an. 1405. 13. Kal. Iunias ann. 1443. ac Quinto Nonas Iulias ann. 1455. Sed clientelares huiuſmodi, in patronos Andium Regulos, profeſſiones Equitum Magnatúmque municipalium excutientur accuratiùs, prout rerum vſus neceſſitáſque ſuggeret, ex Ducali Andium Cartophylacio ipſo. Nunc ad commiſſorias recti dominij noxas, vnde digreſſi, reuertamur.

Adueu de la Baronnie de Treues, par Robert le Maçon, die 25. Ianu. 1440.

Adueu de Ieh. ſire de Montesehan, die 10. Dec. 1451.

4. INSVPER ſubditorum quiſque Dominica Iuriſdictione eximitur, ſi ei ius non redditum à Domini magiſtratu probare potuerit. §. 196. Andegauen. Conſuetud. Interdum etiam Iuridicus Dominus tota mulctatur Iuriſdictione. Vtputà ſi territorium ſuum flagitioſis hominibus non purgarit, nec Gladij poteſtatem in ſcelerata capita exercuerit, ac denique Iuridico in ſubditos imperio ſit abuſus. §. 197. 198. Andegau. Leg. Tunc enim ſuperioris Domini munus eſt, ſubditorum querelam de inferiori Domino expoſtulantium admittere, eos prohibere iniuria, ac omnimodò, cauſa cognita, inferiori ſuam Iuriſdictionem, qua probè religioſéque vſus non ſit, abrogandam curare, & ſuperius in Tribunal traducendam. Sicuti Oldradus appoſitè, in Conſil. 206. Argum. cap. licet In fi. De Probat. vbi Hoſtienſ., Baldus item nuncupatim, ad cap. 1. §. ſi iudex De Pace tenen. In Feud. Idque patrio Andium Ritu apertè ſignificatur. d. §. 197. 198. Sic inſtante Procomite *de Tournoilles*, in Aruernis, maiori Dynaſta, minor Dominus *de Durtol* abdicatus fuit à Senatu Iuridica in ſubditos poteſtate, quos indigniùs tractaſſet, Iuríſque dictio ad ſuperiorem illum delata ſaltuatim, quandiu in ea graſſatus inferior vitam degeret. Sententia Curiæ Pariſien. ſecundùm Dn. SantAndræam, Tribunum militum Galliæ, Subcomitem *de Tournoilles*, contra Petrum *Creſpat*, dominum *de Durtol*. Cuius Decreti habita mentio eſt à Iohan. Paponio, Areſtor. Lib. 13. Tit. 1. Areſt. 13.

Adueu des Chaſtellenies de Cãd: & Chanzeaux par Charles de Dinan, die 21. Maij 1406. *par Bertrand de Dinan*, die 5 Sept. 141 . *Et par Guy Comte de Laual, à cauſe de Françoiſe de Dinan ſa femme*, 11. Sept. 1453.

Adueu de Paſſauant par Ieh. de la Haye, die 8. Octob. 1419. Et 15. Iul. 1436.

Adueu de la Baronnie de Doué rendu par le ſire de L'Iſlebouchart & de Doué, 27. Ianu. 1405. *Par Georges ſire de la Trimoille, à cauſe de Catherine de l'Iſle ſa femme*, die 10. Maij 1443. & 3. Iul. 1455.

Superior agere poteſt pro vexatione, quæ ſubditis infertur. Oldrad.

Dominus non dbet eſſe beccarius ſui ſubditi, quem tanquã pater debet fouere. Baldus.

5. POENALEM verò hanc Andium Conſtitutionem limita in ſubdito, qui extra Domini territorium patrati ſceleris arguatur. Hic enim de maleficio alibi commiſſo inquirere non tenetur, Baldi opinione in cit. §. ſi iudex Tit. De pace tenen. Eius tamen partes ſunt, criminis reum ſubditum ad ſuos Iudices relegare, vt hi officio fungantur, & ſontes iuſto mactent ſupplicio. Cuiuſmodi reorum remiſſio in aliud Territorium, Romanis legibus inſtituta eſt. Vt Diuus Pius Pontio Proculo reſcripſit. l. ſi cui crimen. §. vlt. ff. De accuſat. Quinimò Pius. 4. Pontifex Bullatis tabulis edixit. Quarto Iduum Nouemb. anno 1564. QVÒD BANNITI A REGNO NEAPOLIS, IN LOCIS S. R. E. CAPTI AD PROREGEM NEAPOLIS REMITTERENTVR. Tametſi Pontifex, Regni illius ſuperior Dominus exiſteret. E Bullario Romano, cui titulus eſt, *Collectio diuerſarum Conſtitutionum, & Literarum Roman. Pontif. à Gregorio. 7. vſque ad Gregorium* 13. Verùm eo caſu ceſſat reorum in alienam Prouinciam remiſſio, quùm è ſummi cuiuſdam Principatus finibus, vbi deliquerint, in extraneum cauſam dicturi vocentur. Tùm enim reorum translationi locum non eſſe,

Art. 197. And. Conſ. verſ. *S'ils en ſont reprins ou attaincts par leur ſeigneur ſuzerain.*

Art. 198. verſ. *Et ſera procedé par leurs ſuzerains à declaration de perdition d'icelle Iuſtice.*

Curiæ Pariſien. Areſtum *pour le ſieur de S. André Mareſchal de France, Viſcomte de Tournoilles.*

Bulla Apoſtolica die 10. Nou. an. 1564.

Le Baſtard de Rubempré prins & emprisonné en Hollande par le ſieur de Brederode Hollandois. & Oliu. de la Marche, natif de la Franchecomté.

docuit Philippi Burgundionum Ducis arguta reſponſio, ad poſtulata Ludouici xi. Galliæ Regis ann. 1464. Cùm enim Rex per legatos peteret à Duce illo Regiæ Francicæ beneficiario, duos noxæ dedi Burgundiæ aulæ familiares, qui nothum Rubempreum ſibi ſubditum in Batauia carceri incluſiſſent: Reſpondit ilicò Dux, è duobus, quos Rex ſibi tradi poſceret, alterum patria Sequanum eſſe, Oliuerium Marchianum, Batauum alterum, nomine Brederodam: Et ita neutrum vllo iure ad Gallicam Regiam ſpectare, quòd nec Tranſiurana Burgundia, nec Batauus ager Francos vnquam Reges patronos agnouiſſent, ſed Germanicos ſolùm Auguſtos. Quòd ſi ambo illi Regem quodammodò offendiſſent, pollicitus eſt Dux, rem ſe quæſiturum exactè, nec inultum facinus relicturum. Vti à Marchiano proditum fuit memoriæ, in Commentar. Rerum Burgundic. Alia multa in hoc argumentum protulimus ſuprà, Lib. 1. Cap. 74. articul. 2.3.4.

Memoire de meſſire Olivier de la Marche, Bourguignon.

Cenſus præſtatur in ſignum & recognitionem ſubiectionis.

SVBDITORVM querelas excepimus in Dominos Iuridicos, qui poteſtate dicundi iuris abuterentur. Nunc ſubditos cenſu annuóque Vectigali, audiamus, qui eiuſce liberationem petant in rectos Dominos, malæ tractationis reos. Differet enim vectigalis agri poſſeſſor, Agrariam penſitationem, æquè ſubmiſſionis & obſequij ſymbolum præferre ex vectigalibus fundis, ac clientelæ fidem ex beneficiariis. Decretali Epiſt. 2. De cenſib. §. 179. Andegauen. Conſuetud. cuius tenorem antea perſcripſimus. Tit. De laudimiis articul. 14. Ac veluti domino committit cenſus debitor, qui eum abnegarit in totum, partémve cenſualium rerum profeſſus non ſit apud Dominum cenſus, ſiue Domini patrimonia ſibi vſurparit. §. 190. & 200. patriæ Legis. Ita econuersò, Dominicus cenſus in commiſſum incidere videtur, ſiquidem dominus ſubditos atrociùs diuexet, pulſet, verberet, aliiſvè indignis afficiat modis. Vt notant Bartol. & Ioh. Platean. ad l. Cùm ſatis §. caueat. De Agric. & cenſit. Lib. xi. Cod. Benedictus nuncupatim ad Cap. Raynutius In Ver. condidit. 1. Num. 45.46.47. Boërius in Deciſ. Burdigalen. 304. Sed nec olim omninò quiduis impunè ſemper licuit in ſeruos. Nam Liuius refert, cùm quidam apud Romanos ſeruum ſuum crudeliùs tractaſſet, Iouem ipſum per ſomnium indicaſſe T. Latino, ſibi admodùm inuiſam ingratámque fuiſſe illam Domini ſæuitiam. Quod cùm reſciuiſſet Senatus, aſſentiente Pontificum collegio, ſumpſit de crudeli hero ſupplicium. Demoſthenes verò (contra Midiam,) prædicat humaniſſimam Athenienſium legem, quæ ſeruos, aut ſubditos ab omni iniuria tutabatur. Memorat quoque Athenæus, magnam ſeruorum curam geſſiſſe Græcos. Vbi enim hanc velut legem tulit,* ὑβρίζειν ἥκιστα εἰς δούλους iſthæc ſubtexuit,* Ἀθηναῖοι δὲ καὶ τῆς τῶν δούλων τύχης προνοοῦντες ἐνομοθέτησαν, καὶ ὑπὲρ δούλων γραφὰς εἶναι. Lib. 6. Dipnoſophiſt.

Le deſadueu du ſubiect cenſier deniant rien tenir du ſeigneur cenſier, emporte commiſe des choſes cenſuelles, puis que le recelé, & obmiſſion de partie d'icelles en la Declaration, porte le meſme effect pro parte §. 200. Andeg. Leg.

* Seruos iniuria non afficere.

* Athenienſes fortunæ & conditioni ſeruorum prouidentes, Lege ſanxerũt, vt pro ſeruis quoque actiones inſtituerentur.

Moſes Legem Hebræis impoſuit, herum criminis reum

AST pro Domino, contrà, ſuggeretur, longè diſſitam eſſe debiti cenſus rationem à feudo. Nam vt vectigalis agri detentor nullo 7.

clientelæ

clientelæ ſacramento obnoxius fit Domino ſolarij: Ita nec ei mutua vice Dominus obſtringitur, qua, clientulo in ipſius verba iuranti Feudiſticis moribus obligaretur. §. Dominus quoque in his omnibus vicem fideli ſuo reddere debet: quod ſi non fecerit, meritò cenſebitur malefidus. Tit. De forma fidelit. In Feud. Et §. 3. Tit. De prohib. feud. alienat. Inde nec Feudiſtica lege interdictum eſt poſſeſſori vectigalis prædij alienatione, ſaluo cenſu: nec diſtractæ res cenſuales commiſſo ſubiacent, cui beneficiariæ venditæ ſubiicerentur. Vt ait Lucas Pennatus, ad l. 2. Ver. ex iis bonis. De omni agro deſer. Lib. 11. Cod. Decius in Reſponſo 164. Nimirùm vectigales res diſcretam habent à feudalibus, & emphyteuticis naturam ac conditionem. Auctore Yſernia In Cap. 1. §. nam & illud De eo qui ſibi & hæred. ſuis. Eámque obſcuram theſin, quæ in ſacro Neapolis Conſilio agitata eſt, ſic eruditè definiit Anton. Capycius, Regio in Senatu illo Conſiliarius. Neapolit. Deciſ. 196. Mea igitur fert opinio, malę tractationis Dominicę in ſubditos pœnam eſſe, immunitatem Iuridici imperij, quo dominus perperam functus ſit, non autem annui Solarij, quod & in patrimonio eſt nullatenùs reuocabili, & in ordinario ipſius fructu ac prouentu, inſtar annui cuiuſque Reditus prædiarij. Si tamen commiſſum huiuſmodi ſuperior dominus perſequatur in gratiam ſubditorum inferioris eos peſſimè mulctantis, in officio eius poſitum eſt, qui pro Tribunali ſedebit, ab circunſtantibus cauſis, reíque atrocitate diſpicere, nûm ad ſuperiorem illum, vt iuriſdictio, ſic cenſus inferioris Domini transferatur. Ex ſenſu §. 197. Andegau. Leg. qui ſimilem Iuridicæ poteſtatis deuolutionem admittit. Cæteroquin mihi religio fuerit, pœnale feudi commiſſum vltra caſus ſpeciatim patrio Iure comprehenſos vel adſtruere, vel protrahere. Cap. Statutum De elect. Lib. 6. Decretal. Epiſtol.

fore, qui ſeruum ita cecidiſſet, vt is ſtatim moreretur. Exodi cap. 21.

Andr. de Yſern.

Art. 197. *Ceux qui abuſent de leur Iuſtice, s'ils en ſont reprins ou attains par leur ſeigneur ſuzerain, ils la perdent, & eſt deuolue à celuy, de qui ils la tiennent.*

8. QVOTIES Dominica Iuriſdictione ſoluitur cliens, huius quoque ſubditi illa ipſa liberantur: eóque caſu immunis clientis priuilegium ſubditis communicatur inferioribus. §. 196. Andegauen. Conſuetud. An verò ſubclientis noxa in ſuperiorem patronum, clientibus præiudicet, ardua diſceptatio. Quamuis enim clienti liceat, beneficiarios fundos in ſubbeneficium concedere intra modum legibus præſcriptum, hoc intelligitur, ſalua iuris Dominici cauſa, vt ſubbeneficiarius noxæ nomine quaſi dominio cadat, perinde ac beneficiarius ipſemet, ſi tale quid criminis contraxiſſet. Verùm æquior obtinuit ſententia, feudum ſubclientis flagitio non ad patronum offenſum, ſed ad clientem ipſum, qui in ſubclientelam dederit, reuolui. Nam etſi vtile dominium, quod ea in re cliens habebat, tranſiſſe in ſubclientem exiſtimetur: aliquis tamen effectus, vtiliſque dominij reliquiæ penes eum remanſerunt. Cap. 1. §. illud De prohib. feud. alienat. per Frider. Vbi cliens ſubclientis Dominus dicitur. At ſi patronus clientem interpellarit, vt à ſubcliente ius ſibi fieri procuret, eámq; cliens nunciationem ſpreuerit, vterque tunc exuetur feudo, quod ad patronum offen-

Quatenùs ſubuaſalli delinquentis ſubfeudum deuoluatur ad vaſallum, qui immediatus dominus eſt, aut ad dominũ feudalem, qui dominus mediatus dicitur.

ſum reuerteretur. citat. §. illud. Zaſius in Epitome Feudor. Parte. 10. Concluſ. 10.

De filio vaſalli, dominum offendente, & econtrà.

QVIN & feudum patri beneficiario adimitur, ſi filium, qui Dominum offenderat, ad hunc requirentem non deduxerit, vel domo ſaltem non ablegarit. Ca. 1. §. inſuper De prohib. feud. alienat. per Frider. Quòd ſi filius ad patronum traduci ſe non patiatur, tunc mortuo patre *feudatario*, excludetur feudo: niſi res aliter cum patrono leniùs tranſigatur. Verſa pagina, Domini filius, qui vaſallum grauiter læſerit, ad hunc manu ducendus à patre eſt, eadem omninò ſerie, qua de vaſallo ſupraſcriptum: Aliàs filius patri ſuccedens, feudali beneficio mulctaretur. Aluarot. in Cap. 1. §. Domino. Si de feudo controuer. fuer. int. domin. & agnat. Quippe Dominum, & Vaſallum hoc loco in eundem ordinem redigimus. Ca. 1. In fi. De for. fidelit. ca. 1. Qualit. domin. feudi propriet. priuet. Ac veluti cliens feudo cadit, qui eius Veſtituræ petendæ operam diligentiámque non adhibuerit intra tempus Lege condictum: ita & patronus, qui intra annum veſtire feudo clientem recuſaret. Cap. 1. §. dominus De forma fidelit. Cap. 1. Qualit. domin. feudi propriet. priuet. Glo. in Cap. 1. in fi. Per quos fiat inueſt. Aluarot. in Cap. 1. §. Domino. Si de feudo controu. fuer. int. domin. & agnat. Sed neutrum ob id feudo priuari in Gallia, Pontanus aſſerit in Scholiis ad Bleſenſem Conſuetud. artic. 53. Quod & Nos antea paſſim adnotauimus. 9.

Francico More, vaſallis cõtra dominos petitam inueſtiturã denegantes prouidetur vnico & cõpendiario remedio. oblatione nempè ſacramenti fidelitatis. ac debitorum iurium, domino à vaſallo facta, quæ vim ſolutionis habet. ac factæ inueſtituræ, fidelitatiſque receptæ Art. 109. And. Conſ. vet. *& eſt ſon fief ſeruy, &c.*

TANDIV demùm beneficiarius ſoluitur fidelitatis ſacramento, quandiu dominus, Pontificia execratione, Chriſtianorum cœtu excluſus maneat, ac proſcriptus. §. 1. Tit. Hîc finitur Lex In verb. dominum excommunicatum. In Feudis. Cap. vlt. De hæret. Cap. vlt. De pœn. Can. alius Cauſa 15. Quæſt. 6. Vbi Zacharias Pontifex Max. querulo Gallicorum Ordinum libello ſubſcripſit de Francorũ rege Childerico, huncque abdicauit Sceptris, & ſubditos fidei iureiurando abſoluit. Qualis ſupremarum Ditionum, Imperiorúmque cõuerſio planum facit, maioribus æquam impédere, ac minoribus Dynaſtis legem commiſſoriam Feudi & Dominatus, quo quis ad proteruiam, aut ſæuitiam præpoſterè abutatur. Sic Iohannes. 7. P. P. Vitizzam Hiſpaniarum regem depoſuit rogatu Procerum Regni ob impotentem illius laſciuiam ſacratíque Ordinis vexationem: & Rodericum, vltimum Gotthorum regem Hiſpanis præfecit. Ritio Neapolitano teſte, Reg. Hiſpan. Lib. 2. Nota eſt porro Germanici Imperij abrogatio ſolennis Vvenceſlai Cæſaris, quam Septemuiri Germaniæ communibus decreuêre Magnatum aliorum, Ciuitatúmque ſuffragiis an. 1400. Froſſarte, coæuo ſcriptore, Hiſtor. lib. 4. cap. vlt. Eius abrogationis formulam Munſterus in literas retulit, (Coſmograph. lib. 3.) Quæ Vvenceſlaum & Auguſtalibus infulis exuerit, & ipſius Imperio ſubiectos, obſequio, fide, clientelæque vinculo liberarit. Nec iniuria meherclè. Nam & antea ſimiliter Othonis 4. Imp. ſubditi proclamarunt in libertatem apud Innocentium 3. Pontif. quòd ille Populo, ac Clero tyrannicè imperitaret. 10.

Dominus feudalis ab Eccleſia excommunicatus amittit ſubditorum ſuorum obſequelã & obedientiam.

Septem Germaniæ Principes Electores.

imperitaret. Sed Otho, coactis Imperij ſummatibus, vt eos ſibi conciliaret, vſus fuit blandiuſculo hoc, & ad gratiam compoſito verborum eloquio. AD VOS, infit, ô PRINCIPES, RESPICIT REGNI TEVTONICI QVÆVIS DISPOSITIO. VESTRI INTEREST, EMINVS CVNCTA PROSPICERE. VESTRI ENIM IVRIS ESSE FATEMVR, NON ROMANI PONTIFICIS, IMPERATOREM CREARE, SIMVL ET DESTITVERE. IGITVR, ô PROCERES, ET REGNI CORDATI PRINCIPES, IVS VESTRVM DEFENDITE. Ex Nauclero, Generat. 41. Noſtra itidem memoria, Danicum Regnum Chriſtierno Principi à ſuis ademptum eſt, feri & immanis tyranni iugum excutientibus, & ad eius auunculum Diadema tráſlatum. Denique vt illuſtria feudorum Beneficia, ſic maximæ quæque vel Sceptrorum Dignitates atroci in ſubditos maleficio committuntur, amittuntur. Dannemarc.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS.


LATA
ARCTA
VIA

LIBRI III. LEGVM ANDEGAVENSIVM. DE VTILI RERVM DOMINIO

PER RENATVM CHOPPINVM Iureconſ.

PRÆFATIO.

1. SVPERIORI Andegauor. Dynaſtarum imperio tum IVRIDICO, tum FEVDALI, inferius iam ſubiicimus VTILE rerum Dominium, vulgarémque poſſeſſionem. Vt enim ſuis quodque Libris deſcripſimus antea, Iuridicum primò, exin Directum fundorum Dominium, Ita tertium iſtud diſtinctè explicandum ſuſcepimus poſtremo Libello, ac bina Parte circumſcribendum. ALIA enim perpetuæ Proprietatis iure ad nos ſpectant: ALIA temporarij Vſus ac fructus cuiuſdam. Illa rurſùs in duo ſigillatim diducuntur. Aut enim patrimonij bona, ſeu profectitia ſunt, quæ propinquorum hæreditate, donationevè parentum nobis obueniunt, vel agnationis beneficio ab exteris emptoribus reuocantur in noſtram familiam. Aut verò nouè acquiſita dicuntur, ſeu aduentitia, quæ emptionibus permutatione, largitionevè prrantur extranei cuiuſquam, ſocietate cõmunium fortunarum, vel diuturni temporis præſcriptione. POSTERIVS item genus, quod temporarium prædij reditum poſſeſſionémque reſpicit, bifariam diſtribuitur. Altero, viduæ mulieris Vſumfructum intelligimus (quod *Doarium* vocant), ſiue fructuariam in res ſoli præmorientium liberorum ſucceſſionem: Altero, creditoris poſſeſſionem pigneratitij fundi, quam Græci Ἀντίχρησιν noſtrates *Aßietam rentarum* appellant. Eaque rerum partitione ſumma, reliquus Andegauen. Legum tractatus conſumitur.

Domini Iuſtitiarij. Feudales. & Vtiles ſeu priuati fundorũ Proprietarij.

Bona antiqua', ſeu patrimonialia, buæ vulgus *Propria* appellat, ſeu Retractu lineari quæſita.

2. HINC nobis triceps agetur de Vtili dominio fundorum diſceptatio, vt PATRIMONIALES primo Capite, ſecundo ACQVISITITIOS, tertio FRVCTVARIOS fundos exaremus, ſuíſque regulis patrio ex More definiamus. Singulorum autem Capitum, ac Rubricarũ cuiuſque ſeriem Tabella ſequens indicabit.

Trimembris Partitio Lib. 3. Legum Andegauen.

CAPITIS I. DE REBVS PATRIMONIALIBVS.

Tit. V.

1. *De Bonis hæreditate delatis.*
2. *De Diuidundis rebus hæreditarijs, aliáſvè communibus.*
3. *De collatione bonorum.*
4. *De parentum Donatione.*
5. *De gentilitia Redemptione prædiorum.*

CAP. II. DE REBVS ACQVISITIS.

Tit. V.

1. *De contrahenda Emptione.*
2. *De Societate coniugali.*
3. *De Donationibus in extraneos collatis.*
4. *De Legatis.*
5. *De Vſucapionibus.*

CAP. III. DE FVNDORVM POSSESSIONE TEMPORARIA.

Tit. V.

1. *De Fructuario Viduæ iure in hæredia defuncti.*
2. *De parentum Vſufructu liberis ſuccedentium.*
3. *De Hypothecaria fundorum Adſignatione & occupatione:*
4. *De pigneratitij fundi Ceßione in iure facta à poſſeſſore.*
5. *De Hypothecarum Ordine, & qui potiores in ijs habeantur.*

SVMMA TRACTANDORVM, HOC

Tit. I.

1. *Ordo hæreditariæ Succeßionis bonorum.*
Liberorum in eandem prærogatiua, cauſáque primaria.
2. *Matris exhęredatæ filij, auitæ hæreditatis capaces Areſto iudicati.*
Nepotes, paterni delicti pœnalem exhæredationem ijs inflictam ab auo ferre non debent.
3. *Filius patris donatarius, poſtea exhæredatus, facit partem, licet non admittatur ad partem hæreditatis.*
4. *Idem in filia, quæ dote accepta paternam hæreditatem repudiarit.*
5.6. *Filia nupta, quæ ſimpliciter renunciarit hæreditati, nec adiecto, in fauorem maſculorum, his dehinc mortuis, non excluditur ab innuptis ſororibus.*
Vt Nobilis filiæ excluſio Statutaria, *ſic Ignobilis, abſtentio Pactitia, à directis Hæreditatibus, valet.*
7. *Primogenitus nobilis æquè præcipit ſororis portionem hæreditariã, quæ huic Dotali pacto reſeruata ſit, ſi ea reſeruatione ſoror vti nolit, ac ſi pure* Statuto *excluſa manſiſſet.*
Nobilis filia, à matre elocata viro & dotata, haud perinde excluditur hæreditatibus parentum, ac ſi, patre auctore, nuptias contraxiſſet.
8. *Paternam hæreditatem repudians filia, nihilo minus petere poteſt, quę pater amittit per tranſitum ad ſecunda vota nuptialia.*
9. *Secundò nubens non prohibetur donare liberis ex ſecundo matrimonio naſcituris vel natis, ſalua Legitima liberis primi matrimonij.*
10. *Fœminea hæreditatum repudiatio non extenditur ad Legitimam, eiuſvè ſupplementum, de Iure communi.*
Idem in Parlamento *Burdigalenſi iudicatum, &* Tholoſano.
11. *Aliter in Pariſienſi Senatu.*
12. *Tamen & iſthic reſtitutioni locus eſt, vbi ſpeciali Conſuetudine loci tales renuntiationes, niſi accepta Legitima, infirmentur.*
Item aliud in ſucceßione Bonorum iam delata, quæ difficilius nuda renunciatione amittitur, quàm futura, & deferenda.
13. *An* Statuto *excluſa filia nupta, niſi nubendo reſeruata ſit ei ſpes ſuccedendi poßit ad eam reuocari in ſecundis nuptijs.*
Fœminæ excluſorio Statuto *in fauorem fratrum, continentur etiam fratres vno latere coniuncti.*
14. *Promiſsio dotis ſoluendæ poſt mortem patris, impedit effectum* Statuti, *dotatæ filiæ* excluſiui.
15. *Eadem quoque impedit effectum repudiationis hęreditatum, quæ, niſi accepta dote, inefficax eſt.*
16. *An ſi filia coniunx, vel monacha, ante patrem moriatur, eius portionem in*

paternis ſenior frater capiat, ac ſi patri ſuperuixiſſet.

Inter nobiles filias ſolas, iunioris legatariæ portio hæreditaria deficiẽs accreſcit ſoli primogenitæ, non toti hæreditati.

17.18. Collateraliu m *ſucceſsionum bona patrimonialia, alibi ſolis deferũtur propinquis ex ſtipite communi ortis, alibi etiam propinquis ex latere tãtùm & linea* tranſuerſali.

In hæreditate laterali, an Mobilia, æquè ac Immobilia, tranſeant in duas defuncti lineas, paternam & maternam.

Inter diuerſo iure ſuccedentes, alter cum Inuentario hæres, non excluditur ab altero hærede ſimplici.

19. *Vtrum à* collaterali *hæreditate germani fratres vterinos excludant, ſeu conſanguineos.*

20. 21. *Donata à viro vxori, mortuo eorum hærede filio, tranſire ad paternos filij, non maternos ſucceſſores.*

Inter gradu pares cognatos, ſucceditur alicubi in ſtirpes, non in capita.

22. *Conſiliarius in Senatu, poſt adminiſtratum. 20. annis Officium, habet priuilegium immunitatis, & Nobilitatem retinet, ad effectum ſuæ etiam hæreditatis nobiliter diuidendæ inter hæredes.*

23. *Pater, filij mobilium hæres, quænam onera hæreditaria perferat.*

LIBRI III.
DE VTILI ANDENSIVM RERVM DOMINIO.

CAPVT PRIMVM.

DE FVNDIS PATRIMONIORVM.

Tit. I.

DE BONIS HÆREDITATE DELATIS.

1. RES NON parta labore, ſed relicta à propinquis, dicitur cuiuſque Patrimonium, propria bona, ſeu hæredia. *Horum nonnulla iuſtis Hæreditatibus vniuerſim ad nos perueniunt, alia particulatim donatione parentum, aut agnatitia familiarium prædiorum conditione ex Lege Municipij. Vt autem ab Hæreditariis fundis ordiamur, Moſes primam de Hæreditate Legem diuinitùs acceptam dedit, quę extat, Numer. Cap. 27. Ea primo loco filios vocat, deinde filias ad bona inteſtati parentis: Liberis verò non ſuperſtitibus, fratres : Poſt hos, patruos, exin proximos quoſque conſanguineos. Solon pariter apud Athenienſes ſuam tulit de bonorum Succeſſionibus Legem ex propinquæ cognationis gradu & ordine: Ita tamen, vt liberis orbi ſolutam haberent iuſtámque teſtamenti factionem. Sicuti Plutarchus in Solone refert. Hic enim nobis innatus eſt affectus, vt liberis proſpectum velimus, etiam ſi poſthumi futuri ſint. M. Tullio auctore, De finib. bonor. Lib. 3. Ac Procopij teſtimonio, audiuit Iuſtinianus aliquando Proclum illum ſummum Parędrum, qui Cæſarem Iuſtinum admonebat, omnium leges Populorum in hoc conuenire, vt primùm filij in parentum bona ſuccedant.

Antiqua Bona veniunt aut titulo vniuerſali hæreditario, aut particulari donationis parentum, linearíſvè Retractus, &c.

Lex Attica.

2. QVINETIAM rite exhæredato filio, non repellitur nepos auita bo-

Areſtum Curiæ Pariſien. Die profeſto Pentecoſtes. 1. Iunij an. 1582. de more ſolenni, Pro nepote ex filia exhæredata, ad auitam ſucceſſionem admiſſo, ea lege, vt dotem matri datam, eius tametſi nõ eſſet hæres, conferret. Secus in nepote ex filia Statuto excluſa, vel Pacto, cum teſtamẽtaria aui diſpoſitione. Vt diximus Lib. 3. De Priuil. Ruſtic. Cap De Vltim. volunt. art. 5.

norum ſucceſſione, quæ ſuo ipſi iure vindicatur. l. Gallus. §. & quid ſi tantùm, Vbi Bartolus nominatim. D. de liber. & poſthũ. l. 3. §. ſi emancipatus. ╥. De bonor. poſſeſſ. cont. tabul. l. ſi quis filiũ Cod. De inoff. teſtam. Indéque factum nuper PATRVM CONSVLTVM Lutetiæ, maternam exhæredationem nepoti non obeſſe in auita hæreditate cernenda. Decreto Kalend. Iuniis. an. 1582. Aſt huic affinis dubitatio probabiliùs vtrínque exercetur, de nepote ipſo exhęrede eſſe iuſſo ob paternam noxam. Auus putà filium ſacroſanctæ poteſtatis ſuæ violatæ reũ egit apud Prætorem, ob contractas, ſe inuito, cum vili muliercula impares nuptias. Silentio dehinc intermortua lis, clam celebratum connubium, ſati liberi, quos, ſublato patre, auus abnuit, abdicat, exhæredéſque ſcribit tabellis teſtamenti. Auitum quidẽ hoc in nepotes iudicium nitebatur publica illa Fori querela in filiũ paternę auctoritatis contemptorem. Cuiuſmodi cœptam controuerſiam in hæredes trãſmitti, docet Vlpianus Lib. 14. ad Edictum l. 6. §. vlt. ╥. De inoff. teſtam.

Solenne Iudicium Curiæ Pariſiẽ. à primo Prȩſide recitatũ Die Sabbati. 22. Decembr. an. 1584. *ſur l'appel du Seneſchal d'Aniou ou ſon Lieuten. à Baugé.*

Sed quia auus viuo filio nuſquam puræ exhæreditationis notam aſperſerat, nepotes autem paterno flagitio plecti erat nouum, Senatus nepotes aui hæredes contra tabulas pronuntiauit. Areſto luculento profeſtis diebus Natalis Dominici an. 1584. Nã & Satyricus vates durum occinit parentem illum, qui,

Iuuenalis.

Quos genuit, quos eduxit, nunc codice ſæuo
Hæredes vetet eſſe ſuos.

Placitum Curię *en plaidant du Roolle de Chartres*, Die. 29. Iul. 1603. Choarto, nurus appellãtis à Balliuo Carnuten. Et Girardo, ſoceri intimati cauſidicis.

Quinetiam ſoſpite filio, & à patre iam ſuorum bonorum ſpe mulctato, ob initum clam eo coniugium, iudicauit Curia, alendum ab ipſomet auo partum, qui ex clandeſtinis nuptiis editus foret. Suprema ſententia. 4. Cal. Sextiles an. 1603. in Carnutenſibus cauſis agendis. Secundùm anterius Clariſſ. Ordinis Decretum, Nobis orantibus, latum an. 1574. quod fuſiùs recenſetur noſtro Lib. 3. De PRIVIL. RVSTICOR.

Tit. De Accuſation. Art. vlt.

EODEM natiuæ pietatis intuitu, Romę apud Centumuiros reſciſſum 3.
fuit patris naturalis teſtamẽtum, Marci Anci Carſeolani Equitis ſplẽdidiſſimi, quòd in eo filium præteriiſſet, tametſi à Suffenate auunculo adoptatum. Quippe ea in cauſa, hæredibus inſtitutis patrocinabatur adoptio filij, qui in Suffenatis familiam & ſacra tranſierat: ſed arctiſſimum inter homines procreationis vinculum ſuperauit patris volũtatem, & auctoritatem Principis, qua ſcilicet adoptio facta erat. Quinimò in hac Teſtamentaria lite tantam fuiſſe vincendi fiduciam, narrat Valerius Max. (Lib. 7. Cap. 7.) vt L. Sextilius, & P. Popilius cõſanguinei, qui pro parte hæredes nuncupati erant, minimè auſi ſint ſacramento contendere cum adoleſcente filio, & contrariam Sẽtentiam accepiſſe ipſum, qui auſus erat cõtendere, Tullianum Pompeij Magni familiarem, ipſoque etiam Pompeio ſignatore ſcriptum pro altera parte hæredem. Siquem verò ex cauſis lege receptis pater eraſerit albo ſuorum hæredum, is pro mortuo habetur, nec liberorũ numerum, Legitimãvè au get

vè auget, aut minuit. Theophilus in §. ſed noſtra Inſtit. De ſucceſſ. libert. Baldus in Authent. Nouiſſima Cod. De inoff. teſtam. Et in l. pater filium ff. Eod. Tum Andeg. Conſuet. artic. 251. & 271. Deportati inſtar, qui nihilò ampliùs in parte liberorum numeratur, quàm ad partem bonorum adſciſcitur. l. 1. §. vlt. ff. De bonor. poſſeſſ. cōt. tabul. l. ſi necem. §. ſi deportatus. ff. De bon. libert. Si tamen exhæres eſſe iuſſus, à patre antea ſuſceperit, paternovè beneficio, venale Munus publicum, quaſi prærogationem iuris hæreditarij, is facit partem, licet non vocetur ad partem. Sicuti à Senatorio Pariſiorum Ordine decretum eſt, palámque ſolen ni ritu prolatum, Poſtridie Idus Sextiles an. 1589.

Andeg. Leg 7e exheredation ſe peut faire ès cas permis de droict. Comme ſi fille noble ſe faict deſpuceller hors mariage, auant l'aage de 25. ans, &c. Authē. Sed poſt 25. annum Cod De inoff. teſtā.

Militia venalis in Legitimam imputatur. l. omnimodo § imputari Cod. De inoff. teſtam.

4. PERÆQVE enim filia, cui ſtatuta ſit dos in vicem hæreditariæ portionis, quam repudiat, liberorū numero accenſetur in computatione ipſorum, Legitimęq; partis bonorum ineunda. Vt vult Petr. Iacob. in Tit De cōdictione ex lege, Omnimodò Col. 4. Notat. in l. Qui repudiantis. ff. De inoff. teſtam. Et in l planè. §. ſi duobus. ff. De legat. 1. Vbi Bald. & Angel. idem ſentiunt. Alexand. in Conſil. 149. Lib. 7. Idque Gratianopolitana Delphinatium Curia iudicio comprobauit. Ex Vidi Papij Deciſion. 295. & 599. Nec diuerſam ſententiam amplexum Germaniæ Conſilium ſanctius, tradit Mynſingerus, Centuria. 4. Obſeruat. 22. Exēpli cauſa Legitimę ergò debetur liberis quatuor, & infrà triēs, quinque autem, vel ſuprà, ſemis ex Aſſe hæreditario. Nouella Iuſtiniani Conſtitutione De Triente & ſemiſſe. Authent. Nouiſſima Cod. De inoff. teſtam. Mos item Pariſiorū, inter plures duobus liberos, ſeniori beſſem attribuit: inter duos, binum triētem feudalium beneficiorum. artic. 15. 16. Quòd ſi paterna donatione contentus primigenius abſtineat patris hæredirate, liberis nihilominùs adſcribitur: ne mas ſecundonatas primigenia in cohæredes arripiat. §. 27. eiuſd. Conſuet. Nam hæreditatis portio deficiens reliquis accreſcit, nedùm vni l. 1. Cod. Quan. non petent. part. l. vn. §. 2. Cod. De caduc. tollen. Ac primogeniti, qui delato iam hęreditario iure ceſſit, pars omnibus aduoluitur cōiunctis re & verbis. l. 1. §. ſi nemo D. Ad S. C. Tertyll. l. 1. §. His ita Cod. De cad. tol. Cùm item repudiare poſſit is, qui & adire, (l. is poteſt. ff. De acquir. hæred.) nemo rectè cenſeat, duos ſimul primogenitos extare eodem die ſemel quæſitæ hæreditatis. Quinetiam Vlpiani elogio, non vult hæres eſſe qui ad alium trāsferre voluit hæreditatem, Regula Iuris Nō vult. De futuræ autem ſucceſſionis repudiatione, nō ita. Tunc enim primigenia, minor natu præciperet, qui obuenientis hæreditatis puncto ipſo grandior ætate hæres adgnoſceretur. Argum. l. 1. Cod. De his qui ante apert. tabul. Cum Andeg. Leg. §. 322. Atque ideo P. C. iudicarunt, ſecundogenitum, renunciante poſt matris obitum fratre maximo, primogenita auferre nō debere, ſed repudiantis partem toti hereditati ex æquis accedere. Pariſiēſi decreto celebri. 7. Iduum Septembr. an. 1552. ex prouocatione à Præfecto Vrbi, quam Ioh. Bouchetus emiſerat. Victricibus Iana, & Margareta Bou-

Pariſienſe S. Conſultum à Præſide Briſſonio recitatū die. 14. Auguſti an. 1589.

Areſtum Parlamenti Delphinalis.

Imperialis Cameræ Iudicium.

Hæreditatis media pars, ex teſtamentaria inſtitutione hæredis extraneis detrahitur à liberis quaternū numerum excedentibus, & ex alia dimidia, quæ eſt in hæreditate teſtamēto diſpoſita, liberi decerpūt dimidiam, quæ reſpectu totius dicitur quarta Trebellianica.

Areſtū Senatus Pariſ. Die. 7. Septembr. an 1552. Confirmans Sententiam Præpoſiti Pariſiē. Dn. Frāc. Auberto Conſiliario litis relatore.

cheta, aliiſque hæredibus Catharinæ *de Guery* communis omnium matris.

Filiæ *in capillo* Neapolitanis dicuntur, & Longobardis Virgines, necdum nuptæ: quia comatæ, ſine vllo capitis tegmine incederent. Nuptæ enim capite velatæ erant. In Lombar. lib. 2. Cap. 20. Qui filiam in caſa habuerit in capillo, & filium non reliquerit, &c.

CONSEQVENS eſt illa inquiſitio de nobili filiafamil. quæ cóiugalibus tabulis, patre ſtipuláte, renuntiarit hęreditati parentum: An mortuis poſtea fratribus, viuo vtróque paréte, nupta cum innuptis, ad rectam veniat inteſtatorum in bona ſucceſſioné: Hæ illi purá obiicient, ſimplicémque hęreditarij iuris repudiationem, quod poſtmodùm repetere nó ſine rubore deſideret. l. ſi ſeruum. §. prætor ait. ff. De acquir. hæred. l. ſi quis iuſiurádum. Cod. De reb. cred. Nec ea res caret exterarum Politiarum exéplo, quùm Siculæ filiæ coniuges non modò à fratribus ſummoueantur parentum hæreditate, verùm & à ſororibus IN CAPILLO, deficientibus maſculis, Quod vtiq; de iis intelligitur, quorú ditiones *Iure Frácorum* reguntur, non Langobardorum. Vt videre eſt, Lib. 3. Neapolit. Conſtitut. Tit. De ſucceſſione nobiliú, Et ibi Afflictus Num. 48. Siculi enim quicunq; Longobardorum lege vtuntur, corú filiæ IN CAPILLO, dotatas minimè excludunt paterna ſubſtantia, ſed, collatis dotibus, omnes indiſcriminatim ſuccedunt. Iuxta Lógobard. Conſtitut. Tit. 45. Et. Cap. omnes Si de feudo fuer. cótrouer. In Feud. 5

Artic. 241. Ibi, *mais qu'elle ſoit mariée & emparagée noblement par le pere, ne peut elle rien demander en la ſucceſſió directe de pere, de mere, d'ayeul, ne d'ayeulle, tát comme il y ait hoir maſle de ſes pere & mere, ne repreſentation d'hoir maſle.*

Art. 242. Ver. *ſinó que expreſſement elle euſt renoncé à venenir auſd. ſucceſſions.*

§. 243. Ibi, *ou qu'elle y euſt autrement renoncé.*

AST Gallicæ puellæ omnimodò paternis bonis ceſſiſſe creduntur dotali Pacto, in rem gratiámque marium liberorum duntaxat: quorú etiam fauore, Mores noſtri municipales excluſionem filiarum à paterna hæreditate ſanxerunt, nedùm Pactitiam ipſarum renúciationem. §. 241. 242. 243. Andeg. Conſuet. Palam eſt igitur, & patré à filia ſtipulatum renútiationem ſupradictam commodo maſculorú, quibus tùm ſolis conſultum voluerit, & filiam Patrię ius publicum ſecutam, de eo cum patre conueniſſe. Per ea, quæ Maſuer. in §. Item videtur. Tit. De ſucceſſion. Quádoquidem mares, Familiæ cuiuſque columina habeátur. Euripideo verſu in Iphigenia Taurica, * Σύλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες. Ergo nec purè excluſa filia eſt Pacto perinde, ac *Statuto*, ſed in pendenti, donec mares liberi extiterint. Vnde, ſublatis è medio maſculis, filia reſtituitur ſuis legibus adeundæ parentú hæreditatis. Bald. ad l. In quibus Cod. De ſecun. nupt. Angel. in Authent. Hoc ampliùs Cod. De fideicomm. Et in §. ſi verò non implens. Authen. De hęred. & falcid. Eò decurrit Iuſtinianea Nouella De non eligédo ſecun. nubét. §. Gregoriana, Et. §. quoniam Authen. De Nupt. Cùm verò Andium Ritu ſcripto nil diſertè cautum ſit de ignobili puella, futuram genitoris hæreditatem repudiante nuptialibus tabulis, vocatum eſt in quęſtionem, rata né foret eiuſmodi repudiatio: qualé Pictonica Lex probat. §. 221. Hæſitandi cauſam præbet ſuſpicio fraudis, quà noſtratium Moribus, onerantur renuntiationes plebeiorum, poſt opimam parentis vtriuſque in eos rerum ſuarum largitatem. §. 334. Andeg. Iuris Municip. Aſt plurimùm diſcrepat illa nódum partæ hæreditatis ceſſio, ab hac delata iá, præſenti, certaq; bonorú ſucceſſione, cuius repudiationé explodit patria ciuilis Cóſtitutio. Hæc enim ſubdolè tétatur, ne, quod ab alterutro paréte lautiùs vni pręrogatú ſit, is cóferre in mediú cópellatur. 6

* Columnæ domuú, ſunt filij maſculi.

Art. 241. Ibi, *s'il ne luy eſt reſerué, en faiſant le mariage.*

Ignobilis filiæ nubentis renútiatio facta hæreditati viuorum parentum, mediante dote, an valeat apud Andes, & Cenomanos.

Sed quæ

Sed quæ futuram dubiámq; abnuit hereditaté filia, præſenti conténta dote, non cenſetur fraudem Legi pręſtruere, inæqualium vindici inter liberos donationũ. Varius quippe & anceps volubilium fortunarum flexus viui genitoris, amolitur omnem prædictæ fraudis coniecturam metúſque collationis futuræ donatorum. Ediuerſò quoque, circumuenta captáque non creditur mulier, quę dotali pretio certo incertam nec conſtantis euentu hæreditariá ſpem, commutarit. l. de fideicommiſſo. Cod. De trãſact. l. conditionis incertum Cod. De pact. l. ſi pater puellæ Cod. De inoff. teſtam. Verùm hoc ita, ſi dotis quãtitas arbitratu boni viri ſtatuta ſit, pro modo ſcilicet præſentium patris facultatũ, ac dignitate futurorũ cõiugum. l. ſi filiæ pater. ff. De legat. 3. l. quæro. l. cùm poſt. §. gener. ff. De iur. dot. Nec diſpari prorſus argumento, Vlpianus ait, eum qui vel accepiſſet pecuniam, vt filium emanciparet, vel ſi poſtea viuus in ipſum filius, cumulatè ſatis contuliſſet, ne iudicia eius oppugnaret, exceptione doli repellendum. l. 1. §. 3. D. ſi à paren. quis manumiſſ. ſit. Alia porro generoſæ fœminæ conditio eſt, quam leuiuſculũ etiam nuptiale munus, quaſi roſaceæ Coronę, arcet hæreditate parentum: ſiquidem claro pariter natalibus coniugi ſocietur. §. 241. 242. Andeg. Conſuet.

Multæ admittuntur in caſu dubio, quæ rei cerentur in claro l. ſi ea pactione l. oleo Cod De vſur. L. Cum proponas C. De pact.

Chapel de Roſes.

Verſ. *mais qu'elle ſoit mariée & emparagée noblement par le pere.*

7. GRANDE diſſidium à noſtratibus Pragmaticis excitatum eſt de nobilis puellæ hæreditaria portione in bonis parentum, quam hinc ſibi primigenius, illinc cohæredes omnibus aſſerebant. Filiæ nimirùm dotali Inſtrumento reſeruatum fuerat à patre ius ſuccedendi: Id quod patrio Andium Ritu permittitur, §. 241. Sed patre vita functo, maluit filia, pacatè tantilla frui dote, quàm hæreditariis negotiis anxiè implicari. Iam de abſtinentis parte conflictatur maximus frater cum innuptis ſororibus. Ille enim nuptæ portionem condicit ex lege Andeg. §. 247. Cui Aruerniæ Mos congruit, Artic. 31. Tit. De Hæreditat. Iuniores verò, contrà, ciuicam hanc Conſtitutionem, quæ derogat Iuri communi, ſua certa, expreſſaque tantùm ſpecie facti obtinere (qua videlicet, filia ſucceſſione arceatur) nec ad alias produci, multò minùs ad contrarias. Nihilo tamen ſeciùs primigenij cauſam pręualere exiſtimo: quũ re ipſa nihil interſit, puella necne dotalib⁹ tabulis, an mortuo pòſt genitore, ab eius bonis abſceſſerit. Illa quippe iam Moribus ſummota erat parẽtum hæreditate, fraterno primigenij commodo & compendio: Neque eius *Statutariæ* excluſionis vim elidit Pactitia ſuccedẽdi reſeruatio nuda, quę nil abſolute diſponit, aut infert. (Iaſ. ad l. ſi quis legauerit. ff. De legat. 1.) & in ancipitem futuræ optionis exitum cõfertur. Ad ſummũ, filia receptitio iure eo vti nolente, ſequitur, purá ipſius excluſioné, quæ indigena loci Lege ſancita eſt, retrò manſiſſe ac cõſtitiſſe. Inſtar contractæ emptionis ſub pacto redimẽdi intra breue tẽpus: quę pura ac ſimplex fũdi acquiſitio dicitur, etſi cõditionis euentu reſoluenda. Cap. ad noſtrá De empt. & vendit. l. 3. ff. De cõtrah. empr. Vni itaque primigenio cõpetit excluſæ ſororis portio hæreditaria, ſed cum eo onere Moribus

Sic Normanicæ filiæ nobiles, quibus pacto matrimonij reſeruatum ſit ius ſuccedendi, tertiam partem hæreditatũ directarum obtinuerunt Gemino Aresto Curiæ Rothomagẽſis. Die vlt Maij. an. 1560 *ſur l'appel du Bailly de Caux au ſiege d'Arque, entre Pierre de Courcol mary de Marie de Ricaruille d'vne part, & Guy de Ricaruille, Eſcuyer d'autre.* Item die 18. Auguſti. 1579. *entre Meſſ. Frãçois Chabot ſieur de Briô, & Dame Catherine de Silly ſa femme, demandeurs en partage, & Meſſ Henry de Silly Comte de la Rocheguyon frere d'elle, touchant la ſucceſſion de Anne de Laual mere. Duquel tiers neãtmoins (qui ne pouuoit eſtre prins ſur fiefs nobles) ſeroit faite aualuatiõ, pour luy eſtre conſignée en rente racheptable au deu prix ſur les terres de Normandie, ſuyuant les Arreſts de lad. Court.*

Verba hæc, *ſaluo & reſeruato*, nil importãt, nec concludunt.

Art.247. Veſ led. aiſné prendra en la ſucceſſion de pere & de mere ja portiō que euſt prins ſa ſœur ſur ce deduict, & precipté en lad. portion la valeur de ce que luy a eſté donné par droict d'heritage en faiſant led. mariage.

noſtris indicto, vt fratri in ſororis nuptæ partem accepta dos imputetur vel ab eo in medium conferatur. citat. §.247. Andeg. Cōſuet. Quò alludit pariter Aruernorum Ritus municipalis. §.31. Tit. *De Succeſſion.* Nec aliter à Senatu decretum fuit. 4. Kalend. Sextiles an. 1581. ſecūdùm Iohannem *de Theuale*, torquatum Equitem, qui vxorium ius proſequebatur: aduerſus viduam Dn. *de Maridort*, in Cenomania, quæ filiarum tutelam gerebat. Enimverò fœmineæ huiuſmodi bonorum Abdicationis *Statutariȩ* verba, quæ expreſſim concepta ſunt de nobili homine gnatas viris elocāte, non producūtur ad mulierem filias dotantem poſt fata paterna, Vt Molineo placuit, in. §.258. Cenom. Legis. Quùm enim tales Municipiorum Conſtitutiones derogent Iuri communi, ſpectanda diſtrictè eſt ſolennis earum formula: Vt quo quidem Capite, fœminam, vnà cum viro, comprehenſam voluerint, vtrùmque pronant apertè. (§.245.249.254.257.260. patrij Moris, Ac cōparibus Cenomani vicini Articulis. 262.267.272.275.) Quoties autē de fœmineæ prolis excluſione à bonis parentum agitur odio digna, Tunc prouincialis Lex, quæ de viro filiæ coniugium tractante ſanxerit nominatim, ad viduam mulierem nō protrahitur: Cui ſcilicet longè impar cura ſit gentilitiorum viri Inſignium, per mares poſteros tuendorum. §.213. 241.242.247.248. Andegauæ, Et. §.228.258.259.265.266. Cenomanæ Conſuet. Tametſi enim pronūtiatio ſermonis in ſexu maſculino, plerūnque porrigatur ad vtrúmuis ſexum. leg.1. l.95. ff. De verb. ſignif. l. ſi quis id quod §.1. ff. De iuriſd. omn. iudic. l. qui duos l. ſeruis legatis. ff. De legat.3. Diuerſum tamē tūc intelligitur, quùm *Statuto*, Contractui teſtamētovè adſcripta eſt ſpeciatim clauſula iſtiuſmodi, (ſi vir, ſi maſculus, ſi frater, ſi auunculus) Qua nimirùm, ſorores non continentur, amitȩ, materteræ. Gottofredo id obſeruāte accuratiùs incita. leg.1. Generi quoque ac poſteris irrogata Immunitas, ijs non communicatur, qui ex fœminis propagati ſint. leg.1. §. vlt. ff. De iur. immun. l. vacatio. ff. De muner. & honor. Eòdē concinnè vergunt ſuprà relata à Nobis Lib.1. Turonibus certè inefficax ſexus diſcrimē hoc fuerit, quibus ſufficit de More, generoſam filiam ab alterutro parente dotatam fuiſſe: quò ab hæreditate dotantis repellatur. art.284.

Areſtum in magna Camera Curiȩ Pariſien. *au rapport de M. Boutin Conſeiller*, die. 29. Iul. 1581.

De profeſſa itidem Monachiſmum filia, matris viduæ auſpiciis, Areſtum latum aduerſus marem ſeniorē, protuli ſupra. Lib.1. Cap.46. art.5. ad interpretationem §.248 Andeg. & 266. Cenom. Leg. Contra Molinei opinionem in d.§.266.

An verbum hoc, ſi quis, tam fœminas, quàm maſculos, vſquequaque complectatur.

Cap.46. Art.5.

ENIMVERÒ fœminea paternæ hæreditatis repudiatio non trahitur ad res, quæ ex materna in virum liberalitate profectæ, amittantur 8.
huius ſecundo coniugio, quȩvè ſaltem ab eo ſeruari debeant liberis in priore cōnubio natis. l. fœminæ. §. illud Authēt. Hæ res Cod. De ſecūd. nupt. Cum l. Hac edictali Eod. Tit. In ver. licebit liberis vindicare, etiam non adeuntibus hæreditatem parentū. Bartol. in Authent. Hoc ampliùs Cod. De fideicom. Idipſumque Vidus Papa iudicatum refert apud Gratianopolim Delphinatiū, Deciſ.228. Agedùm quid ſi nihil à matre patri donatum proponatur, ſed hunc mobili duorum liberorūm ſucceſſione auctum lautáque ſupellectile, quæ ad illos matris hȩredes legibus venerat? Dixeriſnè, talia bona ſuperſtitibus filiis à patre adſeruanda? Sic, Romanorum vtique Principum legibus. §. hinc nos. §. ſeq.

Filia quæ paternis bonis renunciauit, poteſt petere idquod eius pater perdidit, poſtea conuolando ad ſecunda vota.

Decretum ſupremæ Curiæ Delphinalis.

§. ſeq. Authent. De Nupt. Quo, emendatur conſtitutio. §. cùm igitur Authent. De non eligen. ſecun. nubent. In eámque ſententiam itum ab Accurſio & Bartolo in d. l. fœminæ. At vereor admodùm, ne media in Gallia Ius Quiritum iſtud minùs vſu receptum ſit. Priuſquàm enim Gallicum Edictum de ſecundis nuptiis promulgaretur an. 1560. inuſitatæ erant iſthîc penitùs Cæſareæ Leges, Fœminæ, Hac edictali, cum l. Quoniam. Cod. De ſecund. nupt. Francica autem Sanctio in ſecundò nubentes edita, moderatur ea ſolùm, quæ ab vxore data ſint alteri marito, & econtrà, in diſpendium liberorum ex priore thoro ſuſceptorum, aut à matre etiam patri donata, qui nouú dehinc matrimonium appetierit. At de iis, quę filiorum hæreditate patri quęrantur, nihil cautum Regia Gallorum Iuriſprudentia, nec graphicè expreſſum, illa ipſa paterno tranſitu ad ſecundas nuptias, in merum vſumfructum redigi, ſeruata liberis rerum proprietate.

In Patria Conſuetudinaria Franciæ, Leges Imperiales de ſecundis nuptiis inuſitatæ, antequàm Regiis Edictis aliqua ex parte renouarentur.

9. Qvoniam igitur Francicis Moribus ſcriptis, parentes liberè puréque ſuccedunt in Mouentia præmorientium filiorum, reor ſanè, eiuſmodi bona reſtitutioni obnoxia non eſſe, quaſi nudè fructuaria, obtentu noui connubij paterni. Rurſus Conſcripti Curiæ Pariſien. iudicio temperarunt Imperatoriam Leonis & Anthemij legem, *Hac Edictali*, ne ad ea, quæ ſecundi coniugij liberis erogata ſint, protenderetur. Vtcunque enim, D. Ambroſij verbis, mutato concubitu parentes deprauentur, prælatis filiis poſterioris copulæ, neglectis aliis, qui ex priore matrimonio ſint procreati. Æqua tamen I. Conſultis viſa eſt Senatoribus, paterna rei ſuæ diſponendæ libertas, vel materna inter communes eiuſdem liberos: ſalua iis, qui nil acceperint, Naturæ Iure debita portione. Eximio S. Conſulto pridie Natalis Diuæ Mariæ ann. 1575. Cui ſuffragatur Iuſtiniani Nouella De Nuptiis. §. illud quoque In fi. §. ſiquidem. §. optimè In glo. Bald. ad l. 1. Cod. De inoff. donat. Et in l. Ea lege Cod. De condict. ob cauſ. dat. At coniuges inter ipſos, Curia Max. ſeruauit donandi modum lege condictum: Ita, vt ſi vni liberorum minùs iuſta Naturæ portione legetur à patre, ſecunda tamen vxor donataria nil amplius ferat, quàm pro modulo rei filio relictæ, nec vllo Legitimæ ſupplemento adhibito, quam alioqui legatario filio adiici Iure oportuiſſet. Decreto in 3. Claſſe Inquiſitionum Curiæ, lato 13. Kal. Sept. an. 1583. ex lite Senatui enarrata ab Chriſtoph. Hennequino Principis Conſiliario: Inter viduam mulierem Iohannis Durandi, quę ab Orilliacéſi Aruernię Iuridico Patres Pariſien. appellarat, & Ianam Durandam viduæ priuignam, quæ aduerſas nouercæ partes tuebatur. Denique in mutua coniugum donatione ſic procedit cita. L. *Hac Edictali*, vt numerus liberorum alterius, quo donationis modus præfinitur, is ſumendus veniat, qui tempore mortis ſubſit, non donationis anterioris. Vtì iudicio deciſum fuit Senatorio, in priuilegiis Pentecoſtes, ſeu 10. Kalend. Iunias an. 1586. Ex ſenſu Cæſareæ illius Conſtitutionis, quem indicant verba iſthęc, NEC DOTIS, AVT ANTE NVPTIAS DONATIONIS NOMINE, SEV MORTIS

Ordinatio Caroli 9. in Matres liberis ſuperſtites, lata an. 1567. non habęt locum in Patria Conſuetudinaria Franciæ.

Areſtum Curię Pariſien. die 7. Sept. ann. 1575. ſolenniter prolatum. Quo, valet donatio facta liberis ſecundi matrimonij in præiudicium liberorũ primi, ſalua iſtis Legitima in bonis cõmunis omniũ parentis, donatoris.

Iudiciũ Senatus Pariſien die 20. Auguſti an. 1583. In 3. Camera Inqueſtarum Curiæ, *Sur l'appel du Bailly des montagnes d'Auuergne, au ſiege d'Orilhac.*

Senatus decretũ die 25. Maij an. 1586 purpurea veſte à Briſſonio Præſ. palàm recitatum. Quo, filij mu-

lieris ſecundò nubẽtis, qui anteeam moriuntur, vt non admittũtur ad partem, ita non faciunt partẽ in computatione numeri liberorum.

CAVSA HABITA DONATIONE CONFERRE, NEC INTER VIVOS CONSCRIBENDIS DONATIONIBVS, &c. Item Verſic. MINIME PLVS, QVAM AD VNVMQVEMQVE LIBERORVM PERVENERIT, LICEAT AD EORVM VITRICVM VEL NOVERCAM TRANSFERRI.

REGVLARITER filia, quę viui patris hæreditatem repudiarit, non 10
excluditur Legitima, eiuſvè complemento: niſi huic ſimul ipſa perſpicuè renunciarit, ſacramenti religione adhibita. l. ſi quando. §. illud. §. & generaliter Cod. De inoff. teſtam. Bald. in Reſponſo. 369. Volum. 3. Cui Iuris Ciuilis regulæ adhærent S. Conſulta, non modò Tholoſana, quæ citat eam in rem Maynardus, Senator Tholoſan., ſed Aquitanica etiam alia Burdigalæ Vibiſcorũ, à Boërio notata Pręſide Burdigalenſi. Deciſ. 62. & 188. ibi tamen, auctis poſt filiæ nuptias paternis facultatibus, non augetur Legitima portio, ſed quod ex ea deſit, repletur, inſpecto renunciationis tempore, non paterni deceſſus. Areſto Curiæ Burdigalen. Idibus Martiis ann. 1582. inter Yſabellam ac Margaretam *de Verlhat*, quæ in cõnubialia Pacta integri reſtitutionem petierant, & Stephanum *de Verlhat* earum fratrem. Nam etſi vulgò Legitimæ æſtimatio ineatur, ex cumulo paternarum opum tempore obitus relictarum. (l. ſcimus. §. repletionem Cod. De inoff. teſtam. l. etiam. §. vlt. l. ſi patronum ex debita. §. vlt. ff. De bon. libert. l. in ratione falcidiæ l. in quantitate patrimonij D. ad Leg. Falcid.) Secùs eſt certè de filio, filiave hęreditatem repudiantibus Pacto conuento: inter quos dies conuentionis, non mortis ſpectari debet, in æſtimando debitæ eius portionis auctario. Iac. Butrigar. ad l. pactum quod dotali Cod. De collat. Bald. ad l. in ſucceſſione Cod. de reuocan. iis quę in fraud. cred. Et in l. quamuis Cod. De fideicomm. Angel. in l. ſtipulatio hoc modo. ff. De verb. oblig. Barbat. in Cap. Cùm Martinus Ferrarien. De Conſtitut. Boërius in cita. Deciſ. 62. Ferronus in Commentar. Burdigal. Conſuet. §. 3. Tit. De Teſtam. Excepto, ſi parentes decoctori bonorum filiam elocarint, qui dotem profusè abligurierit: cuius intuitu dotis, puella futuris illorum hæreditatibus ceſſiſſet. Nam ea in ſpecie, Burdigalenſis Senatus cenſuit, quod Legitimæ deerat, filiæ reſarciendum, habita ratione paternarum fortunarum, quæ obitus puncto ipſo extiterint, non quæ, illius renuntiationis. Decreto 10. Kalend. Iunias ann. 1586. ſecundùm Franciſcam *Cheuauds* viduam mulierem Nicolai *Raneau*, & Ioſephum *Lamy*, contra Leonardum & Ioſephum *Cheuauds*, qui à Lemouicum Prætore Senatum eum appellarant. Porrò ſi filia paternis cedens bonis, ex quibus ſuppetat ei Legitima, poſtulet ceſſionis Pactum omninò reſcindi, læſionis nomine, vel lubrico ætatis, non auditur. Vt à Conſcriptis eiuſdem Curiæ pronuntiatum eſt Quinto Kalend. Iunias ann. 1535. pro Ioh. *de Beaumont* nobili milite, apud Lemouices: in Margaretam *de Beaumont*, quam illi reſciſſorio contractus Reſcripto agentem ſummouerunt. Siue etiam filia hæreditatibus arceatur Conſtitutione Municipij, priuatis Pactis potiore. Quo caſu, nec

Gerardi Maynardi. Lib. 4. Quæſtion. Iuris à ſuo Senatu deciſarum. Cap. 19.

Placitum Curię Burdigalen. die 15. Mart. an. 1582. *Entre Eſtienne de Verlhat eſleu pour le Roy à Brive la Gaillarde en Lemoſin, & ſes ſœurs.*

Burdegalenſis Parlamenti decretum die 23. Maii an. 158 . *Sur vn appel du Lieutenant de Limoges.*

Senatus Conſultum Burdegalen. die 28. Maij an. 1535.

nec aduerſus coutractum *Statuto* conformem reſtituitur illa, & Legitimæ ſupplementum petenti os occluditur. S. Conſulto Aquitanico in publicis cauſarum actionibus. 4. Iduum Quintilium, ann. 1571. ex controuerſia Karoli, & Gerardinæ *Morin* fratris & ſororis, ciuium Burdegalenſ. Cuius More Ciuitatis, filia dotata, à parentum ſucceſſionibus repellitur. Eò tendunt ſupradictæ Boërij Deciſiones Burdigalenſes 62. & 188. in filias *Statuto* excluſas, nedùm peculiari Conuentione. Poſt Ludou. Romanum in Conſil. 16. P. Caſtrenſem, Reſponſo 196. Et Albert. Brunum in Tract. De Statuto excluden. fœmin. à ſucceſſ. art. 9.

Suprema Burdegalenſ. Curiæ Sententia die 12. Iulij an. 1571.

11. At Lvtetianæ Cvriæ ſummæ cenſura alia eſt in filias, dotali Pacto renunciantes hæreditati parentum: quàmlibet minores ſe annis, & ſupra modum circumſcriptas, Diplomate obtendant. Hæ quippe ſupplementi etiã Legitimæ petitione ſummouentur, nequicquàm adſcito in id Codicillorum Principis ſubſidio. Vtì ex Matiſcone, Prouincia Iuris definitum fuit, ab Ordine Clariss. Parisiorvm. xi. Kal. Ianuar. an. 1576. Et ex Lugdunenſi vrbe, 7. Idus Iunias ann. 1585. pridianis diebus ſacræ Pentecoſtes: litigatoribus inuicem liberis Henrici cuiuſdam, patrisfam. Lugdunenſis. Affine & his Burgurdij Senatus Areſtum inſigne, decimo Kalend. Iulias ann. 1584. pro Antonio & Philippo *de Foiſſy*, aduerſus Ianam *de Foiſſy* viduam mulierem Philippi *Dandelot* Dn. *de Leſſot*, quæ à Burgundio Montis Prætore ſupremos Iudices appellarat. Huic enim indictum ſilentium eſt, non modò iuſtam rectarum hæreditatum portionem ſuppleri poſtulanti, ſed fraternæ etiam ſucceſſionis bonorum partem attribui, cui futuræ ipſa renuntiarat. Nam licet abſente fratre, nec tantillum dotis nomine erogante, ſoror repudiaſſet laterales cum directis hęreditates: Iudicio tamen decretum eſt, repudiationem hanc paterna ſtipulatione contractam tenere, quoad ea poſſeſſionum genera, quæ à patre, & ex paterna ſubſtantia ad fratres deuoluerentur. Ex S. Conſulto Pariſienſi facto poſtridie Kalend. Quintiles ann. 1569 de hæreditate Bellayorum procerum. Huc quoque redeunt Tholoſana. S. C. vetuſtiora, quę Aufrerius recenſuit, in Deciſ. Capel. Tholoſ. 451. 452. Benedict. in Cap. Raynutius Ver. duas habens filias. Neque ab iis multùm abeſt, quod de renunciationis filiarum vſu probato, firmiſſimóque memorat Bartol. ad l. vlt. Cod. De pact. Et in l. pactum Cod. De collat. Vidus Papa in Delphin Deciſ. 227., ac Maſuerius in §. Item & hoc caſu Tit. De ſucceſſion. Nec à noſtris omnimodò ſeruatur Bonifaciana ſanctio 2. De Pactis, quæ Legitimam minimè ſuſtulit. Aſt indubiè præſumptum eſt, patrem conſulto filiæ prouidiſſe in quærenda ei conditione, ac genero deſignando. l. Nec in ea D. Ad L. Iul. de adulter. l. vlt. Cod. De Curat. fur. l. Non eſt D. de ritu nupt. P. Caſtrenſis in Authent. Res quæ Cod. commun. de legat. Exin Platonica Nomotheſia, pater nil relinquere tenetur filiæ viro deſponſæ. Lib. xi. De Legib. Maſculis præſertim extantibus, quās, tanquam fulcris quibuſdam, gentilitia

Pariſiẽſis Curiæ Areſtum *ſur vn appel du Bailly de Maſconnois.* Die 22. Dec. an. 1576.

Eiuſdem Senatus decretum *entre les Henrys de Lyon.* Die 7. Iunij an. 1585. publicè recitatũ à Dn. Guello Curiæ Præſide, *la ſurveille de la Pentecoſte.*

Placitum Curiæ *de Digeon* die 22. Iunij an. 1584 confirmans Sententiam Bailliui *de la Montagne* dictam die 30 Auguſti ann. 1580. Quia renunciantis fratribus nihildum in bonis habentibus, patre viuo, fruſtra eorũ præſentia & conſenſus in renuntiatione ſororis exigeretur.

Lutetianæ Curiæ Areſtum die 2. Iulij. 1569. *des ſucceſſions de la maiſon du Bellay.*

Cap. Quamuis pactum de Pactis in 6.

Domus agnatióque ſuſtentatur. Marium enim intuitu, nobilium præcipuè, fœmina, nullo licet Pacto conuento, ab hæreditatibus Lege depellitur Prouinciarum complurium, nec vlla quidem ſupplendæ Legitimæ reſidua ſpe. Vtì media pariter in Italia ab Angelo Peruſino

Mantuanum Statutum. filias ſimpliciter excludens ſucceſſo tio iure.

reſponſum eſt, puellam, Mantuana Conſtitutione, excluſam purè, ad ſupplementum Legitimę nullatenùs admittendam, Conſil. 359. Atque idem planè, in explicando Cenomaniæ, & Andium More ſubſimili, cenſuit Molineus, ad §. 261. Cenom. Conſuet.

ISTHÆC verò reſtringuntur, vbiuis ciuico Ritu dotatæ filiæ re- 11

Aureliorum & Montis Argi Conſuetudine, irrita eſt filiæ renunciatio, niſi data ei legitima Iuris portione. art. 1. Tit. De donatione matrimonij cauſa facta.

nunciatio improbetur infra Legitimæ partis modum. Vtpote apud Aureliam, & Montem Argiuum. Nam eo caſu, me in Senatu dicente, pronuntiatum eſt, filię renuntiationem non valere. Lutetiano Areſto in forenſibus cauſarum Actionibus poſtridie Idus Febr. an. 1585. ſecundùm Annam Hoſpitalem, aduerſus Renat. Hoſpitalem, Vallium Procomitem, qui Annæ frater erat. Si quando item à patre teſtante filiorum alteri legatum ſit, altero hærede nuncupato, locum eſſe complemento Legitimæ, docet Senatoria Pariſiorum Sententia Idibus Martiis an. 1586. in maiori Curię Auditorio, inter Vertamontes, filios ditiſſimi Lemouicum mercatoris. Patrij ruſùm Iuris ſanctione hac, FILIAM, DOTE ACCEPTA, MINIME SVCCEDERE, ea non intelligitur, quam dotarit pater ex materna bonorum ſubſtantia. Alexandri Reſponſo. 169. Volum. 7. iuxta Vlpiani ſententiam, in l. mater l. Si res, quas filiæ ff. De iur. dot. Inſuper delata iam hæreditate abſtinentibus ſuccurritur ætatis beneficio, cum diſpari portionum ratione, ſeu læſione immodica. Nimirùm qui de viribus hæreditariis nondùm certus, inſtrumentum tranſactionis interpoſuerit, ſiue per fallaciam cohæredis ignorans vniuerſa, quæ in vero erant, non tam paciſcitur, quàm decipitur. l. Qui cum tutoribus. §. 2. ff. De Tranſact. Vnde Magdalena Morina vxor Renati *d'Aſſe* in integrũ reſtituta fuit, contra Iacob. Morinum fratrem, qui, vnà cum matre cómuni, ſorori nuptias promouerat. Senatus quippe iudicio reſciſſa eſt Magdalenæ repudiatio paternorum bonorum & fraternorum, quæ illi, tùm patris, fratrúmque hæredi quorumdam, adimi non potuerant. De futura verò hæreditate materna, diuerſum placuit Conſcriptis Curiæ, & illius repudiatio rata manere iuſſa. Decreto Pariſien. 4. Iduum Febr. an. 1564. in 2. claſſe Inquiſitionum Curię, inter nobiles Cenomanos. Vt enim Andium, & Cenomaniæ Mores ferant muliebrem huiuſmodi iurium quæſitorum repudiationem, quæ fraterna ſtipulatione contrahatur. (Art. 244. Andium 261. Cenoman.) Id ſine fraude captioneque accipi debet, ac ita demùm, niſi fœminæ reſtitutionis argumentũ paretur ab immoderata alterius circumuentione. Vt diſertè aſſerit Petr. Ancharanus in Regula Iuris, Acceſſorium Lib. 6. Decretal. Et Georg. Natta in Repetit. cap. Quamuis De Pact. In 6. Nec enim tacite quis Legum auxilio renunciaſſe creditur, & ex quauis mortalium ſua de re pactione, dépta cenſetur legis, Principiíq; vis & auctoritas l. vlt. D. Ad Municip.

Extemporale Iudiciũ Curiæ Pariſien Die 14. Febr. an. 1585. *pour la Dame de Vergneux, Anne de l'Hoſpital, contre ſon frere le Viſc. me Dejuaux.*

Areſtum Pariſien. die 15. Mart. an. 1586. *Entre les freres Vertamons, de Limoges, au rapport de M. Angenouſt, en la grand Chambre.*

Statuto Prouinciæ quæ alioquin Romano Iure vtitur, filia non videtur à patre dotata, qui ei maternis ex bonis dotem dederit.

Iudicium Curiæ Die 10 Febr. an. 1564. *pour Damoiſelle Magdeleine Morin, Dame de Monfaucon, contre le ſieur de Loudon ſon frere.* In 2. Camera Inqueſtarũ Curiæ.

DISSI-

13. DISSIMILIS autem cauſa eſt deferendæ, necdùm quæſitæ parentum hæreditatis: Quaſi, generoſa puella Lege ſummouetur Municipali: ni dotalibus Pactis eidem ſucceſſorium ius receptum ſit nominatim ac reſeruatum. §. 241. Andegau. Conſtitution. Ecquid iam, rogo, ſi ſemel nupta purè citra exceptionem, mortuo viro, repetat nuptias auctore patre, qui eam ſimul tùm reuocet in iura legitimarum hæreditatum? Valebitnè quod ita actum geſtúmque ſit? Non valere, probabilius duco.

Art. 241. ver. *S'il ne luy eſt reſerué, en faiſant le mariage.*

Nam quod ait Lex ANDIUM, in contrahendo filiæ matrimonio, hæredem eam agnoſcere patri licere, intelligitur de primis, non de poſterioribus nuptiis l. dotis promiſſio l. dotem ff. De iur. dot. l. inter ſocerum §. vlt. ff. De Pact. dotal. Dos item à patre cauta, primo filiæ coniugio, in ſecundum conuerſa creditur, nec dotalis prior cum filia conuentio, nouata ac immutata. Authent. ſed quamuis Cod. De rei vxor. act. l. poſt diuortium ff. De iure dot.

In hunc ſenſum vide Notata lib. noſtro 1. Pariſien. Morum Tit. 2. art. vlt.

Minùs quoque in odium torquenda eſt patria Conſtitutio, fœminarum, ab hæreditate, excluſoria, in gratiam maſculæ prolis: quę nomen armáque illuſtrium familiarum tueatur. Quinimò fauorabili mariũ generoſorum intuitu, cenſuêre clariſſimi Legum Roman. Scholiaſtæ, nullum, *Statuto* excluſæ puellæ, à genitoribus reſeruari ius hæreditarium, ſtante virili proſapia, poſſe. Bald. & Iaſ. ad leg. vlt. Cod. De pact. Quòd ſi vnicæ prioris thori filiæ dotem dixerit pater, cui ex ſecunda tantùm coniuge mares adſint liberi, Ambigitur, illa necne paternis bonis ſummota exiſtimetur, fauore conſanguinei fratris, nedum germani, & cum ea vtrinque coniuncti. Huic quidem excluſioni refragatur quodammodò ANDEGAUI Moris clauſula iſthæc (articul. 241.) *tant comme il y ait hoir maſle de ſes pere & mere.*

Nobilis tamen filia à patre dotata, quę Andegauis eius bonis excluditur ipſo Iure patrio, poteſt ſuccedere in Carnutenſia, vbi diſſimile Ius, cum onere collationis de dotis pro modo tantùm bonorũ, quibus ſuccedit, eorũmque proportione, non autem Andegauorum, in quibus non eſt hæres. Quia alioquin Andeg. Statutũ tolleret Legitimam, ſeu dotem, quæ eſt loco Legitimæ. Quod fieri nequit, nec filiæ excluſio valet, niſi aliquo dato. Et ita dotis collatio minuitur pro rata bonorũ Andeg. *par ventilation de tous les biens de ladite ſucceſſion.*

Variè pariter agitata eſt Italici *Statuti* quæſtio conſimilis, an patrui appellatione veniat frater patris vterinus tantùm: vti matrem filij hæreditate arceat, quæ ipſi extante patruo, abnegetur. Baldi Conſil. 218. Volum. 2. Idem alibi conſultus reſpondit, patruum ex vtróque parente, in capeſſenda filij fratris hæreditate, anteferri patruo ex patre duntaxat.

Hæc Baldus in Conſil. 346. lib. 3.

Quippe quùm ille alter defunctum propiùs attigerit, cui bino agnationis vinculo colligatus eſſet. Nihilo tamen ſeciùs arbitror, publicam Reíque Publ. coniunctam nobilis maſculi cauſam, priuata filiæ potiorem. Quando enim militari Equeſtris Ordinis virtute & armis, ceu fulcro & propugnaculo Regni, ſeruatur incolumis Monarchiæ ſtatus, è re eſt omnium, qualemcunque fratrem, modò patre, cum dotata filia, natum eodem, in huius bonis conſanguineæ ſorori anteponi: Ne diſſectis in partes communis patris facultatibus, bellicus Nobilitatis neruus incommodo publico minuatur. Quinimò Senatoriis iudiciis definitum eſt quondam ab patrio ANDIUM Ritu ac Cenomaniæ, filium, filiámve quemcunque, qui paterna, maternavè bonorum ex ſubſtantia coiiſſent in matrimonium, eius hæreditate repelli, abs quo nuptiale munus aſſumpſiſſent. Vt veteribus Curiæ Monumentis liquet, à Roger. Barma Præſide ita, calamo exaratis. *Ann. 1384. in cauſa Annæ de Launay, & Briandi de Fougere alle-*

Manuſcripta Areſtorũ Collectanea Barmæ Præſid. in Curia Pariſ. Qui floruit an. 1520.

gatum à Ioh. Gallo illius mulieris aduocato, & Iudicatum, quòd in Andegauia & Cenomania, ſi filius vel filia fuerint maritati de bonis patris, aut matris, non poſſunt venire ad ſucceßionem eius, de cuius bonis ſint maritati, cum aliis liberis, niſi expreßé hoc fuerit conuentum: etiam ſi vellent rapportare illud quod ſibi datum fuerit in matrimonio.

CÆTERVM filiæ cuiuſuis renunciationem, ſeu nobilis, ſeu plebeiæ, 14
fulcit data Dos, quæ in Legitimæ vicem hæreditariæ ſufficitur, l. quoniam nouella Cod. De inoff. teſtam. De cauta autem dote, pactáque in diem paternæ mortis, hæſitatur, Taliné dote, conuenta hæreditatum repudiatio Legibus ſubſiſtat? Pro repudiatione quidem vrget Iuſtiniani Reſcriptum vlt. Cod. De lege Falcid. quod pollicitationem ſolutioni adæquauit, vt eadem promiſſæ dotis ratio ſit, ac ſolutæ: quum certa vtrobíque dos maneat, incertæ ſpei hæreditariæ pretium & hoſtimétum. Eòdem ſpectat Vlpiani lex. 24. verſ. Idémque erit, & ſi non accepit, ſed promiſſa ſit ei pecunia, &c. D. de acquirenda hæreditate. Atque id procedit in Municipalibus præſertim Conſtitutionibus nuptæ filiæ excluſoriis, nulla dotis adiecta mentione: Sicuti in aliis contrarium obtinet, dotatam filiam nuncupatim hæredem eſſe vetátibus. Vt ait Bartol. in l. Titio centum §. Titio genero ꝟ. De condit. & demonſtrat. Atqui noſtro Andium More, ſatis eſt, nobilé puellam, quæ nuptiali face digna ſit, paris dignitatis viro adiungi, patre auctore, quantulamcunque illi dotem appendat. §. 241. Cui affine Taruiſij Italię oppidi *Statutum* memorat Ludou. Romanus, Conſil. 134. Secus, vbicunq; ciuico Iure filia dotata ſucceſſionibus prohibeatur: qualia multa Italicarum Ciuitatum Iura feruntur à Bartolo, vbi ſ. Et almæ Vrbis Romæ Conſtitutiones nuper editæ. Nec enim tùm ſola dotis ſponſione ac promiſſione ſatisfieret excluſorio filiæ *Statuto*, nec, niſi præſenti ære dotali, iſthæc hæreditate arceretur. Vt notat Bartol. ad l. Iubemus §. ſanè Cod. De ſacroſan. Eccleſ. Baldus in l. Si ab hoſtibus. §. ſi vir vxorem. D. ſolut. matrim. Caſtrenſis ad l. ſi marito §. 1. D. eodem Yſernias in cap. 1. De ſucceſſ. feudi. Plus eſt enim, dotem re præſtare, quàm ad eam, ex pollicitatione actionem. l. ſciendum. §. ſi fundus D. Qui ſatiſd. cogant. l. Minus ꝟ. De regul. iur.

Multùm refert, an filia à ſucceſſione repellatur Statuto ita concepto, *Filia maritata non ſuccedat.* An verò ſic, *Filia dotata non ſuccedat.* Nam illo caſu præſens dos non præcisè requiritur: hoc autem, ſecus.

Andeg. Conſ. §. 241. ver. *Et ne luy euſt-il dóné qu'vn chappel de roſes, c'eſt à ſçauoir quelque legier don de mariage, mais qu'elle ſoit mariee & emparagee noblemēt par le pere.*

Statutis Romanis (quæ emendata ſunt. an. 1580. *filiæ maritatæ & dotatæ non ſuccedunt patri. Auito etiam aut paterno teſtamento, quo dotatæ ſint, acquieſcere debent. Si verò dictæ filiæ, vel neptes, peruenerint ad viduitatem, tunc reuertuntur cum dote, & fructibus dotis domū paternam, ſi voluerint, & habent de bonis paternis in eadem domo congrua alimenta. Fructus tamen dotis, cum alimentantur in domo paterna, debent eſſe fratrum, ſeu hæredū patris, &c.*

IDEM planè in filia, quæ nudo ipſius Pacto priuato à ſucceſſione 15
repellatur, non prouinciali *Statuto*. Cap. quamuis In Ver. dote contenta De Pact. In 6. Et ibi Ancharan. Nam repræſentata dos filiæ nuptias accelerat. (Authent. De æqualit. dot. In prin.) Reíque Publicę intereſt, mulieres dotari præſente pecunia, ſolidúmque conſequi, vt maturiùs nubant, ac liberis ciuitas repleatur. l. 1. D. ſolut. matrim. l. Intereſt enim ꝟ. De reb. Iudic. auctorit. poſſid. Dos itidem, filiæ alimentis deſtinatur, à quibus ſubducenda mora eſt omnis atque cunctatio. P. Caſtrenſis in cita. §. Titio genero. Quantò minùs ergo dos, cuius numeratio in diem paterni obitus reiicitur, efficax fuerit ad puellæ renunciationem firmandam ac ſtabiliendam? Quandiu enim pendet dotis conditio, dotata filia non dicitur. l. 1. §. ſub conditione ꝟ. De collat. dot.

dot. Baldus appoſitè in l. Non ſine Cod. De bon. quæ liber. Siquidem perinde eſt, nullam cautam pro dubia futuræ hæreditatis ſpe dotem, vel in tempus certæ nunc delatæque hæreditatis conferri. Argum. l. cætera. §. tractari. ✝. De legat. 1. Ac propterea Conſcripti Curiæ filiam in ſua rectarum Hæreditatum iura reuocarunt, cui pro iiſdem pacta fuerat æris ſumma, patre mortuo, penſitanda. Decreto Pariſienſi in 2. Decuria Senatus Inquiſitoria, poſtridie Nonas Septembres ann. 1586. ſecundùm Conſtantiam *de Montconis*, quæ à Lugdunenſi Iuridico prouocarat in Curiam, contra Benedictum *de Montconis* fratrem, qui, ex contrariò, altercabatur. Porro noſtri Municipij Lex, directa hæreditate excludit nobilem puellam, quæ marito à patre collocata ſit. §. 241. Agè, quid ſi, auo paterno auctore, neptis contraxerit nuptias? Nil diuerſum puto conſtituendum: vt Iuris rationibus variis confirmat Maſuerius in Praxi Tit. De ſucceſſion. §. Item filia *maritata*. Fauorabilis nempe huiuſmodi Mos Prouinciæ eſt, qui in marium liberorum vtilitatem vergit, familiæque per eos dignitatem tuendam, ac longiùs propagandam. Vnde tali *Statuto* adſcripta patris mentio, ad auum producitur. Vt innuit Bart. in l. liberorum. ✝. De verb. ſignif. Poſt Cynum in l. 3. Cod. Quæ ſit lon. conſuet. Quemadmodùm item filius patri, ita ſuus auo hæres adgnaſcitur nepos: & quæ patri in liberos poteſtas competit, eadem auo paterno in nepotes. l. poſthumorum. ✝. De iniuſt. rup. & irr. l. ſi quis filium Cod. De inoff. teſtam. l. non putauit. §. 1. D. De bonor. poſſeſſ. cont. tabul. l. ſi is. ✝. De inoff. teſtam. Hinc veluti patris auctoritas ſola, quæ nuptiali filiæ Conuentioni adhibita ſit, eam ſummouet auita peræquè, ac paterna hęreditate (d. §. 241.) Sic conſtantiùs etiam dicitur, aui auctoritatem plurimùm poſſe, ad neptem auitis ſaltem bonis abdicandam. Quin & auitam in neptum coniugio poteſtatem indicat Oenone Paridi, hoc Naſonis Diſticho.

> Areſtō Curiæ Pariſ. die 6. Sept an. 1586 in 2. Camera Inqueſtarum Curiæ. Ex quo etiam infertur, filiam, cui pro omnibus bonis futurarum ſucceſſionum cauta ſit dos abſque alia expreſſa renunciatione iis, quaſi renunciarit, non excludi.

> Conſuet art. 241. Ibi. *Homme noble peut bien donner à ſa fille, &c.*

> Inter hæredes quidē, collateralis, vt directæ lineæ, perpetua eſt gradatim repræſentatio, And. Lege §. 2 2 ... Sed quoad dominum feudi nulla eſt repræſentatio ac nepos etiam ex filio, vel ex fratre hæreditariū à domino feudum redimit art. 84. d. Conſuet. Secus in filio hærede, fratre, vel ſorore qui Rachatum feudi non debent.

Me tibi Tyndareus vita grauis auctor & annis
Tradidit, arbitrium neptis habebat auus.

16. Qvòd ſi nupta, priùs auo, patréve deceſſerit, ambigitur, eiuſnè partem hęreditariam, quaſi auo ſuperſtitis, auferat primigenius frater. Dubitationem mouet tritum Legis axioma, nihilò plùs virium habere fictionem, quàm naturam ipſam, neque alterius loco ſubrogatum, efficaciori iure niti, quàm idipſum, cuius vicem ſuppleat. l. filio quem pater. ✝. De liber. & poſthumi. Bartolus de fictione rerum tranſlatitia, in l. ſi is qui (Num. 56. 57. 58.) D. de vſucap. Atquin hæreditarium ius in bona paterna, quod nullum habuit præuenta morte filia, tranſmittere nequiit in marem protogenium. l. vn. §. in nouiſſimo Cod. De caduc. tollen. l. quoniam Cod De iur. Deliber. l. ſubſtitutio. ✝. De acquir. rer. domin. Ergo nec ſororis in vicem ſuffectus frater caducam portionem occupabit. Quod & de Veſtali forſan cenſueris, ſacráque virgine ſpiritali connubio deuincta, quæ, viuis dùm parētibus, obierit. Nihilo minùs arbitror, immaturum vtriuſuis puellæ obitum

> Filiæ carnaliter, aut ſpiritaliter à patre maritatæ portio hæreditaria in bonis parentum, venit ad illius fratrem primogenitum artic. 247. 248. Andeg. Conſ.

ſeu coniugis, ſeu monachæ, fraterno iuri nil obſtare in hæreditaria earum parte ſubducenda ex parentum bonis. Nam multùm refert, filianè paternam hæreditatem repudiet in fratris gratiam, an ab ea Moribus repellatur fraterno commodo, ac emolumento. Priore enim caſu, filia, quæ ante patrem interierit, renuncians nihil egit, nec fraterna iura adauxit irritę ſpei hęreditariæ fumo, inaníque ceſſione: Quùm viui ſpirantíſque nulla ſit hæreditas, & quod nullum eſt, inutiliter transferatur in alium. l. 1. §. ſi impubere arrogato ☩. De collat. bonor. l. 2. D. ſi quis à paren. fuer. manumiſſ. Sin autem quæ viro elocata ſit puella, vel ſacrata Cœnobio, lege excludatur bonorum ſucceſſionibus in rem vnius primogeniti (vt Andibus) tunc nil intereſt, illanè patris fata ſuis præcurrat, an ſubſequatur. Iam quippe ſuſcepta, Legitimæ loco, dote congrua, fingitur patri vel auo ſuperſtes filia extitiſſe, ac partis hæreditariæ pretio repræſentato, quotam hanc fratri Legum permiſſu tranſcripſiſſe. Imò vel, eidem tantulo iſthîc dato, longè infra Legitimam, facit peræquè filia partem maribus liberis, ac ſi integram eam legitimámque ſumpſiſſet. Baldi opinione, & Iohan. Imolenſis, ad leg. Huiuſmodi §. ſi Titio. ☩. De legat. 1. Multa ſiquidem Legum relinquuntur arbitrio, quæ priuatis Pactionibus non conceduntur. l. vlt. Cod. De fideiuſſ. l. non impoſſibile D. de pact. Sicuti nec pauca Magiſtratui licent, quæ priuato minimè permitterentur. l. ſi alius §. eſt & alia D. Quod vi aut cl. Quando igitur paterni deceſſus tempore viuit primigenius, in eo pariter vitalem ſpiritum ducere ſorores, coniicitur Iure Andegaui Municipij: vt ille hæreditarias iſtarum vncias ex Aſſe bonorum paternorum ſibi ſumat, articul. 247. 248. Nam veluti, ſuggerente æquitate, Lex Cornelia fingit, retrò mortuum quem fuiſſe: Et alia Lex, retrorſùs occiſum, qui hodie moritur. (l. in omnibus ☩. De captiu. l. Huic ſcripturæ §. penul. Et l. ait Lex D. Ad Leg. Aquil.) Sic meritò Andium Conſtitutiones effingunt, parentibus filias ſuperuixiſſe iuſto fauore primigeniorum, vt integrius gentilitij nominis, Inſigniúmque decus conſeruetur, nec auitæ familiarum opes in alienam gentem traducantur. Exin quoque vſuuenit, Monaſticos Conuentus muliebres claris virginibus conſtare pluſculis, quàm plebeiis. Quin & honorificum habebatur apud Albanos, nobiliſſimam quámque Deæ famulari allectam in ſacrum ordinem. Quo honeſto prætextu, Amulius Iliam fratris filiam, quæ nuptiis matura erat, Veſtæ Sacerdotem eſſe iuſſit, vt mas ipſe ſolus Albano regno potiretur. Dionyſij relatu, Lib. 1. Antiquit. Roman. Sed hoc maſculæ ſtirpis fauore, ceſſante in protogenia filiarum inter ipſas, ceſſat etiam portionis ſororum acceſſio, quæ maſculo patriis Conſtitutionibus tribueretur. cita. §. Andegauenſ. Conſuetudin. Ibi, *le fils aiſné*. Quamquam enim de maſculis ſcripta Iura fœminas complectuntur, primigeniſque commemoratio in Lege Prouinciæ, trahitur ad primigeniam. Bald. in l. in multis ☩. De ſtatu homin. Romanus in Conſil. 98. Diuerſum

tamen

Quòd ſi filia patris deſtinatione ingreſſa ſit monaſterium, etiã ſi mortuo eo monaſticam profeſſa ſit religionem, eius tamen portio hæreditaria peræque accedit primogenito, ac ſi patre viuo profeſſa eſſet. Quia profeſſio ſequens, quaſi ratihabitio, ad diem ingreſſus retrotrahitur. & Andium Lex, paterna deſtinatione ſola & collocatione filiæ in cœnobio contẽta eſt §. 248. *Si noble homme met ſon fils, ou fille en religion approuuee, en laquelle leſd. fils ou fille facent profeſſion, &c.* Et ita de paternæ in filias deſtinationis ſufficientia Bartolus in l. 70. §. 2. ☩. De cõdit. & demonſtr.

Statuta Prouincialia.

tamen de *Statutis* cum Iure communi pugnantibus, quæ virilis ſexus verbis concepta ſint. Bald. ad l. quicunque Verſ. ſed ponetur Cod. De ſeru. fugit. Idem in Reſponſo. 6. Lib. 5. Decius ad l. fœminæ ff. De reg. Iur. De quo etiam voluenda ſunt à Nobis ſupranotata, artic. 7. Quoniam verò vtriuſuis ſexus maiori natu præripi nil poteſt, detrahivè iuris ſui Primigeniorum nobilium in res prædiarias, vti nec legitima ipſius portio adaugeri liberalitate parentum: Decreuit Senatus, iuniorem è tribus Andegauis filiam, (quarum cum ſecunda matris legataria, deciſum fuerat priuatim à grandiori ſorore) nihilò amplius laturam herciſcunda inter ambas, parentum familia vniuerſa, quàm ſi ſecundonata, nullo accepto, in partem veniſſet rectarum hæreditatum. Ex §. 320. 321. noſtræ Leg. municipalis, cum Molineo ibidem. Ac propterea minori natu cohæredi ſumma Curia adiudicauit haud ſolidum vtique hæreditarij Aſſis trientem, quaſi vnicæ iuniori, ſed trientis modò dimidium, veluti duarum alteri minorum annis, cum ſeniore, communes res diuiduntí: Ne alioquin ſua primigeniæ iura minuerentur, poſt legatum ab ea ſecundogenitæ præſtitum: Quod hæreditariæ ſuæ portionis vicem ſubibat, ſeu binæ Vnciæ in ſucceſſorio iuniorum triente filiarum. §. 338. patriæ Conſuetud. Areſto Senatoriæ Edictalis Decuriæ, 10. Kalend. Septembr. ann. 1603. ad prouocationem ex Andegauia. Dn. Sanguino litis expoſitore. Porrò de Monialibus antedicta, his adplicatum volumus, quæ expreſſim monaſtico ſe voto addixerint, non quæ, tacita modò cucullati ac votiui cultus profeſſione, obligentur regulari vitæ Inſtituto. Articul. 55. Molinenſis Francorum Edicti ann. 1566. Cui ſuccinit Canon, Vidua. 20. Quæſt. 1. Can. omnes fœminæ Cauſa 27. Quæſt. 1.

Pariſien. Decretum in Camera Edicti, die 23. Aug. 1603. inter Ianum *de la Ferriere* & vxorem Mariam *Percault* appellãtes à Seneſchalo Andium. Et Ioh. *Tiſſerrant*, eiuſq; cõiugem Suſannam *Percault* intimatos. *Sur l'appoinčte au conſeil en plaidãt* die 19. Mart. 1603. Iudicatum denique, omnia patris bona, queis ſaiſitus obierat, diuidi debere inter primogenitã, & tertiam filias nobiles, ab illaque, vltra binum hæreditatis trientẽ ſuum, auferri dimidiũ reliqui triẽtis, eo quòd maternũ legatum ſecundæ ſorori pro Legitima exoluiſſet.

Monaſtica profeſſio debet eſſe expreſſa, & in ſcriptis.

17. Liberos ſequuntur agnati ſucceſſorio velut edicto & ordine, quem Lex Andium præfiniuit. §. 268. 270. Quorum anteriori potiſſimùm, probabile fit, vt res ſoli, ita mobiles hæreditate diduci in duo cognationum ſtemmata dimidiatim, paternum & maternum. Huicque compar adeò Cenomanis Mos ſcriptus, articul. 286. Iulioduno. 23. Boiorum Municipio, 315. ac Rhemis Veromanduorum, inter germanos, & conſanguineos ſeu vterinos fratres. §. 3. De Hæreditat. Neque ab iis planè alienus inualuit Turonibus partiundorum Mobilium Ritus, inter auum vel auiam, hinc: & tranſuerſo ſtirpite alio propinquum, inde, occurrentes. §. 312. iuxta Nouellam Conſtitut. Defuncto Cod. Ad S. C. Tertyll. Sed mutuo in concurſu lateralium vtriuſque ſtirpis agnatorum Turonenſ. procederet necne talis Mouentium partitio, Interlocutus eſt Ordo Ampliss. vulgò tritum Prouinciæ Vſum, confuſis Pragmaticõn teſtationibus ſibi adprobandum. Decreto, Iulij Luce 26. ann. 163. Alibi verò aliter ſparſim diſtribuitur lateralis hæreditas, vbi in res mobiles, ac recèns parta ſuccedit proximus quiſque defuncto, (velut ex Lege Tabul. 12.) non autem paterni diuiſim, materníque generis, vt hîc, conſanguinei.

Verſ. *Pour la moitié*, videlicet *pour la ligne deſaillant, c'eſt à ſçauoir pour les cõqueſts & meubles.*

Lodunẽſis Conſuet. artic. 23. Tit. De plebeiis bonorum Succeſſionib.

Huius Areſti interlocutorij, & Litigatorum, qui ei cauſam dedere, meminimus antea lib. 2. Tit. De Mulctis art. vlt.

Mobilia propriè non habent lineam, nec lineari Retractu cō-dicuntur §. 361. And. Conſ.) Ideoque nec Succeſſione, per lineas communiter diuiduntur.

Quum enim Mobili in re, gentilitius familiarium poſſeſſionum titulus retineri nequeat, PATR. CONSCR., Rhemenſes inter ciues, propinquiori addixêre nuper Mouentium vniuerſitatem, (extra caſum patrio illo More expreſſum) fratris filio nempè, aduerſus vltiorem gradu vno conſanguineum. Decreto in Veromanduis cauſis agendis, tertio Nonas Decemb. ann. 1602. poſtquàm Doleus pro appellante à Iuridico Archiepiſcopi Ducíſque Rhemorum: & Taleus pro aduerſario, viciſſim oraſſent. Cui ſubſimile Decreto latum eſt, 5. Iduum Dec. poſtero anno, ex forenſi patronorum actione, Roberti, & Boſſantij. Quinimò Curiá Max. audio, pauculos ánte annos, mobilem Andium hæreditatem tribuiſſe gradus prerogatiue, conſanguineis putà defunctæ fratribus ſeu paternis, in maternos eiuſdem ex matertera conſobrinos. Suprêma Sententia poſtridie Idus Februar. ann. 1598. ſecundùm prouocantes à Chinonenſi Turonum Suppræfecto Petrum, ac Ægidium *Balezeaux*: Victo Pet. Morello, ſuorum tutore liberorum. Mouit fortaſſe Curiam frons ipſa capútque Legis Andeg. 268. de gemina tranſuerſa Quæſtuum ſoli & Hærediorum linea (nulla tùm Mobilium mentione): Communis item variorum Municipiorum Ritus, Mobilem hereditatem adſcribens citerioribus gradu propinquis. Quò minùs iſtîc Senatus, iudicium ſuſpenderet, præuia decreta popularis de eo praxeōs obſeruationíſque Andium Inquiſitione. Nec verò leuis emerſit Fori contentio de laterali Mouentium hæreditate inter patruelem defuncti, natalibus illuſtrem, & maternum ex ſorore vterina nepotem, propiorem vtique gradu, ſed ignobilem, plebeiáque matre ortum. Ille enim Nobilitatis priuilegio ſibi Mobiles res aſſerebat vniuerſas: Queîs hæreditarius As totus conſtaret. §. 230. & 235. Andegau. Conſuet. Econtrà, ſororis filius, alteri prærogatum cognationis gradum opponit, quo, vlterior mobilis hæreditatis competitor ſuperetur. Mouentia ſaltem bona iſthæc, quæ defunctus ſola reliquiſſet, immobilis patrimonij conditionem ſortiri, dimidia tenus: Eorum proinde ſemiſſem, dimidiatim partiundum in duas cognationum lineas, paternam & maternam, * καὶ κατὰ τὰς γένεας: Gentilitij inſtar & auiti fundi, aliis deficientibus bonis. Ab peculiari Andium Conſtitutione, §. 327. 340. Quam vtique in partem propenſiùs inclino, ne propinquior agnatus, inani alienæ Nobilitatis fumo obrutus, amittat ſuo ſtemmati debita familiaris hæreditatis iura. IN VARIIS itidem Regionibus, hæredia propinquis minimè tranſuerſim obueniunt: niſi & ipſi ab eodem hærediorum poſſeſſore veteri, tanquam à ſtipite recta linea proceſſerint. Vt eleganter definit Angel. ad §. ſi plures Verſ. ſecundò dubitari ſolet. Inſtit. De legit. agnat. ſucceſſ. Per text. Leg. quod ſcitis Ver. ex matre, vel eius linea Cod. De bon. quæ liber. De quo etiam Burgundij Ducatus Senatorium perlegi Decretum. 5. Kalend. Apriles ann. 1581. pro Anton. Morandeto patre, in Iacobam Robertam Claudij Guioti viduam mulierem, & litis conſortes, qui maternæ cognationis ſtemmate defunctam quarto gradu contin-

Indicatum Curiæ binū, *en plaidant du Roolle de Vermandois* Die 3. Dec. 1602. & 9. Dec. 1603 *ſur l'appel du Bailly de l'Archeueſque de Rheims* Iuxta Decemuirales, & Quiritum Leges, quæ proximo cuique agnato Hæreditates deferebāt.

Placitum Curiæ in 2. Camera Inqueſt. die 14. Feb. ann. 1598. Ad relationem Dn. *Muræi*, ibidē Conſiliarij.

De ſucceſſione Mobilium, quæ nec ſitū habere dicuntur, inſtar fundi. ſed perſonam domini & corpus ſequi, quorumq; vilis & abiecta poſſeſſio, rariuſculè finit. ipſa ſeruādo ſeruari. Vt Nos fusè lib. 1. Pariſ. Mor. Tit. 1. Quibus etiā Morib. Hæreditaria in Mobilia propiores gradu ſoli ſuccedunt. §. 325.

* Et ſecundū ſtirpem ſeu generationes.

Acqueſtus defuncti ex æquo diuidūtur inter hæredes paternæ & maternæ lineæ, apud Andes. Sed hæredia paterna paternis ſolis, materna maternis attribuuntur.

Parlamenti Burgundiæ Areſtum die 28. Mart. ann. 1581. pro patre hærede filiæ in acquiſitis ab ea, *contre les couſins d'elle remuez de germain.*

contingebant. Placuit enim Diuionenſi Burgundiæ Senatui, patrem, filiæ quæſtuum hæredem cognatis anteferri, in iis quæ à matræ filiæ, vel huius auo materno profecta eſſent, quem illi patruum ſuum magnum appellabant. Cognatos verò in ea filiæ bona ſucceſſuros, quæ à communi omnium ſtirpe, patréque materni filię aui Iohanne Bouuoto manaſſent. Nec longè hinc diſſidet controuerſi facti ſpecies, quam profert Chaſſeneus, in Burgund. Conſuet. Tit. De ſucceſſion. §. 8. verſ. *en prouchain*. Vbi exiſtimat, tranſuerſariæ hęreditatis iura ad primarium rei hæreditariæ auctorem ſtipitémque familiæ referenda, ab eóque ſeriatim progenitis tantùm addici oportere. Idem rectè viſum Ioh. Imolenſi, in Reſponſo 113. ex ſimili Conſtitutione Lucanæ Vrbis Hetruriæ.

Lucanum Italiæ Statutum, in collaterali ſucceſſione deffuncti patrimonia ſolis adſignans deſcendentibus à primo ipſorum Acquiſitore.

18. Exin, apud Melodunum Senonum, agnatus Iudicio poſtpoſitus fuit patri defuncti, in iis, quæ filius propria quidem bona tenuerat, ſed ad eum aliunde tranſmiſſa, quàm à communi Gentis vertice & columine, abs quo propinqui, ſimul cum defuncto, vitæ ortú ſuſcepiſſent. S. Conſulto Pariſienſi 5. Idus Sextiles an. 1572. inter Iacobum Alemantium, & Symonem Poncetum litigantes. In explanãdo Francicorum Morum theoremate, *Paterna paternis, materna maternis*. Contra Chaſſenei opinioné in §. 6. Tit. De ſucceſſion. In ver. *Et au regard des autres biẽs*. Subiunge his patria ſcita Inſtitutáque Aureliorum, Montis Argi, & Aruernorum, quæ non aliis Patrimonia hæreditate deferunt, quàm ex eodem, cum demortuo, parente, rerúmque domino gradatim propagatis. Vtì & Maſuetius nuncupatim tradit, in Praxi, Tit. De ſucceſſion. §. Item & dicuntur cognati. Id quod rebus pariter iudicatis ſancitum fuit à Curia Lutetiana pro Claud. Regino, Olorenſi Bearnenſium Antiſtite, patruo demortui N. Regini D. *de Perignac*. Is quippe Foro euicit controuerſam Ditionem *de Perignac*, materni ſtemmatis defuncti, aduerſus Benignum *Veny*, materna certè linea propinquum, ſed qui recto tramite ab auo materno Prædij emptore ortum non duxerat, eúmque tranſuerſo duntaxat cognationis gradu contingebat. Vt patet Areſto nota digno, 6. Kal. Sextil. an 1576. in executione Iudicati an. 1575. Vnde patrimoniorum genus duplex conſtituimus, alterum eorũ, quæ à patre acquiſita, quùm tranſierint ad liberos, propria iſtorum bona dicuntur, vernaculè *Propres naiſſans*, Nouellis Iuſtiniani γονικὰ, ſeu γονικάρχικα. Diſpari nimirùm iis conditione, quæ Romani Cęſares vocarunt *Comparata*. Patrimoniorum ſeries altera pertinet ad antiquos fundos auitáque gentis & familiæ prædia, vulgò *les Propres anciens, de la ſouche & eſtoc ancien*, bona gentilitia ac familiaria: De quibus ſpeciatim lege cautum eſt Municipiorum prędictorum. In aliis autem Prouinciolis multis, haud ita: Vtpotè in Andium regione, vbi à propinquo laterali parta, nedùm hæredia, ſucceſſorio iure obueniunt cõſanguineis, qui ex tranſuerſo limite, tum materno, tum paterno, illi coniuncti ſint. d. §. 268. ver. *en deux lignes*. Et §. 270. ver. *chaſcun en ſa ligne* Legum Andeg. At nonnunquã certè inter pares variorum ſtemma-

Melun.

Decretum Curiæ die 9. Auguſti ann. 1578. *pour M. Iac. Lalemant Conſeiller en Chaſtellet, mary de la veufue de M. Ieh. Poncet Aduocat à Melun heritiere de ſon fils, Contre les Poncets heritiers collateraux dudit fils.* Iuxta Conſuetudinem *de Melun*, artic 2[illegible]5. & 268. In ver. *de l'eſtoc*.

Aureliæ Mos ſcriptus art. 251. Ibi. *Mais ſeulement à la deſcendue & ſouche, dont les heritages ſont deſcendus & aduenus*. Et §. 276. Ibi, *au parent du vendeur yſſu & deſcendu de lad ſouche & fourchage dont meut led. heritage.*

Placitum Curiæ die 27. Iulij an. 1576. pro Epiſcopo *d'Oloron en Bearn*.

Conſuetudo *de Montargis*, art. 3. Tit. *Des droicts de ſucceſſions*. In ver. *eſtans de la ſouche, &c.*

Aruerniæ Conſuet. ſimilis in §. 4. 8. Tit. *Des ſucceſſions*. Ver. *à l'eſtoc.*

tum cognatos, mas fœminam prorſus excludit feudali prædiorum hæreditate militarium: Quæ primitus caſtrenſi addicta Militiæ, fœmineos poſſeſſores non tulerint Langobardico More. Demus enim, totidem vnius hominis hæreditates Lege coniici, quot agnationis lineæ ad eas confluant, diſcretæ inuicem ac diſparatæ. l. 17. §. Iulianus ff. De teſtam. milit. l. 19. §. 1. ff. De pecul. Admittamus & ideo, multiplici ex ſtirpe propinquos, quaſi nil commune habeant, alium purè alium cum Repertorio, pro hærede gerere poſſe, quòd variis nominibus in bona ſuccedant. Iudicatum eſt herclè, nepotem ex vterino fratre nobilem, nepti ex ſorore conſanguinea anteponi in ſucceſſorio Feudorũ iure à defuncto partorum. Decreto Senatoriæ Edictalis Decuriæ. 7. Kalend. Septembr. ann. 1581. pro Vvenceſlao *du Lac*, contra Ianam *de Tays*.

Inter diuerſo iure ſuccedentes, alter cũ Inuẽtario hæres non excluditur ab altero hærede ſimplici.

Areſtum Curiæ in Camera Edicti, die 26 Aug. 1581. de feudali ſucceſſione Frãciſci Dn. *de l'Afferté* controuerſa inter Lancelotum *du Lac*, Dn. *de Chamerolles*, & Ianam *de Tays* Dn. *de Mere*: Secũdum Bleſen. Conſ. art. 152. *Qu'en ſucceſſion collaterale de fiefs, le maſle exclud la femelle en pareil degré.*

19 De fratribus inſuper defuncti hæredibus diſceptatur, an germanus vterinum excludat ſeu ὁμομήτριον, an & conſanguineum, Græcè ὁμοπάτριον. Nil de eo nominatim Andibus ſtatutum inuenio, & caſum Moribus ſcriptis omiſſum putes forſan ſupplendum Iure Romano. Ex Iuſtinianea Nouella, De conſanguin. & vterin. fratr. Authent. Itaque Cod. commun. de ſucceſſ. Sed Imperatoria hæc Conſtitutio non vſurpatur in Gallicis Territoriis, quæ propria Conſuetudine reguntur: quoad bona ſaltem patrimoniorum, quæ ad ſui quemque ſtemmatis agnatum hæreditate transferuntur. Iuxta vulgatam Francic. Conſuetudinum theſin, *Paterna paternis*, &c. Imò nec geminum in eodem propinquitatis vinculum ſpectatur apud Andes, in quæſitorum ſucceſſione, nedum patrimoniorum. Vt colligitur ex cita. §. 268. & 270. Andegauen. Leg. Vbi in duo cognationum ſtemmata membratim ſcinditur hæreditas, & propinquus agnationis gradus attenditur, potiuſquàm funiculus duplex. Ad hæc, prærogatiua fratrum vtrinque coniunctorum non porrigitur Iure Ciuili vltra fratres, eorúmque liberos. §. reliquum Authent. De Hæred. ab inteſt. venient. Authen. Ceſſante Cod. De legit. hæred. Bartol. ad l. poſt conſanguineos §. legitima ff. De ſuis & legit. Andibus verò perpetua eſt, tranſuerſim, vt directò, in ſtirpes ſuccedenti ratio, ac forma præſcripta. §. 225. & 268. Ex quo apparet, multiplicis vinculi ius connexionémque in Andibus minimè præualere. At Saxones, contra, Germani fratris poſteros omnes anteponunt deſcendentibus ab vterinis, vel conſanguineis quibuſque. Per textum *Landtrecht* Lib. 1. articul. 3. Et Lib. 1. Different. Iur. Ciuil. & Saxon. Cap. 26. Sicuti igitur recta in linea, communi matri ſuccedunt vterini viritim, & conſanguinei patri, noſtræ Conſuetud. §. 267. ac l. de emancipatis Cod. De legit. hæred. Ita ex tranſuerſo limite hæredes propinqui, bona defuncti capiunt: Dempto, quod ſi germanus frater cum vterino concurrat, aut conſanguineo, bis capiet, tanquam ab vtroque mortui parente prognatus, eíque bina generis linea iunctus. Vt ſcitè Molineus adnotauit, in perſimili articul. 286.

In collaterali, frater vtrinque coniunctus alios excludit, vno tantum latere coniunctos, Iure Ciuili. Sed quod in Franciæ Patria Conſuetudinaria non vſquequaque ſeruatur.

Art. 268. in ver. *en conqueſts*. Et in ver. *võt en deux lignes*.

Art 270. ver. *leſd. biens meubles & immeubles eſcheũt à leurs prochains lignagiers en leur ligne collaterale.*

Cenomanæ

Cenomanę Côſuet. Idque adeò produci reor ad præcipuum ius primigeniorú. Nam in vnica quidé, & inter vnius ſtemmatis hæredes laterali ſucceſſione, vnica eſt præceptio ſeniori competens, quàmlibet varias per ſtirpes illa diuidatur hæreditas. §. 223. 224. 229. Andeg. Leg. Sed in gemini ſtemmatis hæreditate, geminum etiam Præcipuum ſibi ſumet natu maior, qui vnus vtroque cognationis ſtemmate, paterno ac materno, defunctum attigerit. Tunc enim duæ céſentur hæreditates inuicem diſcretæ, licet ab eodem deceſſore prodierint. §. 268. 324. Andeg. Conſuet. Aliàs quippe duo primogeniti in quauis linea, totidem carperent Præceptionis cômoda. Argum. l. ſi certarum §. 1. ff. De teſtam. milit.

20 CONIVGES ſibi inuicem donant res in commune partas, cum triente patrimoniorum: Ita, vt eorum vter vita ſuperarit, is donata adipiſcatur. Superſtiti matri ſuccedit filius, rerúmque potitur. Filij obitu bona diffluunt in biná cognationum lineam, paternam & maternam. Paterni autem hæredes ſibi aſſerunt quęcunque pater matri communis filij dediſſet, quaſi paterna, nec donationis colore mutantia priſtinam paterni dominij cauſam. Vt Honorius & Theodoſius Augg. ſáxiſſe videntur l. 4. Verſ. Quod tamen mulier mariti largitate percepit, id ex eo tantùm liberi côiugio procreati, ſibi ſpeciale tanquam paternum nouerint patrimonium vindicandum. Cod. De ſecun. nupt. Cúcta enim lucra nuptialia, Legis fictione adſcribũtur etiamdùm donatoris patrimonio, nó donatarij: vt illius liberis ſolis reſeruentur. l. fœminæ Cod. Eod. Tit. Neque id ſolùm obtinet in donatarium ſecúdas nuptias ineuntem, aut liberos ex poſteriore connubio editos. Ná etſi ſuperſtes donatarius cœlibem vitam duxerit, neque res alienarit: ad eas filius vocatur non iure materno, aut quaſi parentum hæres. ſed beneficio legis velut ad lucra connubialia à patre profecta, & in matrem munificè collata, quæ exortis inde liberis debent adplicari. l. 6. §. vlt. Cod. De ſec. nupt. Aſt ediuerſò allegabitur, talium Legum cenſuram coniugibus potiſſimùm imponi, ad ſecunda vota migrantibus: ne veteris veſtigia flammę dum agnoſcunt, procaci libidine profundant liberale defuncti munus, in perniciem communium pignorum ac liberorum. Aliud porro dicédum de vidua ac cœlibe muliere, cui ſolutum de iis arbitrium commerciúmque ſit à Romanis Auguſtis attributú. §. Sin verò. l. Hac edictali. Ibi, neque vir iis, quę de bonis vxoris ad ſe tranſeunt, neque mulier rebus, quę ex ſubſtantia mariti ad ſe peruenerunt, pro ſuo arbitrio vti, vel eas vendere, aut quocunque modo alienare, vtpote domini earum, prohibebuntur Cod. De ſecund. nupt. Secus, ac Vviſigothorum Lege ſtatutum eſt de rebus à marito extra dotem vxori donatis. Rurſus quod Cæſarea illa lege. 4. cauetur, mariti in vxorem liberalitate, priſtinam retineri paterni conditionem patrimonij: Id ſpeciatim introductum eſt gratia liberorum matrimonij eiuſdem, aduerſus nouam donatariæ coniugis prolem ex ſequenti coniugio, cui donator gratificatum voluiſſe nô creditur: Im-

In ſucceſſione collaterali duarum linearum. paternæ & maternæ defuncti, ex qualibet earũ præcipuum capiet is qui maior natu ex vtraque occurrerit.

Quæ à marito vxori donantur, deinde ab eorum hęrede filio poſſeſſa, tranſeunt ad filij ſucceſſores paternos, nô maternos. Inſtar *Doarij*, quod Senatus paternum, non maternum eſſe patrimonium, haud ſemel iudicauit Vt de Doario annotauimus Lib. 3. De Domanio Francię Tit. 23. art. 9.

Lucra nuptialia.

Vviſigoth. Leg. Lib. 5. Tit. De donation. art. 4. Mulier, de rebus à viro ſibi datis extra dotem, liberis extantibus, non poteſt diſponere in præiudicium filiorum. vltra quintam partẽ, & fructus.

peratoriæ item ſanctiones ſupraſcriptę loquuntur de puro gratuitóq; alterius coniugis munere, nó de reciproco ac mutuo: quod vt fauorabilius eſt, ita laxius ac liberius eſſe expedit, ob ancipitem fatorum, dubijque mortalium caſus euentum. Sicuti P. Caſtrenſis, & Iaſon ſedulò obſeruarunt, ad l. ſi pater puellæ Cod. De inoff. teſtã. Quæ omnia longè latèque diſcrepant à propoſita hypotheſi. Quin & Neapolitani PATRES iudicio prætulerũt vterinam demortui ſororẽ paternis agnatis in re matri donata propter nuptias à patre defuncti. Vt Afflictus, Deciſ. 127. atteſtatur.

Donatio mutua.

Decretum regij Senatus Neapolitani.

21. NEC eò ſeciùs prioris partis ſententiæ adhæreo, cum antiquis Palatini fori Conſultis, quouis nomine vxori data, lucris nuptialibus accepto ferri. l. 3. In Ver. aut quicquid mortis cauſa donationibus factis aut teſtamento, iure directo aut fideicommiſſi, vel legati titulo, vel cuiuſlibet munificæ liberalitatis præmio ex bonis priorum maritorũ fuerint adſecutæ. Cod. De ſecund. nupt. Vnde licet viduæ cœlibi permiſſa ſit illorum abalienatio: extantia certè, nec conſumpta quæ repererit filius, ſibi non malè arrogat titulo coniugalium lucrorum, tanquam filius ſcilicet profectitia à patre, non tanquam matris hęres, aut parentis vtriuſuis. d. §. ſi verò. Atque in hunc ſenſum, Lutetianę Curiæ decretum cieo, latum Nono Calend. Apriles an. 1567. pro Iano *de Chourſes* Dn. *de Malicorne*, contra Ianam *de Fay*, Fœlicis *de Chourſes* patris illius ſororem vterinam, de materna ditione *de la Mothe-Meſſemay*, Iulioduni ſita. Nam etſi Iacoba *de la Chappelle*, communis mater Fœlicis & Ianæ, eo prædio donaſſet Hardoynum *de Fay* ſecundum maritum: extincto tamen Philippo *de Fay* Ianæ fratre germano, Curia maternum purè manſiſſe fundum pronuntiauit, non paternum: Eóque Ianum *de Chourſes* Iacobæ nepotem ex priori ipſius coniuge, non excludi à Iana *de Fay*, licet vtrinque coniuncta Philippo *de Fay* fratri, & donatarij patris hęredi. Quantò etiam fortiùs id obtineat apud Andes, vbi fœcundo ſæpè nec ſterili connubio (vt in ſolo vbere ac feraci) nequeunt ſibi inuicẽ coniuges largiri fundos, exiſtentibus liberis, niſi vſufructu tenus. art. 321. Andeg. Leg. Inibi quoque ſtirpis cauſam vetuſtiorem, non proximã ſolemus intueri. Ex quo ſororis filij, qui, vnà cum matertera, auunculi hæreditatem diuiſère, ſuã portionem minutim ſubſecant iure maternæ ſtirpis: quemadmodùm in ſtirpes anteriori partitione cũ matertera concurrebãt. Ideóque velut in directa matris hæreditate, cuius gradum matris ſemel expreſſerunt illi cum matertera, vtũtur inuicem iure primigeniorum. Tametſi nulla ſubeſſet, aut modica ætatis prærogatiua, in laterali bonorũ ſucceſſione inter fœmineos hæredes primùm diuidunda. De quo binum Pariſienſe Areſtum promitur, Anterius quidem. 9. Kalend. Iunias an. 1577. pro Franciſco *de la Tour Landry* curatore Ioſephi primogeniti, in Renatum & Raphaëlem fratres natu minores. Poſteriùs verò Decretum Curiæ, prolatum fuit Decimo quarto Kalend. Septembres an. 1580. in confirmanda Prætoris Carnutum Sententia, dicta. 14. Kal.

Iudicatũ Curiæ Pariſien. die. 24. Mart. 1567. In 1. Camera Inqueſtarum. Relatore Dn. *de S. André, touchant la terre de la Mothe-Meſſemay ſiſe en Lodunois.*

Hæreditariæ partis ſubdiuiſio.

Areſtum Curię Pariſien. die. 14. Maij an. 1577. *ſur l'appel du Seneſchal de Chaſtellerault* Poſt Areſtum interlocutorium die. 16. Iulij. an. 1575. de inquirendo ex officio, & in turba pragmaticorum teſtium ſuper vſu quorumdam Articulorum Conſuet. Pictauenſis.

Areſtum *par acquieſcement* die. 19. Augusti. 1580. *ſur l'appel de*

Martias

Martias an. 1579. inter Ianum *de la Bauue*, litiſque conſortes appellatoriæ, & Alexandrum, primigenium, ediuerſò, altercantes. Iſtuc pertinent quæ ex valdeaſſini quæſtione Fori tractauimus Lib. 3. De PRIVILEG. RVSTIC. Cap. 9. Familiæ herciſcundæ. Imò & inter pares gradu conſanguineos ordinarium eſt ius repræſentandorum patrum apud Andes, quod Senatus iudicio probatum oſtendimus 7. Lib. 1. Cap. 42. artic. 5. Idemque apud Boios Galliæ populos ſeruandum docuit ORDO AMPLISS. in Borboniæ Conſuet. interpretatione. §. 306. ſed intra meras repræſentandi gradus illîc limitati. Areſto publico ac ſolenni poſtridie Idus Sextiles. an. 1587. Atque ita Galliarum Mos ferè quiſque Prouincialis nodũ diſſoluit veteris ambiguæ Quæſtionis, an fratrum filij patruo defuncto in capita ſuccedãt, an in ſtirpes loco parentum. De qua, Angelus latiſſime in §. cum filius Inſtit. De hæredit. quæ ab inteſt. defer. Faber. in §. repetitis Inſtit. De ſeruili cognat. Dynus in l. 2. D. Ad S. C. Tertull. Vidus Papa in Deciſ. 134. qui patrũ vices teneri à cognatis inter ipſos æquo gradu veniẽtibus, ait iudicatum à Senatu Gratianopolitano. In Germanicis autem Spirę Nemetum Comitiis ſanxit Carolus. 5. Imp. an. 1529. filios fratrum inter ſe partiri debere hæreditatem patrui in capita, non in ſtirpes: ita, vt quot ſint capita, tot etiam fieri oporteat hæreditarias portiones. Secũdùm quæ pariter, Senatoria Germanici Imperij Decuria nuper tulit Sentẽtiam. Vt à Mynſingero perhibetur, qui in ea tum Decuria, Aſſeſſuræ munere fungebatur. Centuria. 3. Obſeruation. 94. Iudicij Cameræ Imperialis. Ne Baldi ſcripta in hãc partem adducamus, in Cap. 1. De feudi ſucceſſ. Et Zaſij, in nouis Intellect. Cum Pariſienſis Curiæ decretis, quæ recenſuimus Lib. 3. De PRIVIL. RVSTIC. & Volum. 2. PARISIEN. LEGVM. Neque ab iis vllatenùs diſſidet Gothica vetus Nomotheſia, Lib. 4. ſub Rubrica De Hæreditatib. art. 8.

la Sentence de Chartres die. 16. Febr. 1579. Que les parties ayant par repreſentation de Robert leur pere ſuccedé à l'ehã de la Vaune leur Oncle, auec autre frere dud. deffunct, egalement l'aiſné des repreſentans leur pere, auroit en la ſubdiuiſion de leur part hereditaire les meſmes preciput & aduantages ſur les puiſnez, qu'il euſt eu en la directe ſucceſſion du pere.

Iudicium Curiæ ſolemniter pronuntiatum à Præſide Briſſonio, die. 14. Auguſti an. 1587. quod intra terminos repræſentationis æquales gradu ſimul ſuccedunt in ſtirpes, non in capita.

Carolina Conſtitutio, apud Germanos.

Filij fratrũ, licet ſint intra repræſentationis terminos, nõ excludunt patruũ defuncti, qui pari cum illis gradu huic coniunctus eſt. Ideoque non ſunt in caſu repræſentationis, vt in ſtirpes ſuccedãt, ſed in capita veniũt. Aliter, vbi repræſentatio eſt in infinitum.

22. QVALIA genere claris irrogantur familię herciſcundæ iura primigeniorum in cohæredes, talia Patritiis ac Senatoriæ ſtirpi data oſtẽdimus variis locis. At ſi quis, poſt præclarè geſtum vicennio integro Senatorium munus, receptui canat, exorato immunitatis Diplomate, ſiue etiam Magiſtratu ſe abdicet in propinqui gratiam, Is veteranorũ priuilegio fruetur viuus, & mortui, licet iam antea priuati, hæreditas nobiliter diuidetur inter legitimos ſucceſſores. Nam vt fateamur, in Hæreditatum iure & ſtatu defuncti, tempus mortis huius intuẽdum. l. in tempus ff. De hæred. inſtit. l. hæreditas ff. De reg. Iur. Viro vtique Senatorio, qui iuſtum vicennis operæ diurnæ in Officio curriculum emenſus fuerit, ſalua manet quadãtenùs Senatorij tituli dignitas, honóſque habetur, ceu emerito Militi, qui honeſtè ſacramento ſolutus ſit. Regia Karoli. 6. Cõſtitutione, quam memorauimus Lib. 2. FISCALIS PATRIMONII FRANCOR. Vt beneficia Principum latiſſimè interpretari debemus. Peræquè enim, ſi Caſtrẽſem Togatæ huic comparemus Militiæ, veteranorum iure ſingulari vtuntur, qui, poſt. 20. annorum ſtipendia, numeris exempti ſint. l. Qui cauſaria Cod. De excuſat.

Lib. 3. De Priuil. Ruſt. Cap. Si tab. teſt. nul. extab art vlt. Et Lib. 2. Pariſ. Morum Tit. 5. art. 4.

Vviſigothorum Legis verba. Qui moritur, ſi fratres aut ſorores non reliquerit, & filios fratrum & ſororum reliquerit, ſi ex vno fratre ſit vnus filius, & ex alio fratre vel ſorore forſitã plures, omnem hæreditatẽ defuncti capiãt, & æqualiter per capita diuidãt portiones.

Supra Lib. 1. Cap. 31. art. 3. Lib 3. Doman. Franc. Tit. 26 art. 11. Et Lib. 2. Pariſ. Morũ Tit. 5. art. 27.

Tit. penul. art. 21.

L. penul. In vér. poſt vicesima ſtipendia Cod. Quan. prouoc.

veteran. l. Veteranis Cod. Quan. prouoc. non eſt neceſſe. l. 3. Cod. De his qui non implet. ſtipéd. Vnde (Modeſtini ſententia) qui viceſimum militię annum exceſſerit, ſimilis eſſe creditur ei, qui tempus cópleuerit militiæ. l. ſed & milites §. quádoq; auté, ff. De excuſ. tutor. Id quod Hiſtoricis etiá Romanorú Libris dignoſcitur. 57. Dionis, & 1. Cornel. Taciti. Atque adeò emeritorú Ætas militaris definitur ab an. 17. ad 46. ex inſtituto Seruij Tulli, & lege Gracchana. Similiter Ludou. 12. Rex perpetua ſanxit Academici cuiuſq; profeſſoris Literarú priuilegia, qui aſſiduá publicarum Lectionú operá ſtudioſæ iuuentuti per. 20. annos impendiſſet. Edicto pridie Cal. Septemb. an. 1498. (art. 7.) Secundùm priſcam illam Valentis Imp. Cóſtitutionem, qua Grammaticis, Rhetoribus, & Philoſophis, poſt confecta. 20. annorum, in vmbratili Stoa ſeu Lyceo, ſtipédia, ampliſſimum ſpopondit Comitatus honorem & Patriciatus Inſignia, perinde ac Ducibus, qui hoſtem prelio fudiſſent. Vt ergo priuilegiariam nobilémque Senatoris hæreditatem excutiamus pauliſper, Hic, poſt diutinú Fori laborem, exuta Purpura, liberis orbus, tátum donauit vxori, quantum plurimum Lege capere poſſet: Nec aliú inteſtatò reliquit quàm materni ſtemmatis, in paterna ſua hæredia ſucceſſorem, Pictonici, & Andegaui ſoli. Maternus ſubinde heres iſte, Tranſactionis formula, donatariæ dimittit Pictonicos fúdos: quorum vice mutua, ceu permutati inuicem patrimonij, ab illa ſuſcipit Andegauię poſſeſſiones. Exin quiritatur ſuperior agrorú Dominus, eóſque, nullo ſui generis ac gentis hærede, ad ſe deuolutos intédit, poſthabita alterius cognationis linea. §. 268. Andeg. Leg. Ad ea verò defendit maternus heres, ſe non proprio ac hæreditario nomine arua poſſidere, quaſi deficiétis paterni ſtipitis in bona ſuccedaneum, ſed tranſcriptitio donatariæ coniugis iure ſubniti: Quæ Dominicum, ab liberalitate mariti Moribus permiſſa, ius anteiret. Alioquin hæres ipſe Pictonicis fundis viduæ non ceſſiſſet, in quibus, nullo extáte ſui ſtemmatis propinquo hærede, Iuridicum quéque dominum, vel patronum Lege anteuerteret Pictauenſi, (§. 299. Romanæ cóſentanea. Quando igitur liberis hiſcè Pictonum prædiis Andegaua ſubſtituta ſunt, donatariæ Pacto códuento, Æquitas ſuggerit, hæredem, iſtis, pari libertate, ac Pictonicis, perfrui.

Ordinatio regia, de Priuileg. ſcholarium die. vlt. Aug. 1498.

Leg. penult. C. de bon. vacant. Lib. 10.

De parentum ſucceſſione in bona filiorum, dicerē ſuperſedeo iſthîc, quod fructuaria modò cùm ſit illa apud Andes, poſtremo huius Lib. Capite cómodiùs tractetur, Tit. De parentum vſufructu. Mobiles ſanè res filij heres parens capit iure proprietatis. §. 270. Andeg. Cóſuet. Hoc Mouentium capioni inſito onere, vt hæreditaria nomina, quæ in perſoná cócepta ſint, omninò diſſoluat. §. 237. 326. 327. eiuſd. Cóſuet. Núc ambigitur de annuo Reditu nummis comparato, eumnè pater ſtatis diebus appédere teneatur creditori filij prorata bonorum portione. Scio certe, annui Vectigalis reliqua, quę moriens filius debebat, à ſucceſſore in Mouentia, exolui oportere. cita. §. 237. Ex quo defendi poteſt ſpecie ipſa prima, talem heredem, qui in ſolidum mobilibus 23.

Rente conſtituée à prix d'argent.

Art. 237. Andeg Cóſuet. Ibi, *ſeront ſubiects de payer les debtes perſonnelles, & arrerages des rentes & devoirs qui pourroiét eſtre deux par leſd. fils ou fille.*

bilibus debitis obnoxius ſit, immobili exonerandum, ſeu Vectigali dietim præſtando ac continuando. Pauli I.C. ratione, in l. cum qui ff. De iureiur. Sed quia Andium Mos ſcriptus quæſtionem hanc non definit apertè, ęquum eſt, inter eos qui diuerſò iure ſuccedunt, (alios ex latere, in hęredia, vt agnatos: alios recto tramite, in mouētia, vt parētes) diſtribui quoque immobilia onera pro modulo hæreditarij cōpendij & facultatum, quę illis, parentíque maximè, deducto ære alieno mobili, ſuperſint. Vt Molineꝰ ſubindicat in §. 252. Cenomanæ Cōſuet. Quod Senatu etiam multoties decernēte, tranſlatum fuit in Mores Pariſiorum. artic. 334. Pari argumēto, mater, Mobilium hæres filij, cui parricidæ grādis inflicta erat mulcta nummaria, hanc non luet ſolidā, quaſi debitum æs mobile, ſeu quo immobiles res liberæ ſint, criminoſiſque confiſcationum pœnis immunes, art. 142. Andeg. Conſuet. Quum enim mulctatitium illud æs ad defuncti ſalutem redemptionemque pertineat, omniūmq; indiſcriminatim hæredum interſit, exiſtimationem ipſius purgare, Singuli tenētur, pro modo emolumenti cuiuſque, hereditarium onus ſubire iſtud, velut publicationis bonorum ſuccedaneam pœnā pecuniæ, & vniuerſas defuncti res ſpectātem, nedum mobiles ipſas. Authen. Res quę Cod. commun. de legat. l. 1. §. quoties ff. De iniur. l. 3. §. vlt. D. de bon. eor. qui ante ſentēt. Alioqui enim, Iure ipſo Quiritum, æs alienum onerat defuncti patrimoniū fortunáſque vniuerſas. l. 50. §. penult. ff. De iudic. l. vlt. De vſufr. leg Quibus optimè quadrat Mos Andiū, § 268 Econuerſò necnon, pater mobilium hæres eximitur nummarij ſupplementi onere, vxoris hęredibus refundēdi, quod conſtante matrimonio ex gaza communi ſuis ille cohæredibus perſoluiſſet. Quamuis enim dimidiata pretij ſors rei hæreditariæ, coniugi reddenda ſit, nec purè mobilibus debitis adſcribatur inter virum & vxorem, (§. 297. Andeg. Conſuet. ac Deciſ. Capellæ Tholoſ. 315. Genus tamē hoc æris alieni, quo pater in filium matris hęredem obſtringeretur, quaſi mobile, confunditur paterna aditione mobilis hęreditatis filij. Atque vt mouētia ſe in bona ſucceſſor luere tenetur perſonale filij æs alienū, ſic & iſti debita, exigere ius eſt hæredi parenti: cui proinde eius quæritur liberatio, quod ipſemet viuo filio debuiſſet. l. hæres à debitore §. vlt. ff. De fideiuſſ. l. 2. §. cùm quis debitori D. de hæredit. vel act. vēd. Aliud verò de vxoria dote numaria reſpondetur, quæ cōnubiali lege deſtinata fuerit comparationi prædiorū, nec eos in vſus inſumpta. Tunc enim iſtud, velut immobile, prædiariúmque dotis debitum, probè repoſcēt materni hęredes filij à patre, quàmlibet eiuſdem in mouētia ſucceſſore. Nec enim ciuilis ratio patitur, hūc ſuę vel fraudis, vel ſegnitiæ præmium referre, ex qua pœnam mereatur: quòd dotalis Pacti fidem minimè impleuerit, nec aurum vxorium cōuerterit in fundi emptionem. Argum. l. ſiue hęreditaria ff. De negot. geſt. Atque in hunc modū Senatus pro maternis filij hęredibus contra patrem iudicauit, pręclaro Decreto. xi. Calend.

Qui in vno grauatur in alio releuari debet.

Pariſien. Cōſuet. art. 334. *Et quant ils ſuccederont les vns aux meubles, & acqueſts, les autres aux propres ou qu'ils ſoient donataires, ou legataires vniuerſelz, ils ſont tenuz entre eux cōtribuer au payement des debtes, chaſcun pour telle part & portion qu'ils en amendent.*

Graui reparatione nummaria ideo mulctantur noſtrates ex crimine capitali, vt ea vicem ſubeat cōfiſcationis immobilium, Andibus inuſitatæ, nec receptæ patrio More: præterquā in crimine læſæ Maieſtatis.

Art. 268. Andeg. Leg Ibi, *C'eſt à ſçauoir pour les conqueſts & meubles, &c. Et payeront les ſeigneurs des fiefs des debtes du deffunct pro rata chaſcun à la raiſō de ce qu'il aura eu des biens d'iceluy deffunct.*

Le Mydenier de ſoulte de partage payée aux coheritiers du mary des deniers de bourſe commune à luy & ſa femme.

Areſtum Curiæ. die. 22. Decemb 1571. à *la Prononciation generale des Arreſts de Noël ſur l'appel du Preuoſt de Paris, entre vn nommé de Vieilſmaiſons, & autres.*

Cũ Areſto Magnorum dierum Pictauẽſium die 24. Septẽb. 1579. Dulaco, & Roberto cauſidicis.

Ianuar. an. 1571. Et Senatoria Decuria in Iuridicis Pictonum conuentibus, Octauo Calend. Octobres an. 1579.

Tit. II.

COMMVNIA VTRIVSQVE IVDICII, FAMILIÆ HERCISCVNDÆ, ET COMMVNI DIVIDVNDO.

Des Partages entre coheritiers, & aultres ayãt enſemble choſes communes.

1. *Communio, mater diſcordiarum.*
2. *Eiuſdem donatarius ſimul & hæres, nemo eſſe poteſt apud Andes.*
Dotalitium, *vnà cum donatione immobilium, vxor à viro habere nequit.*
3. *Hæreditatis diuiſio tam iudiciaria, quàm* conuentionalis, *ex notabili læſione retractatur.*
Priſca multarum Regionum conſuetudine, Maior diuidit, Minor eligit.
4. *Patria abſentis integro iam ſeptennio, bona ab hæredibus diuiduntur.*
5. Prouiſionalis *diuiſio ſpontanea, etſi poſteriore* diffinitiua *tollatur, impedit tamen fructuum reſtitutionem medio tempore perceptorum.*
Pacto prohiberi diuiſio expreſſa non poteſt, tacita poteſt.
6. *Inter nobiles, partiundæ bonorum ſucceßionis forma.*
Baroniæ, *Comitatus, Subcomitatus, indiuidui Moribus variarum Regionun.*
7. *Domeſtica ſuccedendi conſuetudo, Publicæ contraria, reijcienda.*
Lex familiaris Hæreditatum, in Lavalla inclyta gente, non admiſſa.
Baronatus partem modicam tenens, dicerenè Baronem ſe, aut ſcribere valeat.
Baroniarum *partitio inter Magnates, aliquando olim facta, & recepta.*
8. *Feuda ab hæredibus diuiduntur ſecundùm eius Prouinciæ Conſuetudinem, cuius Iuriſdictioni ſubſunt, licet alienæ Prouinciæ feudo ſubiaceant.*
9. *Maiori annis licet, renunciare diuidundi formæ Moribus introductę Inter minores, contrà.*
Quibus caſibus, minor maiorem licitè prouocet ad diuiſionem rerum communium.
10. *De bonorum communium ſortitione, & diuiſione per ſortem.*
Nûm aduerſus diuiſionem ſorte factam locus ſit reſtitutioni in integrum.
11. *Nobilis patris* baſtardi *à Rege* legitimati *ſucceßio, qualiter diuidatur inter liberos legitimos, nobiliterné, an ignobiliter.*
12. *Pecuniarium ſupplemẽtum, quod vni ex hæredibus in alios adiudicatum ſit, ſolidum ne à ſingulis exigatur, an pro virili cuiuſque portione.*

13. 14. *Pre-*

13.14. *Pretium fundi à venditore redempti, ex Pacto venditioni appoſito, cenſetur mobile inter emptoris hæredes maiores annis, qui redemptionis pretium receperint.*

Aliud in minore, eiuſvè curatore, pretium redempti fundi recipiente.

Ante matrimonium empti fundi, pretium, conſtante eo, redditum communicatur inter coniuges: non autem illius fundi loco alter ſubrogatus, manente coniugio.

15. *Simplex nè, an multiplex facienda ſit bonorum hæreditariorum diuiſio, quæ in varijs ſint Municipijs.*

16. *Iunioribus portiones hæreditatis oblatas à ſeniori cohærede recuſantibus, quodnam Iudicis officium.*

Iiſdem eas acceptantibus, ſi annis minores ſint, quæ ſolennitas ſeruanda.

17. *Viduæ ſucceſsio mobilis venit ad vnum, aut plures hæredes ſecundùm Conſuetudinem domicilij, quod habuit tempore mortis, non autem ſoluti antea matrimonij deceſſu mariti.*

Reſcripto Principis nobilitatus, vbicúnque Nobilis habetur: etſi Reſcriptum vno tantùm in Municipio promulgatum ſit.

1. QVONIAM communionis materia diſcordias excitat, Andium Lege præſcripta eſt diuiſionis formula inter cohæredes, alioſvè rerum conſortes. Ob id ne ficus quidem indiuiſæ fratribus relinquendæ, ex veteri Græcorum adagio, * σῦκα μερίζειν. De quo Martialis, Lib. 5. Epigrammatum in Calliodorum.

* ficos diuidere.

Calliodorus habet cenſum, quis neſcit? equeſtrem,
Sexte, ſed & fratrem Calliodorus habet.
Quadraginta ſecat, qui dicit, σῦκα μερίζειν
Vno credis equo poſſe ſedere duos?

Nec demirãdum, B. Ambroſij verbis, iurgia inter fratres oriri propter fundum, aut domũ, quãdo vel ob tunicã inter Iacob ſancti filios exarſerit inuidia. Lib. De Ioſepho patriarcha Cap. 2. Reliqui enim filij Iacob ægrè tulêre, Ioſephũ fratrẽ tunica à patre donatũ. Geneſ. Cap. 37.

2. IMPRIMIS verò partium æqualitas, amicitiæ parens altrixque eſt inter ſocios, communiúmque rerum poſſeſſores. Pythagorica ſentẽtia, (quæ Platonic. legum Lib. 6. refertur,) & Ariſtotelica, Ethic. lib. 9. Cap. 8. Hinc ciuilibus Andium Legibus ſanctum, ne quis vnius prędia defuncti partim donatione capiat, partim hæreditate. §. 338. Secus in bonis ſocietate communibus vtrique coniugi. Nec enim mulier prohibetur, eorum diuiſionem, ſimul & donati à marito fundi traditionem petere ab ipſius hæredibus. Sola quippe donationis, & Dotalitij cumulatio improbatur, quod Græci ἀντίφερνα vocant. §. 310. Andeg. Conſuet. Ne duplex ſcilicet cauſa lucratiua odioſè confluat in eandem coniugem, prędiariáque viri bona exhauriat maximo hęredum illius detrimento. l. Meuius. §. duobus. ff. De legat. 2. l. Om-

Conſuet. art. 338. Aucun ne peut auoir don & partage d'une meſme ſucceſſiõ. Mais don de meuble, & donaire, en partage d'immeuble peuuent auoir lieu. art. 310. 338.

Doarium muliebre.

nes.ꝟ.De obligat.& actió.l.quoties.ꝟ.De ſolut..§.ſi res Inſtit. De Legat.Dotalitiú enim licet fœminis lege debeatur Municipali: quia tamé eſt loco donationis propter nuptias à viro cóferri ſolitę Iure Quiritum,propiùs accedit ad lucrum coniugale,quàm ad oneroſum, dubiæque plenum aleæ titulum,qualis bonorum ſocietas inter virum & vxorem.

Lucrum nuptiale.

At quęſtionis fuit in ſupremo Pariſiorú Tribunali,nũm hæres annui reditus capax foret,cuius ſub onere ipſi præſtandi, teſtator extero Mouétia omnia,& Quæſita dediſſet,legaſſet. Ná eius occaſione legati annui propinquus alter negotiú illi faceſſebat petitione hæreditatis,quaſi eam,accepto legato,repudiaſſet:Quũm vnus idémque legatarius ſimul& hæres eſſe nó ſinatur Moribus Gallicarum Prouinciarum.

Nos de hac quæſtione in Senatu pendẽte conſulti, ſecundũ hæredem reſpondimus: Necdum iudicio ſummo terminatã eam arbitramur.

Hæres autem ſic defendit,nil ſibi legati iure à defuncto relictum,ſed hęreditariæ cuiuſdam præceptionis,aut penſationis: ne generali in extraneum legato,quod hæreditatem exinanibat, Falcidiam detraheret,aut ſua de eo iudicia prorſus impugnaret.Ideóque teſtatorem legatario iniunxiſſe Annui pręſtationem,quaſi onus legato adiectum,vt tantò minùs hæres effuſa moriétis largitione grauaretur. Sed quia Mos regionis,vbi res ſitæ ſunt,quantocunque huic legato non refragatur,& vel quiſque legaſſit de mobilibus & acquiſitis bonis,ita ius eſt fermè perpetuum,Hæredi non licuit, Annuum ex teſtamento agnoſcere,citra nomen legatarij.Quando alioquin generale illud legatum nec reſcindere,nec minuere vllatenùs potuiſſet.

Eius rei quæ legata eſt,exemplo hæredis partem agnoſcere, partem repudiare legatarius non poteſt. Iul. Pauli Recept. Sentent.Lib.3 Tit.6. De Legatis.

Qvisqvis iudiciaria bonorum partitione læſus ſit immodicè,re- 3.
ſtituitur in integrum, perinde ac conuenta diuiſione circumſcriptus. Vt elicitur ex Cæſarea Diocletiani leg.ſi ſoror. Cod. De collat. Ver. Idem eſt, & ſi Arbitro dato,celebrata diuiſio eſt Faber ad l. Maioribꝰ Cod.commun.vtr.iud.Nec enim ius dicentis auctoritas materié præbet alterius circumueniendi, nec ſub clypeo Prætoris decipi quenquam oportet.l.vlt.Cod.De his qui ven.ętat.Proin Conſcripti Curię Pariſien.retractarút Longeuillanæ familiæ diuiſionem, quam Princeps in aulico Prætorio,diſtributis partibus,decreuerat inter Lógeuillanum, & Nemorenſem Duces cohæredes Pridie Calend. Quintiles an.1553.§.Conſulto Pariſienſi.7.Idus Septembres an. 1583.

Notabilis læſio in hæreditatis diuiſione,ſeu iudiciaria, ſeu conuentionali, cauſatur reſtitutionem in integrum aduerſus talem diuiſionẽ.

Areſtum intimi arcanique Conſilij regij die.30.Iunij. an. 1553.

Placitum Senatus Pariſien.die.7.Sept. an.1583.

Hoc quoque locum habet in herciſcúda à fratribus familia,quorum alter natu maior diuidat,minor eligat.Ponamus enim,iuniorú optionem iſtam inueterata ſparſim Cóſuetudine recipi,ex Cap.1.De Paroch. vbi Hoſtiéſis,& Ioh. Andręas, tú Gratianopolitana Vidi Papij Deciſione.289. Qualé ſeligédarum partium formulá Germanis vſitatá, tradit Mynſingerus,Centuria 4.Obſeruat.37. Saxonica necnon Lege ſancitá illá cóperimus.*Landtrecht* Lib.3.art.29.in fi. Ac Lib.1.Different. Iur.Ciuil. & Saxon.Cap.31.Haud ideo tamé cohæres, eiuſmodi diuiſione circúuentus,excluditur ſolita Pactorum retractatione,ſeu Iudiciorum. Vt Ancharano placet in Cap.1.col.3.(Verſ.in hac quæſtione) De cóſtitut. Ioh.Plateanꝰ ad l.1.Cod. De his qui ſe defer.Lib.10. Et Mynſingerus loco ſuprarelato.Quod Senatorio item Pariſiorum decreto çomprobauimus.

Sic Andium More ſcripto, inter plebeios hæredes, maior diuidit, minor eligit.art.279.Sed in Saxonia is túdemúm vſus obtinuit, cùm duæ tantùm perſonę ſunt, quæ hæreditatem diuidere velint. Ná ſi plures fuerint, tunc ſorte diuiditur hæreditas.

bauimus. §. Lib. 1. LEGVM ANDEGAVEN. Cap. 80. artic. 2. Talem vtique partitionem commendás D. Ambroſius Cuiuſmodi, infit, eſſe debet diuiſio, Patriarcha edocet. FIRMIOR DIVIDAT, INFIRMIOR ELIGAT, ne habeat quod conqueratur. Electionis enim ſuę partem nó poterit calumniari. Non reſidet occaſio reſiliendi, cui datur optio eligendi. Nec diuiſor grauatur, Nam quò eſt prudẽtior, eò cautior, vt nec diuiſione circũſcribatur, nec in electione fraudetur. De Arahamo patriarcha Lib. 1. Cap. 3.

4. SEPTENNIO abſentis bona hercīſcere ius eſt hæredibus, tanquam vita functi. Andeg. Legis §. 269. Cenomanę. 287. Hannones autem vel triennio abſentem mortuó æquiparãt, eiuſque bóna legitimi hæredes licitè partiuntur. Hannoniæ Conſuet. Tit. Gallice ſcripto, *De Conſuetud. feudorum, & quomodò in ea ſuccedatur.* §. vlt. Cameracenſi necnó Auguſtæ Samarobrinorum More, licet proximo cuique abſentis hæredi, peregrèque profecti clientis beneficiarij, patronum adire, & bona eius venia, in poſſeſſionem ire clientelaris fundi ex longinqua proprietarij abſentia: dato interim fideiuſſore, prædium abſenti, ſi domeſticos lares repetierit, vnà cũ fructibus reſtituiri. Aliàs publicè poſſidenda res, ſequeſtris Iudicio committetur. Inde etiam à clariſſimis Iurecoſſ. reſponſum eſt, abſentis pupilli tutelam pubertate finiri: In tantum, vt eius tutor matri, fratrivè abſentis bona reddere teneatur, nec ea iuſte retineat, donec de pupilli ſui obitu certior factus ſit. Baldus in Conſil. 256. Volum. 2. Et Conſil. 12. Volum. 3. Quò itidem relabitur Boërij Deciſio Burdigalen. 88. Ex argumento l. Ab hoſtibus D. ex quib. cauſ. maior. l. Hęc autem. §. 1. & 2. D. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Cùm enim diuturna abſẽtia morti ęquata ſit, (l. Mulcta In prin. ※. De condit. & demonſtr.) quidam rectè putãt, ipſius hęreditatem cernere, propiori cuiuis agnato ius eſſe. Bald. ad leg. Mater. Verſ. idẽ lógè abeſſe. ※. De condit. & demonſtrat. Neque his diſſonum eſt, quod de ſacræ Eccleſiæ emphyteuta proponitur: cuius dudú in lóginqua profecti negotiorum geſtor offerebat emphyteuticũ canonem Eccleſiæ, hęc renuebat, fundum ipſum condicens, quaſi emphyteutæ fato ſoluta emphyteuſi. Tunc enim cẽſuit Anton. Corſetus (in Repertorio ad Abb. Siculú,) æquitaté ſummam Eccleſiæ ſuffragari, vt in emphyteuticæ rei poſſeſſioné remittatur. De quo pariter Boërius in cita. Deciſ. 88. Proximè ad hæc, audi perobſcuram Fori controuerſiam, quæ à Senatu Pariſiorum nuper deciſa eſt. Gaius patrium ſolum vertit, oblitúſque ſuorum, obliuiſcendus, & illis (vt cum Flacco dicam). Nouennio pòſt, patrij Municipij Legem emẽdari iuſſit Princeps, cumq; antea fratrũ filij hęreditate patrui depellerentur à fratre defũcti, cautum fuit, illos ſimul admitti, & in ſtirpes cũ patruo ſuccedere. Tandiu ergo abſentis bonis frui incipiẽte fratre, nepos ex altero partem ſibi vindicat paterna vice ac repræſentatione, quã noua Prouinciæ Lex in vſum exeruerit. Eum igitur quùm defuncti frater hac Iuris coniectura oppugnaret, quòd perdiu abſens, qui non redierit domũ, retrò mortuus

Si tamen abſens in Patriam reuertatur, omnia eius bona cũ fructibus perceptis ſunt ipſi reſtituenda art. 269. Ideòque interea ad ſecuritatem tertij, putà debitorũ abſentis, hæres iſtius abſentis ſatisdare tenetur, antequàm illos ad ſolutionem debiti cõpellat. Nimirum ſi aliunde hęredi amplæ facultates non ſuppetant, vt abſente reuerſo & debitores inquietãte eos poſſit indemnes præſtare. Secus ſi per iudicem cognita longæ abſentiæ cauſa hæres ille pronuntietur, nec propria auctoritate bona occuparit. Tunc enim Iudicis decretum ſufficit ad plenã liberationem ſoluẽtium debitorum. Vt diximus alibi.

Tit. De ſucceſſionib. Conſuetudinis Cameracenſis omologatæ die. 18. April. an. 1574. à Ludouico *de Barlaymont* Archieſpiſcopo & Duce *de Cambray*, & Comite Cameraceſij.

Horatius ad Bullatium. Epiſt. Lib. 1.

Abſentis per ſeptẽnium, hæres poteſt priuata manu & ſinè iudice bona hæreditaria adprehendere Andeg. Conſuet. §. 269 in ver. *ſe peuuent enſaiſiner des choſes de ſa ſucceſſió.* Quia mortuus ſaiſit viuum, &c. §. 224. & 272. eiuſd. Conſuet.

à die abſentiæ cẽſeatur, replicauit ille, patrem ſuum, qui & abſentis frater extiterit, in viuis eo tempore fuiſſe, quo alter in longinqua ſeceſſerat. Vnde ſi domo egrediẽtem, ilico mortuum coniiciamus, ſequitur, eius patrem delatæ iam hæreditatis ius trãſmiſiſſe in filium: cuius ideo partẽ hæreditatis, velut patri quæſitæ, meritò ſibi arrogat filius patris hæres. Ac ita demùm pro eo CLARISS. ORDINEM iudicaſſe accepi à Pet. Verſorio primi nominis cauſidico in Senatu Pariſienſi. Cæterũ de abſentis vita, mortevè Legibus variè præsũpta, voluitur Bartoli tractatus, cum dictatis in l. 2. §. ſi dubitetur D. quemadm. teſtam. aper. In l. ſiquidem Cod. Solut. matrim. In Authent. Hodie Cod. De repud. l. Nec nos Cod. De captiu. Cum Boërij Deciſione Burdigalen. 288.

Bartol in Tract. An vita, vel mors præſumatur.

IN dubiis verò huiuſmodi negotiis, quæ longa domini abſentia parit, aliúdevè ex perplexis, & implicitis rebus hæreditariis oriũtur, prudens hæredum cautio eſt, fiduciariam bonorum inter eos diuiſionem iniri: ne rerum ſtatu nutãte, communia negligãtur. Etſi enim fiduciaria partitio, puræ alteri & abſolutæ viam non præcludat (artic. 433. Andeg. Conſuet.) Illa tamen plurimùm interim conducit ad fundorum culturam: & fructus ex tali diuiſione percepti, nouæ diuerſæ ſuperuẽtu non redduntur à priori fiduciario poſſeſſore. Argum. leg. Lucius D. famil. herciſc. Haud ſecus, ac qui petitoria cauſa ceciderit, poſſeſſoria ſuperior quũ fuiſſet nõ cogitur fructus reſtituere, quos ex Interdicto Sententia fretus collegerit, ſed eos modò, quos cœperit à die petitorij iudicij conteſtati. Vt ſcribit Aufrerius, in Deciſ. Capellæ Tholoſanæ. 494. Poſt Gloz. in Cap. ſignificauerũt In ver. recurſum, Et ibi Abb. Sicul. Cum Gloz. ad Cap. cùm ſuper, In ver. reſtituendũ, vbi idem Abb. De cauſa poſſeſſ. & propriet. His cõnſentanea eſt Boërij Deciſio 340. Etenim bona fides tãtum poſſidenti præſtat, quantũ veritas, trita Iuris Regula. Saltem quoad fructus attinet, bonæ fidei poſſeſſor habetur propemodùm loco domini. l. Bonæ fidei. ff. De acquir. rer. domin. Leg. Qui ſcit. §. in alieno. ff. De vſur. Quòd. ſi familiæ herciſcundæ Iudex media lite decernat, hunc, & illũ interea bonis ita diuiſim fruituros, locus erit fructuum reſtitutioni, quàmprimùm alter litigatorũ poſtrema Sententia plus iuſta parte vſus ac fruitus deprehendetur. Iudicia enim feruntur in inuitos, nec Iudex ſuum cuiuſquam ius imminuit: Actáque & decreta in vindiciario iudicio, non præiudicant ſummæ litis cognitioni ac diffinitioni. l. penul. ff. De his qui ſunt ſui. l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. De inoff. teſtam. Efficacior. porro eſt tacita, quàm expreſſa, nedùm fiduciaria diuiſio hęreditatis. Nam expreſſa rerum diſtributio non excludit omiſſas, quo minùs poſtea viritim cuique tradantur iudicio communi diuidundo. l. 1. Cod. famil. herciſc. l. tres fratres. ff. De Pact. Secus de tacita partitione, quã decennis bonorum poſſeſſio ſeparata induxerit. Quæcunque enim vnus hæredum ſeorſim poſſederit ſeparatímque decennio, ea nouæ diuiſioni obnoxia non eſſe, ait Iaſon, in Conſil. 127. Volum. 1. Steph. Bertrãdus in Reſpon. 344. Lib. 1. Poſt Baldum ad leg. Si maior. Cod. comm. diuid. Aſt ſi familiæ

Partage prouiſional.

Qui obtinuit in poſſeſſorio, ſi poſtea ſuccumbat in petitorio, non reddit fructus perceptos in vim poſſeſſoriæ Sententiæ.

Quæ fiunt in ſummario iudicio, non præiudicant plenario.

familiæ herciſcundæ Arbitrio receptum ſit diſertè, Iuriſdictionem hęreditariis fundi cohærētem, indiuiſim cōmuni omnium nomine excoli, tractari, vt priùs, diſparata poſterior eius adminiſtratio, decēnéq; exercitiū nil prohibet, (tametſi regionibus diſtinctū ac ſubditis), quo minùs intra tricennium ſaltem, Iuridici imperij partitio ineatur Vtut enim ſocietatis in æternum coitio nulla ſit, nec vires habeat diuiſionis rerum derogatoria Pactio. l. in hoc iudicium §. ſi conueniat D. comm. diuid. l. 70. D. pro ſoc. Hoc tamē de expreſſa intelligitur, non de tacita partium diſtributione: quæ decenni tùm diſcreta poſſeſſione induci nequit, aduerſus Pactitiam communionis rerum exceptionem ac reſeruationem. Quo proinde caſu, diſpar fit ratio taciti & expreſſi: ac tricenum vſque annum excurrit familiæ herciſcūdæ actio, de qua nominatim Iuſtinianus, leg. 1. §. nemo itaque Cod. De ann. except. Eodem conſpirat Baldi Reſponſum. 396. Volum. 1. Nûm peracta inter fratres bonorum partitione, dempta quadam Domo, eius diuiſionem poſtulare alteri liceat poſt decenne ſpatium.

Pacto, prohiberi futura Diuiſio expreſſa non poteſt, tacita poteſt.

6. TRIPLEX partitionis bonorum forma Lege præfinitur Andegauenſi. Prima inter genere claros, Altera inter plebeios familiā herciſcentes, Vltima ſubſidiaria, de re aliter pluribus cōmuni, iiſque diſcordibus, ſortis iudicio diuidunda. §. 277. 278. 279. 281. Nam & Francico More aliter ſuccedere Nobiles viros, aliter Ignobiles, teſtatur Ioh. Faber, antiquiſſimus Romani Iuris ſcholiaſtes, Ad §. Præiudiciales Verſ. Sed quid in cauſa nobilitatis Inſtit. De Actiō. Imprimis quidē nobilis primigenius hæreditatis beſſem ſibi ſumit ac deligit, cū præceptione inſignis domus eidē Moribus attributa: Reliquum verò trientē porrigit ſecundonatis. cita. artic. 277. Vnde ſola demuntur illuſtrium Dignitatū feuda iſtiuſmodi, Baronatus, Marchia, Comitatus, Subcomitatus: qualia, primi ordinis, indiuidua reſident penes ætate grandiorē. Sed is alibi minoribus dabit, quod eos cōtingit, ſi cōmodè poteſt: cæteroquin retēta iuriſdictione & feudalis beneficij dignitate, iunioribus tradet iuſtæ portionis æſtimationem. §. 215. 278. 496. Andeg Cōſuet. 230. 294. Cenomanæ. Et §. 1. Turonicę, Tit. De Baronatu. Id quod media ſparſim Gallia vſurpari ſolitū, produnt duo Patrū Cōſulta eximia, prius de Baronatu Montis-Boiſſierij Aruernorū, factum Septimo Idus Septembres an. 1571. inter Franciſcum *de Montboiſſier*, & Marcum *de Beaufort*. Poſterius de Tornadorēſi, in Senonibus, Comitatu. 3. Nonas Martias an. 1575. ſecūdùm Ludouicam Claromontanam, quæ primogeniti vices implebat, cōtra Sānecterum dynaſtam, & Comitem Fani Aniani Biturigum, qui ſecundogenitos familiæ referebāt. Vtrobíque enim Senatui placuit, tum Baroniæ, tum Comitatus partiū loco, quæ ad iuniores legibus redibāt, nobiles alios rependi, inferioris notæ fundos. Iuxta Cæſareā. Friderici. 1. Cōſtitutionem alienationis feudi prohibitoriā. §. præterea. 2. In Feud. Cui rectè concinit Alberti Krantzij in Vādalia dictū (Lib. 8. Cap. 11.) de Vvittēburgi Comitatu, parte Comitatus Zvverinenſis membratim diſſecti inter plures filios, cohæredes.

A l'aiſné noble appartient le Preciput, auec les deux tiers des immeubles hereditaires.

Indiuidua hæc Baroniæ, Comitatus, aliaque id genus feuda inſigniora edocuimus Lib. 2. Parit Morum Tit. 5. art. 15. Et ſupra Lib. 1. Cap. 46. art. 5. ac Cap. 49. art. 1.

Duo Senatus Pariſ: Areſta. in maiori Camera Curiæ. Alterū Die. 7 Septembr. an. 1571. de Baronia *de Montboiſſier en Auuergne, entre François de Montboiſſier, & Marc dict de Beaufort*. Alterū die 5. Mart. an 1575. *touchant la Comté de Tonnerre, au Baillage de Sens, entre Loyſe de Clermont Ducheſſe d'Vzez, & le ſieur de S. Nectaire, & le Baron de S. Aignan, en Berry.*

SI inquit, PRINCIPATVS PER GERMANIAM INDIVISI MANERENT, LONGE FORMIDABILIOR ESSET VIRTVS EIVS, QVAM SIT MODÒ CVM SIT MVLTIS PARTIBVS DIMEMBRATA. NON SIC FRANCIA, QVÆ SEMPER STVDET VNICO PER OMNE REGNVM PRINCIPATVI: VNDE FIT, VT CREBRIORIBVS VICTORIIS ILLVSTRETVR, MINVS CIVILIBVS BELLIS LACERETVR.. Ac Germanica quidem hodie Ducatus feuda, Marchionatus, Principatus, diducũtur in partes iudicio familiæ herciſcundę. Quod Andræas Knichenus in literas redegit, Saxonum Ducis Erneſti Cancellarius. Nec diſpari Italorum Ritu pręrogatas feudorum Dignitates (Regalibus demptis) partiuntur hæredes inuicẽ arbitrio diuidũdæ hæreditatis. Vt notat. Speculat. in Tit. De feud. Alexander, Iuris reſponſo.30. Volum.6. Langobardis præſertim hoc in more poſitum, refert Andr. Yſernias ad Cap. omnes filij Tit. Si de feud. fuer. controuer. int. domin. & agnat. Item in cita. §. præterea Ducatus De prohib. feudi alienat. per Frider. Etſi autem Imperatoriæ Legis huiuſce verbis non exprimatur Baronatus, cum tamen ipſius mente comprehendi, docuit vſus Gallicus Legum fidus interpres. quinimò Baronis olim nomen maioribus quibúſque aptabatur Regni Proceribus, ac Regi ſecundis. Nam Otto Friſingenſis in Baronum Italiæ numerum retulit Vilhelmum Marchionem Montisferrati. Lib. 2. Friderici, Cap 12. In Scotia verò, Barones, regij purè clientes appellantur. Teſtante Boëthio, Regnum illud in partes, quas Baronias vocant, diuiſum fuiſſe à Principe, & cunctas opes, agróſque Regios ſingulis, meritorum delectu habito, diſtributos. Scoticæ Hiſt. Lib. 11.

Cap. 5. Commentar. De Electorum & Ducum Saxoniæ Iure & priuilegio litis prouocatoriæ neſcio, &c Sed Bulla Sigiſmundi Cæſ. poſt paternã Caroli. 4. Imp. Bullam auream Electoria Germaniæ dignitas ſoli competit primogenito, ſi 18. annum attigerit: Adminiſtratio verò Ducatuum, Principatuum, & poſſeſſionũ proximiori agnato demandatur.

Baronię Francis indiuiduæ.

Scoticę Baroniæ.

Lex familiaris circa ſucceſſiones bonorum reiecta Areſto Curiæ Pariſien. Die. 7. Septemb. an. 1571. Faber verò domeſticam hanc valere ait conſuetudinem, Ne quis de patrimonialibus bonis ſuis teſtari poſſit. In Procem Inſtitut. Ad verb. Iuſtinianus.

SED obiter expendito, Baronatum hæreditariis partibus inſecabilem eſſe, haud priuata quidem ac domeſtica Familiæ conſuetudine, 7
quam Senatus diſertè exploſit Areſto *de Montboiſſier* ſcitato, verùm ampliſſimæ Ditionis eminentia, cuius ergô, primigenius nomẽ, Inſigniáque gentilitia ſolus pręferebat. Aliàs enim priuatõrum non eſt, peculiarem ſibi ſuæque familiæ legem Hæreditatum dictare, quę communi aduerſetur. Ioh. Andr. in Cap. vlt. De Appellat. In 6. Bald. in l. Ne quicquam. §. vlt. ff. De offic. proconſ. Et in l. Ex duobus. §. vlt. ff. De vulg. & pupill. Alexand. in l. 1. D. quod quiſque iur. Tiraquell. in Tract. Primigeniorum Quæſt. 16. Ita nuper improbata eſt CONSCRIPTIS CVRIÆ Lex familiaris Lauallæ gentis inclytæ, quam Lauallus Comes illuſtribus ſtirpis ſuæ fœminis, earúmque poſteris mordicùs opponebat. Is bino certè nitebatur Maiorum ſuorum in Lauallas mulieres Pacto dotali an. 1404. & 1424. prioris etiam auctore Principe, ac Senatu. 18. Cal. Februar. an. 1405. Ex quibus domeſticum Morẽ colligebat Lauallus, fœmineæ prolis excluſorium Hæreditaria bonorum parte quãtulacúnque. Sed quùm talibus Pactis ageretur de Heroico duntaxat Laualloru nomine & Inſignibus perpetuò retinẽdis à fœmineo hęrede, qui, Lauallis maribus extinctis, ſuccederet in omnes Familiæ opes, ſummouêre PATRES C. Lalauallum Regulum ſupplci libello

Guido. 12. Lauallus, filio orbus cauit matrimonio Annæ filiæ cum Iano Montisfortis Comite, Lauallum nomen & arma plena à genero & poſteris Lauallis Comitibus ferri debere. Quod ex Diplomate Senatui probatum eſt, die. 15. Ianuar 1405. Idémque pactum an. 1424. cum Ludou. Borbonio Vindocini Comite ſpõſo Ianæ Lauallæ, de ſecundo horum filio, deficientibus Lauallis maſculis.

bello porrecto aduerſus Decretum Curiæ pari de controuerſia latum ann. 1565. & hæredem, cum eo, Lauallæ gentis, pronuntiarunt Franciſcum Rupis Guidonis Comitẽ, materno Lauallæ heroïdis iure. S. Conſulto Pariſienſi, 3. Iduum Maiarum an. 1600. poſt litem à Dn. Scarone collegis Senatoribus diligenter expoſitam, inter Antonium *de Silly* tutorem Comitis *de la Rocheguyon*, & Annam *d'Alegre*, matrem Comitis Lavalli tutricem. Sed demus, mortui Toparchæ hæreditatem totam vnico Baronatu conſtare: Et hoc caſu expeditum eſt, *Baroniæ* partem iunioribus quibuſque diuiſim attribuendam, artic. 278. Andeg. Conſuet. Ecquid tùm de honorario Baronis nomine ac titulo, an cum *Baroniæ* portiuncula, communicabitur minoribus natu? Iſtis ſanè reluctatur ciuica Lex Andium (§. 215.) quæ *Baroniæ* participibus ſecũdogenitis abnegat inſignes eius titulos, iura, ac prærogatiuas. Eámque in ſententiam flectitur Baldus, Conſil. 275. Lib. 2. Albericus in Indice, Ver. feudum Et Ioh. Plateanus ad l. 2. col. vlt. Verſ. item ibi aliquid Cod. Vt dignit. ordo ſeruet. Lib. 12. Contrarium tamen, Lutetiani Senatus iudicio deciſum, ait Tiraquellus, in 52. Quæſt. Iuris Primigeniorum. Ex Feudiſticæ Legis Tit. Quis dicat. Dux, Marchio, vel Comes. §. 1. Vbi *Capitaneus* vocatur, qui de Plebe, vel Plebis parte aliqua à Principe veſtitus ſit. Ruſûs qua in familia herciſcunda nihil reperiatur, præter vnicam Baronatus ditionem, primigenio fas erit, Oppidum, Baronatus caput retinere, ſecundonatis, in id iuris ſui æſtimatione penſitata. Baroni quippe neceſſarium eſt Oppidum mœnibus cinctum. §. 47. Andeg. Leg. Eius autem Oppidi partium in minores natu penſatio Agraria, nummariáve ſeniori permittitur, vicina noſtræ, Turonum Lege ciuica, § 295. & Iuliodunenſi, cap. 28. art. 3. Nonnunquam certè in ſplendidiori Magnarum fortuna, dantur iuniori Baronatus partes, appendiceſvè eximiæ: ſed ab eius capite Baronatus, Arce & Oppido longè diſtantes. Vt putà Ianus Crao, Ludouicum. 1. Andegauiæ Ducem, patronum profeſſus fuit ex Caſtellaria Dynaſtia *de Champtoce & Ingrande partie de la Baronnie de* Craon. Tabularum verbis de eo conceptarum, Sexto Kal. Mart. ann. 1409. Quæ in Chartario regiæ Domus Andeg. deſcriptæ inueniuntur. Quo deinde Repertorio liquet, Andegauiæ Principem Renatum munifica Champtocei caſtri & acceſſionum donatione coniugem affeciſſe Yſabellam Lotharingam. Decimo Kal. Nou. an. 1442. Interim verò Franciſcus. 1. Armoricarum Dux, prænobiles hoſcè fundos aliorum permutatione recepit ab Ægidio Radeſiarum Barone: Nec ita diu pòſt, de iis cùm Renato Andium Regulo pepigit Britonum Dux Petrus, ſaluo penes Andegauum maiori ipſorũ imperio ac dominatu, Authenticis literis. 6. Iduum Octob. an. 1450. Inde Franciſcus 2. citerioris Britanniæ Regulus fidem ſuam deuinxit Andegauo Principi ex Caſtellariis prædiis *de Champtoce & Ingrande*. Obſignatis tabellis 3. Kal. Apriles ann. 1469. Vnde poſtremò Franciſci nothus Armoricus, patriis in Comitiis ornatus eſt eiuſmodi nobilibus latifundiis ann. 1483. Quæ ab huius etiamdùm po-

Areſtum Curiæ die 13. Mai: an. 1600. cõfirmans alterum latũ die 9. April. 1565. eiq; ſubſequẽs die 10. Iul. 1567. *de partages en la maiſon de Laual ſelon la Couſtume du Maine, & autres publiques.*

Nũm Baroniæ particulam tenens iunior frater, rectè Baro ſalutetur.

Similiter Baroniæ iura & prerogatiuę ſingulæ multo pluris, quàm aliorum Feudorum, æſtimantur *en aſſiete de Rente*, art. 496. Andeg. Conſuet.

Repertorium Alberici de Roſate.

Imperialis, vel Regia Capitaneorum inueſtitura.

Lodunenſ. Conſuet.

Ioh. *de Craon*, eques. Dn. *de la Suze, Champtoce, & Ingrande.*

Adueu rendu die 24. Feb. an. 1409.

Die 23. Octob. anni 1442.

Permutatio cum Barone *de Rayz, des terres de Champtoce & Ingrãde, auec les Seigneuries de Prinſſe, de Bourgneuf, vne rente ſur la ſeigneurie de Machecoul, & vne partie de l'Iſle de Bouign.*

Tranſactio cum Duce Andium, die 10. Octob. an. 1450.

Ex Inuentario Chartarum Britanniæ, repertarum in Camerà Theſauri *eſtant en la Tournelle du Chaſteau de Nantes.*

Homagium Ducis Britanniæ, *pour Champtoce & Ingrande* Die 30. Mart. 1469.

ſteris liberè pacatéque tenentur. Vt Nannetenſi Britanniæ Armario perſpicitur.

Cuius etiam præceſſor Dux, Tractatu Pacis Nannetenſi die 21. Iulij ann. 1448. has promiſerat Ditiones Iano & Nicolæ de Britãnia, ni ſuo Pentebriæ Comitatu liberè fruerentur.

INTER hæc, obſeruandum, *Baroniæ* ſeruientia beneficia, quæ alio 8.
in Municipio iaceant, huius propria Municipij lege regi, non qua *Baroniæ* ſolum ipſum, & Prouincia vti ſolent: tametſi illa feudi iure, Baronatui, Prouinciæque, vbi ſitus eſt, reſpondeant. Verbi gratia, Moribus Bleſenſium mas fœminam excludit tranſuerſaria feudorum ſucceſſione: ideóque Ianus Turris Landricæ dynaſta euicit à Pet. Daumontio hæreditarium Baronatum Vici Angeris amnis, qui in Bleſenſi regione conſtitutus erat. Aſt ibidem de inferioribus ſimul *Baroniæ* feudis coortũ eſt inter eos diſſidium, quòd feuda ea, non Bleſis quidem, vt *Baroniæ* caput, ſed Biturigibus, confini Baronatus ſolo cótineantur. Biturici autem Legibus Territorij, mas fœminæ non præfertur in hæreditate, quæ tráſuerſo gradu propinquis obuenerit. Vnde cardo controuerſiæ in eo verſatur, nûm ſeruientia prædia dominantis Legi ſubſint Prouinciali, an alterius Iuri Prouinciæ, cuius ſuperiori Iuriſdictioni pareant. Tandem S.C. Pariſien. maſculus agnatus ſuccubuit, feudáque ab eo herciſci debere cum fœmineo hærede, pronuntiatum. 14. Kal. Sextiles an. 1533. Cui Decreto ſuccinunt à Nobis prædicta, Iuriſdictionem potiùs, quàm feudum, in quæſtione Legum Municipalium, attendi oportere. ſ. Lib. 2. Tit. De feudar. nobil. vir. ſucceſſ. art. 8. Ac de prima quidem diuidundæ hæreditatis formula hactenùs, quæ genere claris hæredibus More noſtro inoleuit.

Barõnie de la Rue d'Yndre, en Bleſois, & proche du pays de Berry, auquel y a pluſieurs fiefs ſeruans dependans de lad. Baronnie. Laquelle Baronnie, & Rue d'yndre eſt aſſiſe aux faulxbourgs de la ville de Chaſteauroux, en Berry, & ha ſa Couſtume locale eſcrite au Coutumier general de Blois.

Decretũ Curiæ Pariſien. die 19. Iulii ann. 1533. *entre les Sieurs de la Tourlandry, & Daumont.*

AD ignobiles tranſeo, quibus aliam familiæ herciſcundæ rationem 9.
præſtituit Lex Andium, ſeniori patrimonij diuiſionem, iuniori optionem. Quòd ſi aliter cohæredes bona inuicem partiti ſint, omiſſo illo *Statutariæ* optionis flexu ac circuitu, Rogo, valetnè, quod geſtum eſt? Liberum vtique fuit ætate prouecto, à Iuris ſolennibus pro eo priuatim introductis diſcedere, eíque renunciare. l. paciſci contra edictum Ædilium curulium omnimodò licet. ff. De Pact. In minore annis, non ita, qui eo ipſo captus dicitur, quòd optionis beneficio vſus non ſit, Moribus eidem irrogato. l. Et ſi ſine dolo, Ibi, vel in optionis legato. ff. De minor. 25. ann. Imò nec rata eſt hæreditatis diuiſio cum minore annis, niſi per Iudicem ſolenni ritu corpora hæreditaria pretiis adſcribantur. Nam legitimè habita ſingulorum æſtimatione, nil aut parum ſupereſt infirmę ętati, quo circumſcriptam ſe meritò quiritetur. Et hęc commentanti mihi occurrit priſca illa Romanorum hæredum conſuetudo, qui aliter rei cuiuſque hæreditariæ domini fieri non poterát, quàm ſi non modò æſtimaſſent, verùm & emiſſent familiam, ĩ. hæreditatem à teſtatore. Huiuſmodi enim familiæ emptor fictitius talia verba proloquebatur, æs & rem promercalem tenens. EGO HANC REM EX IVRE QVIRITVM MEAM ESSE AIO, EMPTAM MIHI HOC ÆRE, ÆNEAQVE LIBRA. Quem ſuperſtitioſum morem recenſet M. Tullius in Topicis, & Lib. 2. De Legib. Eum verò Plutarchus, vt nugatorium, deridet Libello De ſera Numinis vindicta, in

Le droict de choiſie appartenant aux puiſnez roturiers d'Anjou, fors aux fiefs tombez en tierce foy. De quorũ feudorum inter hæredes ignobiles diuiſione diximus ſuprà lib. 2. Parte 3.

Priſee de biens partageables.

Familiæ emptor, infrà hæres.

ℓta, in hanc ſententiam.* Ῥωμαῖοι δ᾽ ἐὰν διαθήκας γράφωσιν, ἑτέρους μὲν ἀπολείπουσι κληρονόμους, ἕτεροι δὲ πωλοῦσι τὰς οὐσίας· ὃ δοκεῖ παράλογον. Quare, vt ad inſtitutum redeam, irrita planè eſt cum minore annis contracta bonorum diuiſio: niſi prouocante eum maiore natu, communia illa, Iudiciorum auſpiciis diuidantur. l. Inter omnes Cod. De præd. min. l. Magis puto §. vlt. l. ſi pupillorum. ff. De reb. cor. Alexander tamen exiſtimat, adoleſcentulo, opum partitionem vrgere, ſi expedierit ipſi, licere, ſeu offendiculi metu, aliavè probabili de cauſa. Reſpon. 7. Volum. 5. ſecundùm Cyni & Baldi notata, ad leg. 1. Cod. ſi aduerſ. tranſact. Bald. in l. 1. ff. De reb. cor. Ex ſententia Leg. Titia. ff. De iur. dot. l. ſi conuenerit D. pro ſoc. Veneta pariter Conſtitutione, libera fit tùm cuiuis infra iuſtam ætatem, maiorũ prouocatio ad res ſine Iudice diuidundas, quùm earum antea dominus ſuprêmis tabulis illi permiſerit diuiſionem poſtulare. Statutor. Lib. 3. cap. 7.

* Romani ſi quandò teſtamenta ſcribant, alios quidem relinquunt hæredes, alij vendunt ſua bona. Quod videtur abſurdum & ineptum.

Statuta Veneta.

10. Tertio genere pluribus communia ſic partiri licet ſigillatim, vt quùm de ſua cuique parte non cõuenerit, adeatur Iudex, & apud eum controuerſæ portiones ſorte dirimantur §. 281. Andeg. Leg. Cui non malè adplicatur lex Caij I. C. Si quæ ſunt cautiones D. famil. herciſc. Cùm l. 2. Cod. Quan. & quib. quar. pars debet. Lib. 10. Talem partium ſortitionem obſeruauit Moſaïca ſanctio, vt ſors terram Tribubus diuiderat ac Familiis, & quicquid ſorte contingeret, id tributim vltrò acciperetur. Numeror. Cap. 16. 33. & ſeq. Deuteronom. Cap. 1. & 31. Paralipom. Cap. 24. Ethnicos, ad hæc, ſorti diuiſionem commiſiſſe, teſtatur Pauſanias in Arcadicis, Arcadem nempè principem inter filios ſorte diuiſiſſe Imperium, & Aphidanti Tegeam ſorte obtigiſſe. Ex qua, veteres pariter Κληρονομίαν dixêre ἀπὸ τοῦ κλήρου, ĩ. à ſorte, quia ſortitò hæreditas diuideretur. Haud abſimiliter Plutarchus in Eumene tradit, Alexandri Mag. ſucceſſores Prouincias Regnáque eiuſdem ſorte diſpertitos. Facit autem dubia incertáque ſortitionis alea & exitus, vt ne minori quidem annis ſubueniatur aduerſus ſorte initam partium diſtributionem. Sicuti expreſſim Baldo viſum eſt, in l. 7. §. vlt. ff. De minor. Euentus quippe damni reſtitutionem non indulget, ſed inconſulta facilitas: & ſi minor fato, non aſtu humano captus proponatur, ceſſat integri reſtitutio. Vt Pomponium ſcripſiſſe, refert Vlpianus l. 11. §. ſciendum eſt D. de minor. 25. ann. l. De fideicommiſſo Cod. De Tranſact. Nec inſuper cenſetur circumuentus aliquis infra legitimam ætatem, qui Iure communi Prouinciç vtatur, eam ſortis formulam inducente. l. vlt. Et ibi Bald. Cod. De in integ. reſtitut. minor. Pari modo, rebus ſorte adiudicatis, nefas eſt, ſuperiorem Iudicem appellare: quia iudicium ſortis, dicitur Fortunæ iudicium, cuius dux eſt Devs. Bald. ad l. vlt. Cod. commun. De legat. Iaſ. in l. Huiuſmodi. §. vlt. ff. De legat. 1. Itaque Præfectus Vrbi Pariſien. cohæredem quandam ſummouit petita ex Reſcripto ſortitionis eiuſmodi reſciſſione: qua magnoperè ſe læſum expoſtularat. Sententia Kalend. Decemb. ann. 1581. dicta ſecundùm N. Paiotum, Lutetianæ Curiæ apparitorem, contra

Partage faiſt au ſort.

An prætextu læſionis, minoriſve ætatis retractanda ſit bonorũ diuiſio ſorte facta.

Sententia Præpoſiti Pariſien. die 1. Dec. aut circiter eiũ Diem an. 1581.

Ianum Iourneum in Senatu cauſidicum, qui ſorores cohæredes matrimonio habebant. Sed victo, in Curiam Max. prouocante, iamiam pro altero dicere paratus eram, niſi fratres inuicem amicè litem compoſuiſſent. Si tamen grande damnum cohæredis ac intolerabile verſetur in ea ſortitione partium, integri reſtitutioni locum fore, putat Baldus ad l. Maioribus Cod. commun. vtriuſque iudic. Phil. Corneus in Conſil. 143. Lib. 4. & Tiraquellus in Tract. De Iure Primigen. Quæſt. 17.

Baſtardi legitimati hæredes filii æqualiter diuidunt paternã hæreditatem: niſi ille nobilis patris baſtardus fuiſſet, & expreſſa patris nobilitate legitimatus.

11. CVM familiæ herciſcundæ alia ratio ſit nobilium, alia plebeiorum hæredum, videamus, nobiliter necne partiunda ſit à liberis nothi hæreditas, quem generoſo patre ortum Princeps in legitimorũ ordinem adſciuerit. Æqualem ſanè, tãquam ignobilium, diuiſionem adſtruunt non leuia Iuris argumenta. Primum ex noſtrate Andium Ritu, ſpuriorum filios viritim parentum hæreditatem (quæ ſolo quæſtu, non patrimoniis cõſtat) ignobiliterque herciſcere. §. 344. Qualis ſuperuacanea foret otioſaque Conſtitutio, niſi de illuſtrium hominum nothis vere ſenſiſſet: Quùm plebeij omnes ex æquis bona à defũcto acquiſita partiantur. Artic. 255. Andeg. Conſuet. Notho autem à Rege natalibus reſtituto, non ſequitur, naturalis patris nobilitatem in eum fuiſſe tranſmiſſam: niſi & Regiis iiſdem Codicillis nobilium Inſignia fuerit aſſecutus. Iudicio Baldi ad Cap. Per tuas Verſ. quæro in honoribus De maiorit. & obed. Alexãd. in l. ex facto. § ſi quis rogatus D. Ad S. C. Trebel. Steph. Bertrandus in ſuo Iuris Reſponſo. 169. Lib. 2. Per hunc modum Veneti nothos publicum in conſilium non admittunt, tametſi iura legitimorum adeptos. Vt Fulgoſius memorat, Reſponſo. 62. col. 2. Verſ. hócque euidentius. Sed quia legitimi facti legitimè natis æquantur, probabilior viſa eſt multis opinio nobilis viri naturalem filium reſtitui vt natalibus, ſic natalitiæ patris nobilitati: Quando alterum alteri nexum ſit inſolubili vinculo, & monſtri cuiuſdam ſimile, partim legitimum, partim illegitimum patris filium quemquam nuncupari. Vt vult Paul. Pariſius, Conſil. 58. Lib. 4. Et Bonus Curtil. in Tract Nobilit. Parte. 4. Poſt Baldum in Conſil. 146. Lib. 1. Verùm hæc ita demùm procedere arbitror, ſi generoſa ſplendidáque patris naturalis conditio nominatim inſeratur Principali Reſcripto natalibus reſtitutorio. Iſthûc enim geminum Principis beneficium coit, *Legitimationis*, & Nobilitatis: quod eò difficilius impetratum iri coniicimus, niſi paterna impetrantis ſtemmata Regi innotuiſſe liquido patefiat. Quò etiam procliuior eſt Neapolitana Matthei Deciſio. 195.

Art. 344. *Les enfans des baſtards nays en loyal mariage, viennent à ſucceſſion de pere & de mere: & ſe depart telle ſucceſſion roturierement entre leſd. enfans, par teſte.*

Sequenti autem matrimonio legitimatus filius nobilis viri, fit etiam nobilis ipſo iure indubitanter, ac per omnia legitimo nato æquiparatur. Bald. in §. Naturales. Si de feud. fuer controuer. int. dom. & agnat. Et Tiraquell. in Tract. De Nobilit. cap. 15.

12. HÆREDITATIS diuiſio à Iudice reſciſſa eſt, vno ex tribus cohæredibus poſtulante: niſi mallent alij, bina aureorum numûm milia auctarij vice erogare petitori. Hinc, nummario electo ſupplemento, cohæres victor pignerandas curauit res alterius ex damnatis, quòd iudicatum non feciſſet, nec ſolidam condicti æris ſummam ſibi exoluiſſet. Alterius enim correi debendi inopia creditorem excludebat, di-

ſtracta

ſtracta ab eo parte hæreditaria ante ſuſceptum de reuocanda diuiſione iudicium. Cuius verò pignora capta ſunt, is dimidium æris iudicati offert pigneranti, nihilque præterea ei debere ſe contendit. Nam Paulus I.C. reſpondit, eos, qui vna Sententia in vnam quantitatem condemnati ſint, pro virili portione ex cauſa iudicati côueniri: Et ſi ex Sententia aduerſus tres dicta, Gaius portionem ſibi competentem ſoluerit, ex perſona cæterorum Sententiam in eum minimè exequendã. l. 43. ff. De re iudic. l. 1. & 2. Cod. ſi plures vna ſenten. condem. E diuerſò autem diſſeruit pignerator, iuſtæ ſuæ partis hæreditariæ pretium, quod ſibi adiici Magiſtratus iuſſerit, in ea conditione habendum eſſe, qua rem ipſam hæreditariam, cuius in locum ſucceſſerit, & hæreditarium ipſum quodammodò factum. l. 22. ff. De petit. hæred. l. 21. D. de hæred. vel act. vend. Atqui res corpuſve hæreditarium, quod pro ſua cuique parte cohæredi obtigerit, eſt indiuiduum, nec vlteriùs quàm ſemel familiam herciſcere licet, eiuſvè herciſcundæ Sententiam ad effectum perducere. l. ſi filia. §. familiæ D. famil. herciſc. Et Iul. Pauli Receptar. Lib. 1. Cap. 18. Quòd ſi vniuerſum ipſi portionis ſuæ pretium non tradatur ſimul ac ſemel, idem potis eſt, ſubinde cohæredes prouocare ad nouam bonorum diuiſionem, indéque ſolidum quoddam hæreditatis corpus pro ſuo iure obtinere. Imò nec cohæredis multùm intereſt, totum ab eo vno pretium exigi, quod alter cum ipſo pendere damnatus ſit. Quiſquis enim à correo damnato emerit hęreditariam eius partem, in hunc datur ſoluenti cohæredi regreſſus ex hypothecaria Formula, cuius nomine cohæres aliis correi creditoribus antefertur. Nam vt antiquior, ita ſuperior cauſa eſt cohæredum, qui & ſibi inuicem præſtent euictionis periculum, & ſuas hæreditatis partes, quæ ſingulis diuiſione obuenerint, pignoris vinculo quodam obſtringant mutuæ cohæredum indemnitati. Quemadmodùm etiã permutatis vtrinque fundis lege prouiſum eſt, an tepenul. Cod. commun. vtriuſque iudic. l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. De legat. 2. l. Hæredes. §. idem iuris. §. ſi vnus verſ. Et omninò quæ pro parte expediri non poſſunt, ſi vnus cogente neceſſitate fecerit, familiæ herciſcundæ iudicio locus eſt, D. famil. herciſc. Quare opinor, ſolidam cohæredi exactionem pecuniarij ſupplementi (de quo ſuprà) competere in vnum ex aliis: Salua ei, qui totum ſuppleuerit, in correos ſubſidiaria, vel in aliarum partium emptores hypothecaria actione.

Supplement de partage ſolidairement exigeable, ſaltem in vim hypothecæ ex Iudicato quæſitæ, iuxta Franciscum Edictum Molinenſe, anni 1566. art. 53.

Les coheritiers garens du partage les vns des autres.

13. PROCVLA impubes vita deceſſit, relictis matre, & patruo hæredibus. Illa quidem in res mobiles ſucceſſit, vſúmque ac fructum prædiorum filiæ: Hic in proprietatem rerum ſoli, pro Moribus Andium. §. 268. & 270. Sed inter eiuſmodi hæredes diſputatum fuit, an pretium nouiſſimè redempti fundi, quem pater puellę mercatus fuerat ſub pacto redhibitorio, filiáque pro ſocio Arbitrio cum matre ſortita fuerat, matri cederet perpetuò, tanquam mobile: an quaſi immobile, patruo, iure dominij, manente penes illam vſufructu. Matris vtique cauſam adiuuat Pauli Lex. 2. §. id quoque ff. De collat. bonor. Vbi reſolutio

Si les deniers du remeré de la terre de la fille decedee appartiendront à ſa mere comme ſon heritiere mobiliere, ou à ſon oncle paternel heritier des immeubles.

Pacti retrorſum agitur ad diem ipſius Conuentionis : Ideóque pretium, quod, tali contractu ſoluto, reſtituitur, in bonis eſſe cenſetur defuncti emptoris, à tempore vſque celebrati huiuſce contractus. Vti diſertè ſenſerunt Cyn. Alber. Bald. & Phil. Decius ad l. Ea demùm Cod. De collat. Boërius in Conſil. incipiente, *Iacquelina du Molin*, quod ſubtexuit in calce Tractatus Dyni De regul. Iur. In. 6. Haud aliter Tiraquellus, emptione inita ſub lege redimendi, putat expectandum redemptionis euentum, vel temporis lapſum, intra quod redimi prædia conuenerit: Vt hæredi necne Mouentium, an Immobilium addicendus ſit ager, eiuſvè redhibiti pretium, certò dignoſcatur. Lib. De Retractu *lineari*. Ad finem Tit. Num. 18. Iuxta quæ etiam, Senatus nobili primigenio ſoli adiudicauit pretium iſtiuſmodi, velut mobile, mobilium ex aſſe hæredi, apud Cenomanos. Decreto in ſecunda Patrum Conſcriptorum Decuria Kal. Martiis an. 1586. pro Ambroſio *de la Iaille* tutore Ludouici *de Megaudais*, aduerſus Triſtannum Cornillau, qui à Lauallo, Cenomani agri, Iudice in Curiam prouocarat. Alemano ſenatore litem collegis ſuis enucleante. Aſt econtrariò, patruus allegabit, mortis diem defunctæ, cuius hæreditas controuertitur, intuendum. §. ita demùm tamen Inſtitut. De hæredit. quæ ab inteſt. defer. Atqui moriens filia prædium poſſidebat, non eius pretium, illúd que hæreditarium ex patre tranſmiſit ad ſucceſſores patrimoniorum. Etſi igitur fundus poſtea hæredi auferatur, tradita pretij ſorte: hæc nihilominùs fundi vices ſubit, eademque in cauſa habetur. Sicuti de prædio legato reſponſum eſt, quod ſi poſt teſtatoris obitum euincatur Reſcripto integri reſtitutorio, tunc illius pretium, quod reſtitutus tenetur refundere, ſufficitur in prædij vicem, & legatario debetur. l. qui ſolidum. §. 1. ff. De legat. 2. l. 28. §. Attia. ff. De condit. & demonſtrat. Nec ad rem pertinet Senatus Præiudicium ſuprà citatum, quod de hæreditate ſtatuit Maiorum annis, non verò minorum, de quibus iſthîc diſceptatur.

Primogenito nobili apud Andes, tãquam ſoli mobilium hæredi, competit pretium nemoris grandiumq; arborum à patre venditarum, licet nondũ ſolo exciſarum tempore obitus paterni, nec elapſo die pretij ſolutioni condicto. Ex Ioh Galli Quæſt. 1. in Areſt. Parlam. Et l. Quod ſi neque. ff. De peric. & comm. rei vend. In Verb. Videri autem traditas trabes. quas emptor ſignaſſet.

Areſtũ in 2. Camera Inqueſtarum Curiæ die 1. Mart. ann. 1586.

IN ſumma, exiſtimo, cauſæ finitionem ab hac diſtinctione pen- 14
dere. Aut viua puella, venditor fundum repetiit, aut ea iam humanis excmpta. Si viua quidem, fundi pretium æſque pupillare denuò collocandum fuit in rei prædiariæ emptionem, vti ex redemptione prædij redactum fuerat. Perpetuo S.C. Pariſienſi Nonis Februar. ann. 1539. Alioquin vel pretium ipſum, immobilis fundi inſtar, tranſit ad immobilium ſucceſſores. Vt innuit Mos Andium. §. 91. Ibi, *iceux deniers appartiendront aux mineurs pour telle portion, qu'ils ſont heritiers du treſpaſſé.* Quæ Legis verba nos ſubmonent, nummos ex redemptione pupillaris fundi ſuſceptos immobilibus adſcribi. Aliàs enim talis pecunia minimè portionibus diuideretur hæredes inter ipſos, ſed tota, quaſi mobilis, ad vnum primigenium nobilem Moribus rediret, ex §. 235. Andegau. Conſuet. Illa autem Andium Conſtitutio. (91.) nobilibus ſolis adplicatur, nobiliſque alterius parentis Cuſtodiæ obnoxiis. Quippe quùm eximia hæc impuberum Cuſtodia ceſſet inter plebeij ordinis

Generale Areſtũ Parlamenti in verificando Edicto *du Rachapt des Rentes d'Egliſes*. Die 5. Febr. an. 1539.

In hanc ſententiam vide à Nobis dictata plenius, lib. 1. Pariſ. Mor. Tit. 1. art. 24.

viros.

viros. §. 88. patriæ Conſuet. Cæterùm ſi emptitius ager in hæreditate filiæ extiterit, cùm morietur, cúmque ab hæredibus venditor condicat ex Pacto venditioni adhibito, túc ad matrem ſpectabit eiuſce pretium fundi, velut purè mobile, non ad patruum in hæredia ſola ſucceſſorem. Pluſcula de eo voluere eſt §. Lib. 2. Parte. 1. Tit. De iure *Deportus*, art. vlt. Coniugum itidem ſuperſtiti Moribus tribuitur pretij ſemis fundorum ab alterutrò, necdum coniuge, emptorum ſub Pacto redhibitorio. Quod quidem pretium reſtituerit intra diem conuentum alienator, dirempto iam illorum matrimonio. §. 291. 292. Andeg. Conſuet. qui talem pretij ſortem, ceù mobilem prorſus, ſtatuunt viro & vxori promiſcuè communicandam. Aſt ſi diſtractum illud prædium redimatur ſubrogata alia re prædiaria, non pecuniaria: Tunc ſubrogatum, commutationéque receptum ab altero coniuge, alteri nihilò magis in commune refertur, quàm quod priùs comparatum fuerat ante contractas inter eos nuptias. §. 273. patriæ Legis.

Art. 88. Andeg. Leg. Ibi, *Et n'y eſchet aucun bail entre gens roturiers.*

Ab euētu redemptiuæ fundi venditi facultatis Contractui appoſitæ, iudicatur mobile rei pretium emptori reſtitutum.

15. Prædia quædam hæreditaria in Andibus ſitum habent, quædam in Pictonibus. Eruntnè idcircò totidem diſcretę bonorum diuiſiones, quot Prouinciolæ, in quibus bona extent? Hoc certè videtur vtilitatis cauſa recipiendum: quùm ſuis quæque Regio Moribus ſeparatim vtatur, nec plebeiis hæredibus apud Pictonas eadem præſcribatur lex optionis, quam Andegaui ſeruant in erciſcunda familia. Nam vt infinita ſit commerciorum libertas Iure Romano, contractibus, teſtamentis, negotiationibus: ea tamen ſic infringitur, vt locorum moribus ac legibus cedat. l. Titium. §. tutor. ff. De adminiſt. tut. l. 1. l. pupillo. ff. De tutor. & curat. dat. ab his l. conſtitutio D. Ad Municip. l. certa forma De iur. fiſc. lib. 10. Cod. l. ſi quis duas §. ſi duas D. commun. pręd. l. extra territorium. ff. De iuriſd. omn. iudic. cap. per venerabilem Qui fil. ſunt legit. In Antiq. Clem. Paſtoralis De re iudic. l. cū vnus. §. is qui. ff. De bon. auct. iud. poſſid. Vnde colligitur, plura eiuſdem hominis prędia, variíſque inſita Territoriis, varia etiā Lege ſigillatim regi, capi, transferri: non aliter ac ſi plura pluriū forent Patrimonia. Vt Baldus ſubnotauit, in l. ſi arrogator verſ. ad prædicta. ff. De adopt. Corneus, Iuris Reſponſo. 85. lib. 3. Atq; adeo memini, in inclyta gente *de Crice* pridè à Senatu decretū, trinā fieri hęreditariorū partitionē fundorum, qui per medios Andes, Turones, ac Pictones diſperſi erant, legibúſq; totidē Municipalibus tenebātur. Areſto poſtridie Kal. Quint. an. 1583. in familiæ herciſcundæ iudicio Karoli, & Lucretiæ Tourpinæ cui patronus aderā, litigatorū. Franc. Alegrino, Cōſcripto Curiæ, litē collegis ſuis referente.

Droict de choiſie en partage de ſucceſſions roturieres.

Conſuetu lines locorum iura reales, & vim ſuam tantū exercent in res Territorij ac Municipij ſui.

Decretum Curiæ die 2. Iulij an. 1583. *entre le ſieur de Crice, & la Dame du Bouchet ſa ſœur.* Ad relationē Dn. *Alegrain* in magna Curiæ Camera.

16. Si tamen cohæredes omnes æqua ſorte & conditione bona diuidant vbicūque ſita, ſatius fuerit, vnica partitione vniuerſorum defungi, quàm varia ac multiplici pro locorum varietate, in quibus conſtitutæ res ſint. Nam illo caſu cohęredes ſibi inuicem liberiùs adſignant, quod cuique videatur accōmodum, (ſeruata interim cuiuſlibet Prouinciæ Conſuetudine) quàm ſi pluribus, diſtinctíſque regionatim bonorum ſectionibus, portiones ſingulorum membratim ſcinderētur.

Res hæreditariæ diuerſarum Seneſchaliarum, aut Bailliuiatuū vniformiter partiendæ inter hęredes, debent ſimul diuidi, vnoque diuiſionis inſtrumento.

Nil enim vetat, quo minùs æſtimatis cuiuſque Municipij corporibus hæreditariis, & ita peræquatis, vnica fiat ſortitio, ac ſemel omnia ſorte diuidantur. Quòd ſi Andegauo ſolo maior pars inhæreat communium poſſeſſionum, haud facilè eſt, eas hæreditariis aliis vnica diuiſione miſcere, propter optionis prærogatiuam, quæ Andegaua Lege iunioribus datur: Niſi commodioris diuiſionis gratia tale ius eligendi certo ære taxatum ſit iuniorum aſſenſu, vt horum portioni ſortitò delatæ nummarium optionis pretium adiungatur. Quoniam verò alia & inæqualis nobilium hæredum conditio eſt, videndum obiter de primigenio, ſecúdonatis duobus trientem bonorum ſigillatim porrigente, quorum alter eum ſuſcipiat, alter reſpuat. Cedò, quid optimum factu ſit in hac diſſentione animorum? Ius dicétis officio inerit, de iuſta rerum æſtimatione interloqui, vt iuniorũ vter rectiùs ſenſerit de huiuſmodi triente accipiendo, vel renuendo, maturè diſcernat, ac diiudicet. Hoc amplius, ſi ex ſecundogenitis vnus ad maiorem ætatem nondùm peruenerit, Iudex circumſpectè cauebit, ne portionum acceptionem à minore annis factá confirmet, niſi priùs conſultis de eo minoris propinquis, vtrum ipſi expediat, oblatúmne hæreditatis trientem capere, an verò tertiam aliam partem ex beſſe primogeniti excerpere. Bartol. in l. Tutor. ℔. De bonor. poſſeſſ. Iuxta l. Magis puto. §. fundum. ℔. De reb. cor.

Acceptation de lots faicte par le mineur coheritier doit eſtre emologuee par le Iuge, ſelon l'aduis des parens, apres priſees des biens.

Viduæ ſucceſſio mobilis inter hæredes diuiditur, aut diſponitur ſecundum legẽ domicilij, quod illa habuit tẽpore mortis, non quod tẽpore dirempti matrimonij obitu mariti.

De immobilium diuiſione actum, nunc de mouentibus inter hære- 17
des partiũdis. Plebeia mulier nobili Andegauo nupſit. Quo hæc amiſſo, Turones ſe recepit, tranſlata iſthuc ſede, ſummáque fortunarum mobilium. Longo pòſt annorũ ſpatio, vidua moritur, relictis liberis, Horum natu maximus intendit, maternam ſupellectilẽ, réſque omnes mobiles ſuas vnius eſſe, iure nobilium primigeniorum. Ex Turonenſi Conſuet. §. 260. Iuniores, contrà, differunt, Andium Conſtitutionem, non Turonum, hoc loco ſpectandam: quòd vidua mulier Andegaui coniugis domicilium retinuerit Iure Ciuili, quaſi eodem in matrimonio perſeuerarit. l. filij. §. vidua D. Ad Municip. §. ſoluto in Authent. De nupt. Can. vnaquęque mulier Cauſa. 13. Quæſt. 2. Quibus venuſtè quadrat patria Conſtitutio, in §. 309. Atquin More Andegauorum ignobilis fœmina, quæ natalibus illuſtrem coniugio nacta ſit, hæreditatem ſuam ad liberos tranſmittit, plebeio ritu diuidundá ex æquis prima vice. §. 253. Cùm ergo vxor nobilitatis decus ab Andegauo viro mutuata ſit, pro eius lege Municipij, nunc vidua, mutatione Andegaui domicilij cenſetur diuertere à marito, & ita adſcititię nobilitatis ſplendori tenebras offúdere. Tantùm abeſt, vt ea, quaſi nobilis, Turonas traducta habitatione, locũ faciat nobili ſuarum rerum ſucceſſioni inter liberos, Turonum more. Vidua quippe eſt, ſalua ſanáque mortui cõiugis imago, qui & ſuperſtiti illi viuus ſpiránſque ſemper videri debet. Sicuti Valeria Meſſalorum ſoror, poſt mortem Seruij viri, cognatis reſpoddit ad alteras nuptias ſollicitantibus, nolle ſe alteri nubere, quòd ſibi vſquequaque Seruius maritus viueret. Ex B. Hieronymi Lib. 1. ad Ioui-

Andeg. Legis artic. 309. *Femme noble eſt fondee de demeurer en la maiſon de ſon mary deffunct, &c. Mais ainſi n'eſt pas de la femme du couſtumier, &c.*

Art. 253. *Les enfans yſſus du mariage d'homme noble & femme couſtumiere departirõt pour la premiere fois couſtumierement ſelon la nature des non nobles les heritages, acqueſts & meubles d'icelle femme, &c.*

ad Iouinianum. Vbi in eandem ſententiam ſcriptum legitur, Demotionis Areopagitarum principis filiam, defuncto Leoſthene ſponſo, negaſſe alteri ſe nupturam, quia adulterum acciperet, non maritum: Illum enim, nodùm ſibi mortuum eſſe. Quemadmodùm igitur vidua mulier viuit lege mariti Andegaui, vtiturque prioris matrimonij priuilegiis. (Bald. ad l. voluntas Cod. De fideicomm. P. Caſtrenſis in Reſpon. 147. Lib. 2.) Ita, quandiu vidua eſt, obſeruare tenetur connubialem Andium legem ac domicilium, nec in alias ſedes migratione creditur coniugalem larem omninò dimiſiſſe. Nihilo ſecius opinor, viduam mulierem prioris domicilij mutatione non prohiberi, nec idcirco benè tranſacti matrimonij honorem eleuatum: dummodò euidenter conſtet, eam cum familia ſic aliò demigraſſe, vt redeundi animum neutiquàm habuerit. l. Domicilium re & facto tráſfertur. l. Eius qui §. 1. Verſ. vbi domicilium habeat, exiſtimationem animi eſſe accipiendam. D. Ad Municip. Hinc etiam perſonæ ſtatus nobilis, connubio partus, eàm ſequitur quocunque locorum, nec domeſticis laribus aliò tranſlatis, tolli poteſt. Ancharan. in Cap. Acceſſorium. De regul. Iur. In 6. Alexand. Reſponſo. 41. Lib. 5. Romanus in Conſil. 39. Ac ſimiliter legibus domicilij notatū infamia ſequitur, quòcunque ſe contulerit, & interdictum interdictio. l. ex ea, vbi Glo. ꝟ. De poſtul. l. relegatorum §. interdicere D. de interd. & releg. l. propter litem §. licet. ꝟ. De excuſ. tutor. l. 5. §. illud quæritur. ꝟ. De reb. cor. cap. Romana. §. contrahentes De foro compet. In 6. Vnde & vnius iudicio Monarchæ, decreta bonorum publicatio criminoſi, vires ſuas porrigit in res eiuſdem, aliena in Monarchia conſtitutas. Vt à ſumma Aquenſi Ratiociniorum Præfectura deciſum fuit ſexto Kal. Quintiles, an. 1560., relatu Franciſc. Claperij, in ea Rationalium Decuria Magiſtratus. Cauſa. 41. Centuriæ Fiſcalium cauſar. Iuxta ſententiam Bartoli, ad l. 1. Cod. De ſum. trinit. Et in l. Tutor, qui poſt §. hæres ꝟ. De adminiſt. tut. Rurſùs, ediuersò, qui ſemel Reſcripto nobilitatus eſt, quod in ſupremo tùm eius Foro domicilij promulgatum ſit, non eget nouis Codicillis alibi euulgandis, quò habitationem ipſe tranſtulerit. Nam perſonæ datum priuilegium, eam ſectatur quòcunque ierit. Bartol. ad l. cunctos populos Cod. De ſum. trinit. Nec, partim nobilis quiſquam, partim ignobilis, eſt abſonè iudicandus. Ita cenſente Lutetiana Regiarum indictionum Curia pridie Idus Febr. ann. 1597. poſt forenſem Gorlidoti actionem, pro vniuerſitate Vicanorum quorumdam: & Choarti, contrà, pro natalibus reſtituto à Principe. Ex quibus itidem perſpicuum fit, viduæ Andegauæ, quæ nouas Turonibus ſedes delegerit, mobiles res omnes Turonica lege diſponi, non Andegaua, eáſque propterea vniuerſas nobiliter ad illius primigenium hæredem prima etiam vice tranſilire. Ex præſcripto. §. 317. Turonenſ. Conſuet.

Domus mariti, domicilium matrimonii. l. Mulierem. ꝟ. De rit. nupt. l. vlt. De incol. lib. 10. Cod.

Areſtum *de la Cour des Comptes, Aydes & Finances d'Ayx en Prouēce* die 26. Iunij an. 1560: Quòd cōfiscatio bonorū presbyteri hæretici capite damnati à Legato Aucnionen. extēditur ad bona ſita in Regio Comitatu Prouinciæ: Licet Iuriſdictiones & Monarchiæ ſint diſtinctæ, & Burſæ Fiſcales ſeparatæ. De his quoque. Nos Lib. 3. Doman. Franc. Tit. 12. art. 11.

Areſtum Curiæ Iuuaminum *en plaidant,* Die 12. Feb. 1597. *entre les Habitans appellās des Eſleuz de Lyon ayās declaré exempt des Tailles un Dauphinois anobly par Lettres du Roy verifiees en la Chambre des Comptes de Grenoble, où lors il demeuroit.* §. 317. Turonicæ Cōſuet. *Femme roturiere qui ſe marie à homme noble, eſt reputee noble, & ſe depart ſa ſucceſſion noblement, &c.*

Tit. III.

DE COLLATIONE BONORVM.

1. *Sumptus à parente facti in cauſam ſtudiorum filij,in huius portionem hæreditariam non imputantur.*
Legato alimentorum,an veniant expenſæ in diſciplinam legatarij.
2. *Bibliotheca filio data,nûm veniat in collationem,& quando.*
Pater filij tutor,præſumitur ex bonis tutelæ ſumptus pro eo feciſſe.
Quicquid in cauſam ſtudiorum filij impēdit mater,vltra paternos eius reditus,non confertur in eiuſdem ſucceſsione.
3. *In fratris filium ſcholaſticum impenſa alimenta, ſeu penſiones alimentariæ, illi non reputantur,in ſucceſsione patrui poſtea defuncti.*
Fundi donati fructus,cohæredi non conferuntur.
4. *Creditor hæreditarius collationem petens bonorum filio donatorum, qui renunciarit hæreditati paternæ,audiendus ſit,necne.*
Nobiles liberi, donatarij, repudiata hæreditate, ſibi donata non conferunt fratribus hæredibus:multò minùs creditoribus hæreditariis.
Donatarius omnium bonorum,an hæredi æquiparetur.
5. *Titulus* Sacerdotalis *filio datus, non confertur ab eo paternam hæreditatem repudiante.*
Secus,ſi pro hærede patris geſſerit.
An preſbyteralis *titulus alienari poſsit,hypothecavè à preſbytero obligari.*
6. *Bona à minore annis hærede conferenda, deducuntur ex eius parte hæreditaria tam immobili,quàm mobili.*
7. *Rei conferendæ valor inſpicitur,qui fuit tempore donationis.*
Non tamen conuentionalis *æſtimatio leuiuſcula, & fraudulenter affectata.*
8. *Donatio ob cauſam meritorum, inter perſonas ſuſpectas non valet,niſi meritis idoneè probatis.*
Officij venalis ceſsio, & æſtimatio facta à tutore in contractu matrimonij, non retractatur ex caſuali *poſteriore pretij incremento eiuſdem Officij.*
9. *Quænam nuptiales impenſæ,& manuſcula parentum in filios aut filias matrimonium contrahentes,debeant conferri.*
Muliebris cultus modeſtia laudata.
10. *Reditus hypothecarius dotalis conferendus eſt,non fundus hypothecæ ſubiectus:licet poſtea in ſolutum reditus annui tranſcriptus ſit.*
11. *Filia à patre dotata ex materno patrimonio, dimidiam dotem confert in paternam hæreditatem.*
Dos à marito conſumpta & perdita, nihilo minùs confertur à filia parentum hærede.
12. *Idem, ſi filia de communi parentum quæſtu dotata ſit, quamuis mater ſuperſtes vniuerſorum quæſtuum habeat vſumfructum.*

13. *An*

13. *An gener & filia, Pacto nuptiarum matri vendentes ius ſuum paternæ hæreditatis, teneantur, acceptum pretium filiæ fratribus conferre in paternam, maternamvè ſucceſsionem, quatenùs verum illius iuris valorem excedat.*

1. FAMILIÆ herciſcundæ Arbitrio connexa eſt bonorum Collatio æquiſſima, vt relatis in medium, quæ vnus, aut alter cohæres ex bonis defuncti præceperit, omnes legibus exæquentur, & pari conditione, amicitiáque eius alumna, res hæreditarias partiantur. Vlpiani l. 1. ♐. De collat. bonor. articul. 260. 261. 334. Andegauen. Conſuetud. Hac porrò Andium Conſtitutione excipiuntur, quæ pater filio ſtudiorum cauſa peregrè agenti erogarit. cita. §. 261. Supreſſo etiam iſthîc Vlpiani dilemmate, an credendi animo pater miſiſſe illûc filium comprobatus ſit, an pietate debita ductus. l. Quæ pater. D. famil. herciſc. Nam etſi quæ ad diſciplinam pertinent, legato alimentorum non contineantur, niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem appareat, vel edixiſſe. Iaboleni leg. 6. 7. ♐. De alim. & cibar. legat. Cum Martiani. l. ſi quid relictum ſit ciuitatibus in eruditionem puerorum ♐. De legat. 1. Aliud tamen in parente ius eſt, ſeu tutore, qui vt pueris educationem, ſic mercedes eorum præceptoribus debent, quò ingenuis artibus inſtituantur. Iuliani reſponſo in l. Qui filium D. Vbi pupill. educ. deb. Et Pauli l. 6. Verſ. Non ſolùm alimenta D. de Carbon. edic. Neque enim boni eſt, neque liberalis parentis, quem procrearit & eduxerit, eum non & veſtire, & ornare, ꝗ. politiori doctrina imbuendum curare pro viribus patrimonij. Atque adeo Solon lege ſanxit, filium nequaquàm patri neceſſaria vitæ ſubſidia debere, à quo nullam Artem accepiſſet. Diligentiſſimi verò fuerunt Perſæ in alendis liberis, & ad temperantiam modeſtiámque percipiendam imprimis eorum pueri formabantur. Itaque Senatus Pariſiorum infirmauit Pręfecti Vrbi Sententiam, qua filium damnarat, ſtudiorum ſumptus in rationem portionis, quæ ex patris demortui bonis ad eundem filium ſpectaret, computare. Decreto 6. Idus Apriles an. 1585. inter Cenomanos cohæredes, quorum alter Iohan. Faber à Præfecto illo Curiam appellarat. Beſnardo, appellantis: & Chauuelino, aduerſarij cauſidicis. In Volumine cauſarum Præfecturæ Pariſien.

Chaſcun des heritiers preſumptifs aduantagez par mariage, ou autrement, eſt tenu de rapporter, ou deſduire & precompter ſur ſon droict ſucceſſif, ce qui luy aura eſté donné par le predeceſſeur.

Art. 261. And. Conſ. Verſ. *Et auſſi s'ils donnent à l'vn deſd. enfans, pour l'entretenir à l'eſcole, il n'en rapportera riẽs, fors que les liures pourrõt eſtre comptez & rabatus, s'ils ſont en eſſence, lors de la ſucceſſion eſcheuë.*

Non ſolum aliment præſtari debent pupillo, ſed & in ſtudia, & cæteras neceſſarias impẽſas debet inſumi pro modo fortunarũ. Inquit Paulus, vbi in Textu.

Areſtum Curiæ Pariſien. *en plaidãs du Roolle de Paris.* Die 8. Apri. an. 1585. in quæſtione Conſuet. Cenomanę Andenſi conſimilis. in §. 270. Ibi, *Et auſſi s'ils donnent à l'vn deſd. enfans, pour le tenir à l'eſcole, il n'en rapportera rien, fors les liures, pour eſtre comptez & rabatus, s'ils ſont en eſſence lors du treſpas.*

2. INDE & multi in eam ſententiam decurrunt, ne reputentur paterna impęndia, filio pręſtita in forenſem diſciplinam Senatorij Pariſiorum tribunalis: quippe quæ longo ſtudiorum curriculo metam quandam imponat, & in ſumma Literariæ profeſſionis parte numeretur. Vt ait expreſſim Bartol. ad l. 1. §. nec caſtrenſe ♐. De collat. bonor. Et in l. filiæ Cod. famil. herciſc. Quinimò Sulpitius, Romæ forum, tyronibus

ludum proponebat ad diſcendum. Lib. 1. M. Tullij ad Quintum fratrem. Atque vt filiusfamil. collatione non fungitur caſtrenſis peculij, ita nec quaſi caſtrenſis, quod patrono cauſarum adſcribitur. l. filiæ. l. vlt. Cod. De collat. d. l. 1. §. nec caſtrenſe. l. vlt. Cod. De inoff. teſtam. l. fori l. aduocati Cod. De aduoc. diuerſ. iudic. Ob idque, ſi pater inſtructam bibliothecam filio dederit Aduocationis munus gerenti, ea non conferetur. Secus, ſi filio adhuc verſanti in literarum ſtudiis eandem tradidiſſet animo repetendi: Quùm Muſarum alumnus nullidum vitæ inſtituto certo addictus ſit, caſtrenſi, aut quaſi caſtrenſi. Bartolus nuncupatim, in cita. l. filiæ, & d. §. nec caſtrenſe. Sed Municipum noſtrorum Libraria de re, cuius collationem attigit Lex Andium, (§. 261.) obſeruanda eſt diſtinctio, eius Legis Interpres: apud Alexandrum. I. C. in Reſponſo. 149. Volum. 7. poſt Baldum in Authen. ex teſtamento Cod. De collat. Aut enim pater libros ſuo ære comparauit filij nomine, incumbentis cultioribus ſtudiis: Quo caſu, libri cohæredibus non conferuntur. Sin autem ille literarios Codices proprios, filio tradiderit, propriove nomine emptos, tunc non cenſetur eos, donandi animo, ſed in peculium veriùs profectitium, filio conceſſiſſe, tanquam ex paterna deſumptos ſubſtantia. Secundùm Bartoli dictata, ad leg. ſi donatione Cod. De collat. & in præd. §. nec caſtrenſe. Pari argumento, in militiam & arma filij inſumptæ pecuniæ, non veniunt in collationem. Legibus antedictis, & §. 42. Bituricæ Conſuetud. Tit. De ſucceſſion. ab inteſtato. Cui diſſentaneum non eſt Ius Melodunenſe Moribus conſtitutum, articul. 278., cum Catalaunio Veromanduorum. 105. Eóque nec filij Legitimam minuunt ſumptuariæ parentis rationes, in illum Academica Iuriſprudentiæ Laurea maiori decorandum. Alexandri Conſil. 50. Volum. 6. Verumtamen ſi filio ampla res ſit, vnde ſe exhibeat, vtpote materna, aliavè hæreditate, cum pater de ſuo aluiſſe non creditur, ſed de filij patrimonio nummos ſuppeditaſſe in cauſam ſtudiorum: Præſertim ſi pater filij negotia adminiſtret, ac eiuſmodi ſumptus in rationes intulerit. Proinde filius earum impenſarum nomine tenebitur collationis munus ſuſtinere. Ex ſingulari annotatione Baldi in l. ſi paterno Cod. De negot. geſt. Et in l. Ex duobus §. vlt. De eod. De matre iam quæritur filij tutrice, cuius liberali inſtitutioni paternis imparibus bonis, illa grãdes ſumptus eá in cauſá effuderit. Nûm de re ipſius filij, an de ſuò ſimul patrimonio erogaſſe mater videatur. Perſpicuú vtiq; eſt, impẽdia iſthæc, tutelæ imputari pro viribus paternarú filij fortunarú. l. Neſénius Apollinaris ff. De negot. geſt. l. vlt. ff. De petit. hæred. Quatenùs auté pupillaris rei modú prætergreſſa ſit tutrix, eatenùs cóiicitur, iure pietatis, de ſuo pręſtitiſſe: quo minùs in rationé portionis, quæ ex materna dehinc hęreditate ad filiũ pertineat, cõputetur. Aliàs enim tutor, qui non rebus dútaxat, ſed moribus etiá pupilli præponitur, mercedes tantú pręceptoribus cõſtituere iubetur pro facultate patrimonij, & dignitate nataliũ l. Cũ plures §. vlt. leg. ſeq. ff. de adminiſt. tutor. l. ius alimětorú D. Vbi pupill. educ. l.

1. §.

Si veró ad mechanicæ cuiuſdã artis Magiſterium adipiſcendum pater pro filio grandem impenſam fecerit (*pour le faire paſſer maiſtre de quelque meſtier*) tunc huiuſmodi ſumptus, quaſi in militiam venalem, filio computantur in portionem hæreditariam. l. Omnimodò §. imputari Cod. De inoff. teſtam. Bart. diſertè in l. 1. §. Nec caſtrenſe. ff. De collat. bonor.

Verſ. *Et auſſi s'ils donnent à l'vn deſd. enfans pour le tenir à l'eſcole, il n'en rapportera riens, fors que les liures pourront eſtre comptez & rabatus, s'ils ſont en eſſence au temps de la ſucceſſion.*

Art. 42. Conſ. *de Berry* ver. *Pour leur faire auſſi acquerir leurs degrez, ou pour les promouuoir à la gendarmerie.*

Conſuetud. *de Melun*. Art. 278. Ibi, *pour les entretenir aux eſcoles, & aux armes.*

An expẽſæ factæ per filium emancipatum in doctorando, debeant imputari in legitimam.

1.§. præterea. ff. De tutel. & ratió. diſtrah. Quin. & ſi mater in ea opinione ſit, vt credat ſe pro accurata Natorú eruditione literaria, vel dote obligatá, quicquid eo nomine dederit, nó condicit. Sublata enim falſa opinione, relinquitur pietatis cauſa, ex qua ſolutú repeti nequit. l. Cú is §. penul. ff. De condict. indeb. Leg. At ſi quis §. ſed interdum. ff. De relig. & ſumpt. fun.

3\. De patruo quoq; ue tractabitur, qui fratris filio ſcholaſtico neceſſaria omnia ſubminiſtrarit. An hoc genus impédiorú illi à cohæredibus imputari oporteat. His quidem ſuffragantur Legis Andium verba (§. 261.) de patre matrevè, in liberos nominatim concepta, nó de patruo in nepotes ex fratre: Et quùm Lex filios literarú ſtudioſos diſertè eximit tali collationis onere, fiducia paternæ maternæuè pietatis, Alios eidé oneri tacitè ſubiicit, quos patrui, ſeu agnati, ſpe proximos hæredes educarint in Scholis. Argum. l. cùm prætor. ff. De iudic. Andium enim Moribus lateralis quælibet hæreditas ex æquo diſtribuéda eſt, in eámqne referendum quicquid defunctus hæredú vni elargitus ſit §. 260. Nihilò ſeciùs reor, munificè expenſa à patruo in fraternæ prolis educationem ac eruditionem, diurnis alimentis comparari. Cuiuſmodi alimenta dietim ſuggeſta à conſanguineo, nó ſolent, eo mortuo, in commune redigi apud Arbitrum diuidundę hæreditatis eiuſdem: niſi viuus ipſe, de repetundis ſumptibus, aut imputandis certam animi iudiciſque ſui conteſtationem ſcriptis conſignaſſet. Bartol. in l. aliméta Per eum text. Cod. De negot. geſt. Alexander ſpeciatim, ex hac de patruo hypotheſi, In Reſponſo. 142. Volum. 2. Et Iaſon in Authent. Quod locum Num. 4. Cod. De collat. Nam præterquàm quòd Iure Ciuili bonorum collatio ceſſat in tráſuerſaria hæreditate (l. illam Cod. De collat. l. vlt. Cod. commun. vtriuſque iudic.) Conſtat Ritu patrio, fructus Agri à paréte etiam donati, quos viuo eo donatarius perceperit, in medium non referri. d. §. 261. & 334. Andeg. Leg. Quò alludit Papiniani lex. 5. § filia. ff. De collat. dot. In verſ. moram collationi fecit: viri boni arbitratu cogetur vſuras quoque dotis cóferre, &c. Licet enim fructuum incremento hæreditas augeatur, hoc ſolùm intelligitur de hæreditariis fructibus, & collectis à die delatæ hæreditatis. Alterutrum igitur donatori patruo liberum fuit in fratris filium, vel huic fundum pręrogare tandiu fruendum, quandiu ſpiraret donator ipſe, vel aliméторum nomine ſcholaſticam péſitationem, quæ annuis fundi reditibus æquiparatur. Huc vergit Modeſtini. l. C. reſponſum l. Ex duobus fratribus. §. Titium, ſi pietatis reſpectu, ſororis aluit filiam ff. De negot. geſt. Verùm Auguſtæ Samarobrinorum More, & Ambianorum, nulla eſt prorſus dotis donationiſvè collatio in recta parétum hæreditate: ſiquidem liberi omnes ante illorum obitum matrimonio collocati ſint, vel publico inſigni Officio prædíti, ære fauorevè genitorum communium.

Ita Pariſiorum Conſuet. (artic. 109.) fructus non conferuntur dotalis vel fundi, vel annui reditus, vel pecuniæ, niſi à die delatæ ſucceſſionis. Et eo caſu pecuniarum vſuræ conferuntur *à raiſon du denier vingt.*

Andeg. Conſuet. §. 261. Ibi, *il ne rapportera pas les fruicts de l'heritage à luy donné, eſcheus parauant le decez du donneur, apres le decez deſd. pere ou mere, & rapportera ſeulement l'heritage.*

Cameracen. Cóſuetudo redacta ſcriptis an. 1574.

Ambian. Mos priſcus, art. 41. & nouus compat. art. 93 etiam ſi inęquales fuerint liberorum dotes ſeu donationes paternæ maternæuè.

4\. Doti s collationem tùm demùm implet filia Iure Romano, ſi paternis ſe bonis immiſceat. Vt Diu⁹ Pius Vlpio Hadriano reſcripſit. l. 1.

Eiuſd.Conſuet art. 334.Verſ. *Toutesfois tel donataire ne ſera tenu rẽdre les fruicts des choſes données.*

π.De dot.collat. At lege Andium,illa tametſi à bonis plebeij patris abſcedat,tenetur in dotem data referre,reſtituere. Idem in maſculo, qui propria repudiatione patris exhæres, nihilò minùs adſtringitur collationi paternæ liberalitatis.§.334.Et Cenom. Conſuet. artic. 346. Contra notum Tryphonini I.C.reſponſum,vbi non eſt ſucceſſio,ibi collationem non exigendam.l.vlt.D.de dot.collat.Authent. Vnde ſi parés Cod.De inoff.teſtam. Quòd ſi pater vnicum reliquerit filium, qui paterna donatione contentus,hæreditate abſtineat,compelleturnè ab hæreditario creditore,ſibi prærogata dimittere. Céſeo ædepol, patriæ Legis contextũ,quę,tuẽdæ æqualitatis gratia inter ſuos hæredes ſpéque præſumptos,iuſſerit donata in commune redigi,(art.260. & 337.)exteris adplicari non debere,emergentibus putà defuncti creditoribus.Ex dictatis Baldi ad l.ſi qua pœna D. de his qui ſunt ſui vel alien.iur.Et argumento Rubricæ Legis Andiũ,(De Hæreditatib.)quã ad Rubricã ſunt prædicti eius Articuli de collatione donatorum referendi.l.Imperator.π. De in diem addict.l.ſi idem Cod.de codicill. Nam propinquorum quidem hæredum fauore Mos noſter occurrit fraudi immodicæ donationis,in vnum collatæ,quã is exquiſita & affectata repudiatione hæreditatis ſeruatã velit in diſpendium aliorum. cita.§.334. Sed extranei diuerſa ratio eſt creditoris,cuius in fraudem nihil actũ geſtúmque re ipſa proponitur.Aut enim antè donatũ fuit, quàm mutuum à donatore acceptum:Quo caſu fraudãdi animo datũ nõ videtur,nec poſterior creditoris obligatio & hypotheca retroducitur ad priorem liberi fundi largitionem.l.ſi priuſquã De iur. fiſc. Lib.10.l.de rebus Cod.De donat.ante nupt.Quippe quę viuus ſemel donatione trãſcripſerit alicui,ea,extra cauſam bonorum defuncti cõputãtur.Paulina leg.ſequẽs quæſtio.π.De legat.2.Aut verò donationem præcedunt Obligatoriæ tabulæ creditarum pecuniarum:Ex tũc ſaluum creditori ius redditur Hypothecaria formula in fundũ donatarij,cuius propterea fundi collationem, vel reſtitutioné inique creditor deſiderarit.Nec,qui hæreditati renũciat donatarius,locum facit edicto Prætorio, QVÆ IN FRAVDEM CREDITORVM FACTA SINT VT RESTITVANTVR. Pertinet enim hoc Edictum ad deminuentes patrimonium ſuum,nõ ad eos,qui iſthuc tendunt,ne acquirant, vel locupletẽtur.Regula Iuris,Non fraudãtur l.6.D.quę in fraud.credit. l.1. §.confertur.π.De collat.bonor.l.Nemo §.illud D.Pro ſoc.l.profectitia.§.ſed & ſi.π.De iur.dot.l.vlt.§.licẽtia Cod.De iure deliber. Per hũc modum Iulianus I.C.ait,ſi hæreditaté libertus non adierit,fraudationis cauſa patroni,vel legatum repulerit,Fauianam ceſſare.l.1.§. vtrum D.ſi quid in fraud.patr. Si tamen hæreditate patris neceſſarius hęres abſtineat,haud priùs cohæredi cõditio defertur,vt totã agnoſcat, aut à tota recedat,quàm creditores dicãt ſe contentos eſſe eius portione, quia alioquin exonerari nõ poteſt,niſi deferatur conditio: Et alterius parte abſtinere creditores debent,vt eius actiones ei, qui conuenitur, détur.Quemadmodùm ait Martianus I.C.in l.cùm hęreditate.π. De

Extraneis ſecreta familiæ pandi durũ eſt. & creditores. quaſi cohæredes,à filio defuncti legatorũ collationem petere.l.1. Cod.Quan. & quib. quar.pars debet.Lib. 10.

Qui occaſione acquirendi non vtitur, nõ intelligitur alienare:Veluti qui hæreditatem omittit. aut optionem intra certum tempus datã non amplectitur.l. Alienationis.§.1.π. De verb.ſignif.l.ſi ſponſus§.ſi maritus. π.De donat.int.vir.

Lex.ſecundum Titulum ipſius intelligẽda eſt.

Propter vnum ex hęredibus abſtinentem poteſt alius, qui adierat, à toto recedere: niſi creditores eũ pro parte abſtinentis noluerint moleſtare.d. l.Cum hæreditate. Hinc iudicatũ Pariſien.Areſto, maiorẽ annis aduerſus hęreditatis aditionem reſtitui ex conſequentia reſtitutionis minoris cohæredis. In magna Curię Camera *en plaidant* Die. 5.Maij.an.1578.inter Nicolaum *Bruyant* appellantem à Præfecto vrbi Pariſ. pro quo Martinus, & Claudiũ *Patrouillart*, pro quo *Dubuiſſon* orarunt.

acquir.

acquir. hæred. Nihilò tamen ſecius audio, CLARISS. ORDINEM, ex variis circunſtantibus cauſis, damnaſſe matris donatarium, nec hæredē, ſua profeſſione, filium, materno creditori poſteriori vel cedere donatis, vel debitum æs exoluere. Decreto poſtridie Idus Decembr. an. 1602. ſecundùm creditorem Dionyſ. Fardellum, aduerſus Thomam Auberium, celebrem in Senatu cauſidicum. Ex ciuica Iulioduni Cõſtitutione, cui fūdus donatus ſubiacebat (§. 12. De Hæreditat. ignobilium) Andegauæ noſtræ conſentanea, d. 261. Turonicæ. 309. & Catalauniæ Veromāduorum, 100. Minus autem dubitandi argumentum de creditore extitiſſet vnius hæredum peculiari, nec hæreditario: vtpotè qui debitoris ſui in cohęredes iure collationum vti poſſet, vel inuiti. Quemadmodùm & qui aliorum beneficio admittatur ad petēdā contra tabulas bonorum poſſeſſionem, iam non expectat, vt præteriti illi bonorum poſſeſſionem petant, vel accipiant. l. ſi poſt mortem. §. vlt. Ibíque Bartol. ff De bonor. poſſeſſ. cont. tabul. Illud planè liquet, neutrū creditorum genus in conſpicuos ſtirpe liberos ſupraſcriptam plebeiorum Legem ritè exercere, nec, eius obtētu, nobili mulieri promiſſæ dotis creditrici imponere ſilentium. Quando enim generoſa puella hęreditate parentum ſummouetur Moribus patriis priuatauè renunciatione neceſſaria: huius ſaltem præmiolo repudiationis fraudāda non eſt, longè diſcrepantis ab vltronea ignobilium repudiatione hęreditatum, de qua, ciuici Municipiorum Ritus ſcitati. Enimverò ſi vniuerſitas, aut quota bonorum propinquiori agnato trāſcripta ſit donationis nomine, tunc creditor ritè in perſonā aget donatarij ſeu legatarij omnium, vel quotæ partis bonorum mobilium: qui æri alieno obſtringitur donatoris, licet huius hæreditatem repudiet, eamvè cernere anteriori cognatorum gradu prohibeatur. artic. 237. & 326. Andeg. Conſuet. Idque potiſſimùm, ſi nullus mortui debitoris hæres extiterit. Sicuti Delphinatiū Senatus in donatarium vniuerſorum pronuntiauit. Decreto pridie Nonas Septembres an. 1456. quod eiuſce Curiæ conſcriptus Vido Papa recenſuit, in Gratianopolit. Deciſ. 105. & 460. Nec aliter rectè ſentientibus videntur PATRES PARISIENSES iudicaſſe an. 1385. etſi tùm aduerſus creditorem pro donatario omnium bonorum tulerint Sententiam. Vt Molineus animaduertit, in Quæſtionem. 39. Ioh. Galli, Parte. 5. Areſtor. Parlam. Quibus omnibus adſtipulatur Deciſio Capel. Tholoſ. 386. Et Benedicti in Cap. Raynutius Ad ver. Cætera bona Num. 46.

Placitum Curiæ Pariſ. die. 14. Decembr. 1602. In. 4. Cameræ Inqueſtarum. Dn. *de Vertamont* relatore, aduerſus filium qui eadem die ſeorſim fundorum donatarius, qua, ipſi materna inter liberos bonorum diuiſione, obuenerāt, mortuæ dehinc hęreditatem repudiaſſet Donatione ſua fretus. Quali tamen donatione vix citra ius & nomē hæredis frui poterat.

Lodunenſ. Conſuet.

Chaalons, en Champagne.

Beneficio, quod habeo propter te, poſſum interdum vti, te inuito.

Inter Nobiles ceſſat Conſuetudinarium onus collationis donatario impoſitum, abſtinenti hæreditate parentum.

Areſtum Parlamenti Delphinalis die. 4. Septemb. an. 1456.

5. SACERDOTI filio pater legauit fructuariam agri poſſeſſionem, quem noſtri homines *Titulum ſacerdotalem* appellant. Faber vtique putat, eiuſmodi vſusfructus donatariam collationis lege nō teneri. In l. 9. Cod. De collat. Verſ. *ideò credo, quòd presbyter non tenetur conferre illud quod pater dedit, vel ei aßignauit pro titulo in ſuſceptione Ordinum.* Sed hoc nō vſquequaque procedere exiſtimo. Nam ſi fructuarius denuò in paterna bona velit cum aliis ſuccedere, collationis onus detrectare nequit. Omnis enim patrifamil. ignobili facultas abrogata eſt, legiti-

Tiltre presbyteral de quo latè ſcripſimus, Lib. 1. Sacræ Politiæ forenſis Tit. 3. art. 12.

Vn roturier ne peut directement ou indirectement aduantager vn de ſes heritiers preſumptifs plus que l'autre.

mo hæredi prælegādi:ne virilis cuiuſque hæredis portio, aliavè patrio Iure debita imminuatur.cita.§.260.& 337.Andeg.Cóſuet.Ac ne vſuſfructus quidem conceſſione impar fieri hęredum conditio poteſt,iuſtæque ipſorum portioni detrahi.Argum.Iuſtinianeæ Conſtitut.Nouiſſima Cod.De inoff.teſtā.In Ver.cuius portionis nec vſufructu de-fraudari poſſunt liberi quidem à parente. Preſſiùs adhuc More Andiū cauetur,nihilò plus in vſumfructum cuiquam dare licere, quàm iure mancipi, iure nexus,atque dominij.§. 324. Sed & ſi paterno munere fundi fructuarius,qui ſacris addictus eſt,gerat pro hęrede ex Repertorio bonorum,cogetur in id cóferre,ac deſcribere,quicquid ſibi antea donatum ſit. Alioquin beneficio Inuentarij mulctatur. Boërij Cóſil. 53.ex l.vlt.§.ſin verò poſtquàm Cod.De iur.delib.Si autem is paternę hæreditati renūtiet,opinor eo caſu,illum rei donatæ collationi minimè obnoxium fore,nec generali Andiū lege comprehendi, quæ renunciantibus donatorum collationem ſeu reſtitutionem iniungat. §. 334.Non modò enim Lex iſthæc Municipalis abhorret à Iure Ciuili, eòque coanguſtāda,ſed ad ſolas etiam lucratiuas pertinet donationis cauſas,non ad oneroſas. Qualis hæc in ſacerdotem filium liberalitas oneri admixta,& à Sacerdotali miniſterio inabdicabilis:ne victꝰ penuria clericus ab aſſiduo Numinis cultu,ſacráque functione abducatur. Sicuti Pōtificum ſanctionibus conſtitutum eſt, de titulo ſacratis hominibus dādo. In Can.Neminem.70.Diſtinct. Et Conſilio Vrbani. 2.apud Placētiam habito,cuius meminit Canon vlt.Ead.Diſtinct. Ex quo pariter, Hiſpaniarū Rex Philippus.2.vetuit,profana patrimonia quæ Eccleſiaſtici Ordinis nomine parentes liberis dederint Clero adſcriptis,obligari cuiquam,nedum abalienari,vel à ſacerdote quoquo modo diſponi:niſi ſalua huic fructuaria ſaltem ipſorum poſſeſſione. Bruxellenſi Edicto perpetuo Kalend.Iuniis an.1587.de Actis ſacrę Synodi Cameracenſis: Quæ apud Montanam, Hānonum metropolim peracta fuerat Octobri Menſ.an.1586.Cui Edicto planè cógruit Frācica Aureliorum Conſtitutio an.1560. art. 12. Gallicus tamē Fori vſus ſubſidiariam admittit fundi huiuſmodi ſacerdotalis pignerationē:inſtante priuato ſacerdotis creditore,cui fiduciarium parētes illum prærogarint. Ægid.Magiſtri Deciſion.Cap.23.De proſcriptionibus fundorum publicè venaliū:Iuxta Panormit.Scholia ad Cap.tuis De pręben.Et leg.ſtipendia Cod.De execut.rei iudic.

NosLib.2.Pariſ.Leg. Tit.5.art.23. monuimus. Areſto Pariſien. judicatum. donata Hæredi ex Inuentario. hæreditariis creditoribus eſſe ab eo conferenda. Die.7. Septemb.an. 1601.

Placart du Prince pour ſes Pays-bas,ſeu Belgica Ordinatio *faicte à Bruxelles* die.1.Iun. 1587.pro executione Decretorum Prouincialis Conſilij Cameracenſis *tenu à Mons en Haynau.*

Annotat. *ſur l'Edict des Criées.*

Don faict en aduancement d'hoirie.

INTESTATÒ mortui hæreditas diuiditur inter filios, & nepotem 6.
ex primigenio.Illi ab hoc collationē bonorum expoſcunt, quæ eius patri auus dederat in hæreditariæ ſpei anticipationē: Et quia fratris filius impubes erat,poſtulant tātumdem ex ipſius parte in auita mobili hęreditate deduci ac decerpi,quantùm patri auus pęrogaſſet. Verùm his reclamitans mater,pupilli tutrix valetudinarij, fatetur vtique, res mobiles minorum annis priori ordine diſtrahēdas in æris alieni diſſolutionem,quàm fundos pupillares. Sed onus collationis bonorum vniuerſa auitæ ſucceſſionis iura ſpectare,tam rerum ſoli,quàm mobilium,&

lium,& quę ex tota hæreditate delibata ſint ab auo filij gratia, in illam promiſcuè referenda, vel imputanda, nec modò in donatarij partem mouentium, ſed & fundorum defuncti ac patrimoniorum. Sicuti, econtrà, Legitimæ portionis complementum, debitæque filio vnciæ ſumuntur ex toto Aſſe hæreditario. l. ſcimus §. ſancimus Cod. De inoff. teſt. Aliud quidem patruos cautè ac verſutè moliri, dùm ætatis prætextu nepotis ægri & moribundi collationem exigunt à Mouẽtibus eiuſdem bonis. Nempè vt in hoc bonorũ genus ſucceſſoriã ſpem matri præripiant ſuperſtiti, & illius interim prædia penes ſe ſalua liberáque retineant hæreditario iure. Quocirca mediam viam ſectandam arbitror, quæque hæres in commune redigere debeat, ex cumulo bonorum partim mobilium, partim immobilium deduci oportere. Vt Curiæ Conſcriptos decreuiſſe traditum eſt à primariis Fori noſtri Cõſultis. Eòdem ſpectãt, quæ de publici Muneris à nobili patre filio empti collatione diximus, Volum. I. PARISIEN. MORVM.

Supplementum Legitimæ.

Iure Conſuetudinario Franciæ, alteruter parens nato ſuccedit in mobilia, & acqueſtus, proximi autẽ collaterales in hæredia & antiqua patrimonia.

Tit. 1. art. 33. In Marg.

QVÆCVNQVE pater filio prærogarit, pro eo tãto cõferri expedit, quãti valuerint tẽpore donationis, non paterni interitus. Siue enim donatarius meliorem fecerit fundum, ſiue deteriorem, inibitur ſolùm eius æſtimationis ratio, quæ die prædij donati extiterit, nõ aditæ hæreditatis. Andeg. Conſuet. §. 261. & 334. A quo minimùm diſcrepat Lex Pariſienſis, artic. 305. de ſumptuum in re donata factorum reputatione inter cohæredes. Sed Municipalia hęc Iura, de fundi bonitate ac intimo valore accipienda ſunt, nõ de exteriori pecuniario, qui variante temporum vſu ac regionũ mutari ſolet. Ex notat. in l. Cùm quid D. ſi cert. petat. Nam iſto caſu præſens latifundij æſtimatio cõferendi, inſpicitur à diuiſoribus communis hęreditatis, Niſi donatarius ma. it, corpus ipſum fundi, quod etiamdùm poſſideat, in medium referre. Vt Pariſiorum More eſt cõprehenſum, cita. §. 305. Et argum. L. filiæ Cod. De collat. In ver. mortis tempore. Ex facto autem ferebatur, patremfamil. in contrahendis primogeniti nuptiis eiuraſſe ipſius gratia publicũ venale Munus, quod gerebat, & id muneris connubiali Pacto nũmaria leui quantitate æſtimaſſe. Dehinc, patre extincto, mouetur familiæ herciſcundæ iudicium, & collationis bonorum inter hæredes. Quo in iudicio tractatum fuit, an conuenta illa Officij æſtimatio, quam donatarius cohæredi offerat, illũ iuſtæ collationis onere eximat. Pro filio dicetur cum Vlpiano, quoties viliore pretio res proiicitur donationis cauſa, & diſtrahitur, valere donationem. Lib. 7. Diſputat. l. 38. ff. De cõtrah. empt. Imò & quod dignitatis nomine à patre datũ ſit, vel debeatur, id Papinianus ait, filium in cõmune redigere non cogendũ, iſtudque propter onera dignitatis præcipuũ haberi oportere. Sed ſi adhuc debeatur, hoc ita interpretandum, vt non ſolus oneretur is, qui dignitatem meruit, at cõmune fiat omnium hæredum onus, hoc debitum. l. 1. §. ſed an id quod ff. De collat. bonor. Atque in hũc ſenſum, profertur ſolenne Curiæ Conſultum Pridiè Natiuitatis Deiparæ Virginis

Si tamẽ in matrimonio data res ſit inęſtimata, tunc ob difficultatem probandæ æſtimationis, quę fuerit die matrimonij contracti, expeditius eſt, ſequi præſentem rei valorem, qui tempore diuiſionis bonorum reperitur, deductis vtilibus & neceſſarii impẽſis, quæ extent. Vt innuit Cõſuet. Pariſienſis. d. art 305.

De Officij cuiuſdam à patre filio reſignati collatione inter cohæredes.

Iudicium Curiæ Pariſien. ſolenniter recitatum die. 7. Septēb. an 1582. pro Dn. Fauier Curiæ Conſiliario ex paterna eius officij reſignatione. Sub id tempus, nempè die. 23 Iulij. an. 1582. promulgatum eſt in Curia pariſien. Francicum Regis Edictū, publica iudicādi munera minimè amplius vænum, nec reſignatum iri.

an. 1582. Senatorios magiſtratus, queîs patres ceſſerint vni filiorū, collationis lege non teneri inter cohæredes.

CONTRARIÆ tamen partis opinioni adhæreo, quûm paternum Munus, quod filio iſtîc erogatū fuit, promercale ſit vulgari vſu, & inæqualis opū largitio inter liberos plebeię ſortis, lege interdicta Municipali. Vnde nec obliquè parenti licuit, minus æquo pretium rei ſuæ dicere, in publico illo Miniſterio fauore filij dimittendo. l. ſi res æſtimata. ☧. De iur. dot. l. ſi quis donationis In fi. D. de contrah. empt. l. ſi vir vxori prædia ☧. De donat. int. vir. l. ſi quis conduxerit D. Locati l. 1. §. ſed ſi forte D. ſi quid in fraud. patroni. l. ſi quis ante In fi. ☧. De acquir. poſſeſſ. l. omnimodò §. imputari Cod. De inoff. teſtam. Haud ſecus propemodùm, ac ſi quis, præfixo benè meritorum titulo, donarit ſuſpectæ prohibitæque perſonę, nec talia promerita aliunde probentur. Tunc enim nudę ipſorum enunciationi fides non adhibetur, nec donatio hoc colore depicta ſubſiſtit. L. qui teſtamentum D. de probat. l. Cùm quis decedens §. Titia honeſtiſſima fœmina ☧. De legat. 3. l. Qui vxori ☧. De aur. & argent. legat. Bartol. ad l. ſi donatione Cod. De collat. Idem in l. ſi fortè ☧. De caſtren. pecul. Quod & ſententiis deciſum eſt Gratianopolitani Senatus, Decemb. Menſ. an. 1455. Cui aſſidebat Vidus Papa in eum Ordinem cooptatus. Ex eius Deciſ. 95. Ne iſthuc producam Romanum C. Aquilij iudicis decretum in Octaciliam Laterenſem, à qua Viſelius Varro æger trecenta milia nummum expenſa ferri ſibi paſſus fuerat ea mente, vt ſi morti occumberet, illa Varronis cōcubina peteret ab hæredibus eam ſummam, ex libidinoſa largitione, debiti æris nomine inūbrata. Proin Aquilius, qui de re pro Tribunali cognoſcebat, adſcitis in cōſilium principibus ciuitatis, mulieculā repulit ſumma religione atque prudentia. Vt Valerius Max. atteſtatur, Lib. 8. Cap. 2. Enimverò ſi iudicāti fides fiat idoneè, debitarum eiuſmodi pecuniarum, concubinævè in donatorem meritorum, tunc prohibitoria donationis Lex non pertinet ad ęris alieni liberatoriam Pactionem, vel honeſtorum officiorum remuneratoriā. Vti nūcupatim ſenſit Petr. Ancharanus, Iuris Reſpōſo. 247. ac Decius in Cōſil. 132. de milite, ſeu clerico, qui ritè promeritis impulſus donarit concubinæ. Idemque Neapolitani Senatus iudicio terminatum narrat Afflictus, Deciſ. Neapolit. 102. Argum. l. Aquilius Regulus ☧. De donat. l. cū quis §. penult. ☧. De legat. 3. l. fideiuſſor obligari ☧. De fideiuſſ. Accurſ. in Authent. Vnde ſi parens Cod. De inoff. teſtam. Itaque ceſſat hoc caſu Andegaua Cōſtitutio, donationum in concubinam reſciſſoria. artic. 342. Nec cohæredibus item conferūtur, quæ à ſocero erogata ſint genero in ſumptuum & operarum penſationem, quas ille ſoceri rebus perdiu ſtudioſè impendiſſet. Meram enim donationē non eſſe hanc, defendi poteſt, verùm induſtrij generi officium mercede quadam remuneratum. Quæ autē ex cauſa debiti magis, quàm donatione ceduntur, ea non ſubiacent collationi inter cohæ-

8.

Legalis prohibitio ſimpliciter donandi certis perſonis, extēditur ad donationē ob cauſam meritorū, niſi ibidem enunciata merita aliis modis verificentur.

Delphinalis Parlamenti Areſtum an. 1455.

Vetita pura donatione, permittitur verè remuneratoria.

Non ſtatur cōfeſſioni, qua clericus ſe concubinæ debitorē conſtituit, niſi de eo debito exactæ fiant probationes. Vt Decius ait in d. Conſil. 132. Quum alioqui clericus, aut miles focariæ donare nequeat. l. 2. Et ibi Bart. Cod. De donat. int. vir. Idē in l. Affectionis ☧. De donat.

cohęredes. l. Paulus reſpódit π. De collat. bonor. Inſuper quod antedictũ eſt, gratioſam publici Muneris æſtimationé, in collatione datorum irritam eſſe, quá pater filio condixerit, ſuo in id Officij ſucceſſori, Nó procedit in Regio venali Munere, vna hac vice, hæreditario: Quod tutor pupillæ ſpóſo dotale æſtimatum dederit, inconſultis licet puellę propinquis, nec auctore Magiſtratu. Quùm enim virilem huiuſmodi functionem, ceu militiá, ſexus deneget fœminæ, res item ipſa facilè mobilis, caduca, ne dicam momẽtanea, fiat poſſeſſoris obitu inopino, Céſetur probè fũctus ſuis partibus tutor, pupillæ rebúſque cómodis proſpexiſſe, qui marito in dotem conſtituerit certo æris pretio adſcriptum Officium, volubilis alioqui, nec conſtantis æſtimationis. Vnde ſimul, liquida re nummaria conſtitit dos muliebris, ſoluto matrimonio reſtituenda, & in virum, Officij caſus iacturæque tráſlatum periculum. Ex Vlpiani leg. plerunque l. ſi res æſtimata π. De iur. dot. l. quoties l. cum dotem Cod. eod. l. vnic. §. cumque ex ſtipulatu Cod. De rei vxor. act. Quanquam igitur triennio poſt connubiale Pactum, dimidio táto creuit nummarius regij Muneris valor, haud ideo coniunx in vxoris cohęredé grauiore onerabitur pretij rei collatione, quàm dictati nuptialibus Tabulis. Quippe nec Tutelarem fidem deſeruiſſe tutor creditur, qui id egerit quod Ius cómune ferret: nec minor quidem annis cohęres circumuentus, qui eo vtatur communi Iure. l. ſi ſine §. Lucius. π. De administr. tutor. l. vlt. Cod. De in integ. reſtitut. minor. Quapropter Senatus, recte iudicatú à Pręrore almæ Vrbis pronuntiauit, qui amplioris collatione pretij (eius Muneris,) quá cóuẽti, maritum abſoluerat. Decreto, in Forenſi Pariſienſium litium diſſertatione publica, poſtridie Idus Apriles an. 1603. Doleo, fratris prouocantis: & Nigro, mariti ſororis, ex aduerſo, patronis.

Commiſſarij & Examinatoris in Caſtello Pariſien. Officiũ, retentum in familia *par ſuruiuance d'iceluy accordeé à Cordelle pere par le Roy.*

Areſtum Curiæ *en plaidant du Roolle de Paris* die. 14. April. 1603. de Officio Examinatoris ac Inquiſitoris teſtium in Caſtello Pariſien, In explicãdo art. 305. Pariſ. Conſuet. de collatione donatorum inter cohæredes ſecundum valorem tẽpore diuiſionis exiſtentem.

9. Sponsalitii epuli impendia, quæ ſponſi pater fecerit, veniunt ne id commune referenda. Nequaquàm, ex vulgari Vſu noſtrate. Imò nec Nuptialis quidem cóuiuij impenſæ conferútur, Meloduni Senonum. §. 277. Melodunen.. Cóſuet. Cui pulchrè conſonant Bartoli ſcripta, ad l. 1. §. Nec caſtrenſe Verſ. Vlteriùs quæro, pone quòd pater pro filio accipiẽte vxorem fecit expenſas in nuptiis, veſtimentis, ornamẽtis, & ſimilibus D. de collat. bonor. Tamen quoad nurus cultum indumẽtáque à ſocero tradita, diſtinguit Bartolus viles, ordinarias, & quotidianas veſtes à pretioſis ac feſtiuis: vt bonorum collatione exonerẽtur illæ, hæ, ſubiiciantur. Argum. l. ex annuo l. mortis cauſa §. vlt. π. De donat. int. vir. l. ſi vſusfructus §. vlt. D. Ad leg. Falcid. l. id veſtimentũ π. De pecul. Eádem quæſtionem ita dirimit Baldus, ad l. filij Cod. fam[il]. hercisc. Quantò minùs honorarium nuptiale munus conferetur: Vt putà vaſculum argenteũ, quod pater filiæ dederit, ſeu annulus, aureavè catenula. Cuiuſmodi monilium, quæ *iocalia* vocát, rata eſt donatio, ſi moderata. Vt inquit P. Caſtrenſis, ad l. Cum pater §. pater filiæ π. De legat. 2. Sed de his parciùs, quùm Senarij teſtimonio,

Banquet dès Fiançailles non rapportable en la ſucceſſion.

Conſuet *de Melun* ſic habet. *Enfans mariez du viuant du pere ou mere, ne ſont tenuz rapporter les frays de leurs nopces: Mais rapporterõt les robes nuptiales, ioyaux, & trouſſeaux, comme lict, draps, & autres choſes à eux dõnées.* Alioquin autem in Gallia ſecus, præſertim ſi magnæ impenſæ factę ſint, inſpecta perſonarum conditione & facultatum quantitate.

Le Don, ou preſent de nopces.

*Mulieri ornamentum mores, non aurum.

Quinam veſtiũ cultus fœminas deceat.

* Γυναικὶ κόσμος ὁ τρόπος, οὐ χρυσία.

Atque adeo Pythagoras Samius aſſidua diſputatione obtinuit apud Crotonienſes, vt matronæ auratas veſtes, cæteráque dignitatis ſuæ ornamenta, velut inſtrumenta luxuriæ, deponerent, eaque omnia in Iunonis Ædem delata, ipſi Deæ conſecrarent: præferentes, vera matronarum ornamenta, pudicitiam eſſe, non veſtes. Sicuti Iuſtinus enarrat Lib. 20. Lacænis autem fœminis ornatus omnis ereptus fuit, múdúſq; muliebris. Si Heraclidi credimus in Politia Lacedæmoniorú. Ariſtoteles necnon in Politic. ſenſit, mulieré minori cultu atque apparatu vti debere, quàm patria Lex móſque præſcribat. Quippe cui aduertédum ſit, nec veſtium nitorem, nec venuſtaté oris, nec auri magnitudinem tantùm valere ad mulieris laudem, quantum modeſtiam in rebus, ac ſtudium honeſtè decorẽque viuendi.

In collationem venit Reditus pecuniarius qui in dotem datus eſt. non fundus reditui ſpeciatim oppigneratus. licet poſtea filiæ marito ceſſus fuerit in ſolutum à debitore.

SOCER genero in dotem filiæ tranſcripſit quingentas libellas num- 10.
marij Vectigalis annui, cum eiuſdé pigneratitio iure in Meuianú prædium debitoris ſui. Triennio pòſt, gener hunc iudicio conuenit, vt præteritum vectigal exolueret. Reus, eo vt onere penitùs liberaretur, actori purè fundú dereliquit ſpecialiter pignori nexú. Nec enim fúdus tùm annuo illo ære præualebat. Sed paucorum inde annorum interiectu, creuit prædij æſtimatio, vt rei prædiariæ cuiuſque, ea in Prouincia, vbi res cóſtituta erat. Mox diem obeunte ſocero, controuerſum fuit inter eius hæredes, nûm filiæ maritus pecuniarium dotalem Reditum conferre teneretur, an fundum ei reditui obnoxium, quem debitor in ſolutum ipſi dimiſerit. Marito quidem multa cohæredes

Fundi pignoratio pro tanto, quanti fũdus ipſe valeat. videtur pura alienatio. d. l. qui habebat.

obiiciebát, ſocerú ceſſione Vectigalis annui de fúdo debitoris, quod fundi túc pretium exæquabat, fundo ceſſiſſe videri: Quem propterea ipſum cóferre neceſſe ſit, eiuſvè præſentem æſtimationem. l. qui habebat Vbi Bart. ff. De legat. 3. Idem in l. rem legatam In fi. ff. De adim. legat. Bald. ad l. 2. Cod. De fideicom. Angel. & Immol. in l. ſi tibi homo ff. De legat. 1. Interdum quippe euétus rem demonſtrat, quam partes antea, licet incertò & obſcurè, in ſtipulatum deduxerint. Putà litigioſi prædij legatario teſtator céſetur verè litis euétum reliquiſſe. Authent. Nunc ſi hęres Cod. De litigioſ. deprompta ex §. Et hoc autem, Nouæ Conſtitut. Iuſtinianeę De litigioſis. Ac veluti reuocabilis pretio Agri donator, creditur tátùm ipſius pretium liberaliter erogaſſe: ſic donatarius hęres merum pretium in cómune referre cópellitur.

Si pater vſumfructũ fundi dotalem filiæ dederit, quoad is vixerit, an eo mortuo, filia vſumfructum, quem percepit, conferat? Puto, eam nihilò magis illius fũdi fructus annuos, qui vice alimentorũ fuerunt, (quamuis principaliter in dotẽ dati ſint) conferre teneri. quam fratres ac ſorores alimenta, dotiſvè fructus

Bald. ad l. Ea demùm Cod. De collat. Idque fulcitur Caij I.C. ſententia in l. Si pignori res data defuncto ſit, dicédum eſt, in familiæ herciſcúdæ iudicium venire Verſ. quia pro eo erit, ac ſi hypothecaria, vel Seruiana actione, petita litis æſtimatio, oblata ſit. D. famil. herciſc. Meo tamé iudicio fœmina, quæ collatione dotis fúgitur, dotale ſolú ęs annuú confert hypothecariú, quod à patre accepit nó prædium hypothecæ ſubiectum, quod poſtea in aſſem véditum ei ſit, aut dimiſſum à debitore: Niſi cohęredes malint, talis prædij æſtimationem nummario Vecti-

rio Vectigali paterno emetiri, vt quod dehinc fundo acceſſit iuſti pretij compendium, filia ſibi priuatim excipiat. Nec enim plus iuris in hanc tranſtulit pater, quàm ipſe haberet fundi pigneratitius creditor, non proprietarius. Quòd autem multò poſt, agri dominium ad filiam peruenerit, id nouæ debitoris ceſſioni tribuendum, vltroneæque agri dimiſſioni, non coactæ ac neceſſariæ, quæ nec reflectitur ad diem nuptialium puellæ tabularum. Iuxta vulgarem Bartoli diſtinctionem in l. lex vectigali fundo. ff. De pignor. Quoties, ad hæc fundus datur iuſtè æſtimatus, eiuſce æſtimatio ſola ſupereſt ab eo debita, qui fundum receperit. l. plerúnque In fi. l. ſi rem æſtimatam l. quoties ff. De iur. dot. Atque ita de pigneratitio fundi Reditu, qui certo æris pretio conſtat, iudicandum eſt, vt fundus tantidem, nec pluris æſtimetur.

viuo patre perceptos. Secus ſi pater ampliſſimæ ditionis vſufructu filiam dotaſſet, qui ordinarium dotalis fundi reditũ lõgè excederet pro qualitate perſonarũ & bonorum quantitate. Tũc enim vſusfructus pars veniret conferendũ arbitrio boni viri. Argum l. Cũ in fundos §. Vxor viro vſumfructũ dotis nomine dedit. ff. De iure dot.

11. CÆTERVM ſi pater vxorium agrum filiæ dotalem conceſſerit, ambiguum eſt, illone præmortuo, filia agri partem dimidiam in medium conferat. Collationi locum non eſſe reſpódeas prima facie, quùm pater, cuius hæreditas diuiditur, nihil de ſuo filiæ in doté erogarit, ſed ex coniugis nunc viuæ ſpirantíſque patrimonio. Duobus enim fundum donátibus, is vnus rectè dicitur donator, penes quem totius fundi dominium priùs reſideret. l. penul. Et ibi Bald. Cod. De inoff. donat. Ac tametſi vterque parens filiæ nuptiis auctoritatem noménque accommodarit, dotem certè alteruter ſolus cóſtituiſſe creditur, qui ſuum ac proprium idcirco patrimoniú tradiderit. Argum. l. 2. 3. l. cùm propria l. Multùm intereſt Cod. Si quis alt. vel ſibi. Neque his abſonú eſt Vlpiani reſpóſum in leg. 34. & 51. ff. De Iur. dot. Nihilò ſeciùs opinor, in propoſita facti ſpecie, filiá, defuncto patre, dotalis arui ſemiſſem, licet materni cóferre debere. Nam vt dotandi onus vtrique parenti cómune eſt ab Leonina Cóſtitutione. 21. & Gallico More, ita cómunes vtriuſque fortunas exonerauit vxorij prædij in dotem cóceſſio. Vnde vxor è medio cómunium opum aceruo repetit iuſtam fundi proprij æſtimationem, quem pro filiæ dote alienarit. Vt Andium Lex innuit (§. 286.) præſcribés, de communi etiam ſolutum liberatúmque mariti hæredium, coniugi ex dimidia obligatum manere. Qua inſuper Lege cauetur, diuéditum vxoris latifundium in rem mariti, ab hoc ſuis propriíſque péſandum eſſe, nedùm communibus fundis. §. 336. Prædictis quoque admodùm cógruit Neratij I.C. dictum. ſi filiusfamil. mutuatus pecuniam, creditorem delegarit, vt daret pro filia dotem, vel etiam ipſe acceperit & dederit, videri dotem ab auo hactenus profectam, quatenus auus eſſet dotaturus neptem ſuam. Id enim in rem aui verſum exiſtimari. l. profectitia. §. ſi filiusfam. ff. De iur. dot. Quùm igitur effectu ipſo pater filiam æquè dotarit, ac mater, par eſt itidem, dotale prædium, alterutro mortuo, dimidiatim ab illa conferri. Id quod obtinet etiam in pecunia dotali à marito temerè ab ſumpta. Nec enim culpa vacat mulier, quæ illam à viro decoctam paſſa ſit, nec maturè ab eo res ſuas repetierit Arbitrio

In Conſuetudinariis Franciæ partibus, ſi filiæ maternum prædium in dotem detur ab vtroque parente, media pars ab ea cõfertur poſt mortem patris, licet viua etiã dum matre.

Leonis Imp. Nouella. 21. Vt dotis promiſſio ex paternis aut maternis bonis facta præſtetur. Nempe ſi pater indefinitè dotẽ aut donationẽ propter nuptias promiſerit, ſolus nõ exigitur, niſi ex parte inæquali ſpecialiter promiſerit.

An dotis à marito cõſumptæ & perditæ fiat ab vxore collatio in parentum hæreditatem.

Art. 319. Andeg. Cōſuet. de vxorio forēſi remedio in maritū bona ſua dilapidantem, eiuſque creditores.

Marit' vxoris Mobilium legatarius, in quibus erat vxoria dos pecuniaria, mobilis tota, vt inter mercatores, nō tenetur eam dotem conferre ſoceri hæredibus, poſt coniugem ſuam mortui. Quia maritus, tāquam extraneus, qui, pręmortua vxore, non ſuccedit nec conferre tenetur l. vlt. ff. De collat. dot. Secus ſi mulier patri ſuperuixiſſet, eique ſucceſſiſſet.

dotis recuperandæ. Ex Iuſtinianea leg. Vbi adhuc De iur. dot. Cap. Per veſtras De donat. int. vir. Et Andeg. Conſuet. artic. 319. Ob idque nulla cohæredi fœminę præſtatur excuſatio ac immunitas collationis bonorum dotalium. l. Dotis Et Authent. Quod locum Cod. De collat. Vbi Bart. Alber. & Bald. §. Illud quoque In Authent. De æqual. dot. Idem in fundis à patre erogatis luxurioſo adoleſcenti, qui bona ſua dilacerando & diſſipando profuderit. Haud ideò enim datorum collatione exoneratur iſte: ne prodigus ęris, euerſórque patrimonij in meliorem, quàm vir frugi ac ſobrius, cōditionem redigatur. Bartol. ad l. ſi cùm dotem §. ſi poſt D. ſolut. matrim. l. Seruius D. Quod vi aut cl. l. Nō ſolū ff. De noxal. act. Attamē ſi pater filiæ perdituro genero ſoluiſſet dotē, nec eius reſtitutioni præditus cauiſſet, aut prædiis, tūc Diplomatis ſuffragio iuuaretur mulier, quę nullius culpę rea ſit, ne in paternam hæreditatem dotales nummos conferre teneretur. Argum. d. Authent. Quod locum. Et ibi Iaſon Num. 12. Ac l. ſi cùm dotem. Quò referri etiam poteſt Andegauæ Legis ſententia, art. 242. 243.

Cæteroquin fideiuſſores dotium à maritis non dantur l. 1. 2. C. Ne fideiuſſ. dot. dent. Et in Cod. Theod. De fideiuſſ. dot. Secus de dote promiſſa & danda marito. l. 5. § ſi pater. ff. De iur. dot.

Vtifrui ius ſibi eſſe, ſolus poteſt intendere, qui habet vſumfructum, non qui habet proprietatem, nec vtendi fruendi ius ſeparatum: Quū ſuus nemini fundus ſeruiat. l. 5. D. ſi vſusfr. petat.

Solus maritus, manēte matrimonio, dominus eſt mobilium, & acquiſitorum cum vxore.

Statuta Miſniæ Saxonicæ.

VICINA ſuperiori concertatio eſt de dote, puellæ appenſa non ex 12.
materno purè, aut paterno fundo, ſed parēti vtrique cōmuni, An vita functo alterutro, filia collationis munus pro parte ſuſtineat. Dubitandi rationem adfert Lex Andegaui Municipij, qua cōiugum ſuperſtes acquiſitis vtitur omnibus ac fruitur, quandiu ſpirarit, nedùm media portione, quæ ad eum iure mancipi ac dominij pertineat. §. 283. Atque hinc conſequens videtur, puellā vitæ beneficio alterius parētis, à quo promiſcuè cauſam habuerit Pactis dotalibus, ſolido fundo vti ac frui debere, nec illo viuo, ad collationem vrgeri: niſi totius prædij dotalis vſufructu ſubducto, qualē ſuperſtes coniunx, niſi ceſſiſſet filiæ, penes ſe retinuiſſet. At cohæredes, è diuerſò, contendunt tempore contracti puellæ matrimonij nullamdùm alterutri parēti quæſitam fuiſſe fructuariam dotalis agri poſſeſſionem, quàm filiæ trāſcribere licuerit, nec vllum omnino ſuperſtiti fructuarium ius, niſi ab alterius obitu, patria Lege deferri. Neque enim vſumfructum rei propriæ, aut cōmunis effingi, qui in aliena tantùm conſtitui valeat. l. cùm in fundo. ff. De iur. dot. In prin. l. quod noſtrum. ff. De vſufr. Quinetiam conſtante viri ac mulieris coniunctione, ſolus ille pro arbitrio decernit de omnibus eo in conſortio partis. Frācica Cōſuetudine, quam ex I. Fabri dictatis alibi recenſuimus. Eapropter filia, abs qua dotalis prædij collatio petitur, detrahere nequit parentis in eo vſumfructum, qui nullus fuit die conſtitutę dotis, nec ſperari ampliùs potuit: quùm viui vtriuſque parentis aſſenſu fundus ille diſtractus ſit in filię dotem, & ex coniugali bonorum communione diremptus. Proinde cenſeo, filiam partis fūdi collationi, nulo inde vſufructu decerpto, alligari. Saxonico item Iure fuſiùs patet rerum collatio. Nam per totam ferè Miſniam lege ſtatutum eſt, vxori, defuncto coniuge, trientem bonorum deberi ab eo relictorum. Quo caſu, ea tenetur liberis cōferre non modò connubialia lucra à marito accepta, ſed vtenſilia etiam, ac reliqua ſua, quæ ab

viuo

viuo marito, aut vndecũque ſibi compararit. Lib. 1. Different. Iur. Ciuil. & Saxon. Cap. 20.

13. ORBAM patre filiam mater nuptum elocat Tithaſo, & dotali cautione hæreditariũ gnatę ius in bona paterna mercatur quinis millibus numûm aureorũ. Matre dehinc viuis ſublata, puellæ fratres collationem poſcunt maternæ dotalis pecuniæ, quę iuſtum pretium diſtractæ partis hæreditariæ ſuperaret. Liberorum enim cõditio patriis Legibus exæquatur, quæ adſcito commerciorum fuco & commento circumueniri non debent. Nos verò, contrà, in Senatu pro genero, aliam filij filiæve, aliam generi cauſam eſſe, qui velut exter quiſpiam, ne immergeretur hęreditariis oneribus ignotis, dum nouę familiæ inſereretur, cauerit ſibi, ac certo ære de paterna coniugis hęreditate deciderit. Nec enim committendum, vt vxoris propinqui, aut parentes ſpecie coëmpti iuris cuiuſdam inducãt generum, & cùm ſciãt, liberè ſe pretium ſolidum præſtare non poſſe, id agant, vt genero pręſtruant inſidias. l. 84. ff. De iur. dot. Dicebã ergo, generum qui omittendæ hæreditatis præmium cœpiſſet, pro hærede ſoceri nõ geſſiſſe, nec collationem implere cogi. l. 24. ff. De acquir. hæred. Hęreditatis venditorem eo habendum loco, ac ſi nũquam fuiſſet hęres, nec hęreditariis oneribus implicari. l. 2. §. ſi publici vectigalis. ff. De hæred. vel act. vend. Hęc de paterna quidem hæreditate. Quod autem, velut ſubſidio, opponebatur, iuſti pretij reſiduum in materna hæreditate deputãdum, (quaſi à matre in dotem pręrogatum eſſet.) Diluebam ita, nihilò impenſiùs ſpectãdam pretij magnitudinem in ceſſione hęreditatis, aduerſus venditorem, quàm eius vtilitatem pretij, aduerſus emptorem. Nec enim talem emptionem reſcindi læſionis obtẽtu vẽditoris, liquet ex Baldo in l. Per diuerſas Cod. Mand. Et grauiſſimo S.C. Pariſienſi ad Pẽtecoſtes an. 1576. Per hunc fermè modum Paulus I.C. ait, eũ doli mali præſcriptione vti non poſſe, qui indebitam pecuniam per errorem iuſſu mulieris ſponſo eius promiſiſſet, ſiquidem nuptiæ ſecutæ fuiſſent. Maritus enim ſuum gerit negotium, & nihil dolo facit, nec decipiẽdus eſt, *quemque ſibi generum Tethys emat omnibus Vndis.* l. ſi donaturus. §. 1. ff. De condict. cauſ. dat. Excepto, quòd poſt viri obitum, temporarij domini dotis, competit mulieris cohæredibus in eam maternæ pecuniæ vel condictio, vel collatio. Vt innuit. §. ſi quis indebitam d. l. ſi donaturus. Sic deniquè à Senatu pronũtiatum eſt in cauſis agendis Nono Calẽd. Sextiles an. 1578. ſecundùm Iohannem *Preuoſt*, & Mariam *Frollo* coniugem cliẽtes meos: in Hieronymũ *Frollo*, pro quo Buyſſonius dixit, appellantem à Pręfecto Vrbi Lutetianæ. Huc pertinent Alexãdri ſcripta, ad l. quamuis D. ſol. matrim. Et in l. Quinque legibus. ff. De bon. damnat. Cum Vidi Papij Deciſ. 447.

Collatio non habet locum niſi inter cohæredes, vel in præſumptum hæredem, qui hæreditati renũciet. §. 334. And. Leg.

Tales maternas in vnum liberorũ venditiones ſimulatas, reuocabiles ait Molineus, ad §. 255. Cenom. Conſuet.

Secus de paterna, maternavè fundi donatione in generum matrimonio facta: quem is fundum cõferre cogitur vnà cũ vxore. l. Vt liberis Cod. De collat. Verſ. nulla diſcretione intercedente, vtrum in ipſas ſponſas parentes donationem cõtulerint, an in ipſos ſponſos earum, vt per eos eadẽ in ſponſas donatio celebretur.

Decretum Parlamẽti die 24. Iulij. an. 1578. quòd collatio ceſſat inter extraneos.

Tit. IIII.

DE PARENTVM IN LIBEROS DONATIONE.

1. *Donata à* collaterali *propinquo, an reputentur acquiſita, an patrimonialia.*
2. *Tertiam ſolùm patrimonij partem ex qualibet ſanguinis linea donare licet apud Andes.*
Domino directo, vel Fiſco, legitimi hæredis vice, ſuccedenti non cõpetit actio reuocatoria donatorum alteri ſupra modum Legis Municipal.
3.4. *Alibi item, vniuerſi patrimonij trientem dare permittitur, ex bonis vnius tantùm lineæ bonorum donatoris.*
5. *Legatum* exceſſivè *de bonis Municipij vnius, reſciſſo quod excedit, ſupplẽdum ex bonis alterius Prouinciæ eiuſdem teſtatoris.*
Valet contracta bonorum ſocietas inter conſanguineos, eo pacto, vt alteri ſuperſtes in cuncta illa ſuccedat.
6. *E ſingulis legatis, vel donationibus, quæ ſimul ſumptæ modum excedunt, tantum detrahitur, quantum ſupereſſe debet, iuſto donandi modo deducto.*
An primus ex matrimonio naſciturus, cui purè donatũ ſit nuptialibus Pactis, ſubſtitutione grauari poſſit teſtamento parentum.
7. *Donationis prohibitoria Conſuetudo, non extenditur ad oneroſam donationem pia de cauſa factam.*
8. *Donationis nomine, non venit donatio ob cauſam & onus, quatenùs cauſa oneroſa concurrit.*
9. *Partis hæreditariæ datio fratri facta iure proprietatis, non eget inſinuatione; quaſi donatio: licet alioqui illa pars in vſumfructum ei ſolum deberetur.*
10. *Donator, inſinuationis defectum donationi obijciens non auditur.*
11. *Mortuo ſine prole donatario filio, res hypothecis liberæ reuertanturnè ad patrem donatorem.*
12. *Mutuum coniugum teſtamentum, ab altero ſuperuiuente reuocari facilè non poteſt.*
13. *De eo lata Areſta* Curiæ *Pariſien.*
14. Baſtardo *quatenus in Andegauia donari poſſit.*
15. *Naturalis matris in filios donatio valet, vt in extraneos quoſuis.*
16. *Nemo ſimul ad legatum recipitur, & hæreditatem cum beneficio Inuentarij.*
17. *Reditus annui legati redemptione, legatum non extinguitur.*
Rei legatæ oppigneratio poſterior, non eſt cauſa ademptionis legati.
18. *Rupto, vel cancellato ſecundo teſtamento, remanet primum.*
19. *Lex prohibitoria dandi filio, ad nepotem producitur.*

20. *Subſtitutio*

20. *Subſtitutio, quæ hæredis fraude vel culpa in iudicio publicata non eſt, ſortitur effectum, quaſi publicata, in hæredem hæredis.*

21. *Dotator ipſe, an immenſæ dotis & inofficioſę querelam rectè moueat.*

22. *Deficientis patrimonij locum ſubeunt* Acquæſtus: *quorum ideo ampliorem, quàm patrimonij, portionem donare non licet.*

Inter Nobiles, valet propinqui donatio in hæredem hæredis preſumpti: nec à donatario conferenda venit cohęredibus in ſucceſsione patris communis, qui heres fuerit donatoris.

1. EXCVSSIS Patrimonij bonis, quæ à defuncto ad hæredem lege veniunt vniuerſim, pergamus ad ea, quæ viui parentes liberis peculiari donatione largiuntur. Quicquid enim parentis liberalitate confertur in filiũ, non cenſetur purè abſolutéq; erogatum, ſed formula quaſi repræſentatæ bonorum ſucceſſionis. §. 320. Andegauen. Conſuetudin. Nec minùs iſtud donatarij patrimonium dicitur, quam quod hæreditario iure deferatur. §. 323. Idem planè de agnatorum in futuros hæredes largitate, quam Andegauus Mos donatarij hærediis adnumerat. cita. §. 323. 333. & 513. Secus in aliis Galliæ Municipijs, quæ ſimili Conſuetudine non regantur. Nam tranſuerſo gradu propinquis data, videntur in ordinem referenda acquiſitorum, quaſi aduentitia bona, non profectitia, Iure Romano appellata. Maſuerius in §. Item & dicuntur conqueſtus Tit. De ſocietate. Ac ita S.C. Lutetiano deciſum eſt 9. Kalend. Sextiles ann. 1563. quod Conſcripti Patres legi in Auditorio Pręfecturæ Pariſien., intexíque eius Regeſtis præceperunt. Ei autem S. Conſulto argumentum præbuit Matthæi *Sartel*, & Geneuofæ *de Harte* coniugis prouocatio à Sententia Præfecti Vrbi, contra Ludouicum *le Maire*, & Ianam *de Valencourt* vxorem, patris hæredem: cui patri Robertus frater ſacerdos prędium *de Fontaine* legarat, cum onere alendi ſymphoniaci pueri in Æde ſacra. Senatui enim placuit, talem prælegationem, velut merum quæſtum, Genouefæ legatarij tum vxori communicari, licet ſpe proximi hæredis teſtatoris. De ſimili tamen quæſtione Curia ſumma diu pòſt cenſuit deliberandum Kalend. Februar. ann. 1580. quùm Nos pro hæredibus Gilberti Chomati legatarij, & Cauchonius pro vxoris hæredibus, vtrinque palàm egiſſemus. Ac ſub idem tempus præiudicata res fuit à Quinqueuiris, ex Senatorio illo Ordine, emendatoribus Conſuet. Pariſienſis, artic. 246. ſecundùm donatarij ſocios ac conſortes. Planè Chaſſeneus exiſtimat, donatum à conſanguineis tranſuerſa linea, non cadere in ſocietatem bonorum, neque vlla ex parte ſociis acquiri: ſiquidem alioqui ſucceſſuro prærogatum ſit. In Conſuet. Burgund. §. 2. Tit. *Des droicts apparten. à gens mariez.* In Ver. *& acqueſts.* Idem Tiraquello viſum, De Retra-

Don des parens à l'heritier preſumptif, reputé aduancement d'hoirie.

§. 323. Andeg. Leg. *Si le pere, ou frere noble donne à ſon fils ou frere puiſné à perpetuité, ce qu'il n'eſtoit fondé à tenir que à viage, tel don ne ſera reputé ſo acqueſt, ains ſon propre heritage, & patrimoine.*

§. 333. Andeg. Mor. *Donation faicte en faueur de mariage d'heritier ou heritiere preſumptiue en tout ou partie du donneur, &c. eſt reputee aduancemẽt d'hoirie, & le propre patrimoine du parẽt donataire mouuant ſa coſte & ligne, &c.*

Areſtum Curiæ Parlamenti die 24. Iulij an. 1563. *ſur l'appel du Preuoſt de Paris.*

Auctoriſactio in Senatu die 1. Febr. ann. 1580. pro hæredibus Gilber. *Chomat* procuratoris in Parlamento Pariſien.

Hoc ita, niſi ſucceſſuro datum & declaratum ſit expreſſim, vt res donata cenſeatur acqueſtus donatarij. Quo caſu fit ac-

queſtus, huiuſce cõiugi cõmunis factus. Tiraq. in d. §. 31. Num. 51.

ctu lineari, §. 32. Gloz. vn. (Num. 51. 52.) Poſt I. Fabrũ in Prœmio Inſtitutionum, & Guimerium Pragmaticæ Sanctionis ſcholiaſten, Tit. De concubinar. In Ver. quæſtus. Exploratum eſt pariter Iure Ciuili, donationem, quæ à neceſſariis & propinquis facta ſit, quæſitorum albo minimè accenſeri, nec in commune redigi cum ſociis donatarij. Leg. ſocium qui in eo §. vlt. D. pro ſoc. Id quod Baldus concinnè tractauit in l. antepenul. Cod. De bon. quæ liber. Et in Cap. 2. De duob. fratr. de nouo benefic. inueſt. Alexander, Iuris Reſponſo. 49. Volum. 1. Ac priſca denique Vviſigothorum Lege, vni parta coniugi, munere amicorum, ipſius propria fiunt, nec cum altero in medium referũtur. Lib. 4. Leg. Vviſig. Tit. De Hæreditat. art. 16.

Donata vni ex ſociis, non commmunicantur ſocietati.

DONATIONES de auito patrimonio, rectè ſui arbitrij fecit Con- 2.
ſuetudo, ademptáque Moribus hærediorum diſpoſitio libera: vtpote quorum legitimus hæres mutari non poſſit. §. 321. & 327. Andeg. Conſuet. Redimus enim quodammodò ad vetuſtã illam Atticæ legis, quæ volebat facultates defuncti in familia manere, ſeruitutem: quam Solon ſuſtuliſſe dicitur, cùm vſum Teſtamentorum ederet. Vnde cui diuerſorum ſtemmatũ prædia, & hæredes ſuppetant, is patrio Ritu prohibetur, gentilitij cuiuſque prædij trientem externa liberalitate excedere: vt modus inconſultæ largitioni præpoſteræque imponatur. §. 324. Andeg. Conſ. 339. Cenomanæ.

Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco.

Argentræus in Titulum Iuris Britannici de Donationibus, citat duo Curiæ Britãnicę Decreta an. 1575. & 1576. Vt planum faciat. nihilò magis cuiquam permitti, plus tertia patrimonij cuiuſque lineæ parte donare, quam vniuerſi patrimonij, quod ex quacunque linea poſſideat. Multò magis apud Andes, vbi hæredes vnius lineæ ita ſeparati ſunt ab hęredibus alterius lineæ, vt vna deficiente, altera defuncto non ſuccedat, ſed Dominus feudi. §. 268. Andeg. Leg.

Hinc quoque donatoris hæredi, qui largiùs æquo bona ſua in multos effudiſſet, datur Caluiſianæ, aut Fauianæ conſimilis actio, ad exemplũ libertorum: vt quæ ſupra licitum modum profusè collata ſint in fraudem hæredis cuiuſquam, ſingulis donatariis auocentur. §. 335. Andeg. Conſuet. 347. Cenom. A quibus haud longè diſſentit Romana Iuriſprudentia, §. Cùm dicitur l. 1. Tit. SI CVI PLVS, QVAM PER LEGEM FALCIDIAM LICVERIT, LEGATVM ESSE DICATVR. Attamẽ ſi viuus donator nonnullis donatarum rerum poſſeſſionem tradiderit, quæ iuſtum modulum non trãſgrediantur, eo caſu poſteriùs data, quatenùs immodica iam fieri cœperint, reſcinduntur, non verò anteriores donationes. cit. §. 335. patriæ Legis. Donatorum item reuocatoria non competit ſuperiori Domino, ſubditi hæredum in vicem deficientium, ſuccedaneo bonorum poſſeſſori. Illa quippe Moribus tribuitur condictio gentilitiæ ſtirpi & agnationi donatoris, quaſi Legitima ex patrimoniis familiæ, addictą conſanguineis eiuſdem. Cita. §. 324. Andegau. Leg. Ex quo, familiaria iura, ad exteros minimè tranſeunt. l. quia perinde l. ſi patroni D. ad S. C. Trebell. l. familiaria, & l. ſeq. π. De relig. & ſumpt. fun. Sic Neuſtriæ Ritu, Fiſcus, creditorvè primigenio ſubrogatus non vtitur natalitia ipſius prærogatiua: fœminarum nempè excluſoria à bonis parentũ, oblata nũmaria dote: & feudi vnius præceptione, ſubnixa in mares ſecundogenitos. §. 263. & 329. Normanicæ Leg. Suppari demùm argumento, Senatus Pariſiorum

Art. 324. Verſ. *ne peut charger de don en chaſcune deſd. lignes, que le tiers du patrimoine mouvant icelle ligne.*

vniuerſa

vniuerſa adiudicauit Iani Lamiraudi bona adoptiuę eius filiæ donatariæ: Regina Scotica perperam obnitente, Turonici Ducatus fructuaria: Quæ propinquis hæredibus vacuas defuncti fortunas ſibi aſſerebat, eóque peranguſtis finibus coarctari donationem poſtularat ex Turonum More. S. Conſulto facto Iunij Luce. 8. an. 1576. poſt litem in Tribunalitio Curiæ theatro publicè diſceptatam à Mangotio, donatariæ: & Chauuelino, Reginæ cauſam agentibus. Secundùm vulgatam Iuris Regulam, de bonis vacantibus: quæ ab inteſtatis duntaxat, nullóque ex vtralibet cognationis linea hærede, Fiſco quærantur. Leg. ſi quando l. vacantia De bon. vacant. Lib. 10. Cod.

Apud Turonas bona vacantia ad dominos Iuſtitiarios ſpectant art. 43. 44. & 321. Turon. Conſ.

Immobiliũ vſusfructus ſolus donari poteſt Turon. Cõſ. §. 233.

3. Sicubi porrò alibi ſcripta Conſuetudine nil expreſſum ſit de proprio cuiuſvis ſtemmatis fundo ſeruando, redigitur quidem immoderata patrimonij largitio ad trientem, vel quincúcem, ſed vniuerſi promiſcuè, non particularis ex hac, vel illa cognationum linea. Nam patrifamil. ius eſt, tertiam propriorum bonorum partem dilargiri, ſiue confuſim ex qualibet gente prædiorum, ſeu diſtinctè ex toto vnius gentis familiæque hæredio: Seiani nempè legato fundi, quem ea ex familia ſolum teſtator poſſidebat. Vnius enim hominis non ampliùs, quàm vnum habetur patrimonium, quo de toto trientem donare fas eſt. l. ſed etſi plures. §. filio. ff. De vulg. & pupill. l. Iuriſperitos. §. cùm oriundus. ff. De excuſ. tutor. Ac veluti non diſtrahendum in partes, quod ſuapte natura vnum ſit, admonet Baldus in l. ſancimus. §. ſin autem per diuerſa Cod. De donat. (vbi agit de conſignanda forenſibus Actis vnius ſummæ erogatione munifica.) Sic in donationibus minimè diſpiciendum eſt, quid ad ſuæ quémque agnationis hæredem legibus redire deberet ſigillatim, ſed quid donationis tempore vniuerſim fuerit in bonis donatoris.

Pecuniarię ſũmæ donatio Actis inſinuanda Iure communi.

4. Qvibvs tamen, ex aduerſo, obiici poterit, vnius eiuſdémque hominis facultates interdum vario ac multiplici iure cenſeri. l. 1. §. ſi filij famil. ff. De ſeparat. bonor. l. Hinc quæritur. §. poteſt. ff. De pecul. Eóque patrimoniorum vindicem tutelarémque Conſuetudinem non aliò ſpectaſſe, quàm vt ſua genti cuique ac familiæ poſſeſſio gentilis, auitæque fortunæ ſtarent integerrimæ, & ei adſeruarentur, vnde manaſſent: quaſi diuerſæ hæreditates origine, ſanguine, genere, gente. Hiſdem adiicitur, tot hæreditatum mixturam, quæ ſanguinis concurſu, in vnius manum domini coïerint, nequicquàm mutare ſuccedendi viciſſim conditionem: Ita, vt poſſeſſore liberis orbo, patrimonium quoduis ſuam in gentem recurrat. Quemadmodùm de ſeruitutibus fertur, quæ dominij coniunctione prædij dominantis & ſeruientis tolluntur vtique, iure confuſionis: ſed incidenti dehinc ſeparatione ex cauſa antecedenti, reſtitui debent in priſtinum ſtatum. l. legatarius. Vbi Imol. Angel. Iaſ. ff. De legat. 1. Bart. Bald. & Angel. in l. propter veneni. §. neptis D. ad S. C. Syllan. Verùm hæ antinomiæ nihil ad inſtitutum, quo minùs totum quiſque hæredium, ex qua propinquitatis linea viſum ſit, capacibus largiatur, dùm ne vniuerſi patrimonij

Ex patrimoniis variarum linearum cognationis, dominus poteſt extraneo donare vniuerſa vnius

lineæ bona, modò donata non excedant tertiam partẽ totius patrimonij donatoris. In Andibus, & Cenomanis, ſecus, vt ſuprà dictum eſt.

trientem excedat. Concedo enim, varij generis patrimonia morte proprietarij tranſmitti ad totidem ſtemmatum & familiarum agnatos hæreditario iure. Haud ideo tamen viuo illi interdicitur rei ſuæ arbitrium, commerciúmque omnigeni patrimonij citra delectum, modò intra limites Moreloci præfinitos, Saluo eo duntaxat, vt cui hæredi ſpe deſtinatum prædium, defunctus extraneo dederit, is cum aliis hæredibus agat, vti cuiuſque tertia demetatur.

NAM alioquin ſi res iudicio abducerentur propterea à donatario, quòd plus tertia patrimonij vnius familiæ parte ei fuiſſet erogatum, ſequeretur totius fermè Aſſis hærediorum interdictio, nedùm bini trientis, ſiquidem hæredia ex multiplici agnationũ ſtirpe diffluxerint. Quo nihil abſurdius excogitari poſſe, docemur inſigni Areſto *Parlamentari*, Lutetię recitato poſtridie Idus Sextiles an. 1575. Inter Petronillam Mariettam Iani Pagani viduam mulierem: & Iohannem *Peguy*, cum Claudia Marietta coniuge, litigatores. Controuerſiæ ſpecies hæc erat. Teſtantibus Aureliorum lege vetitum eſt, ampliùs quina parte propriorum bonorũ dare, legare. Teſtator ingentis reditus ditionem Hermeti reliquit, qua, Aurelianeſium illius hærediorum ſumma conſtabat. Quùm autem in finitimis Regionibus teſtator antiqua alia haberet latifundia, quibus cumulo iunctis, prædiolum legatum erat infra trientem totius patrimonij, Senatus fundum legatario adiudicauit: niſi mallent hæredes, imminuto legato pro rata Aurelianen. hærediorum, illi reſarcire, præſtareque integrum patrimoniorum defuncti trientem ex reliquis bonis alibi ſitis. Qua pariter in ſententia eſt Molineus, ad §. 41. Aruernæ Conſuet. Tit. De hæreditat. Rurſus ſi totidem vnius hæreditates effingas, quot patrimonia variorum ſtemmatum poſſideat, conſequens fuerit, agnatum ſucceſſorem in vnum genus patrimoniorum, legati capacem fore, vel donationis alienorum, alienæve gentis prædiorum, etſi ab vno omnium domino tenerentur. Id quod nemo ſanus vnquam aſſeruerit, cùm lex prohibitoria dandi proximo hæredi, complectatur qualemcunque hæredem ſeu mouentium, ſeu quæſtuum ſoli, ſiue paternorum etiam bonorum, ſiue maternorum, vt omnis fraudibus via obſtruatur. Vnde ſufficit, cui donatur, eum hęredem ſpe pręſumi, quauis cognationum linea donatorem contingat. Et hæc ratio mente Legis noſtræ continetur, ac verbis Pictonicæ. §. 215. Secundùm quem Pictonum Morem expreſſum, Curia Ornatiſſ. Annam *Goulart* matrem donatione ſua mouit paternorum filij bonorum Claudij *de Coudon*: cuius ad ſucceſſionem in res mobiles, & acquiſitas, donataria, Conſuetudine vocabatur. Decreto. 5. Idus Martias an. 1581. pro ſorore, aliiſque tranſuerſariis hęredibus Claudij *de Coudon*, qui a Sententia præfectorum libellis Senatorum Curiam appellarant. Eadem apud Andes obtinere, ſubmonet patriæ Legis articulus. 338. quo purè & indiſtinctè, donatarius quiſquam ſimul & hæres eſſe prohibetur. Huic quoque opinioni ſubſcribit Argentræus in Tract. De donation. Iuris Britannici artic. 218. Glo. 9. 5.

S. Conſultum die 14. Auguſti an. 1575. *Entre Perrette Mariette veſue de Iean Payen demandereſſe, & M. Iean Peguy, Claude Mariette ſa femme, & conſors defendeurs. Que le legs exceſſif ſur les biens aſſis ſoubs vne Couſtume, doit eſtre parfourny ſur les biens des autres Couſtumes.*

Areſtum Curiæ Pariſien die 11. Mart ann. 1581. *ſur l'appel des Requeſtes du Palais entre les heritiers collateraux de Claude de Coudon appellans, & la mere remarice à vn nommé Arembert intimee.*

Ali-

Aliquando tamen inter fratres duos, alióſve proxima coniunctos neceſſitudine, initur ſocietas bonorum iam communium à genitoribus profectorum: nuncupata conditione, vt ad ipſorum ſuperſtitem promiſcua dehinc cuncta pertineant. Cedò, canè pactio Lege tenebitur donationum prohibitoria? Primò quidem obtutu ita videatur, quaſi donationis cauſa contracta ſocietas non valeat, præſertim in ſtirpe propinquos hæredes. Vt Lib. 2. oſtendimus PARISIEN. MORVM. Enimverò ſocietatis appendix conuentióque illa veriùs dicitur, quàm mera liberalitas, Iura interdicta Andegauorum. Leg. 3. §. de illo D. pro ſoc. Et Maſuerij exprompto iudicio, in Praxi, Rubr. De ſocietate: Cum aliis notæ melioris Auctoribus, citatis d. Volum. 2. PARISIEN. LEGVM. Tale ſaltem communionis Pactum dubio ſuſtinetur rerũ euentu reciproco. Leg. 1. l. cùm proponas Cod. de pact. Quinimò vſu receptæ Gallico feruntur tales conſortij bonorum formulæ, cum futura ſucceſſione in bona præmorientis. Lib. 20. Paponij, Decretorum Curię collectaneo, Tit. 2. Et Dionyſ. Gottofredi Scholiis ad Leg. 19. Cod. De pact.

In ſocietate vniuerſorũ ſpecialiter coita, veniunt hæreditates & legata, alterutri delata ſociorum. l. 3. l. ſi ſocietatem vniuerſarum D. Pro ſoc.

Tit. 3. art. 5.

6. CVR Andium More illicita ſit plebeij hominis liberalitas in aliquem ſuorum hæredum, ratio ducitur à peræquatione cohæredum ſeruanda, nevè alterius prælatio tetrum liuorem ab aliis, inuidiæque faces in illum excitaret. §. 260. & 337. Hánceque ipſam cauſam Iuſtinianus Cæſ. adnotauit in l. Cùm oportet. §. ſic enim Cod. De bon. quæ liber. At genere illuſtres ſecundonatis ſuis, vel eorum quidem vni, licitè impertiunt trientem patrimonij, & acquiſitorum, cum mouentibus cunctis, perpetuò tenendum ac fruendum. § 241. & 321. Andegauen. Leg. Id quod non multùm abeſt à priſca Francorum Obſeruatione, quam literis vtcunque mandauit Petr. Fonteneus, magiſter libellorum ſupplicum in Regia D. Ludouici, hoc verborum conceptu. *Par notre Vſage peut li francs hom donner à ſon enfant le tiers de ſon franc fié, ou partie, & les deux parts reuienent tos iors à leſné: Et s'il done plus du tiers, leſné le peut rapeler: Et s'il depart meins du tiers, li autre ne peuent pas pleidier por le parfere. Por ce que li maiſne nont pas certaine partie par notre Vſage, ſe li peres ne leur deuiſe. Mes il ont ſouſtenance ſelon leritage le pere, & leur haultece*, In Codice manu exarato, cui titulus pręſcribitur, *Li Liures la Reigne, & enſeigne droit, à fere & tenir Iuſtice treſeſpeciaument.* Enimverò ſi parés iunioribus ſingulis varia prædia dono dederit, quæ ſimul mixta modum lege ſtatutum tranſgrediantur, maior natu, cuius in caput hęc cuditur faba, è ſingulis decerpet paternę largitionis exceſſum, & ab immodicis legatis quaſi Falcidiam reſecabit. Papiniani reſpóſo, l. in ratione. 1. §. ſi filio D. Ad Leg. Falcid. Si tamen particulatim cuique donata iuniores omnes negent ſupra modum eſſe Moribus dictum, iis interim donatorum poſſeſſio nõ auferetur: donec hęreditariis corporibus æſtimatis, paterna munera immoderata pronuntientur. Nam in ambiguo ſtandum eſt authenticis Contractuũ tabulis, paternóque imprimis ſua de re inter liberos iudicio: quoad vltra modũ oneratus

Ab eodem ſcriptore Petro *de Fontaines* fit mentio *de la Loy de Vermin, loy de la Baſſee qui eſt l'vne des plus anciennes Loix Couſtumieres de France. De laquelle ceux de Liſle, & autres lieux de Flãdres vſoient en ce qui leur defailloit. De ceſte Loy de Vermin conſiſtant en ſtatuts de Reiglement d'Eſchevinage & Polices des villes, les Habitans de S. Dizier ſont tenus d'vſer preciſément par leur Chartre ancienne, de Guill. de Dampierre leur ſeigneur & Comte de Flandres,* qui vixit an. 1280.

Pendente quæſtione. núm donatio excedat, donatarius frui debet re donata par prouiſion.

hæres, cauſa plenius cognita, probetur. l. Cum precibus Cod. De probat. l. ſi teſtamentum. ff. De petit. hæred. Cap. ſuſcitata De reſtit. in integ. Vnde & cum hęres legatario fundi, quem iuſto donationum modulo ampliorem aſſerebat, offerret generatim quotam bonorum lege permiſſam, Senatus legatario fundum addixit fiduciario iure, quoad de legati exceſſu, ſolennium teſtimoniorũ fide liqueret. Vt à Iac. Canayo, noſtri ordinis facilè principe didicimus. Verum ad tollenda huiuſmodi litium ſemina, expeditius eſt, ſummatim alicui dare, legare, QVANTVM PLVRIMVM PER LEGEM ACCIPERE POTVERIT, vel vt QVAM MAXIMAM PARTEM DARE POSSIT QVISQVAM, DAMNAS SIT EIVS HÆRES DARE. Quali formula in teſtamento cauẽtem admiſit Vlpianus lib. 8. ad Leg. Iuliam & Papiam l. ſi ita quis teſtamento. ff. De legat. 2. Antiquitus certè Municipibus noſtris vetita erat patria Ritu diſpoſitio ac donatio Quæſtuum ſoli, nedum hęrediorum, niſi propinquo hærede Actui ſubſcribente & adſtipulante.

Tutiſſima forma tantum donandi, quantum Legibus ac Moribus permiſſum ſit.

Vicecomitatus de Beaumõt, cuius membra Oppidulavè acceſſoria, ſunt in Andegauia perinde, ac Cenomania.

Permiſſio Iohannis Ducis Normaniæ. Comitis Pictonum, Andium, & Cenoman. au Viſcomte de Beaumont de diſpoſer de ſes acqueſts, ſans le conſentement de ſes heritiers preſumptifs au dedãs des Comtez d'Anjou, & du Maine. Ex Inuentario titulorũ Cameræ Rationũ Vindocinenſ.

Vſqueadeò, vt Gottofredus Bellimontis Procomes ciuica Lege ſolui ſe procurarit Diplomate, ac veniam copiámque ſibi fieri, de acquiſitis à ſe prædiis liberè ſtatuendi, decernendi. Tale enim Reſcriptum Ianus Andium & Cenomaniæ Comes ſupplici irrogauit Procomiti, quod Valeſius Rex, Comitis pater comprobauit, an. 1345. Ex ſolenni Rationalium Tabulario Vindocinenſium. Aſt Municipali dehinc More illo abrogato, fruſtra iam precibus impetretur libera comparatorũ à nobis diſpoſitio, quæ Iure communi Prouinciæ cõceditur. §. 321. Andeg. & 336. Cenomanæ Legis emendatæ an. 1508. Rurſus ſi vir, in cõtrahendis nuptiis, ſemiſſem bonorum ſuorum primigenio dederit inde naſcituro, eidem licet, donatarium fraterna ſubſtitutione mutua ſupremis tabulis onerare: ad gentilitium agnationis decus virile cõſeruandum. Aquitanicis I. Coſs. Reſponſis, & Iudicatis: quæ, Tholoſana memorat Aufrerij Deciſio 453. & Burdigalenſis. 204. Nic. Boërij. Secundum P. Caſtrenſis Conſil. 245. & Maſuerij Praxin, Tit. de teſtam. Cum Bartoli Notis ad leg. vlt. §. filiæ ff. De legat. 3. Lutetianis tamen Decretis longè aliud pronũtiatum eſt pridie Kal. Sept. an. 1602. in Iacobum Comitem Eſcarſium: Qui Anneto fratri, purè donatario, ſubſtitutus fuerat poſteriore cõmunis patris teſtamento. Nam quę ſemel perfecta ſit viuorũ donatio pura, vix conditiones poſtea capit. l. perfecta Cod. De donat. quæ ſub mod. Nec, à viuo per donationem collata, vulgò continentur ſequenti fideicommiſſo. Iulij Pauli leg. 68. ff. De legat. 2. Nunc indeciſa pẽdet victi ſupplicatio aduerſus Pariſienſe hoc Areſtũ: quod ſummis vtique Iuris rationibus ſuffultũ eſt: ſed antiquæ tuendæ fauor Magnatum familiæ, viriles bonorum ſubſtitutiones cõmendat imprimis Aquitanicæ vt Nobilitati, ita Iudicum illorum Curiæ binæ.

Placitũ Curiæ in magna Camera, die vlt. Auguſ. 1602. pro Yſabella de Belleuille matre & hærede teſtamẽtaria Anneti Deſcars filij, contra Comitem Deſcars, eius priuignum.

Les 2. tiers du patrimoine hæredibus ab inteſtato competentia.

BES antiquorum hærediorum, iuſta portio eſt, proximíſque cognatis lege debita, apud Andes: ſiue viuus paterfamil. donarit extraneo, ſeu moriens teſtamento legarit. §. 320. 321. & 339. Andegau. Conſuet. Romanorum quidem Lege Furia, nemini licuit, vltra mille au-

reos

reos legare, & qui maiorem æris ſummam ſibi relictam accepiſſet, mulctabatur quadruplo eius, quod aduerſus legé ſuſceperat. Vt Theophilus tradit in Tit. De lege Falcidia, Inſtitut. ciuil. Poſt M. Tulliú, qui Legis Furię de teſtamétis meminit in Orat. pro Cornel. Balbo. Sed diu pòſt, lex Falcidia lata eſt, ne plus legare ſinatur teſtator, quàm dodrantem totorú bonorúm, qui quadráte ſcilicet hæreditatis manéte penes hæredem. Ideóque Plinius in Epiſtol. tradit, filium matris hæredé cóqueri olim nequiiſſe de legatorum onere, ſi quadrátem ſuum haberet reliquum. Planè acriter diſputatum eſt pridem in ſummo Pariſiorum Tribunali, iure necne ſubſiſteret vniuerſorú donatio ob cauſam, quæ publicú in Hoſpitiú piú collata fuerat, an verò reſcindi deberet actione reuocatoria immenſarum donationum. Quædam videlicet anicula facultates ſuas omnes dederat ſacro Hoſpitali diuerſorio Laualli Cenomaniæ oppidi, impoſito onere, vt ibidem à Xenodochij Rectoribus aleretur. Ilico pòſt, donatrix emigrauit in eam pauperum Domú, ibiq; tráſacto ſolùm bimeſtri ſpatio, exceſſit è viuis. Ipſius hæredes legitimi inſtituunt querelá inofficioſæ donationis, hancque poſtulant triente ſaltem hærediorum arctari, temperari. Ex lege Cenomana Andegauæ ſubſimili, quæ ius gentilitatis ita tuetur. vt ij duntaxat, qui sút eius lineæ ſanguinis, à qua manarint patria bona, ſeu patrimonialia, horum donatarij bonorum, hæredesvè agnoſcantur. §. 336. Cenomanæ Conſuet. Proinde Laualli oppidi Iuridicus donationem moderatus eſt, redegítque ad modum Lege loci præſtitutum, ſumpto argumento ex Lege Leonis Auguſti. Inde verò cùm publici Valetudinarij curatores prouocaſſent in Senatum, hic religiosè prudentérque donationem confirmauit. Decreto Nonis Ian. an. 1581. ſecundùm Noſocomos, ſeu adminiſtratores Hoſpitalis Ædis, pro quibus egit Robertus: Victo donatricis hærede, pro quo Chauuelinus viciſſim orauit.

Cicero tamen ibi nõ explicat eius capita Legis Furiæ teſtamẽtariæ.

Plinius lib. 5. Epiſtol.

In Cenomania *Propriorũ* donatio in extraneum nulla eſt. §. 336. Imò nec inter coniuges ipſos, niſi quoad tertiam partẽ, in defectum mobiliũ, & acquiſitionum, idque liberis extãtibus. § 314 Vbi Molineus, Id quod non omnino conuenit cũ Andeg. Conſuet.

Leg. penul. Cod. de Pact conuent.

Parlamentaris Curiæ Areſtum in forẽſibus cauſarum actionibus die 5. Ian. ann. 1581. Pro Adminiſtratoribus Domus Dei, apud Lauallum.

8. Nec enim lex Municipalis, de donationibus ſcripta, producitur ad oneroſas donationes, vel ob cauſam alimentorú: Qualis ſancitur, probaturque Valeriano & Galieno Impp. l. 1. Cod. De donat. quę ſub modo. Talis námque liberalitas non continet cauſam lucratiuam, vt reſpondit Baldus in Conſil. 18. Lib. 1. per l. Non vſqueadeò D. ſi à parente quis manumiſſ. fuer. Vnde nec oneroſam huiuſmodi donationem, inſperatæ prolis exortu, donator poteſt retractare. Bald. & Angel. in l. ſi vnquam Cod. De reuoc. donat. Item donatio ob cauſam, actione Ingrati minimè conuellitur. Glo. ad l. vlt. In Ver. inueniatur Et ibi Doct. Cod. De reuoc. donat. Faber & Angel. ad §. præterea Verſ. Idem eſt ſi quis Inſtit. De Action. Quippe quùm iſtiuſmodi donatio ab ea longè diſcrepet, quæ propriè donatio ſeu largitio nominatur. l. 1. l. Hoc iure. §. 1. & §. vlt. ff. De donat. Nam largitio omné causá, vel honoris quidé excludit. Vt Plinio viſum fuit, qui quos Agrippæ Menenio ſextantes ęris in funus contulit Pop. Romanus, honoris eſſe neceſſitatiſque, non largitionis ſcripſerit. Cap. 10. Lib. 33. Natur. Hiſt. Eadem ratione donatio ob cauſam, non eget profeſſione in publicis Fori monumentis:

Actionis ingrati meminit Fabius Lib. 7. cap. 5. Et ſcimus grauia olim eius fuiſſe iudicia apud Perſas & Athenienſes.

Bartol.ad leg.Aquilius.π.De donat.Bald.in Reſpon.354.Volum.3.Sa-
xonum itidem Lege vetita eſt vtique rerum ſoli,quæ à Maioribus re-
lictæ ſint,alienatio citra conſenſum proximi hæredis: Verùm hinc de-
mitur piam ob cauſam donatio,ſeu propter nuptias in vxorem.Lib.1.
Different.Iur.Ciuil.& Saxon.cap.5. Quæ tamen non ideo dicta accipi
volo,vt cauſæ,oneriſvè alicuius obtentu infinitá probem,& ſine mo-
do donandi libertatem : ſed quatenùs ſolùm donatio, cum onere aut
cauſa donationi inſcripta, concurrat. In reſiduo enim, quod onus vel
cauſam excedit,pura cẽſetur gratuitáque liberalitas, non oneroſa.Ste-
ph.Bertrandi Reſponſo.46.Lib.2.Fab.& Angel.vbi ſ.Salycet.ad l.il-
lud Cod.de ſacroſ.eccleſ.Vido Papius in Singul.375.Decius in l.Diuus.
π.De regul.iur.Ac nouiſſimè omnium Tiraquellus,in cit.l.ſi vnquam
Ver.donatione largitus Num.148.149.150. Præterea vt nobilis primi-
genius nihil paterna beneficentia capere poteſt Moribus Andium,
vltra debitá portionem, quę inteſtati iure ei obueniret(§.320.)Ita nec
donatione ornari cum onere ſubſtitutionum,multipliciſve legati prę-
ſtandi. Voluntaria enim cùm ſint huiuſmodi ſubſtitutionum,& lega-
torum onera,ſeu lucratiuæ cauſæ donationi cohęrentes,Minimè ferẽ-
dum, iuſtam hæreditatis portionem, quę iunioribus liberis competit,
tali donatione extenuari,ſeu vltroneis oneribus donationi permixtis.
l.Quoniam in prioribus Cod.De inoff.teſtam.l.cohæredi.§.cùm filiæ.
π.De vulg.& pupill.Ob id quoque Papinianus I.C. exiſtimauit, pa-
tronum, cui inſtituto hæredi libertus ſubſtituerat, legitimam partem
accipere poſſe, ac tum demùm reliquam partem ad ſubſtitutum per-
uenire.l.ſi libertus patrono Verſ.quid ergo.π.De bon.libert.

De inſinuanda donatione in regiis Galliæ Tabulariis forẽſibus, editæ ſunt Conſtitutiones regiæ an.1539. 1549.& 1566. Quarũ poſtrema Molinis lata, inſinuandæ ſunt non ſolum donationes ſimplices, ob cauſam, oneroſæ, & remuneratoriæ, ſed etiã mutuæ, aliæque inter viuos donationes.

Si le partage du tiers baillé par l'aiſné noble à ſon puiſné en heritage, cui ſolus eiuſdẽ vſusfructus debeatur Lege Andium, ſit tanquam donatio Actis forenſibus inſinuãda.

Maximvs natu frater nobilis minori erogauit trientem fundo- 9.
rum paternorum,iure dominij potiũdum. Sed illo dehinc fatis rapto,
hæredes donationem oppugnant,tanquã in Acta non regeſtam, nec
publicatam. Donatarius,contrà, fratrem veriùs communis hæredita-
tis debitam ſibi portionem exoluiſſe, quàm donaſſe. Illius inſtar hæ-
redis, qui de ſuo non putauit proficiſci, quod de alieno pleniùs reſti-
tueret.Cuius fidem commendat Iuuentius Celſus l.ſi ſponſus.§.15.π.
De donat.int.vir. Sic licet fructuaria ſola hæreditariæ partis poſſeſſio
iuniori ſibi obtigiſſet patrio Andium Ritu,hunc tamen Ritũ non niſi
fiduciario iure à Municipibus olim receptum fuiſſe, donec ſumma lis
de proprietate hæreditariæ partis à Senatu dirimeretur. §.222.Andeg.
Conſuet. Ac propterea hiſce Andium Conſtitutionibus liberum ſit
parenti, fratrivè primigenio, iuſtam ſecundonatis portionem conce-
dere,mancipio & nexu tenendam,nedũ vſu ac fructu.Neque id quod
conceſſum ſit, nouis quæſtibus, velut donatum, accenſetur, ſed anti-
quo potius ac paterno iunioris patrimonio, articul. 256. & 323. Vnde
elicitur,fraternam Pactionem,qua de agitur,infringi non poſſe,quaſi
donationem Iudiciariæ profeſſioni obnoxiam : Sed tanquam in Ius
commune omnium ferè Gentium reductionem, amplecti nos eam
oportere. Secundum alibi tractata à Nobis,de donatione,Legitimam
vſque

Art.222.verſ *iuſques à ce que par la Court autrement en ſoit ordonné.*

Pariſien.Morum volum.1.Tit.3.art.15.

vſque donatario debitam, minimè Actis inſinuanda. Liberorum item vni dare prohibitus ciuico More, liberè ſinitur ei gratificari beneuola ope, interceſſione ſua, conſultiorivè cautione in gerendis filij negótiis. Tália enim pij animi officia, vetitæ donationi minimè accenſenda duxit Molineus, ad §. 64. Dunenſis Bleſorum Conſuet. peculiaris. Imò & illuſtriori, planéque indiuiduo ex Feudo Comitatus Engoliſmenſis adſignata eſt olim ſecundonatę fiduciarij Comitis penſitatio Agraria, in ſimilem Fiduciæ formulam, ceu alimentariam. Decreto PARLAMENTARI Diualium an. 1269. è Cõmentariis Curiæ ita deprompto. *Cùm per Inqueſtam dudum ſuper hoc factam inuentum fuiſſet, quòd Comitatus Angoliſmen. in quo, Comitiſſa Leinceſter petebat ratione Fraragij partem ſuam, non erat partibilis, niſi per appanamentum, d. Comitiſſa petiit à Comite Engoliſmenſi, & à dn. Gaufrido de Lezignan, & ab aliis panatis d. Comitis, qui partem præd. Comitatus tenebant, Appanamentum, ſecundùm Terræ illius conſuetudinem, ſibi fieri. Ex parte d. Gaufridi ad defenſionem ſuam propoſitum fuit, quod conſuetudo eſt in partibus illis, quod appanatus non facit appanamentum, & quòd parentes de conqueſtibus ſuis ſuam poſſunt libere facere voluntatem. Viſis Inqueſtis ſuper præmiſſis, & auditis rationibus dictarum partium, pronuntiatum fuit per ius, quòd Gaufridus ſuper petitione d. Comitiſſæ liberè moraretur, & fuit æſtimatum, quòd Comes Angoliſmenſis, Comitiſſæ Leinceſtrię, 40. libratas terrę, ad monetam Patriæ, ratione præd. Appanamenti tenebatur aſſidere.* Quicquid igitur primigenius nobilis fratri natu minori fuſiùs erogarit in partem rectarum hæreditatum, non tam de ſuo largitus videtur, vt Actus inſinuatione egeat, quam pleniori fide ac pietate Legitimam portionem illi tribuiſſe. l. patrem, qui, non expectata l. debitorem D. Quę in fraud. credit. l. 1. Cod. Ad leg. Falcid.

Ita Sabaudiæ Dux, è maioribus ſuis Ditionibus indiuiduis ſecundogenitos mares inſtruxit iuſto Appẽnagio. Ludouicus nempè Dux, Ianum Comitatu Geneuæ, & Foucigny à Baronia, an. 1468. Itẽ Carolus Dux, Philippũ fratrem iiſdem Terris pro Appennagio, die 14. Auguſ. an 1514. Inter hæredes approbato, die 15. Nouẽb. 1578.

Donator necne ipſe donationem inſinuationis defectu oppugnans audiatur.

10. PROPTER eandẽ rationẽ ceſſat in pleriſq; Frãcica Lex, de donatione publicis teſtãda monumẽtis. Vt putà mater filię, cui prædiũ in dotẽ ſpopõderat, eius traditionẽ negabat ſecũdò nubẽti, hoc nomine, quia fundi donationẽ neutra forẽſibus Tabulis inſcribendã curaſſet. Ad id verò maritus reſpõdebat, parentũ officio, matrũmq; familias, quęrendã filiabus conditionẽ, & qui dotẽ præſtare nolint, eos per Proconſules pręſideſque Prouinciarũ cogi in matrimoniũ liberos collocare, & dotare. Ex Diuorũ Principũ conſtitutione Seueri & Antonini, quã Martianus percenſuit cap. 53. Legis Iuliæ. Illam ergo dotis pollicitationem maternam, non eſſe ſpontaneæ donationis genus quoddam, ſed iuſtæ obligationis liberationẽ. Quippe quũ Marcelli I.C. ſentẽtia, magis debitam liberalitatẽ agnouerit mater, quàm vllũ beneficiũ in filiam contulerit. l. proximè. l. qui liberos. ff. De ritu nupt. Leg. vn. De impon. lucrat. deſcript. lib. 10. Cod. Ob idq; patrona dotem pro liberta iure promiſsã, quòd extiterit ingrata, nõ retinebit. Vt Æmilio Papiniano placuit lib. 3. Reſpõſ. l. cũ poſt. §. patrona. ff. De iur. dot. Quibus adiũgitur, nefas eſſe, iudicia ſua euertere donatorẽ: Lege omninò vetãte, ne quis aduerſus factũ ſuum controuerſiã moueat. Vt eſt apud Vlpianũ lib. 5. Opinionũ l. 25. ff. De adopt. Eóq; Conſuetudinis Armoricæ Interpres

Nemini contra factũ propriũ venire liceat

In Tit. De donationib.

cenſuit Argentræus, haud ideo beneficium reuocare donatori licere ab ipſo collatum, quod donationis Chartula nondum foréſibus Regeſtis adſcripta ſit. In ſumma, coniugi officere non debet mariti ignauia, cuius partes fuerint, donationem in Acta referre, ϗ ὁμολογῆσαι ἐν ὑπομνήμασι, vt Iuſtinianus in Nouellis loquitur. Iuxta Authenticam ipſius ſanctionem, Eò decurſum eſt Cod. De donat. ante nupt. Quare ſuprema Pariſiorum Curia decreuit, matrem publicæ donationis inſinuationi aſſenſum præbere compelli, ac ſubinde donata filiæ tradere, vt dotalibus Pactis ſtaretur. Areſto. 4. Iduum Maiarum ann. 1581. pro Philiberta *Ferre*, & eius marito, qui à Prætore Matiſconenſi Senatum prouocarant: contra Claudium *le Geneuois*, eius coniugem, ac litis conſortes.

Decretũ Curiæ Pariſien. die 12. Maij ann. 1581. *ſur vn proces par eſcript du Baillage de Maſcon.*

Vervmtamen ſi demortuæ filiæ creditores fundum perſequantur à matre donatum, quaſi hypothecæ vinculo obſtrictum à filia mater ſuperſtes eos ſummouebit donationis improfeſſæ Actis exceptione, cum legitimo reuerſionis iure bonorum donatorum pari libertatis cauſa ac conditione, qua primùm donatario tranſcripta ſint nuncupatim. Nam donatori etiam ipſi prædictam exceptionem tribuit Celſus. I. C. in l. Vt mihi donares. l. fideiuſſori. ff. De donat. Et Paulus in l. purè. §. ſi eum. ff. De dol. mal. & met. except. Queîs diſſentaneum non eſt Franciſc. Aretini Reſponſum. 124. Quibuſdam verò impenſiùs arridet fauor reſtitutionis fundi in priſtinam cauſam: quùm defuncto ſine liberis donatario, mater donatrix poſtliminio ad ſua redierit, omni pignorum onere vacua ac ſoluta. l. 2. Cod. De bon. quæ liber. In Ver. reuertatur Et in ver. his ad parentes reuerſis. Doctor. ad leg. 8. In Ver. reuertatur Cod. De reuoc. donat. Bald. & Angel. in l. 2. Cod. De reſcind. vendit. Secundùm hæc demùm, Lutetianus Senatus rem definiit pro Ludouica Guerina, quæ à Lugduni Suppræfecto Curiam appellarat: contra Ioh. *Baſdoux* liberorum tutorem Iacobi *du Crozet*. Decreto percelebri. 9. Kalend. Maias an. 1575. Vnde Cenomana tantùm Lex dempſit neceſſariam Dotalitij cauſam: cuius onere dotalitij ſaluo, res à parentibus filio datæ redeunt ad ſuperſtites ei donatores fructuaria poſſeſſione, ſiquidem ipſi, auctoritatem ſuam connubiali Pacto filij adhibuiſſent. §. 288. & 317. Cenomanæ Conſuet. Quanti autem vbique fiat ſolennis in Foro donationum profeſſio, patet ex *Statutis* almæ Vrbis Romæ, quæ Gregorij 13. P.P. mandatis repoſita ſunt Octauo Kal. Iunias ann. 1580. Iis ſequens attexitur Caput, De donationibvs, qvæ excedvnt. 200. dvcatos, insinvandis intra sex menses. Saxonibus autem quantulæcunque rei donatio non priùs rata eſt, quàm in iure apud Magiſtratum, qui ei rei præſit, inſinuetur forenſibúſque Actis inſcribatur. Per text. *Landtrecht* lib. 1. art. 52. Et Different. Iur. Ciuil. ac Saxon. lib. 1. cap. 4. 11.

Proprium cõuentionale, (non naturale) quod à parente profectitium, ad eundẽ, præmoriente filio, reuertitur §. 156. Perticen. Legum. Vti dos profectitia. l. dos à patre Cod ſolut. matrim.

Art. 313. Conſuet. Pariſien. Bona à patre donata, filio præmoriente, ad patrem reuertuntur. Eamque reuerſionẽ ſine onere debitorum filij donatarij fieri iudicauit Senatus ſub annum 1584. pro Hippolita *Viole* matre Aniani *de Cailly* prædefuncti, contra eius creditores.

Aretini Conſiliũ. donatoris hęredem, donatorémque adeo ipſum poſſe, ex defectu Inſinuationis donationem impugnare.

S. Conſultum Pariſienſe die 23. April an. 1575. *ſur vn proces par eſcript de la Seneſchauſſee de Lyon.*

Romana Statuta reformata die 25. Maij an. 1580.

Vterqve parens mutuo teſtamento bona viritim dedit, legauit cõmunibus liberis. Patre è medio ſublato, mater ſuperſtes mutat vltimam 12

An reciproca bonorum diſpoſitio teſtamentaria viri & vxo-.

mam eam liberalitatem, aliiſque aufert filiis, vt in alios transferat. Sed id clamitant illi factū inuita & reluctante Themide, quòd mutuus amborum conſenſus, qui teſtamento condendo adhibitus ſit, in vim cōtractus tranſierit, ne ab altero ſolo reuocari illud queat. Argum. l. ſicut §. venditionis D. quib. mod. pign. l. ſicut ab initio Cod. De oblig. & action. Bartol. ad l. cùm quis decedens. §. codicillis. ℼ. De legat. 3. Item quia teſtantes coniunctim ſibi reſeruarunt liberum ius ſupremi iudicij infirmandi, ſequitur, vice verſa, alteri non licere, à poſtrema ea voluntate reciproca, niſi conſentiente altero, diſcedere. Quandoquidem argumentum ductum à contrario ſenſu, Iure firmiſſimum eſt, non modò in verbis paciſcentium (l. inter ſocerum. §. cùm inter. ℼ. De pact. dotal.) verùm & in extremo cuiuſque elogio. l. Aliquando. ℼ. De condit. & demonſtr. l. quod purè D. Quando dies leg. ced.

ris, altero mortuo, reuocari poſſit à ſuperuiuente, pro ſuo parte. De quo ſcripta alia excute ſuprà lib. 1. cap. 48. art. 8. Et noſtro lib. 1. Pariſ. Morum Tit. 4 art. 10.

13. DIVERSÆ verò partis ſententiam ita tuebar in maximo Senatus Auditorio, patris quidem & filij teſtamentum pro vno haberi, etiam Iure Prætorio. l. patris. ℼ. De vulg. & pupill. At mutuas teſtamenti tabellas duorum coniugum, totidem teſtamenta cenſeri. Id quod variis Legum rationibus adſtruit Oldradus in Reſponſo. 174. Et Ioh. Andr. in addit. Speculat. Tit. De teſtam. §. 1. Nam reciprocum illud bonorum arbitrium perinde eſt, ac ſi teſtātium quiſque ſeparatim de ſuo rerum omnium ſemiſſe decerneret. l. ſerui electione. §. 1. ℼ. De legat. 1. Bald. ad l. penul. Cod. De impub. & ali. ſubſtitut. Ergo teſtanti alterutri pœnitere fas eſſe, & anteriori derogare teſtamento: A libera nimirùm huiuſmodi voluntate, quæ ideo ambulatoria à noſtris dicitur, à Græcis ἀθετητική. Etſi enim prioribus tabulis cautum ſit, ne poſteriores valeant, niſi vtriuſque conſenſu: nouiſſima tamen eſt ſcriptura potior. Bartol. ad l. ſi quis in principio. ℼ. De legat. 3. Teſtamenti quippe factio non debet ex alieno nutu arbitrióque pendere. l. illa inſtitutio. ℼ. De hæred. inſtit. l. captatorias Cod. De teſtam. l. captatoriæ. ℼ. De legat. 1. Quocirca Cæſarei Conſilij Patres Germanici nuper iudicarunt crebrioribus ſuffragiis, pro libertate viciſſitudinarij cōiugum Teſtamenti, à ſuperſtite, quoad res ſuas, reuocandi. Vt Mynſingerus literis prodidit, Singul. Obſeruat. 8. Centuriæ. 1. At Senatus Pariſiorum, apud quem dicebamus, procliuior fuit, vt cenſeret ſecundùm prius viri & vxoris teſtamentum reciprocum, exploſo ſuperſtitis contrario Mandato ſupremo. Extemporali decreto Poſtridie Nonas Apriles an. 1581. inter Dynaſtam *de Sourdis*, pro quo Buiſſonius: Et illius ſorores, pro quibus viciſſim egimus. Ac biennio pòſt, conſimilem Sententiam tulit Curia Ornatiſſ. Briſſonio Præſide palàm recitante Nonis April. an. 1583. Nuperrimè etiamdùm, ſibi conſtans ORDO CLARISS. recidit eius, qui ſuperuixerat alteri, coniugis teſtamentum: quod mutuæ amborum in liberos voluntati poſtremæ refragabatur. Areſto in Lugdunēſib. cauſis orandis, poſt forenſem Martelerij actionem, pro appellante à Matiſconenſi Prætore: & Mauguini, pro, aduerſarum partium, clientulo. Kalend. Quintilib. an. 1603. Aliud planè conſtituitur de mutui te-

Auctoris forenſis Actio in Parlamento Pariſien.

Iudicium Imperialis Cameræ Germanicæ.

Parlamenti Areſtum die Iouis (poſt Quaſimodo) ſexta Aprilis an. 1581.

Decretū Curię Pariſien. ſolenniter pronuntiatum die 5. Apr. an. 1583. in profeſtis diebus Paſchæ, inter hæredes *du Controolleur Perot d'Alençon, & de ſa femme.*

Placitū Curiæ *en plaidant du Roolle de Lyon* die 1. Iul. 1603.

ſtamenti reuocatione ſcripta, viuo vtróque teſtante. Quo caſu, rebus integris, necdùm cuiquam iure parto, libera fit alteri ſine altero postremi iudicij mutatio, legatíque ademptio reciproci. Vt P. C. placuit. 11. Kalend. Martias ann. 1575. inter Margaretam *Poireau* viduam Iani *de Souuigny* teſtium Inquiſitoris, apud Carnutas, quæ legatum ex mutuo teſtamento petebat: & Iohan. Poupardum, litíſque conſortes, reos. Interdum pariter coniugum ſuperſtes, à priore mutui teſtamenti iudicio recedere ſinitur ſua de re, quùm ſibi eo teſtamento relictum aliquid capere noluerit, nec eodem ſe reapſe iuuare. Vt publica Fori concertatione definitum fuit in præcelſo illo Curiæ Tribunali Kalendis Martiis ann. 1601. Roberto, & Arnaldo dicentibus. Nùm autem reciproca viuorum coniugum donatio reuocabilis ſit omninò, tractant Bald. & Iaſ. in l. ſi pater puellæ Cod. De inoff. teſtam. Boërius in Deciſ. Burdigalenſi. 355. Irreuocabilem putant illi, quorum opinioni conuenit Andium Mos: excepto, ſi Teſtamentariis chartis donatio inſeratur. §. 329. 332. Quæ enim poſtremæ morientium teſtationi adiicitur Pactio vel ſtipulatio, huic eadem ineſt ratio & conditio, quæ primariis Teſtamenti tabellis, nec difficiliùs rumpitur, aut reſoluitur. Vlpiani l. 1. §. ſi quis ſub cõditione D. vt legat. nom. caueat.

Iudicium Senatus Pariſien. die 19. Febr. an. 1575.

Areſtum Pariſien die 1. Mart. an. 1601. inter Catharinam *Ioulin* viduam Mathurini *Chapuu*, ciuis Yſſoduni Biturigum, & Iohannem *Audoux*, cum Iana *Tourmeau* coniuge, litigatores.

Moribvs prohibemur, alios noſtro teſtamento accerſere patri- 14
monij hæredes (vt plurimùm) quàm legitimos. Sicuti apud priſcos Germanos ſcribit Tacitus, fuiſſe ideo ſemper iuſtos ab inteſtato ſucceſſores, quòd omni teſtamentorum vſu carerent: Indeque ipſorum liberos primùm, deinde proximos, fratres, auunculos, patruos agnoſci hæredes conſueuiſſe. Ecquid verò de naturalibus liberis? Hos paterni vtique legati capaces exiſtimo rerum mobilium, quæſtuum, & trientis patrimoniorum, quaſi extraneos quoſvis. Sed hoc ita, ſi viuus teſtator, & incolumis notho ſuo tradiderit donatorum poſſeſſionem. §. 345. Andegauen. Legis. Cuiuſmodi poſſeſſioni facti, quam patrius Mos exigit, minimè æquipollet retentio vſusfructus, precariivè rogatio, vel conductio prædij recepta ab alienante. §. 429. eiuſd. Conſuetud. Ficta quidem, & ciuilis poſſeſſio perinde transferre fundi dominium, ac ea quæ naturaliter tenetur. l. quod meo. ff. De acquir. poſſeſſ. l. quiſquis Cod. De donat. l. quædam mulier. ff. De rei vindic. Bartolus nuncupatim, ad l. ſi is qui pro emptore Num. 70. ff. De vſucap. Id quod Vido Papius fatetur, haud ſemel à Delphinatium Senatu iudicatum. Deciſ. Gratianopol. 112. & 268. At quoties Municipalis Conſtitutio in hæc verba concipitur, *reelle & actuelle poſſeßion*, illa tunc non admittit Iuris poſſeſſionem nudam, vmbratilem, ac ciuilem. l. ſi quis aliquid Cod. De his qui ven. ætat. l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque Et l. ex ea parte. §. in Inſulam. ff. De verb. oblig. Cum Molinei notis ad §. 341. Andegauen. Leg. Municipalis. Sepoſita modò hinc ceſſione Nominis, Reditúſve annui in filium naturalem munifica, quæ donatæ rei poſſeſſione alia non eget, quàm Obli-

Paterna donatio in naturalem filium nõ valet. niſi iã tum reali & actuali poſſeſſione baſtardo tradita.

Spuriis autem nullos donari fundos poſſe à naturali patre, deciſum Iudicio Delphinali ann. 1439. refert Vidus Papa in Deciſ. 180.

Tantũ operatur ceſſio in iure incorporali Nominum, quantũ traditio ſeu poſſeſſio in re corporali, mobili, vel immobili.

Obligatorij inſtrumenti traditione, paris cum illa efficaciæ in iuribus hiſce incorporeis. Leg. poſtquàm l. ex nominis emptione Cod. De hęredit. vel act. vend. l. vlt. Cod. Quan. Fiſc. vel priuat. l. 1. Cod. De donat.

15. DE MATRE autem naturali tractatum eſt in Curia Pariſienſi, filio necne fortunas ſuas largiri ſinatur. Muliebrem enim ſexum, quã virilem, maior coërcet incontinentiæ pudor quodammodò, & ignominiæ nota. Ac veluti Francis obſoleuit Cæſarea Lex Si qua illuſtris Ad S.C. Orphitianum, quo minùs hodie notha proles inteſtatę matri ſuccedat (Maſuer. in §. Item & ſi defunctus Tit. De probat. §. Item naturales Tit. De ſucceſſiô. Benedictus in Cap. Raynutius In ver. & vxoré nomine Adelaſiam) Ita nec teſtatæ matris bona capere poſſe videretur illegitima ſoboles, niſi pietatis cauſa miſellum alioqui, egétemque filium adiuuaret. Verùm vt liberis viciſſim, ac parentibus pietas (etſi inæqualis horũ poteſtas) debetur æqualis. l. 4. ff. De curat. furioſ. Sic alédo naturali filio peręquè obligatur certa mater locuples, ac minus certus pater. Vlpiani leg. 5. §. 4. ff. De agnoſ. & aléd. liber. Quocirca Senatus Pariſiorũ maternam in nothum liberalitatem comprobauit, quãtam maximam in exterum quemque conferre licuerit. S. Conſulto in ea cognitione prolato. 6. Calend. Apriles an. 1584. Imo & ſi ad viuum reſecare velimus præſcripta Andegauę Legis, talium in ſpurios munerũ prohibitoria (vt ſ.) Eaten9 certè naturali filio ius erit, ſibi donata condicere, quatenus neceſſaria victus ratio eiuſdem poſtularit, & ad eum vſque alimentorum modum, qui iudicantis arbitrio definiatur. Quod tranſlatum eſt pariter ex Pōtificum decretis in vſum ac morem ſummorum Galliæ Tribunalium.

> Materna in baſtardũ donatio, Iure necne ſubſiſtat.
>
> Areſtum Curiæ die. 17. Mart. an. 1584. in ſolẽni Areſtorũ pronuntiatione Paſchatis.
>
> Baſtardus donatarius habet cõdictionem ex lege (Si quis argentum Cod. De donat.) pro modo alimentorũ æquitate Canonica. Licet de rigore Andeg. Conſuet. ob rẽ ilico non traditam ille excludi omnino actione deberet.
>
> Cap. Cum haberet De eo qui duxit in matrim.

16. SVMPTVM eſt de triuio, eiuſdem legatarium vnà & hæredem probari neminem: in Frãcicis præſertim Municipiis, quæ ciuica Conſuetudine gubernentur. Quæſo autem, rectené legatarius hæreditatem adibit ex *Inuentario*: Dubitationem mouet, quòd iſtiuſmodi hæres cum Repertorio, bonorum veriùs curator habeatur, quàm ſucceſſor. Nam in hæreditatis aditione animum ſolum intuemur, iuſque adeo ipſum propiùs, quã ſingula hęreditatis corpora, defunctíque facultates. l. Aditio. ff. De acquir. hęred. Hęreditas. ff. De petit. hęred. l. ſi fideicommiſſum. §. 1. ff. De iudic. Item Diplomaticum *Inuentarij* beneficium ideo comparatum eſt, ne rerum hæreditariarum cõfuſione perimantur iura & actiones, quę hæredibus ſuo ac peculiari nomine cõpetant in ſucceſſoria bona. Sed ne multis morer, exiſtimo, Principis etiam beneficiarios hæredes prohibitoria illa Franciæ lege comprehendi. Nam regium quidem *Inuentarij* Reſcriptum indemnem præſtat hæredem, vt bonorum ſeparatione res ſuas propriáſque ſibi ſeruet, æs putà debitũ, iura & actiones priuatim in hæreditatem exercendas, quæ aliàs forſan bonorum confuſione amitterentur: non verò vt inde lucrũ merum ac compédium ſibi quærat. l. ſcimus. §. etſi præfatam. §. in computatione Cod. De iur. deliber. Etenim longè potior

> Quiſquã nè legatarius pariter, & hæres cum beneficio inuẽtarij, eſſe poſſit.
>
> Literæ regiæ Beneficij Inuentarij.

Fauorabiliores qui certãt de damno vitando, quàm qui de lucro captando.

eorum cauſa eſt, qui capti ſint, damnúmque patiantur, quàm inhiantium dulci lucello. l. ſi quis agere Ibi, non enim par eadémque ratio videtur, amittere debita, & lucra non capere Cod. De codicill. Ex eóque impéſiùs fauetur oneroſæ cauſæ, quàm lucratiuæ. l. 4. §. ſi quis autem π. De dol. mal. & met. except. Ver. Aliud eſt emere, aliud ex lucratiuis cauſis ſuccedere.

Rente conſtituée à prix d'argent, leguee.

TESTATOR vni ex filiis legauit annuum Vectigal ſibi debitum, 17.
ære conſtitutum. Bimeſtri pòſt ſpatio, debitor eum Reditum luit à teſtatore: qui redactá inde pretij ſortem conuertit, aliquot ſuperadditis nummis, in emptioné amplioris cuiuſdam Reditus pecuniarij. Mortuo dehinc emptore patrefamilias, filius petit iure legati nouũ Vectigal nummarium, quaſi in prioris vicem ſuffectũ ac ſubſtitutum. Sed, contrà, differunt hæredes, legatum ſequenti rei alienatione reuocari: tantò etiam firmiùs legati Nominis diſſolutione legatum extingui ac reſolui. Vt vult Herennius Modeſtinus l. rem legatam π. De adim. legat. Et Iuſtinianus Imp. §. ſi ré Inſtitut. De legat. Nempe ſi hortos inſtructos pater filiæ reliquerit teſtamento, poſtea quædá ex mancipiis hortorũ vxori donarit, reſponſum eſt, patrem minuiſſe legatum. l. legatum ſub conditione. §. pater hortos. Et l. penul. §. filiæ. π. De adim. leg. Optimè tamen Ampliſſ. Ordo cenſuit, prędicti Vectigalis legatũ neceſſaria luitione ablatũ non fuiſſe, & redemptionis pretio partum nouum Reditum legatario deberi. S. Conſulto Calend. Iuniis an. 1582. ad prouocationem ex Prætura Ambianorum. Nec ſimile Paulo I.C. diſplicuit ex hac quæſtione Teſtamentaria. ATTIA VXOR MEA OPTATO PHILARGYRVM PVERVM, ET AGATEAM ANCILLAM, QVI MEI ERVNT, CVM MORIAR. Teſtator Agatheam, quam teſtamenti tempore habuit, vendidit, poſtea ancillas emit, & ex his vni Agatheæ nomen impoſuit. Quæſitum eſt, an hæc legata videretur? Paulus reſpondit, legatá videri. l. filiæ ſuæ. §. 1. π. De condit. & demonſtr. Atque id conſtátius etiam adplicandum ſit liti à Senatu ſuprà deciſæ, quòd ab inuito teſtatore debitor annuam æris Penſitationé, quæ legata fuerat, redemiſſet. Spótanea enim ſola rei legatæ alienatio perimit legatũ, non auté vrgéte neceſſitate contracta. Vlpian. in l. fideicómiſſa §. ſi rem. π. De legat. 3. Cui ſubſcribit Q. Mutius, cum póponio, in l. 34. §. 1. Ibi, ſed ſi ex neceſſitate aliqua compulſus ſit teſtator, non quòd vellet deminuere ex legato, tunc mulieri quinque libræ auri debebuntur. π. De aur. argent. legat. Proin etſi nomen quis debitoris exegerit, quod per fideicommiſſum reliquit, non tamen hoc animo, quaſi vellet extinguere fideicómiſſum, idem legatario ritè adiudicabitur. Vtputà ſi cùm exegiſſet debitoris nomé, pro depoſito pecuniá habuerit, vel rem aliquá compararit. Nec enim permutatio Nominũ tollit, aut minuit fideicommiſſum, l. Qui filium. π. De legat. 3. Multò magis quando teſtator non extorſit, ſed debitor vltrò pecuniá obtulit, (vt in præmiſſa ſpecie facti,) quam offerére ipſo, non potuit creditor renuere: Eo caſu magis, eſt fideicómiſſi petitionem ſuperfore. d. l. fidei-

Senatus Decretum ſolenne profeſto die Pentecoſtes. 1. Iunij an. 1582. infirmãs Sẽtentiam Bailliui Ambianorum, legatariũ ſubrogati Reditus annui petitione ſum mouentis, quem petenti Reditum Curia adiudicauit: En ce nõ compris ce qui excede la premiere rente leguée, & remployée des deniers prouenuz du rachapt d'icelle.

Res acquiſita ex pretio rei legatæ, & poſtea diſtractæ, cenſetur legata.

fideicommiſſa. §. ſi rem. Qui enim cómutatam volútatem dicit, probare eum oportet. Vlpiani l. eum qui ff. De probat. Per húc modum ſi teſtator prædia, quæ legarat, pignori dederit, nó cenſetur à legato diſceſſiſſe. Vt Diui Seuerus & Antonius reſcripſerút, legatario ſimul tribuentes actioné in hæredes, vti ab iis prædia liberentur. §. ſi rem ſuam Inſtit. De legat. l. Qui poſt teſtamentum Cod. Eod. Vltronea verò, nec coacta alienatione legatú ita adimitur, vt necrei eiuſdem redemptione voluntaria redintegretur: niſi aliquádo ſingulari fauore libertatis. l. Cùm ſeruus. ff. De adim. leg Cum Voluſij Mætiani lege Verú eſt. ff. De manum. teſtam. l. quoties. §. ſeruus cú libertate. ff. De hæred. inſtit. Id quod piis pariter legatis adplicandum duxit Tiraquellus, vt alienatæ rei, quę antea piè relicta ſit, redhibitione ſecuta, legatum conualeſcat. In 40. Priuilegio piarum cauſar.

Si verò inualidus fuiſſet alienationis titulus, facilè poſſet tolli per ſequentem pignoris obligationem. l. Cum hic ſtatus § ſi maritus ff. De donat. int. vir.

18. Posterius teſtamentum prorſus tollit & abolet prius, etiamſi teſtator ſummam pręcipuámque voluntatem ſuam non mutarit. l. ſi iure. ff. De legat. 3. l. Niſi dolo. §. item ſi ipſe D. Si cui pluſq. per leg. Falcid. Quod pertinet quoque ad ſingulas teſtamenti partes, veluti ſubſtitutiones, legata, fideicommiſſa. l. ſi quis eum. ff. De vulg. & pupill. l. ſi mihi & tibi §. in legatis. ff. De legat. 1. l. Clari Cod. De fideicomm. l. ſi tibi. ff. De adimen. legat. Atque omninò potiores eſſe * τὰς πανυστάτας διαθήκας, ait Lucianus ipſe in Dialogis. Sed hæc pridem à Senatu Teſtamentaria cognitio ſuſcepta eſt de eo, qui multa filio legaſſit, dein aliud condiderit teſtamétum, quod deletum & inductum reperitur, Inteſtatus necne, an teſtatus deceſſerit. Inteſtatò mortuum probabile erat, quùm ipſo iure ſequentibus teſtaméti tabellis priores infirmentur. Tametſi enim ſecundæ tabulæ, quas teſtator inciderit, irritæ habeantur. (l. 1. & 2. ff. De his quæ in teſtam. del. l. 1. D. Si tab. teſtam. nul. extab.) Momento tamen aliquo valuerunt, tanquam ſemel confectæ, præſcriptæ, ac ſolenni formula obſignatæ: Nimirú vt reuocandi prioris teſtamenti vim obtineant. Vnde quùm, temporis intercapedine quadam, teſtator cancellarit poſterioris teſtamenti codices inteſtatú obiiſſe eum colligitur. At verò Conſcripti Curiæ ſecundùm prius teſtamentum pronuntiarunt. Decreto in cóſpicua Senatus purpura recitato Pridie Natalis. B. Mariæ an. 1583. Nam in re obſcura humanius eſt, ſequi eius partis ſententiam, quæ teſtamentum probet. l. ſi pars iudicátium. ff. De inoff. teſtam. Cap. vlt. De ſentent. & re iudic. Ad hæc, credibilius videtur, defunctú ideo poſteriores tabulas interleuiſſe, quòd prioribus ſtare vellet. Quùm igitur ruptum fuerit, irritúmque factú poſterius teſtamentú, nulla ei reliqua vis eſt poteſtáſque prioris infirmandæ teſtationis: ſed & voluntas, quæ defecerat, recéti iudicio rediiſſe intelligetur. Vt Papinianus de eo reſpondit, qui vltimæ volútatis chartulam obliterarat, vt priorem ſupremam relinqueret. l penul. §. teſtaméro. ff. De bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. Ac in ſumma honeſtius fuerit, teſtatum patréfamil. quàm inteſtatum arbitrari, ſancta-

* finales & extremas diſpoſitiones vltimarum voluntatum.

Parlamenti Pariſien. Areſtum publicè recitatum. die. 7. Septemb. an. 1583.

que adeo morientiũ elogia colere & amplecti: niſi mutata ea perſpicuè conſtiterit.

Sic Pariſiorum Conſuetudine, filius à patre donata nepoti ex eo tenetur conferre. art. 306.

Conſuet. artic. 320. Ibi, *Ne peut rien donner à ſon principal heritier preſumptif.*

Art. 337. Verſ. *Pourueu qu'ils les facent à perſonnes, qui ne ſoient heritiers preſumptifs, comme à ſon fils, au fils de ſon fils, ou à ſon nepueu, &c.*

Art. 488. Verb. *& autres heritiers de l'heritier &c.*

Lcd enois.

NOBILIS parens, qui Andium Lege vetatur grandiori filio præ- 19.
legare, nepoti ex eo dat, legat. Ius hoc eſt necne? Puto legatũ nullius eſſe momenti. Patria quidẽ illa Conſtitutio loquitur tantùm de præcipuo hęrede ſpe præſumpto, cui donare prohibemur. §. 320. 322. Andeg. Conſuet. Sed quemadmodùm ciuicus iſte Mos, qui plebeiis ſimili donatione interdixit, apertè etiam complectitur ſecundum propinquorum ordinem hæredúmque gradum: Ita vel arctiùs tenet illuſtres, quorum primigenio ſufficit bes hęreditarij totius aſſis, cum inſigniorũ Ædium præceptione: Quò minùs nepos ex eo, noua denuò aui largitione cumuletur. §. 337. & 488. Andeg. Cõſuet. Cui lucẽ necnon maximam adfert Cenomaniæ vicinæ Conſtitutio perſimilis. Artic. 278. Ibi, *ou heritiers des heritiers tant en ligne directe, que collateralle.* Inibíque Molineus, qui pari Andegauos Lege teneri aſſeuerat. Qualẽ & Turones amplectũtur, Bleſenſes, Iulioduni ciues. art. 233. 234. Turonicæ, 168. Bleſenſis, 1. (De plebeiorum donationib.) Iuliodunenſis Conſuet. Præterea ille Andium Mos negatoriis verbis cõceptus eſt, ac prohibitoriis, ideóque latiùs patet: ne cæcus parentũ amor in grãdiorem filiũ, ſecundonatis tantulam præripiat portionem, quantulã his Ritus patrij ſaluam reliquêre in annuum victum, ad tuendam quodãmodò natalium dignitatem. His & hoc non extra rẽ ſubdam, Andegauos patres aut matres præmoriẽtis filij latifundiis omnibus vti frui. §. 270. patriæ Conſuet. Eòque auita in nepotẽ liberalitas obliquè nõnũquàm redundaret ad patrem aui hæredem primarium, qui contentus eſſe debuit Legitima ætati prærogatiua. Quippe quùm neminem lateat, auũ patris intuitu præſertim nepoti bona ſua erogaſſe. l. dotem dedit auus paternus. ff. De collat. bonor. Nũm verò tertius donatoris gradatim hęres capere lege prohibeatur, de qua ſuprà, ex facto tractatum fuit in Senatu Pariſienſi, reſque in conſilium miſſa, Cenomanos inter litigatores. Quartò Calendas Iulias an. 1568. Me, Franciſ. Paſquerij, (qui à Lauallo iudice Patres. C. appellarat.) cauſã orante: Briſſonio autem, Caroli Thullieri, ex aduerſo, contendentis. Denique pro tertij gradus hærede pronuntiatum, Ogerio Pinterello litis expoſitore in Tribunalitia Curiæ claſſe.

Legi negatiuæ, & prohibitiuæ renunciari non poteſt, eaque exactè obſeruanda.

Appointé au Conſeil en plaidat Die 28. Iunij an. 1568. poſtea iudicatum pro parte intimata. *Au rapport de M. Pinterel en la grand Chambre de la Court.* Nempè, quod inter ignobiles licet donare hæredi præſumpto ſecundi hæredis præſumpti ipſius donatoris.

Subſtituto imputari ab hærede nequit defectus publicationis teſtamenti ſubſtitutionem continentis, quod penes ſe hæres habebat.

Molinenſis Edicti artic. 57. Ibi, *autrement ſeront nulles, & n'auront aucun effect.*

QVONIAM verò noſter Mos patitur, iunioribus filiis à patre ge- 20
neroſo donari. §. 321. Videamus de illo, qui ſupremis ſuis fũdos plurimos legaſſit alteri ex ſecũdonatis, alterũ ei ſubſtituerit ima cera. Nunquid mortuo legatario, ſubſtitutus repellatur à maximo amborũ fratre hærede legatarij. Hęres enim cauſam ſuam obnixè tuebitur Edicto Molinenſi Francico de publicandis in Foro ſubſtitutionum chartulis intra ſemeſtre, quæ inanes alioqui, & inefficaces declarantur. artic. 57. At ſubtilem hãc Legis exceptionem, doli replicatio elidit à patre ſubſtituti. Quùm enim legatarius ſemper habuerit præ manibus codicẽ

poſtremæ

poſtremæ teſtationis defuncti, eius muneri incubuit, publicè promulgandam curare ſubſtitutionem teſtamentariam: aut quo minùs promulgaretur, dolo fecit, ne eius hæres primarius ſubſtituto bona reſtituere cogeretur. Iuſtinianea leg. ſi legatarius Cod. De legat. Tabularũ enim teſtamenti vindicatio competit hæredi, exhibitio, cuſtodia. l. 3. D. Teſtam. quemadm. aperian. l. locum. §. ſolent. Et §. vlt. l. 5. ꝟ. De tabul. exhib. Proin Iure Ciuili receptum eſt, quotiés per eum, cuius intersit, actus ſolennia non impleri, fit quo minùs impleantur, perinde habendum, ac ſi expleta fuiſſent ſolennia. Quod ad legata pariter, ac hęredum inſtitutiones perduxit Iulianus I.C. l. 24. D. de condit. & demonſtrat. Ac propterea Senatus decreuit, bona ad ſubſtitutũ ex teſtamento ſpectare. Trino celebri Iudicato, 7. Idus Septemb. an. 1583. Tertio Calend. Iunias an. 1591. ex Matiſconenſi prouinciola, Et pridie Nonas Sextiles an. 1598. ex Angoliſmenſi. Quoniam verò Italicis Conſtitutionibus variis, regerendæ ſunt etiam in Acta Fori ſupremæ mortalium teſtationes ſexum intra menſem, aliàs irritæ prorſus, Viſum eſt Alexando I.C. inſtituti hæredis culpam aut fraudem ſubſtituto excuſationem non præſtare Forenſis omiſſæ Inſinuationis poſtremorum cuiuſquam mandatorum. Reſpóſo. 119. (Volum. 6.) quod Peruſini de eo *Statuti* meminit. Secundùm Bartoli dictata, & Angeli, in l. facta. §. ſi quis bonorum D. Ad S.C. Trebel. Peruſino quoque ſuppar Bononiéſe *Statutum* refert Ioh. Calderinus, de tranſcribédis in publica Regeſta teſtamentis. Diſputatione ſua, ſic ordiente, *Bononienſi Statuto cauetur.* Porro quod prædiximus, nobili paréti ius eſſe, minoribus natu liberis bona largiri Andegauo Ritu, id locum nó habet in liberis hæredibus donatoris, eorumvè hęredum filiis. Nam priore caſu, patria Lex vetat vtriuſque cumulationem tituli pro donato, & pro hærede. artic. 338. Poſteriore item, cenſetur huic fraus Legi parata, niſi quid auus nepoti det, pręſtet ſingulari meritorum ipſius intuitu, vel domeſtica in hunc alumnum ſuum affectione. Quò caſu ratam eſſe donationẽ iudicauit Senatus, licet donatarij pater, matervè donáti hęres ſucceſſerit. Areſto Pariſienſi. 7. Idus Septembres an. 1566. in 3. Claſſe Inquiſitionum Curiæ, ſecúdùm Alanum *de Pibourt*, & Marquiſiam *de Feuillet*, coniugem, neptem Bertrandæ *de la Moriniere*: aduerſus Franciſcũ *de Feuillet*, qui à Meduano, Cenomaniæ, Iuridico Curiam ſummam prouocarat. Iuxtà Barto[l]. in l. Gallus §. quid ſi is ꝟ. De lib. & poſth.

Pariſien Areſta tria, quorum duo ſolẽniter recitata ſunt, die. 7. Septem. 1583. & 30. Maij, vigilia Pentecoſtes. 1591. Tertium *en plaidant du Roolle d'Angoumois* die. 4. Auguſ. 1598. pro Dcãmina Mauræ Butiletio. & Buiſſone oratoribus.

Peruſinum Statutũ, de inſinuandis, & regiſtrãdis publicè teſtamentis intra 6. Menſes.

Bononienſi Statuto. annullãtur inſtrumẽta Regiſtro non præſentata. nec infra tẽpus regiſtrata.

Parlamenti Pariſien. Areſtum die. 7. Sept. an. 1566. *ſur l'appel du Iuge de Mayenne la Iuhez, en la Couſtume du Maine.*

21. Hvnc de parentum donatione tractatum concluſero, ſi id adiecerim, quod Foréſi deliberatione exagitatũ memini, patrem genere clarum, vt gnatam ſplendidiùs nuptum collocaret, ei dotem conſtituiſſe immodicam, futuræque portionis hæreditariæ prouentu longè vberioré. Inde enim hæſitatũ eſt, an quę pariter doti dixerit, habeat ipſemet ius reuocandi ad modũ *Statuto* præfinitum. Minimè verò, quùm immenſæ ac inofficioſæ dotis quærela ad liberos pertineat, non ad eorum parentes coniuges, qui filiam dotarint. Lege Conſtantij. Cæſaris De inoffic. dotib. Nam inofficioſi, aut exceſſus cauſæ donatorem non

L. vn. De inoff. dot. Cod. quæ incipit, Cum omnia bona à matre tua in doté dicantur exhauſta, &c.

reſpiciunt,qui ſua conuentione obligatur,deſeque ipſo queri debet, præter modùm inofficioſè donante,aliorum diſpédio liberorum. Vt Accurſ.Bart.Bald.cum Salycero animaduertunt,in l.1.Cod. De inoff. donat.Item Bart.Bald.Imol.& Caſtréſis ad l.Titia §. Imperator ꝑ. De legat.2.Si tamen ex liberalitate ſua inops fieri periclitetur,haud abs re erit patri donatori pinguiùs ſuccurri,quàm ei, qui verum debitũ ſoluere compellitur.Pauli reſponſo,& Tryphonini in l.Ex exhæredatum Cũ l.ſeq.ꝑ.De re iudic.l.Qui ex donatione ꝑ.De donat. Cæteroquin ne Pactum quidem ſeruãdum quo donatorem inſolidum teneri, dãnatúmque iri conuenerit.l.alia.§. eleganter D.ſolut. matrim. Vnde ſi gener promiſſam doté à ſocero petat,affinitate manente, ſocer vtiq; cõdemnabitur,inquantum facere poteſt. Sin dirempto matrimonio petatur,ex cauſa & perſona id tribuendũ putat Labeo I.Cõſult. Quid enim,ſi ſocer futuræ dotis obtétu impoſuerit genero:ſcienſque doté à ſe exolui nõ poſſe,id egerit,vt illi inſidiaretur.l.ſi de dote ꝑ. De iur. dot.Atque adeo in vniuerſum,dotis quantitas pręſtari debet pro modulo facultatũ patris,ac dignitate mariti.Vt Papinianus inquit Lib.3. Reſponſ.

Qui habent beneficium Iuris, ne cõueniantur,niſi deducto ne egeant, ei beneficio renunciare non poſſunt.

l. Cum poſt diuortium ꝑ.De iur.dot.

Postremò, vt à recta, ad tranſuerſæ lineæ propinquos tranſeamus paulisper,cõtrouertitur nobilis patrui liberalitas in ſecũdogenitos fratris:quaſi vniuerſim quęſita ab eo donari More noſtro nequiuerint. Patri vtique vetitum eſt natalibus conſpicuo,iunioribus liberis amplius largiri ſuorum triente Quæſtuum ſoli,& Patrimoniorum.§. 321.Andeg.Cõſuet.Sed eodem patriæ Legis capite,liberum fit cœlibi cuiuis,proleve orbo cõparata à ſe omnia,liberaliter aliis erogare,cum tertia hærediorum parte.Sinautem donatoris bonorum ſumma cõſtet emptitiis fundis,nec auitis vllis,aut paternis:Tũc Acquiſiti illi,vice fungũtur antiquorum familiariúmque prędiorum:Ne de iis trientẽ effuſiùs ſtatui munificè poſſit.art.340.& 327.Andeg. Conſuet.352. Cenomanæ,324.Pictauéſis.238.Turonicæ.44.Rupellanæ,49.Engoliſméſis,88.Xantonum SantAngelianæ.Quodſi patruus fortunis ſuis donarit viui fratris primigeniũ nuptias ineuntem,Hæſitatur,alij necne fratris liberi,iſto mortuo,ritè poſtulent, à ſeniore in communem patris hæreditatem conferri,quæ patruus ſibi prærogarit. Diſſerunt quippe illi,ciuico More interdictam patruo largitatem in primarium hæredem ſuum.art.320.Andegauę,333.Cenomanæ Conſuet.Huic autem datũ videri,quod grandiori ipſius filio erogatum ſit vxorem ducẽti ad patrem,neceſſario pióque in ſuos munere,exonerandũ.Leg.6. ꝑ.De collat.bonor.Quinetiam donatarius habetur,cuiuſcũnque gratia beneficio,aut fauore,alteri datũ ſit. leg.ſed ſi plures.§.in adrogato ꝑ.De vulg.& pupill.Donationes ité propter nuptias,vtì dotes,in mediũ veniũt cohæredibus referendę.l.vt liberis Cod. De collat. l.quoniam nouella Cod.De inoff.teſt.l.ſi ab eo Cod.De legit. hæred. Ecõtrà auté à, donatario deféditur,ſe donatoris patrui hæredem propinquum non fuiſſe, intermedio extante patre, qui præmorienti etiam fratri 22

Hic de donatis hæredi hæredis in linea collaterali Nobiliũ: Secus in linea directa,vbi auus nobilis filio primogeniti ſui nihilo efficacius donat ſine collatione, quam proprio filio. Vt ſupra diximus art.19.

Acqueſtus,deficientis patrimonij naturam & conditionem ſortiuntur,mutiplici Francorum More ſcripto.

Stantonica Conſuet. *de S.Iehan d'Angely.*

Nobiles inter Andegauos licita eſt propinqui collateralis donatio in hæredem hæredis præſumpti: (Inter plebeios ſecus) Aliis quoque Statutis vetita donatione in futurum hæredem,non prohibetur donatio in filios hæredis eiuſce collateralis.Vt Areſto deciſum notauimus Lib.2.Pariſ. Morum, Tit.5.art.16.In fi.

fratri in aſſem bonorum ſucceſſerit. Hæredem hæredis, noſtrate Ritu, donationum capaſſem eſſe, dempta ignobili Plebe. §. 260. 334. & 337. Andeg. Morum. Hoc dũtaxat Equeſtris Ordinis viris Municipali Lege inhiberi, ne vnius donatarios ſe pariter & hæredes gerant. §. 338. & Cenom. Conſuet. 350. Quarum cumulus qualitatum in hoc patrui beneficiario nullus occurrebat. Eapropter Senatus, reum petita donatorum collatione abſoluit. Iudicato in ſecũda Curiæ claſſe Inquiſitoria, Poſtridie Nonas Septemb. an. 1603. quũm Bragelonius Senator collegis ſuis lité explanaſſet: Inter Renat. Bellayum, Euſtachij patrui donatarium, qui obtinuit: & ſororem Ianam Bellayá, quæ Thoarcij Dynaſtæ, Cenomanorum, vidua coniux, à fratre popoſcerat donatorum collationem, in communem vtrique bonorum ſucceſſionem paternorum.

Decretũ Curiæ Pariſien. in 2. Camera Inqueſtarum. die. 6. *Septemb 1603. pour le Sieur du Bellay, contre la Dame de Thouars ſa ſœur, enfans de Iacques du Bellay.*

Tit. V.

DE REVOCATORIA IN FAMILIAM; VENDITORVM FVNDORVM ACTIONE.

Retraict Linagier.

1. *Res* lineari Retractu *redemptæ, cenſentur inter antiqua hæredia.*
   Salua tamen pretij Retractus ratione, refundendi alteri coniugem extraneo à cognationis linea, vel à principali hærede cohæredibus ſuis.
2. *Tempus Retractus rei à minori venditæ, an currat ſolùm à die ratihabitionis ab eo maiori factæ.*
   Pendente lite venditionis reſciſſoria, currit Annalis præſcriptio Retractus linearis.
3. *Remiſſio iuris facta poſſeſſori à tranſigente, non dicitur noua acquiſitio Retractui obnoxia.*
   Niſi pecunia tranſactione data, vel pacta, proximè accedat ad verum rei pretium.
4. *Neque illo caſu, ad impendium Retractum, ſufficit tranſigenti, fictam ciuilèmque poſſeſſionem habere, aut fructuariam ſolam ſine dominio rei.*
5. *Licet emptori à retrahente citato, diem citatione dictum accelerare, vt Retractu agnito, ſuum ei pretium reddatur.*
6. *Iudex Retractuum is eſt, cuius in Territorio res iaceat: Nec ſine eius Commiſſione licet extraneo Apparitori, emptores citare inſtantia propinquorum.*
   Fundos pariter ſaiſire *non debet Apparitor ob emptoris conueniẽdi abſentiam, niſi prius perquiſito eo, & adito ipſius domicilio.*
7. *Retractus* linearis *actio inæſtimabilis, nec ad certam ſummam reſtringẽda,* Præſidiali *ſupremæ Iuriſdictioni attributam.*
   Lis cœpta coram incompetenti Iudice, non interrumpit Retractus præſcriptionem.
8. *Agnatus non prohibetur retrahendum à ſe fundum oppignerare ex cauſa*

mutuæ pecuniæ in eum Retractum impendendæ.

9. *Ad impediendum Retractum ſufficit, fundum in familia ſpe, etſi nondùm re manere.*

Reali *numerationi pretij, Inſtrumento venditionis appoſitæ obiecta ſimulatio à retrahente conſanguineo, admittenda eſt à Iudice: ſed aliorum teſtimonio probanda, quam teſtium Inſtrumento ſubſcriptorum.*

10. *De concepto, & nato poſt permutationem ſimulatam, Retractum petente à die cognitæ fraudis.*

11. *Hæres ex Inuentario, nihilò magis quàm purus & ſimplex, admittitur ad Retractum rei defuncto venditæ.*

Hæres hæredis vẽditoris non perinde excluditur à lineari *Retractu vt primus hæres, apud Andes.*

12. *Retrahens, oneribus venditioni appoſitis ſubiicitur, non alijs, niſi ab expreſſis dependeant.*

13. *Emphyteuſis vendita, non retrahitur à propinquis emphyteutæ vendentis.*

Quænam differentia inter linearem *Retractum purum & Retractum* de my-denier.

Feudalis *Retractus locum habet in primum emptorem, qui à propinpui retrahentis emptore nouo fundum patria Lege euicerit.*

14. *E duobus fundum viritim ementibus, ſuam quiſque partẽ* repetitione Retractus *diuiſim condicere poteſt.*

15. *A patre retracta nomine filij, quæruntur filio, non patri: reſeruata ſolùm paternæ pecuniæ collatione inter hæredes.*

Niſi in fraudem tertij accommodatum filij nomen doceatur.

16. *An Rerractus præſcriptio currat, viuente fundi fructuario, qui eius proprietatem emerit.*

17. *Propinquus retrahens nudam fundi proptietatem, cuius vſumfructum venditor penes ſe retinuerat, nihilò minus tenetur emptori pretium reſtituere cum vſuris.*

Venditoris agnatus ex vna ſtirpe, ſi totum fundum duplicis lineæ petat, media eius parte sũmotus, lucratur modò fructus dimidiæ alterius, à die Iudicati, non primę citationis.

18. *Donec fraus contractui adhibita detegatur, annalis Retractus præſcriptio dormit.*

Secus ſi fraus facta ſit in adiudicando Retractu per colluſionem retrahentis, & emptoris, certo caſu.

Anticipata ab emptore fundi conductio ante emptionẽ, in retrahentis fraudem conſanguinei, emptione per Retractum ſoluta, non reuiuiſcit.

Dies termini non computatur in Retractu lineari*, intra annum & diem exercendò.*

19. *Filia rem patris cum nouerca communem, ab vtroque venditam, retrahit tãtùm pro parte dimidia.*

20. *Nobilis fœmina, licet, extante maſculo in pari gradu, directarum hæreditatum capax non ſit, Retractum* linearum *petens auditur.*

21. *Nùm in patrem ipſum liberi ius Retractus exerceant.*

22. *Pater*

22. *Pater vendita à filio non retrahit Lege familiari.*

23. *Ceſſat Retractus* de my-denier *contra propinquum, licet extranea emptricis donatarium.*

Lineari *Retractu partorum à coniugibus, media pars ab altero, eiuſvè hæredibus repetenda eſt, oblato pretij dimidio intra annum ſoluti matrimonij.*

24. *Quatenùs conſanguinei venditoris, Laudimia emptori reſtituant.*

1. PATERNA BONA, vel auita non ſolùm tenentur hæreditatibus, aut ſingulari parentum liberalitate, verùm & gentilitia Redemptione prædiorum, quæ extra familiam nũmis diſtracta ſint. Nam ſuprà oſtendimus, hæc peræquè, vt illa, in profectitiis numerari potiùs quàm in aduẽtitiis, ſeu recẽns partis. Lib. 2. Tit. De dominico fundi Retractu, artic. 6. Aliud eſt enim, familiare prædium Pacto mercari, aliud, extraneo emptori ipſum auferre iure propinquitatis. Illud quidem adſcribitur titulo purè quæſitorum §. 285. Iſtud, contrà, diſtincto Tit. de Retractu *lineari* §. 346. cum multis ſequent. Andeg. Conſuet. Ac veluti non eò minùs paternum feudum manet, antiquumvè, quòd eodem nouiſſimè cliens veſtitus ſit. Cap. 1. De Vaſal. decrep. ætat. Et ibi Gloz. Bald. Aluarot. Cap. 1. Tit. An cognat. vel fil. In Feud. Sic fundus Maiorum, qui extero mancipatus fuerit, ſi ad agnatos & gentiles reducatur lege *Retractuum*, haud propterea deſinit patrimoniorum genere cẽſeri, quòd nummario pretio redhibitus ſit. Vt à Ioh. Gallo perhibetur, Quęſt. 84. In Parte. 5. Areſtor. Pariſien. Dempta tamen (ni fallor) cauſa familiæ herciſcundæ inter liberos plebeij redemptoris nobilium prædiorum. Aut enim paterna ſunt hæc, maternavè, quæ Retractus lege cõdicimus: Et eo caſu primigenius condicentis, licet obtendat illorum poſſeſſores recta eadem ſanguinis linea ternam patrono fidem præſtitiſſe, neceſſe habet, cohæredibus reddere ratam pretij partem redemptionis fundorum, quod communis genitor retrahens emptori pretium dependerit. Ex argumento Pariſien. Conſuet. §. 139. Aut verò fundi redemptor, eſt tantùm ex eius qui bonorum auctor & origo extiterit, propinquis, non etiam è poſteris, rectóque ordine ab eo deſcendentibus, tunc arbitror hęreditarios fundos, quàmlibet cliẽtelis inſignes ac militares, viritim diuiſum iri inter redimẽtis hæredes, donec ad tertiam vſque beneficiarij clientis manum eadẽ in gẽte peruenerint. Nam vt ſeruandæ æqualitatis fauor, ita æquitatis ratio pares facit cohæredes eiuſmodi ignobiles, iubetque * ἰσομοιρεῖν: vti parta ſcilicet, aut retracta communibus parentum nummis, eo iure, quo nummos ipſos, in viriles prima vice partiantur. Ex ſententia Legis Andegauę §. 255. 256. Ibi, *bourſe couſtumiere.*

2. CONIVGES vxorium fundum vendunt, cauente emptore, rem ratam haberi à muliere, quamprimùm expleſſet annum ætatis viceſi-

De Lineari fundorũ Retractu.

Apud Cameracẽſes Belgas, *en heritage tãt fiefz, comme mainfermes vendus Retraicté Lignagiere, ou du Seigneur n'a lieu.* Expreſſa loci Conſuetudine ſcriptis cõſignata.

Meloduni Senonum Conſuetudine (*de Melun*) patrimonialia tantum vendentis bona retrahi poſſunt ab eius conſanguineo, non acquiſita §. 130. Et tamen quæ venditor redemerit iure retractus linearis, ſi ea reuendat, æquè obnoxia ſunt gentilitio Retractui. §. 133. d. Conſuet.

Pariſien. Cõſuet. art. 139. Ibi. *en rendant toutesfois par les heritiers des propres aux heritiers des acqueſts le prix dud. heritage retiré par le defunct, comme lignagier.*

* æqualiter diuidere, ex Demoſthene.

Brabantini retractũ vocant *Ius Præferẽtiæ*, quod triplici de cauſa datur, vel ob neceſſitudinem ſanguinis, vel ob comparti-

cipatum, vel fundorum ad præſtationes tolerandas coniunctionem. Vt Mechlinienſis Conſuet. Codice perhibetur.

mum quintum. Hæc, vertente anno, maior facta laudat probátque fundi ſui alienationem. Nono pòſt Menſe, agnatus vxoris prædium lege repetit προτιμήσεως ſeu Retractus Municipalis: Cuius ſcilicet experiundi iuris copiam præbeat Mos loci intra annuum ſpatium à die venditionis contractæ, aut cœptæ poſſeſſionis rei venditæ. Reus verò cõuentus acriter inſtat Annaria Lege *Retractuum*, vt ſemel exacto pactæ venditionis anno, ſilentium conſanguineo indicatur. Abſoluto itaque reo, quùm Actor Senatum appellaſſet, Nos pro eo diximus, in publico Curiæ Auditorio. 3. Calend. Februar. an. 1584. Iure Quiritum interdici, irritámque fieri rerum minoris alienationem ſine decreto. Ob idque ex tali venditione, redhibitoriam fundorum actionem minimé inſtitui à cognatis venditoris. Vt P. Caſtrenſis diſerte reſpondit de re pupillari diſtracta, In Conſil. 74. Lib. 2. & Cepola in cauſarũ ciuilium Cõſil. 44. Venditionis enim nomine, valida efficáxque intelligitur, ſcripta Conſtitutione prouinciæ. Ex l. 4. §. condemnatum ff. De re iudic. l. 8. §. non quæuis exhæredatio ff. De bonor. poſſeſſ. contr. tabul. Sic ab inani legibúſque nulla vẽditione nullum debetur vectigal, aut iuſta Honoraria domino ſuperiori. Bald. in l. Non dubium Cod. De legib. Angel. in l. Marcellus §. res, quæ ab ea hærede D. Ad S.C. Trebell. Quibus adplicatur Baldi theorema, emphyteutá, qui incõſulto quidem domino, ſed & omiſſis patriæ Legis ſolennibus agrum diuendat, emphyteutico iure non mulctari. In l. 2. Cod. De epiſc. & cler. Subdebam his grauiſſimum, verèque ſenile Senatoris Tiraquelli iudicium de propinquo ad retractum admittendo intra annum eius dici, quo vẽditio rerum pupillarium, inutilis primitùs, robur ſumpſerit inſecuta ratihabitione, vel expreſſa literis, vel tacita per tẽporis lapſum. Iuxta leg. vlt. Cod. Si maior fact. alienat. rat. habuer. Tũc enim primũ facta cenſetur venditio, cùm antea pro infecta habeatur. Tiraq. in Tract. De lineari retractu, §. 1. *à vẽdu* Glo. 2. Num. 10. Nam alioqui perperã ſumptibus ſe vexaret conſanguineus, alienatorum in familiam reuocatoria actione, ſi nullum ex ea commodum, reſciſſa pòſt alienatione, perciperet. At Robertus aduerſarij patronus pro Iudicato allegabat, vẽditoris agnatos ilico à die diſtracti prædij ad *Retractum* Moribus vocari: quãdo nihil emptoris intereſſit, cui reſtituitur pretium, cum aliis in emptionem impenſis. Ac propterea non eſſe ferendos emptores, ſi exceptione irritæ vẽditionis propinquos Retractu arcere conarentur. Hic ergo agere valẽtibus præſcriptionem annui ſilentij excurrẽtem, nunc obſtare. Item mancipatio rerum minoris ipſo iure ſubſiſtit, nec Gallico in foro dici nullus poteſt contractus ac illicitus, niſi Diplomatis ſubſidio reſcindatur. Atqui in hac controuerſia, tantùm abeſt, vt vẽditrix mulier integri reſtitutionem petierit Reſcripto Principali, vt & maior annis vẽditionem denuò comprobarit. Atque interim liberũ ei fuit, ſtare actui à ſe geſto, potiúſquàm ipſius retractationẽ moliri. l. Cum interdictæ. Et ibi Bald. Cod. Arbit. tutel. l. Iulianus §. ſi quis colludente Et §. ſeq. ff. De action. empt. Can. ſi qua de rebus.

Auctoris in Senatu Oratio die. 30. Ianuar. an. 1584.

Ex contractu nullo gabella non debetur nec laudimia domino feudi.

Ob venditionẽ nullam Emphyteuta nõ excidit iure ſuo emphyteutico.

Via nullitatis Contractuum, vel Sentẽtiarum locum non habet in Francia, ſed reſciſſorio inualidi contractus Reſcripto opus eſt, & à Sententiis, vt reformentur, appellatorio remedio.

12. Quæſt.

12. Quæſt. 2. Tandem Fayo aduocato Fiſci noſtris partibus adhærente, Patres C. rem idcirco miſere in conſilium nominatim, quia ad exẽplum magnoperè pertineret. Litigatoribus Iano Symone, qui ab Aureliorũ Præfecto Curiam appellarat, Et Iacoba *Cochon*, vidua muliere Ægidij *Buion*, quæ, ex contrario, altercabatur. Vltimo autẽ Curiæ Iudicio ſuperatus eſt venditricis agnatus, deciſúmque, redhibitioni gẽtilitiæ diſtractorum à minori annis ſtatutum tẽpus effluere ſenſim ab ipſo iam vẽditionis die, nedùm ratihabitionis, illo maiore facto, conſecutæ. Decreto in Tribunalitia Senatus claſſe Kalẽdis Iuniis an. 1585. Eòdem conferri poteſt Annalis eiuſmodi actionis ſeriùs inſtitutæ excuſatio leuis, ab forenſi venditoris in emptorem conditione ex Lege 2. Cod. De reſcind. vẽdit. Cautum eſt enim Iure noſtræ Ciuitatis, motam emptori litem nullatenùs remorari Familiarem venundati Agri redemptionem: quippe quæ, cum ſuo rei onere iudiciario, agnoſcenda ſit, exequenda. §. 385. Nec moueor dubio & ancipiti reſciſſoriæ contractus Actionis euentu: Qui nimirùm Rei conuenti arbitrio optioníq; Legibus relinquatur, vt alienata, vel iuſti pretij ſupplemẽto retineat, vel cedat venditori. Præd. Leg. 2. & L. ſi voluntate Cod. eod. Tit. Nam etſi rei pretium certum pendeat ab exitu controuerſæ retractationis geſtorum cum emptore: interim retrahẽti ſufficere debuit pretium emptione conuentum, quod, reſoluendo contractu, refunderet prędij comparatori: qui exinde indemnis diſcederet. (l. 27. ff. De ædilit. edic.) Saluo poſtmodùm pretij in venditorem additamento, quod eiuſdem propinquus ſupplere tenebitur, poſt irritam iudicio factam alienationem.

Appoinctè au conſeil en Parlement ſur l'appel du Bailly d'Orleans.

Areſtum Pariſien. die. 1. Iun. 1585. in magna Camera.

Verſ. *Il luy pourra cognoiſtre led. Retraict à la charge dud. procez &c.*

3. Transactio, quæ non mutat poſſeſſorem, nec *Retractui* pariter locũ facit ciuilibus Andium Inſtitutis. §. 360. & Normanicis. 453. Quod procedit, etiamſi pecuniæ numeratione ita deciſum ſit tranſactũmque negotium. cita. §. Sed hoc iuſta interpretatione moderandum puto, vt ſi grãde æris pretium fuerit, quod tranſactioni interceſſit, ac, controuerſæ rei æquiualeat propemodùm, tunc callidè exquiſitus trãſactionis titulus videatur: Aut ſaltem tranſactæ litis inſtrumẽta excutiẽda, vt poſſeſſor, iure necne potior extiterit, indéque tranſigentiũ fraus, vel bona fides, exploretur. Nam penè conſimili in ſpecie, litigij exitum intuẽdum reſpondit Iulius Paulus, cùm petitor, vel poſſeſſor damnaſſet hæredem ſuum, ne Cẽtumuirale iudicium exerceret. Tum demùm enim vtile putat legatũ, ſi malam cauſam fouerit teſtatoris aduerſariùs, vt litigante hærede vinci debuerit. Quo caſu non modò litis emolumentum, ſed etiam ſumptus hæres legatario præſtare cogitur. Siquidem in bona cauſa nihil videtur eſſe in legato, nec propter ſumptus, quod quidam cum Paulo exiſtimarunt. l. petitor ff. De liberat. leg. Sic manente per tranſactionem poſſeſſore contrahitur nihilo minùs alienatio, liſque æſtimata, quaſi vendita res ſit, iudicatur. l. 1. l. litis D. Pro empt. l. ſed & ſi §. ſi lis ff. De publician. l. eius

Simple deſiſtement de procez par tranſaction faict à l'ancien poſſeſſeur du fons, non cenſetur nouus titulus, nec noui dominij tranſlatitius.

Art. 360. Andeg. Cõſuet. *Et n'y a retraict, poſé qu'il ayt baillé argent, ou autre choſe par lad. tranſaction.*

Litis æſtimatio facit emptionem. De ratione verò litis æſtimandæ M. Tullius in Oratione pro Cluẽtio.

rei. ꝟ. De rei vindicat. Nec abs re placuit Domitio Vlpiano, eum qui noluerit in Foro obtinere, cùm peteret, deminuiſſe de patrimonio. Actionem enim de bonis diminuiſſe: Quemadmodùm ſi paſſus eſſet, actionis diem abire. l. 1. §. quòd ſi in lite D. Si quid in fraud. patr. Quiſquis item res alienare prohibetur abſque decreto, eas nec poſſidenti etiam relinquere tranſigendo poteſt, niſi auctore Prętore. Accurſ. in l. Cùm hi §. ſi vni In ver. tranſactionis Et Iaſ. ad l. Nulli D. de Tranſact. Panor. ad Cap. Veniés Eod. Tit. In Antiq. Quod autem Diocletianus & Maximianus Cæſſ. ſanxerunt, ex tranſactione, qua idem fundi poſſeſſor permaneat, euictionem ab altero non deberi: Id ciuili modo interpretandū de petitore, qui modico accepto à lite deſtiterit, non qui inani ſimulatæ tranſactionis nomine rem ſuam iuſto pretio alteri mácipari. l. Si pro fundo Cod. De Tranſact. Vt ergo paucis concludam, Andegaua Lex de Tranſactione, prudenter temperanda eſt, explicandáque ſecúdùm vicinæ Cenomaniæ Morem (§. 370.) qui Tranſactionum regulæ fraudis exceptionem apponit. Nempè vt citra fraudem tráſacto forenſi diſſidio, propinquus litigatoris rem auocare nequeat ab altero veteri poſſeſſore, cuius duntaxat ius tranſactio cóſtabilierit. Aſt ſi compar rei pretium tali tráſactione adnumeratum ſit, rectiùs dicetur, fraudem ſubeſſe, & tráſactionis figura tectam venditionem. Atque omninò, de traditæ pecuniæ quantitate vt fucus ſuboleat, cóſultú fuerit tertio, qui ſua intereſſe cauſetur, tráſactæ controuerſiæ ſummam, ac merita penitiùs introſpicere & expendere. Vt prædiximus, & à Molineo ſcriptum eſt in Notis ſuis ad. §. 360. Andeg. Conſuet.

Art. 170. Cenom. Conſuet. *En contract de Tranſaction pure & ſimple faicte ſans fraude n'a ventes, retraict feodal, ne lignagier, Mais le contract de Tranſaction où l'on pourroit noter fraude auoir eſté faicte au preiudice du ſeigneur du fief, ou des lignagers, ſeroit ſubiect à ventes & à retraict. Cõme ſi celuy à qui l'heritage demeure bailloit argent autant, ou pres que l'heritage pourroit valoir, &c.*

PROXIME ad hæc, puto, fundi donatarium recepto donatori vſufructu, cum huius dein hærede controuerſum tranſigétem negotium, ære dato, obnoxium fieri gentilitiæ redhibitioni prædiorum, & laudimia patrono debere, pro modo numeratæ pecuniæ. Nec enim pacta illa vſusfructus penes donatorem retétio tráſtuliſſe videtur genuinam naturalémque in donatarium fúdi poſſeſſionem: Qua de ſola, intelliguntur *Statutariæ* regulæ Andegau. Morum, art. 429. interprete ſupradicti art. 360. Cum Molinei Annotatione ad §. 341. eiuſd. Legis. Sic Municipalium Cóſtitutionum verbis, poſſeſſor demùm habetur, qui prædio naturaliter inhæreat, nec ciuili tátùm figmento eius poſſeſſioné tueatur. Accurſ. & Bartol. ad leg. Stipulatio §. hæc quoque ꝟ. De verb. oblig. Idem Bartol. ad l. ſi is qui pro emptore ꝟ. De vſucap. Itaque vix eſt, vt ciuilis eiuſce poſſeſſionis obtétu, donatarius repellat tranſigentis cum eo propinquum, Agros condicentem familiari Retractu: Ni ſtirpitùs excuſſa lite, de qua ſpótè decisú, donatarius liquidò oſtendat, ſublata è medio Tranſactione, donationé viribus ſubſtitiſſe. Ne diutiùs immorer effictæ Legibus poſſeſſioni, iuríſque in proprietarium tranſlatitiæ, ex alieno rei Vſu ac fructu. l. Quiſquis l. Si quis argentum §. ſed ſiquidem Cod. De donat. Rurſus agnatitio fundorú Retractu, à marito euincitur quæſitorum in matrimonio vxoria pars dimidia: de qua ſibi legata, is cum defunctæ hæredibus nummario 4.

Huic art. 429. conformis eſt art. 444. Cenom. Conſuet. Et quoties Statutū exigit realem actualẽque poſſeſſionem, ibi nō ſufficit poſſeſſio per actum fictum precarij, conſtituti, vel retentionis vſusfructus.

pretio

pretio deciderit. Fateamur enim, coniugum ſuperſtiti, ipſo iure tributam fructuariam bonorum poſſeſſionem in commune partorum, art. 283. patriæ Conſuet. Nec Actioni, alienatorum in familiam reuocatoriæ viam aperiri tranſacta cum poſſeſſore legatæ rei controuerſia. cita. §.360. eiuſd. Leg. Prouincialis vtique hæc Conſtitutio poſſeſſionem reſpicit cum dominio prædij coniunctam, nedùm fructuariam. Leg. Ex cauſa tranſactionis Cod. De vſucap. pro empt. l. cùm ſolus ff. De vſucap. Ac leg. ſi pro fundo, ſcitata. Aliàs quippe, fructuarius ſibi non poſſidet, ſed domino proprietatis. (l. malè agitur Cod. De præſcript. 30. vel 40. annor.) Rectéque dicimus, fundum noſtrum eſſe, cuius alienus ſit vſusfructus. l. ſi quis ſuos ſeruos. ff. De legat. 3. Quare in vſusfructus venditione ceſſat gentilitia Lex prædiorum redhibitoria, ſimul & Dominica laudimiorum penſitatio. §. 403. Andeg. 413. Cenom. & 147. Pariſien. Conſuet. A quibus haud longè diſtat Hypotheſis iſthęc. Prædij venditio pura, obſignatis Tabulis concepta eſt. Venditor paulò pòſt in emptorem altercatur, de libera ac indefinita redimendi facultate, verbis ſibi recepta in fundo vendundo. Mox tranſacta lite, biennium venditori præſtitutum fuit, intra quod, ſuo arbitratu prædium redimeret. Decimo iam Menſe à tranſacto negotio, venditoris agnatus lege experitur Retractuum Municipali. A reo, contrà, allegatur, tempore excluſum Actorem, elapſóque ab ipſa venditione Anno, temporariam Condictionem perimi, ſeu gentilitatem prędiorum annalem. Conſanguineo, ad hæc, prorogari quidem More noſtro familiare Ius retrahendi prædij, Annuum vſque ſpatium à finita redimendi ipſius copia venditori facta (§. 362. & 393. And. Leg.) Sed hoc neutiquàm procedere in pura iſta, nec fiduciaria Agrorum mancipatione. Ex ſequenti pariter Tranſactione, aditum condictitiæ huic Actioni nullum patefieri, eodem ſemper manente rei poſſeſſore. Vt ſupraſcriptum eſt. Quapropter in controuerſa ſpecie, reor agnatum petito Retractu ſummouendum.

Vſusfructus, etſi in iure magis, quàm in parte fundi conſiſtat, immobilis tamen, fundi inſtar, habetur. l. Mæuius. §. fundo ff. De legat. 2. l. ſi à reo §. 1. ff. De fideiuſſor. l. 7. ff. De vſufr.

5. BIDVO poſt contractam emptionem, vocatur in ius emptor à venditoris agnato, vt nono inde Menſe agnitum eum veniat, & fundo decedat, oblata pretij ſorte, cũ ſumptibus emptionis. At ſubindè reus in iudicium reuocat actorem, vt citationis arctata die, quantocyùs retrahat, prędium, nummóſque ei reſtituat. Actor, è contrà, annalem dilationem Moribus dari conſanguineo ad familiares agros recuperandos. Eam igitur à Iudice coarctari non debere, nec tempus fauore alicuius indultum, reflecti in eius odium. Proinde Iuridicus Montis Argi decreuit, actorem ante præteritum ſuæ citationis diem proſequi actionem ſuam non teneri. At Senatum appellantis Rei cauſam ita defendimus, eum, cuius de re Iuriſdictio ſit, tempus lege præſcriptum conſtringere nonnunquàm, nonnunquàm ampliare pro cauſæ qualitate & quantitate, vel perſonarum obſequio, vel contumacia. Vt inquit Vlpianus l. 2. ff. De re iudic. Clem. Quandiu Verſ. niſi forte De appellat. Idque in gentilitia venditi fundi redemptione ſeruandum

Dies Retractus linearis à cõſanguineo venditoris acceleratus prodeſt etiã emptori conuento, vt ille ſtatim huic emptis cedere parato ſuos nummos reddere teneatur.

imprimis: vbi licet annus retrahenti præſtitutus ſit à die celebrati contractus, ſi tamen ipſemet, accelerata die, fundum condixerit, ferat neceſſe eſt, idem ſibi ius, quod aliis dici poſtulet. l. 1. D. Quod quiſque iur. In Iudiciis enim, litigatorum conditio adæquatur, & forenſe priuilegium, ne quis intra certum tempus ad Prætorem vocetur, mutuam vim habet implicitam, ne is pariter alios interea vocet. l. die ſabbati Cod. De Iudæis. l. ſcimus. §. de illo Cod. De iur. deliber. l. vlt. Et ibi Bart. Cod. De fruct. & lit. expen. Æquum non eſſe, vt emptor, qui petitis acquieſcat, diutiùs litigans per Fora traducatur, & qui fundo cedere paratus ſit, eius nec pretium recipiat, nec liberum tamen habeat commercium. Mora item ſolutionis, quædam eſt pretij diminutio. Vlpiani opinione in l. Circa legem l. in quantitate §. in diem D. Ad Leg. Falcid. Vice verſa, repræſentationis commodum ingens apparet ex l. 1. §. ſi quis creditori. l. in lege falcidia D. Ad Leg. Falcid. l. ſi mandauero tibi D. Mand. l. generaliter. §. ſi cui legatum Ver. planè ſi fortè ff. De fideicommiſſ. libert. Hæc, aliáque nobis in Senatu publicè promentibus, is ipſe reiecit in perendinum diem negotij deliberationem pleniorem. Pomeridiana diſſertatione 4. Kal. Ianuar. an. 1581. quùm Carpentarius aduerſarij partes ſuo patrocinio tutaretur. Noſter tandem cliens cauſa ſuperior euaſit. Vltimo Curiæ decreto. 4. Idus Apriles ann. 1582. quod Reſurgenti Domino profeſtis diebus recitatum fuit ex ritu ſolenni. Andium porrò Mos ſcriptus conſimilem præcidit anticipandi *Retractus* controuerſiam, ſecundùm emptores. §. 81. & 406.

In Iudiciis æqualitas cuſtodienda.

Appoinété au Conſeil die 29 Dec. ann. 1581. inter Petr. *Penillon* appellantem à Bailliuo *de Montargu*, & Iohan. Renardũ intimatum.

Areſtum Curiæ in ſolenni pronuntiatione Paſchæ, die 10. Apr. an. 1582.

Clain de pourſuitte de retraict en Cour ſuzeraine, ſur l'adiournemẽt donné en Cour ſubiecte.

GENTILITIA autem fundi redhibitione excidit omnimodò agnatus venditoris, ſi peregrinum in Forum vocarit emptorem, citandumvè eum curarit per Viatorem publicum alieni Territorij, nullo ſubnixum peculiari Iudicis mandato eorum finium, quibus diſtracta res ſoli contineatur. Vti diſertè à Senatu pronuntiatum fuit apud Turonas, Vndecimo Kalend. Iunias ann. 1593. ad prouocationem ex Cenomania, factam à Renato Royero prædij comparatore, aduerſus Iacobum & Ianum Eſpineos, Mariæ Eſpineæ propinquos, quæ, vnà cum Iac. Coubarto, marito fundum ſuum abalienarat. Haud alius quippe Cenomano Ritu Iuridicus datur agnatitio Retractui, quàm qui Territorio præſit, in quo venundatus Ager ſitum habeat. Neque in hoc litium genere valet citatio emiſſa ab Apparitore extraneo: niſi cui miniſterium hoc delegetur ab ordinario latifundij Iudice, repetundi gentilitio Iure. Artic. 392. 393. Queîs patria Andium Inſtituta conſonant, §. 382. & ſeq. Quoniam tamen ciuiles Municipij vtriuſque Mores publicitus probatos ann. 1508. ſubſecuta eſt Regiorum apparitorum creatio multiplex, (qui latiſſimè per Gallias ſuo fungi officio poſſent,) Decretum fuit in maioribus Pictonum Conuentibus Senatoriis, Principales hoſce Magiſtratuum Officiales rectè diem dicere de Retractu litigaturis, nulla idcirco petita à Municipali iudice venia Mandatóque impetrato. Suprema Curiæ ſententia, 15. Kal. Decembr. ann.

6.

Sergeãt non bailliager.

Curiæ Placitum, Turonibus latum die 22. Maij 1593. inter Ren. *le Royer*, & Ioh. ac Iacob *de l'Eſpine lignagiers de la venderesse.*

Areſtum Curiæ Magnorum dierum Pictauenſium, luce 17. Nou. 1579. ſuper hac Conſuet. ſtatuente, *Que és cauſes d'Aſſiſe,*

ann. 1579. pòſt accuratam patronorum diſſertationem, Bautrui, pro appellante: & Loyſelli, pro aduerſariis: in explicanda Andium Lege, cita. §. 382. & 383. Quæ etſi Lex Viatorem publicum ſinat, abſente nec deprehenſo emptore, qui conſanguinei poſtulatu in ius arceſſeretur, Regiam prædio manum iniicere, (§. 351. & 412.) Haud ideo probat acta geſtáque ab eo, ni ſigillatim rei conueniendi domicilium petiiſſe ſe, & adiiſſe ſcripto renunciarit. Senatu Pariſiorum ita Andegauam Conſuetud. explanante, aduerſus præpoſteram fundi ſequeſtrationem: abs qua litem auſpicari vetantur priuati actores, niſi Reo prorſus ignoto & incerto, quem in Fori ſubſellia tractum velint. Ex Accurſiana Nota ad leg. vlt. Cod. De iur. delib. Lutetiano Areſto, 4. Nonas Maias an. 1529. quùm Aligretus, prouocantis: & Brulartus, aduerſarij cauſam perorasſent. Molineo teſte oculato, in Scholiis ad §. 362. Cenom. Conſuet.

comme Retraicts, repetition de retraict, interruption, &c. ne ſe puiſſent faire les exploicts & adiournements, ſinon par le ſergent baillaiger, ou par autre ayant commiſſion du Iuge, art. 386.

Areſtum Curię die 4. Maij 1529. *ſur vn appel d'Anian.*

7. HAVD immeritò Senatus interdixit Præſidalibus prouinciæ Iuridicis, ne leuiſſima etiam de re ſoli agnatitium *Retractum* ſupremo iudicio definirent. S. Conſulto 12. Kalend. Decembr. ann. 1570. pro Vilhelmo Moricello appellante, in Petr. Broſſierum. Cùm enim ſumma Præſidalium iudicum poteſtas circumſcripta ſit certo genere cauſarum, quæ modicam æris æſtimationem non excedant, inæſtimabilis eſt cuiuſque affectio in res maiorum, ac fundos in quibus vel educatus ſit, vel parentes ſepulti. Vlpian. l. 1. §. & aliàs D. Si quid in fraud. patt. Quod Priſcus etiam Iabolenus animaduertit l. libertus qui ſoluendo non erat. ff. De bon. libert. Ibi, in quibus maiorum patroni ſepulchra ſint. Hermogenianus l. ſi in emptionem ff. De Minor. Cum Modeſtino, in l. qui officij ff. De contrah. empt. Maxima quippe habenda eſt eius domus ratio, in qua pater defecit, creuêre filij, in qua proauorum imagines aut non videre fixas, aut videre reuulſas, ſatis eſt lugubre. Vt Conſtantinus Imp. reſcripſit. L. lex quæ tutores Cod. De adminiſtr. tutor. Atque omnimodò noſtra intereſt, familiæ dignitatem incolumem, cum ſuis facultatibus, quæ eam tueantur, permanere. l. 1. §. ſed etſi ſeruus ff. De inſpic. vent. Quinimò variis Germaniæ locis percrebuit Mos, ne cognatione iuncti, aut vicini abalienare quid poſſint, niſi cognato, aut vicino priùs interpellato. Vt eſt apud Mynſingerum, Obſeruat. 51. Centur. 3. Sicuti autem Prouinciales magiſtratus vetantur, de familiarium prædiorum retractu quicquam ſuprema cognitione decernere: Ita actori cauendum, ne primaria eius rei notio ſumatur ab incompetenti Iudice, ac interim redhibitoria fundi actio tempore intercidat, euaneſcat. Nam pręter ea, quæ Ciuilibus Regulis iactantur, temporis præſcriptionem non interrumpi conteſtata in alieno Foro controuerſia, habemus ſcriptis cõſignatam de eo Gallicorum Tribunalium conſuetudinem, opera Pet. Fontani, qui libellorum Præfecturam gerebat in Prætorio Ludouici. 9. Regis. Eius Franciçæ Praxeos formula vetus eſt iſthæc. *Vns Clers demandoit vne terre par prochaineté, que vn ſiens parens à vendue.*

Decretum Parlamẽti die 20. Nou. an. 1570. Iudices Præſidiales nõ poſſe de cauſis retractus linearis vltimo reſſortu cognoſcere.

Germanicũ Ius Prothomiſeos, ſeu Congrui: ſed ad annum tantum Cuiuſmodi Ius Neapoli quoquę vſurpatur. Matthæi Deciſ. 338. 339. Ex ratione l. 35. §. ſi quis in vendendo prędio cõfinem celauerit, quẽ emptor ſi audiſſet, empturus non eſſet, teneri venditorẽ dicimus ff. De contrah. empt.

Citatio facta coram Iudice incompetenti non abrumpit curſũ præſcriptionis. l. penul. Cod. Ne de ſtat. defunct.

Si en pled de li clercs par Chreſtienté longuement, & par iugemens, qui en fus doné, il fu renuoyez à la Cort laye, & la requiert, Cil dit qu'il nen veut reſpondre, por ce qu'il la tenue an & ior en pes, Li clercs dit que non a. Quar il en a pleidie a la Chreſtienté. La tenue vaura a lacheteur. Quar cil ne requert pas ſouſiſament la choſe, qui en cort auenant ne la requert. Ex libris Fontani, calamo deſcriptis, hac epigraphe. *Li Liures la Reigne, & enſeignedroit, a faire & iuſtice a tenir treſeſpeciaument.*

Petr. Fontaine Magiſter Requeſtarũ Hoſpitij regis S. Ludouici.

De his qui ſuo nomine, in ré alterius fundos retrahunt iure cognationis in illius gratiam tacitè interpoſito.

8. MVLTI vtique Legum beneficio abutuntur ad priuatum quæſtum, dum extero nomina ſua venditant, huicque fidem incapaci accommodant in gentilitia fundorum redemptione perſequenda. Ecquid iam ſi propinquo deſint nummi, quibus prædium ab extero luat, cóne fraudem legi feciſſe dicetur, quòd mutuantem idcirco pecunias re frui permiſerit, dùm earum ſolutionem moraretur? Minimè hercle, dummodò ceſſi pro tempore ac diſtracti reditus agrorum licitas vſuras non excedant. Nec enim prohibitum eſt, nummos bona fide mutuos ſumere ad gentilem fundum recuperandum: cuius nimirùm proprietas tali conſtitutione pignoris nequicquam immutatur. Vt P. Caſtrenſis innuit, ad l. qui poſt Cod. De legat. Empta autem, vel redempta ex nummis creditis, manent ipſo iure obligata in eam cauſam, ſi ita cum creditore actum ſit. l. quamuis. 3. Cod. De pign. l. licet Cod. Qui potior. Ergo nec abſona eſt pigneratitia fructuum fundi aſſignatio, quos vel creditori, cuius ære ſalui fiant, relinquere expedit, vel vſuras creditæ pecuniæ. Argum. l. curabit Cod. De action. emp. l. vſuras Cod. De Vſur. Imò & debitorum mole depreſſo conſanguineo fas eſt, ius retrahendi prædij creditoribus, adito Prætore, tranſcribere, vtì ære alieno ſe eximat. P. Caſtrenſis in Reſpon. 1. lib. 2. Ex Gloz. l. pro hærede §. ſi quid tamen. π. De acquir. hæred. Vbi quæ ad exteros hæredes non tranſmeant, ad creditores nihilominùs tranſmittuntur, ob inopiam putà, aliamvè quandam vim neceſſariam. Sic creditor mittitur in poſſeſſionem fundi dotalis, cæteroquin Lege Iulia inalienabilis. l. 1. π. De fund. dot. Nec fraudis pariter ſuſpicione laborat matris exiſtimatio, quæ diſtractum à propinquis filij prædium retraxerit ipſius nomine, eóque poſtmodùm vulgò frui proponatur. Quáquam enim mater nullo neceſſitudinis gradu venditoré attingit: quia tamen venditoris agnatus, filius eſt, veluti ſuus matri hæres, non videtur é familia exiiſſe, quod ad liberos, quibus ex voto omnia paramus, proxima ſpe pertineat. Leg. Nihil intereſt §. 2. π. De bon. libert. l. In ſuis. π. De liber. & poſth. l. Cùm miles D. Ex quib. cauſ. maior. l. Nihil Cod. Pro hærede. l. Iulianus In Ver. contra votum parétum. π. De acquir. hæred. Vnde nec taxanda matris prudens cautio, filium ſubiicientis, qui condictitia fundi experiretur, iure ſtirpis ac propinquitatis. l. 19. §. cùm me abſente π. De negot. geſt. Quandiu igitur ſperari poteſt, iuſto fatorum ordine, gentilitium prædium in familia manſurum, etſi nunc poſſideatur ab extranea muliere, non cenſetur alienam in gentem familiámque traductum. Pari ratione Senatus decreuit,

Iura familiæ, vt ad extraneos minimè tranſmiſſibilia, ſic inceſſibilia ſunt, niſi ex neceſſitate vrgentis creditoris, & Iudice ad huius inſtantiam compellente. Nam & actio retractus linearis debitori cõpetens cenſetur in bonis ipſius, eoque creditoris hypothecæ ſubiecta.

creuit, Retractui *demy denier* locum non ſubeſſe inter demortui coniugis agnatos, & ſuperſtitem, (vt de alterutrius cognata linea emptos fundos ad ſe reuocent) quantiſper ex illorum connubio liberi vita ſuperarint. Gemino Areſto Curiæ 7. Kal. Iunias ann. 1542. Et Pridie Kal. Febr. an. 1544. ad prouocationem vtrobique factam à Sententia Præfecti Vrbi Lutetianæ. Id quod proinde in Mores Pariſiorum nuper redactum fuit, art. 156. Liberi verò ipſi apud Andes, à ſuperſtite parente auocant, dimidia pretij ſorte oblata, fundos à coniugibus partos, qui ex præmortui parentis cognatione proficiſcerentur. §. 397. Andeg. Leg. Secus in parente, qui aduerſus liberos eo Retractus genere non vtitur. Vt fuſiùs infrà explanabimus.

Duo Curiæ Pariſien. Decreta, Prius die 26. Maij an. 1542. inter Philebertum Gobelinum appellantem à Præpoſito Pariſien. Et alios Gobelinos intimatos. Alterum die vlt Ian. an. 1544. inter Hieronymum Heſſelinum appellãtem ab eodem Præpoſito Pariſien. & alios Heſſelinos intimatos. Dn. *Deſloges*, litis relatore.

9. Variis prouinciarum Moribus comparatum eſt, eum qui fundos Maiorum alienatos condicit, toties offerre pretium emptori debere, quoties litem cum eo in iure proſequatur: Donec iudicium ſaltem conteſtatum ſit. §. 140. Pariſien. Conſuet. Ex facto ferebatur, Titium venditoris propinquum lege egiſſe Retractus Municipalis, ac iteratis vicibus pretium emptionis aduerſario porrexiſſe. At eius deinde procuratorem ſemel omiſiſſe ſilentio talem pretij exhibitionem in forenſi quadam cauſæ velitatione & proceſſu. Quæſitum eſt, an deſerti in hoc officij culpa litis damno mulctetur. Mulctari decretum fuit, ſalua actori aduerſus deſidem & incautum Fori cognitorem ſubſidiaria actione. Bino Patrum Conſulto. 7. Idus Sept. an. 1584. & 11. Kalend. Ianuar. ann. 1589. Nam conſanguineus familiaris prædij redemptor in numerato habere debet, exhiberéque identidem præſens emptionis pretium. Cap. Conſtitutus De reſtit. in integ. Ibi, pretium offerre parati ſunt. l. Iulianus. §. offerri D. de action. emp. l. fundus. ff. De reſcind. vendit. Bartol. ad l. Prætor ait. §. ſi paratus. ff. De noui oper. nunciat. Talis autem formæ cautioníſque iudiciorum, quam patrius Mos dictat, prætermiſſio vitiat actum, etſi vel minimo peccatum ſit. Panormit. ad Cap. vlt. De reſtit. ſpoliat. Phil. Decius in Cap. prudentiam De offic. deleg. Bald. in l. teſtamentum Cod. De teſtam. Quòd ſi agnatus emptori opponat diſtractam rem leuiore pretij ſorte, quàm emptionis tabulis illata reapſe feratur, eius probatio facti teſtibus admittitur, modò aliis quàm Contractui adſtantibus, eiuſque ſubſcriptoribus inſtrumenti. Vt S. Conſulto tacito, quod arcanum Regeſtum vocant, deciſum eſt in ſecunda Patrvm Claſſe Inquiſitoria poſtridie Idus Iunias ann. 1603. Ex lite à Dn. Aleaumo narrata Curiæ, inter Vilhelm. Riuerium, qui à Cenomano Proprætore ipſam appellarat: & Fidem Launæam, contrà, litigantem. Id quod plurimum lucis adfert Regio Molinorum Edicto, de Pactis conuentis, quæ nummariam ſummam centena libella Turonica maiorem ſpectant, in ſcripta redigendis, art. 54. Qualis omninò refertur Italica Bononienſis Conſtitutio, Andreæ Siculi Reſponſo. 19. Volum. 1. Similia necnon Italiæ *Statuta* cientur à Ioh. Imolenſi Decretalium Epiſtolarum Interprete, ad Cap. 2. De probat.

Offre de bourſe, deniers & à parfaire, de la part du demandeur en retraict lignagier.

Solennia duo Areſta Parlamenti Pariſien. die 7. Sept. ann. 1584. Et die 22. Decébr. an. 1589. Quibus propinqui Retractu fundi excluſi ſunt, quia in iudiciario quodam actu ſecundum formam Conſuetudinis oblationẽ pretii neceſſariam omiſiſſent ipſi, eorumvè procuratores.

Tertij, qui non contraxit, factum propoſitum, præter, vel cõtra contractum, recipitur, dummodò per alios probetur quàm teſtes contractus Inſtrumẽtarios. Ad interpretationem Molinenſis Edicti, art. 54.

Retentum in mente Curiæ, die 14. Iunij an. 1603. in 2. Camera Inqueſtar. *En iugeãt l'appel de la ſentence du Seneſchal du Maine du 6. Septembre 1601. entre Guill. de la Riuiere appellant, & René Aubert tuteur de Foy de Launay fille de la vendereſſe.*

Bononienſi Statuto, debitum à 100. libris, ſuprà, nõ poteſt probari per teſtes. Apud Barbatiam, in Conſil. 19.

IAMPRIDEM vrbanum prædium vænijt ſimulata rerum commutatione mutua. Vndetriceſimo pòſt anno detecta fraude, mouetur *Retractus* quæſtio in emptorem. Quamuis enim actor, ipſa die rei venditæ, nondùm eſſet in humanis, natus tamen intra tempora *Retractui* præſtituta contendit, eo ſe loco & conditione habendum, vt prædia redimat, ac ſi die conſcriptæ Venditionis in lucem editus eſſet. Quùm verò actione ſummotus iſte prouocaſſet Senatum, Nos pro emptore defendimus publica concertatione Forêſi, binam temporis exceptionem obeſſe agenti conſanguineo. Prior, quòd venditori minimè agnatus fuerit, qui nondùm natus eſſet tempore celebrati contractus. Poſterior, quòd laudimiorũ parte illata vni è tribus Colonis dominicis intra biennium ab initio Contractu, ſatis patefacta ſit permutationis fictio, exindéque parata annalis condictio ex lege *Retractuum* aduerſus emptorem. Tandiu ergo ceſſantem iudicio experiri, annua præſcriptione ſummouendum. Nam quoad prius attinet, dicebam, Municipales conſtitutiones, quæ venditoris agnato redhibitorium fundi ius tribuant, intelligi de agnato viuo ſpirantíque, die ipſo rei venditæ. Phil. Decius in Conſil. 222. Corneus in Reſpon. 151. Lib. 3. Sed quia diuerſum noſtrate Praxi Iudiciorum vſurpari ſciebam, aliter ac Tiraquellus ſẽſerit, latiùs tractaui alterum locum de parte Emptionalium recto Domino penſitata, velut ex mera venditione. Cuius diſſolutæ partis non minorem, quàm totius, vím efficaciamque eſſe diſſerebam, vt ex ea ſimul & cõtractus qualitas pateſcat, & temporaria præſcriptio aduerſus gentilitiam fundi condictionem inchoetur. Ita partis ſolutio debiti æris tollit exceptionem non numeratæ pecuniæ. l. Cùm fidem Cod De non numer. pecun. Solidi item æris alieni diuiſionem inducit. l. ſi creditores Cod. De Pact. Rurſus impedit Nominum exactionem eius, qui iiſdem ſemel alteri ceſſerit. l. ſi delegatio Cod. De nouat. Quiſquis dehinc emphyteutici canonis portionem Domino appenderit intra triennium, liberatur commiſſoria lege emphyteutica. Sicuti Delphinatem Senatum iudicaſſe, refert Vidus Papa, Deciſ. 174. Quoties, ad hæc, denunciatio propterea lege exquiritur, vt aliquis modò rei geſtę certior fiat, tùm ſatis eſt, actum qualitercunque ei innotuiſſe, licet minùs ex formula nunciatum. Bartol. ad l. 1. §. vlt. ff. De action. emp. Et in l. denũciaſſe. §. 1. D. Ad Leg. Iul. de adult. Similiter nil intereſt, partimne, an vniuerſim ſoluta ſint recto domino laudimia, vt venditam rem fuiſſe, non permutatam appareat. His ita vtrinque in medium adductis, Curia Summa cenſuit ampliùs deliberandum Nono Kal. Quintiles an. 1583. In lite appellatoria Franciſci *du Lion* tutoris Yſaaci Spifamæ, qui à Præfecto Vrbi Patres C. appellarat, pro quo Leueſtus: contra viduam mulierem, & hæredes Iohannis *Orrant*, pro quibus agebam. 10

De Lutetianis quibuſdam ędibus ſimulatè permutatis, ex quibus laudimia domino ſoluta fictionẽ permutationis arguunt. Quum alioqui Pariſiis laudimia ex permutatione non debeantur.

Nos de eo ſcripſimus lib. 3. de Priuil. Ruſt. cap. De Iudiciis priuatis, art. 5. Vbi ſufficit natum eſſe, ante præſcriptam Retractus linearis actionẽ.

Tiraquellus in lib. de lineari retractu. §. 1. *Ou lignagier*. Glo. 9. Num. 97.

Delphinalis Parlamenti Areſtum.

Secus, vbi denunciatio non ad nudam rei notitiam, ſed ad aliũ ciuilem effectum cõſequendum requiritur, putà, vt venditor admonitus emptori præſtet euictionis euentum. Bart. vbi in Textu.

Appoincté au Conſeil in Parlamento Pariſien. die 23. Iunij an. 1583.

GENTILITIVM ius redimendi prædij ita Familiæ tributum eſt, vt venditoris filius eo vtatur tanquam filius, non tanquam hæres. Argum. l. debitor. §. vlt. D. Ad S. C. Trebell. in Verſ. non quaſi hæres, ſed 11

quaſi

quaſi mater. Quinetiam filij hæreditate paterna abſtinentes, ius familiare, quod in libertis paternis habent, non amittunt. l. filij. ✠. De iure patron. Verſa vice, propinqui extero hæredi teſtamentario non competit hæc cognationum prærogatiua, quaſi illius in vniuerſa ſucceſſori. Vt ait Faber. in §. Ex contrario In fi. Inſtitut. De Legat. Eadem vtiq; de familiari ſepulchro exteris non vſurpando, innuit Epigrammatarij vatis Tetraſtichum,

Fabri verba. ſi quis de genere, virtute Conſuetudinis, retrotrahat rem à ſuo proximo venditam, & moriatur pendente lite, extraneo inſtituto, extraneus non admittitur.

Hoc tegitur cito rapta ſuis Antulla ſepulchro,
Hoc erit antullæ miſtus vterque parens.
Si cupit hunc aliquis, (moneo) ne ſperet agellum:
Perpetuò dominis ſeruiat iſte ſuis. Lib. 1.

Andium inſuper Mos, venditoris hæredi denegat hoc genus actionis redhibitoriæ fundi. §. 367. Sed an his verbis excludatur quoque hæres cum *Inuentario*, ambigitur. Pro tali hærede ſuggeri poterit, eum impropriè hæredem vocitari, & à puro hærede ſeptem Iuris articulis diſcrepare: Quos recenſet Iaſon in §. etſi præfatam l. vlt. Cod. De iur. delib. Imprimis enim cõſtat, hæredi ex *Inuentario* rem propriam, quam defunctus alienarit, vindicare fas eſſe. Bald. in cita. l. vlt. §. eod. Nil ergo vetat, huiuſmodi hæredem maiorum ſuorum prædia familiari lege repoſcere, tametſi à præceſſore diſtracta. Imò & Principali beneficio Repertorij bonorum efficitur, vt hæreditas, quamuis adita, iacens verè dicatur Baldo, in l. Debitori Cod. De Pact. Item titulus iſtiuſmodi pro hærede, eſt iuris ſingularis à Principe impetrandi, non modò in Andibus, ſed vbicunque ferè ſcriptis Moribus viuitur per Gallias. Inde & hæredis vocabulo, quod Patriæ Conſtitutioni inſeritur, purus ſimplexque deſignatur, non autem Codicillaris hæres. Vt diſertè obſeruauit Chaſſeneus ad Conſuet. Burgund. Tit. *Des Retraicts.* §. 1. In ver. *ſon heritage.* Rurſus pleriſque in aliis, præter Andes, Municipiis licita eſt vendentis hæredi condictio familiarium fundorum, nullo auctoritatis periculo, id eſt, actionis pro euictione. Maſuer. In Tit. De retractu. §. Item ſecundùm opinionem. Boërius in Conſuet. Biturigum. §. 3. Tit. De Retractu.

Andeg. Conſuet. art. 367. Ibi, *auquel il auoit ſuccede, & dont il ſe ſeroit porte heritier.*

An hæres cum beneficio inuentarij poſſit retrahere propinquitate ſanguinis fundũ à prædeceſſore venditũ, quem hęres ſimplex retrahere nequit, apud Andes.

Pariſien. Conſ. artic. 142. & Aurelianen. 402. hęres venditoris ad Retractum gentilitium admittitur.

VERVM diuerſam in ſententiam potiori ratione deflectimur. Cùm enim purus hæres, qui hoc titulo defuncti memoriam honorificè colit, *retractu* arceatur, iuſtiùs etiam arcendus eſt Principis beneficiarius in bona ſucceſſor. Nec enim melioris cõditionis eſſe debet, qui impetrata bonorum ſeparatione, lucrum ſolum captet hæreditarium, quod ſibi, deductis oneribus, ſuperſit, quàm ſimplex hæres damno obnoxius, æríque alieno hæreditario, cuius nomine, omnibus vnà confuſis facultatibus, valdè periclitetur. l. quia poterat In fi. D. Ad S. C. Trebel. Paulus item reſpondit, Semproniam (quæ Seiæ venditricis hæres extitiſſet) iure quidem proprio, non hęreditario controuerſiam prędij mouere poſſe: ſed ablatis iudicio fundis, eandem Seiæ hæredẽ vel conueniri, vel doli præſcriptione ſũmoueri poſſe. l. Seia. ✠. De euict. Haud diſſimiliter hæres ex Reſcripto, qui gentilitia redemptione fundum à

In linea directa ſuus hæres cum Inuentario, non excluditur vulgo ab hærede ſimplici §. 338. Aurelianen. & 142. Pariſien. Conſuet. quæ compilata eſt ex Areſtis Curiæ. Hæc tamen Curia de ſimili quæſtione inter Veromãduos amplius deliberandũ cenſuit: quòd illorum More ſcripto (art. 72.) hæres ſimplex indefinitè excludat hæredem ex Inuentario. Areſto die 1. Dec. 1603. *ſur l'appel du Iuge royal de Noyon, le Roy, & Germain, plaidans, au Roollo Vermandois.*

defuncto venditum euincere cótendat, euictionis obligationem contrahit, quatenus ſaltem hæreditariæ vires ſint oneri ferendo. Iuris regula, Vindicantem. ff. De euict. l. Venditrici Cod. De reb. alien. non alienan. l. cùm à matre Cod. De rei vindic. In negotio præſertim minùs fauorabili, qualis eſt reuocatoria alienatorum actio iſthæc, quæ liberam cuiuſque ſua de re ſtatuẽdi poteſtatem imminuit. Quare propius eſt, vt hæres ex Repertorio bonorum, nihilò magis quàm puræ legitimus, condicat gentilitate prædiorum, à deceſſore diſtracta apud Andes. Quinetiam in arctum ita coegêre Allobroges titulum pro hærede ex *Inuentario*, vt niſi menſtruum intra ſpatium à defuncti obitu, inchoetur bonorum deſcriptio annotatióque ſigillatim æſtimatorum, vocatis quorum intereſt, tali beneficio hæres ſummoueatur. Edicto Allobrogici Ducis, 4. Nonas Octobr. ann. 1598. Prædicta autem, de familiaris Retractus ſpe præciſa hæredi venditoris, Andegaui, non producuntur ad hæredis ſucceſſorem. Quòd enim donationes, in ſecundi etiam gradus hæredem, prohibeantur Moribus noſtris, in cauſa eſt fraudis ſuſpicio probabilis, ac peræquationis fauor cohæredum omnium: ne obliquè lautior fiat alterius conditio, in eius liberos largitate collata, aduerſus Interdicta Legum. Secus verò de agnatitia fundorum redemptione, quæ nec ſimili fraudis coniectura laborat, & tutelari familiæ rerúmque ipſius ſtudio eſt fauorabiliter amplectenda.

Hæres cum Inuentario, qui vnam rem in eo ipſo omiſit, an amittat eam ſolam, an totum. Baldus in Conſil. 219. Volum. 1.

Sabaudiæ Ducis Ordinatio die 4. Octob. 1598.

Retrahens tenetur ſeruare Pacta cõuenta in inſtrumento vẽditionis. *& non pas les contre-lettres & contre-promeſſes priuees & ſecrettes du meſme iour, ſi* inſtrumẽto venditionis derogent. ſecus ſi ad faciliorem tãtum contractus interpretationem & ſecuritatem partium conſcriptæ ſint.

QVISQVIS familiare prædium ab externo emptore luit, iis one- 12
ratur omnibus, quæ lege emptionis nominatim dicta & impoſita ſint. §. 362. 385. 393. 408. Andegauen. Conſuetud. Aliis verò defungi non tenetur, quæ priuatis ſeorſum cautionibus & antigraphis paciſcentium adiiciantur. Ex dictatis à Bart. in l. In diem. ff. De aqua pluu. arcen. Tiraquell. De Retractu *conuentionali*. §. 3. Glo. 1. Num. 10. 14. Vnde binum tamen caſum demito: Prior, in onere per iudicem emptori indicto, nulla cuiuſquã fraude & captione. Cuius exemplum profert Andium Mos de iudiciario conuenti pretij auctario in emptorem. §. 365. Poſterior caſus eſt, in ſecunda Pactione venditionis appendice, quæ ei neutiquam aduerſetur, ſed venditionis modò tabulas ſpecialiùs explanet, diluendæ obſcuritatis gratia. Verbi cauſa, Claudius *Prezeau*, eiúſque coniunx diuendunt vxorias ditiones Caſtellarias *d'Hommes, & des Cartes*, in Andibus, Renato Bellayo, cum dotis onere, aliorúmque iurium connubialium Mariæ *de Theuale* ſocrus venditoris. Mox alia clàm inter eos Pacti ſyngrapha conficitur, nuptialia ſocrus in fundos iura deſignans particulatim, dotem, donationem propter nuptias, communium bonorum ſocietatem: Ne quid inter illos reſideret ſcrupuli, quo minùs indemnes venditores emptor præſtare deberet. His ita peractis, Franciſc. Mailleus venditricis agnatus prædia condixit *Retractu* proximitatis. Ei prædia iudicio addicuntur, ſed in exequenda Sententia negat is, ſecunda emptoris conuentione ſe teneri. Damnatus ab Andium Suppræfecto, Curiam appellant.

Art. Conſ. 365. Ibi. *Le ſupplement fait par l'acquereur par auctorité de iuſtice & ſans fraude auant l'adiournement à luy baillé en matiere de Retraict, ſe mettra en abondance auec le prix principal.*

Tandem S. Conſulto deciſum eſt, hunc paciſcentium antigraphæ ſtare compelli. Menſe Quintili an. 1585. Nam quæ facilioris explicationis ergô contractibus adponuntur, eos nec innouant, nec vitiant. l. Qui mutuam D. Mand. l. Hæredes palam. D. de teſtam.

Parlamenti Pariſieñ. Decretum entre Meſſ. François de Maille ſieur de Liſlette, lignagier appellant du Lieutenant du Seneſchal d'Anjou à Baugé, & le ſieur du Fellay ayant acquis de Claud. Prezeau, ſieur de Loy éliniere, & Françoyſe d'Hemes ſa femme.

13. VSVSFRVCTVS, aut temporaria emphyteuſis vendita non redimitur gentilitate prædiorum, Andegauo More, §. 402. Pariſienſi, ſecus, de Emphyteuſi, articul. 149. Cedò, iſthæc nè procedunt in agnatos Emphyteutæ, perinde ac fundorum Domini? Forſan enim putes, Andium Legem ſolos Domini propinquos Retractu excludere, ob ſpem reuerſionis fundorum ad Dominicam menſam. Adde quòd hoc caſu vni Domino prodita eſt redhibitoria actio ex lege vlt. Cod. De iur. emphyt. Non verò agnatitia prædij redemptio, quæ extranei emphyteutæ alienationes non reuocat. Sed & patriam Conſtitutionem opinor generatim concipi in emphyteutæ etiam conſanguineos, aut fructuarij vendentis, qui ad Retractum fundi non admittuntur. Alexandri Reſponſo. 52. Lib. 1. Et Lucæ Pennati iudicio, ad l. vlt. De vendend. reb. ciuit. Lib. 10. Cod. Quippe quùm fructuaria poſſeſſio, temporariavè emphyteuſis veteres dominos ſeruet, potiuſquàm mutet. l. 1. §. qui ſeruum D. de S. C. Syllan. l. falſus. §. vlt. π. De furt. Ibi, quia fructuarius, dominus non eſt. l. 2. §. ſed & vſufructuarius. π. De relig. & ſumpt. fun. De emphyteuſi item extat Zenonis Imp. lex. 1. Cod. De iur. emphyt. In Ver. neque alienationis eſſe titulis adiiciendum. Verùm Andegauæ Conſuet. de emphyteuſi ſententia locum habet in temporaria duntaxat, & certo tempore circumſcripta, non autem in perpetua agrorum locatione. d. §. 402. Andegauen. Leg. Nam alioqui feuda, emphyteuſes perpetuæ locationes fundorum adſimilantur, iuſtíſque accenſentur patrimoniis. Vt belliſſimè diſtinxit Bartol. in l. ſi patroni D. Ad S. C. Trebell. Iaſ. in l. vlt. Cod. De iur. emphyt. Quod magis eſt, Cic. ad Curium Lib. 7. Epiſt. cenſet, id cuiuſque eſſe proprium, quo quiſque vtatur ac fruatur. Andium porrò Lege, coniugum ſuperſtiti vſusfructus tribuitur pretij redemptionis agnatitiæ *de Mydenier* eius fundi, quem coniuges ambo mercati fuiſſent ab alterius cognato, clienteve beneficiario. §. 284. 285. 296. Diuerſum de pretio gentilitij *Retractus*, Dominici, vel Pacto conuenti: Quippe quod, mouentium inſtar, viritim diuidatur inter ſuperſtitem, & defuncti coniugis ſucceſſores. §. 292. Andeg. Conſuet. Aſt Mechliniæ, ac tota fermè Brabantia, coniugum ſuperſtes, fructuarius agnoſcitur quæſitorum omnium, ſuorúmque adeo patrimoniorum, deuoluta confeſtim ad liberos, proximóſve hæredes illorum proprietate. Quòd ſi hi ante fructuarium deceſſerint, proprietas ipſi denuò cum vſufructu conſolidatur. Vt Mechlinienſium Legum Quaternio docet.

Quoad vſumfructũ venditum, Andegauo ſimilis eſt Mos Pariſ. §. 147. Mobiles certè res, in quarum venditione ceſſat retractus, ſi cum immobilibus vænierint eodẽ contractu, cum iis etiam retrahi à conſanguineo poſſunt, art. 361. Andeg. Leg.

Dominus per fructuarium poſſidet, retinétque poſſeſſionẽ: l. ſi quis argentum. §. ſed ſi quidẽ Cod. De donat. Licet vſusfructus dicatur pars fũdi. l. qui vſumfructũ. π. De verb. oblig. l. 4. π. De vſufr. Quod quomodò accipiendum ſit, declarãt Accurſ. & Bart. in d. l. Qui vſumfructum.

Cenomanorum autẽ coniugum ſuperſtes habet vſum ac fructũ totius pretij fundi, ab agnato vẽditoris, aut patrono redempti. §. 307. Cenom. Cõſuet.

14. SICVTI alienatorum extra familiam *Retractus* competit in emptorem, ita quoque huic eorumdem condictio, in retrahentis ſucceſſorem extraneum, cui intra annum à die gentilitię redhibitionis fundi

Action de repetition de Retraict, qua retrò annullãte alienationem factã à propin-

quo retrahente intra annum Retractus, ſequitur, laudimia nihilomagis patrono deberi ex ea alienatione Legibus irrita, nec dominij tranſlatitia, quàm ex legali Repetitione Retractus illam irritante. §.398. Andeg. Leg.

propinquus eum diſtraxerit. §.398. Andegauen. Leg.408. Cenomanæ, 171. Turonicæ. Ampliùs etiam, Neuſtriæ Moribus, conſultum videtur prædij acquiſitori in fraudulentum eiuſce Retractum intra triginta annos. §. 465. At ſi emptor condictione ex Lege Andegaua fundum recuperarit à tertio conſanguinei ſucceſſore ſingulari, Iamnè, quæſo, Dominicæ redemptioni eiuſdem ſubiacebit? Minimè, inquies, quùm patronalis Retractus *lineari* poſtponatur: cuius in iura *linearis*, ſuffectus ſit primarius emptor, reſoluta agnati retrahentis in exterum alienatione. §. 348. patriæ Conſuetud. Diuerſa tamen æquior apud me ſtat ſententia, quòd prædij repetitio, nominatim Lege prodita ſit emptori, quaſi vetus modò ius ſuum ſeruanti, nec quærenti nouum ex gentilitio auctoris ſui Retractu. Cita. articul. 398. Eodem rurſus Legis capite, nulla patrono Honoraria iuſta parantur ex adſcititio iſto emptoris titulo, ceu mera nudáque rei in priſtinum ſtatum reſtitutione, potiùs quam noui tranſcriptitia cauſa. Proinde ſalua patrono manet clientelaris fundi redhibitio, poſt euictum à primo emptore prædium Repetitione Moribus introducta. Ex facto dehinc agitatum fuit apud Conſcriptos Curiæ, an duorum emptorum alteri pro parte vti liceret condictione ex hac Lege aduerſus tertium eiuſmodi ſucceſſorem retrahentis agnati. Non videbatur, quum vna cautione emptionis, eodémque pretio rem mercati ambo proponantur. l. quod autem. §. vlt. Cum duab. ll. ſequent. π. De in diem addict. l. ſi duos quis ſeruos. π. De contrah. empt. Maſuerius nominatim in. §. Item vna De Retractu. Similiter Bartolus tradit, è duobus vnum venditoribus, qui redimendi prædij ius ſibi receperint, mediæ portionis redemptione excludi. In l. cui vſusfructus. π. De vſufr. leg. Et in l. ſi quis aliam. π. De ſolut. Vt enim neceſſe eſt, in totum conſiſtere venditionem, non in partes. l. fundus. π. De contrah. empt. Sic pro vna parte contrahentium abiri ab emptione non debet. Pomponij I. C. leg. 1. π. De reſcind. vend. Illa tamen opinio Curiæ diſplicuit, iudicanti, alterum ex emptoribus, qui ſinguli virilem partem, nec quaſi duo rei ſolidum fundum ſtipulati eſſent, poſſe eius partem dimidiam repetere ab extero conſanguinei in eam rem ſucceſſore. Decreto ex tempore lato. 6. Kalend. Quintiles ann. 1579. ſecundum Renatum *Bitault*, & litis conſortes, qui à Regio Andium Iuridico Senatum appellarant: aduerſus Iulianum *Dauiault*. Bautruo, prouocantium: & Daneſio, aduerſarij cauſidicis. Iſthîc nimirum ita diſtinctæ fuerunt rei venditæ portiones, vt emptores: Vnde quot res, vel perſonæ, totidem videntur ſtipulationes interpoſitæ. l. ſcire debemus. π. De verb. oblig. Ad hunc modum, Steph. Bertrandus reſpondit, venditori, cui redimendi facultas cauta ſit, liberum fore, ab altero duorum emptorum partem ſuam redimere In Conſil. 41. Lib. 3. Iuxta leg. 11. §. 1. π. De duob. reis. Verſa etiam pagina, Vni plurium venditorum fas eſt, ab emptore totum vel redhibitoria lege condicere, vel reſciſſorio Contractus iudicio.

Art. 398. verſ. *Car il eſt vray, que le lignager ne les a pas retirez, pour demeurer en ſa ligne.*

Vt retrahens, qui in emptorem emptoris agit, cogitur ſolũ primæ emptionis pretiũ reddere ſecundo emptori poſſidẽti: ſaluo huius regreſſu in primum emptorem. Ita primus emptor in repetitione retractus, tantum refundit ſuæ emptionis pretium, quod à Retrahente receperat. §. 398. & 400. Andeg. Leg.

Iudicium Curiæ *donné en plaidant*, die 26. Iunij an. 1579. *sur l'appel du Seneſchal d'Anjou, au ſiege d'Angers.* At ſi vna res vni vendita ſit vno eodémq; pretio, tota ſimul retrahi debet à cõſanguineo venditoris, non autem portio rei vẽditæ, ſi tota ſit eiuſdẽ lineæ conſanguinei. Idẽ de domino feudi retrahente. ſi tota res ſit de feudo ipſius, articul. 368. & 384. Andegau. Conſuet.

iudicio. Nam alioquin parte ſua contentus ille nil promouerit, quùm reſiduarum euictionem præſtet, maneátque eius periculo euictionis obſtrictus. Bartol. ad l. 1. §. ſed etſi propter. D. Ad S. C. Trebel. Iaſ. in l. Stipulationes non diuiduntur. ff. De verb. oblig. Proin Lutetiano Senatui placuit, eum qui à duobus fratribus prædium, contracta fiducia, coëmiſſet, altero poſtulante, totius redemptionem ferre debere: alterius tametſi flagitio bona publicata eſſent. Decretum hoc, purpurea in Toga recitante Thuano protopræſide, vndecimo Kalend. Ianuar. ann. 1581. Si autem duo rem depoſuerint, alter ita demùm poterit inſolidùm agere, ſi ſic depoſitum fuerit, vt vel vnus tollat totum: ſi verò pro parte, pro qua eorum interſit, tunc dicendum eſt, in partem condemnationem faciendam. l. 1. §. ſi apud duos In fi. D. Depoſ. Ac conſimili vtique depoſiti lege, Demoſthenes ancillæ patronus repulit è duobus hoſpitibus alterum nummos repoſcentem, quos ipſe penes eam depoſitos hac conditione fatebatur, ne alteri ſine altero numerarentur. Vt eſt apud Valerium Max. Lib. 7. Cap. 3.

Curiæ Areſtum ſolenne, die 22. Decēb. 1581. *ſur le remeré d'vn heritage vendu à grace.*

Vafrum Demoſthenis factum, in forenſi depoſitariæ ancillæ patrocinio.

15. Anxie certatum eſt in Foro, nûm paternis nummis à filio retracta, cederent ipſi, an parenti. Et hæc indubiè filio quæruntur (præterquàm Turonum, & Neuſtriæ ciui.) P. Caſtrenſis ad l. Cùm oportet Cod. De bon. quæ lib. Roman. in Authent. Ex teſtamento. Et in l. illud Cod. De collat. Francicis præſertim Moribus quicquid à filio, eiuſvè nomine comparatur, ſuum ipſius efficitur, non paternum. Qua de conſuetudine Galliæ Tiraquellus, in Retractu Lineari. §. 1. *ou lignagier* Glo. 9. Num. 61. Hinc tamen exiſtit ſcrupulus ingens de Municipalibus *Statutis*, paternarum in liberos donationum prohibitoriis, quæ toties ſuprà à Nobis decantata ſunt. Quoties enim pater emit nomine filij, cenſetur eidem empta donare: Cuiuſmodi largitione patriis Legibus interdictum videtur. l. filiæ cuius Cod. Famil. herciſc. Bartol. ad l. 2. Cod. Si quis alt. Et in l. quæ dotis D. ſolut. matrim. Angel. in l. ſi donatione Cod. De collat. Verum, vt vt ſit, Pariſiorū Senatus decreuit, feudale beneficium apud Carnutes, quod paterno ære filius redemiſſet propinquitate ſanguinis, huic proprium ac peculiare manere, non paternum hæredium: Vſqueadeò, vt mortui redemptoris hęreditate totum rediret ad fratres, nulla ſorori, tanquam patris hæredi, portione attributa. S. Conſulto. 15. Kalend. Iunias ann. 1585. Inter Ianam *Tizart*, quæ à Conſiliariis Curiæ Palatinos libellos agentibus, prouocarat in Curiam, & Philippum, ac Æmericū *Tizart*, ex aduerſo, litigatores. Aſt hoc ita temperamento quodam accipiendum eſt, vt paterna ſaltem pecunia emptori illata cōferatur à filio in paternam bonorum ſucceſſionem. Quod & ſupraſcripto Curię Decreto reſeruatum ſorori fuit, vt æquam prætij partē redempti fundi à fratribus repeteret. Hoc ampliùs, filij, quorum nomine pater familiarē Agrum retraxerat ſuis nummis, eum Iudicio abduxerūt à nouo poſſeſſore, cui pater retractū agrum pretio manciparat. Extemporanea Curię Sentētia Idibus Iuliis

Art. 196. Turonen. & 468. Normanic. Morum, retractus à parente fundus nomine filij, cenſetur parētis proprius, & inter omnes eius hæredes diuidundus: niſi cōſtet, filium retrahentem aliunde idonea bona habuiſſe, ex quibus pretium Retractus exolueret.

Senatus decretū die 18. Maij 1585. de feudo ſito *au Bailliage de Chartres.* Quo loco ſoror fratri in feuda cum fratribus non ſuccedit.

Areſtũ Curiæ *en plaidant* die 15. Iulij ann. 1578. *Au Roolle de Poictou.*

ann.1578.poſt forenſem patronorum actionem, Tuſſierij pro Iohanne *de Valory* appellante ex Cenomania, & Chauuelini, pro Philippo *de Valory*, ediuersò, certante. In Pictauenſium litium Catalogo. Interdum tamen ex circunſtantibus cauſis filio abiudicatur retracti prædij dominium. Quid enim ſi pater venditor alieno vicini auro fundum recuperarit adſcito filij nomine, qui in vtero erat, vt eum vicino illi tranſcriberet? Tunc vtique ſi redhibitus fundus, eidem ſubinde cedatur, iuſta eſt prioris emptoris expoſtulatio, ne à ſecundo his technis præſtigiiſque ſuperetur. Quòd ſi inſtigante patre, filius retrahens deſcendat in cauſam, ac ſuum eſſe fundum in omnes litigatores intendat, puto luſorium eius interuentum, mendicatáque ſuffragia priori emptori nequicquàm obeſſe. Nec enim decet, Legum auxilia verti in alterius fraudem atque perniciem. l.2.§. hæc verba. l. ſi decipiendi D. Ad S.C. Velleyan. Ac omnimodò Iuris vinculum non obtinet, quicquid circumſcribendi alicuius gratia ſimulatè geritur, aut contrahitur. l. Et qui ſub imagine Cod. De diſtract. pign. l. emptor. ꝑ. De aqua pluu. arcen. l. contractus imaginarij. ꝑ. De oblig. & action. l. Nuda & imaginaria. ꝑ. De contrah. empt.

Tempus Retractus linearis fundorũ non currit, quandiu venditor titulo conductionis, vel vſusfructus remanet in poſſeſſione. Idem & ſi vſufructuarius fundi dominiũ acquiſiiſſet.

Fvndvm quis diſtraxit, cauto ſibi vſufructu, ſiue vt illum certa 16.
mercede conductum haberet. Id quod Iure Quiritum probari, indicat Paulus I.C. l. qui fundum. §. cùm fundum quis vendiderat, & omnem fructum receperat. ꝑ. De contrah. empt. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ꝑ. De action. emp. Et hoc caſu integra manet gentilitia actio venditi prædij redhibitoria, nec diuturno ſilentio tollitur, donec extinctus fundi vſusfructus, vel conductionis lapſa ſint tempora. §. 429. Andegauen. Conſuetudin. Ecquid ſi, econuersò, fructuarius agri proprietatem emerit, an viuo eo, temporis præſcriptio excurrat in propinquos venditoris? Sentio planè, contrariorum eandem eſſe rationem ac diſciplinam, vt Dialectici loquuntur, nec, pendente vſusfructus curriculo, actionem rei venditæ reuocatoriam perimi: Niſi emptor venditionis tabulas Actis publicis inſcripſerit, aut in feudo palam ac publicè multa egerit tanquam Dominus proprietatis, quæque fructuarius agere nequiiſſet, ſiue etiam alio pacto vendentis agnatis contractus innotuiſſet tranſlatitius iuſti dominij. cita. §. 429. Tum argumento. §. 433. vicinæ Conſuetudin. Cenomanorum, quæ & doli ſuſpicione colonum onerat, ſi qua pro conducto vtebatur, rem coëmerit. Nam quod ait Venuleius Saturninus, vſumfructum, aut conductionem proprietatis emptione deſinere. (l. ſi fructuarius D. Vſusfruct. quemadmod. cau. l. ſi tibi D. Quib. mod. vſufr. amitt. l. Is cuius. ꝑ. De legat. 2.) Hoc locum habet duntaxat paciſcentes inter ipſos, non in quemuis alium, cuius interſit: niſi & hic confuſum noui iuris acceſſione vſumfructum reſciuerit. Quippe vt euicta à tertio proprietate fundi, reſtituitur vſusfructus in priſtinam cauſam. (Iaboleni leg. A liberto. ꝑ. De bon. libert.) Emptoris itidem pignora & hypothecæ reuireſcunt. (l. In bello. §. ſi quis ſeruum Et ibi Bart. ꝑ. De captiu. l. Non quocun-

Notification des cõtracts aux Greffes des lieux.

Conſuet. art. 129. Ibi. *ſinon que dud contract. leſd. tierces perſonnes euſſent eſté deuement acertenees.*

Reſoluta emptione proprietatis fundi à fructuario, vel creditore emptæ, reuiuiſcit vſusfructus, & hypotheca. Maſuer. in Tit de Retractu. §. Item ſi ille, Al-

quocúnque In prin. ff. De legat. 1. l. ſi maritus Cod. De inoff. teſtam.)
Sic tertij illius intuitu, ſumitur ſeparatim vſusfructus emptoris fundi
ſtaréque adhuc cóiicitur: quò minùs in illum iuri præſcribatur empti
fundi redhibitorio, niſi à die notitiæ ac ſciẽtiæ empti rerum dominij.
Enimverò ſi diu multúmque emptor rem poſſederit quaſi dominus
proprietatis (vt antedictum eſt) nempe ſi in fidem ac cliẽtelam ſubdi-
tos cooptarit, grãdes Arbores exciderit, aliáque peregerit nudis fru-
ctuariis inconceſſa, tunc vendentis cognato non licet, tot annorum
poſſeſſiones mouere per cauſam gentilitij Retractus agrorum. Craſſę
enim ita geſtorum ignorationi haud indulgendum, docet Vlpianus,
vulgata l. Nec ſupina. ff. De iur. & fac. ignor. Iuxta quæ, Ampliſſ. Ordi-
nem pronũtiaſſe audio contra vendentis propinquum, etſi minorem
annis. In ſecunda Patrum C. Decuria Inquiſitoria, ſub annum. 1583.

beric. ad l. dominus ff. De vſufr Et ita iudicatum à Mãtuano Senatu, refert. Petr. Surdus ibidem ſenator. Deciſ. 51.

Areſtũ Curiæ Pariſien. in 2. Camera Inqueſtarum.

17. EMANAT hinc quoque forenſis ardua contentio de vſuris ſortis
emptori reddũdæ, in exequendo auiti prædij Retractu. Vtputà, Seius
fundum venũdedit, recepto ſibi vſufructu. Quadriennio pòſt, eius
agnatus iudicio conuenit emptoré, intendítque, fundum ſibi redhi-
bere licere. Poſtulatis annuit emptor, ſed vt præſenti pretio ré merca-
tus, nec fruitus ſit, ita nũmos ſibi repræſentari flagitat, cum vſuris præ-
teritorum annorum à die emptionis. Replicat propinquus, nudam ſe
fundi proprietatem repetere, quam nullus Agri fructus conſequatur,
niſi poſt vita functum vẽditorem fructuarium. Interim ergo ſufficere
emptori debere cautioné fideiuſſoriam de pretij ſorte tùm reſtituen-
da, cùm finietur vſusfructus: Nec medij temporis vt commoda, ſic in-
commoda ad agnatum pertinere. Ex ſentẽtia leg. ſi conſtante. §. quo-
ties. D. ſolut. matrim. l. Vbi auté. §. melior. ff. De in diem addict. l. om-
nes §. vlt. D. Quę in fraud. credit. l. mulier. §. ſi hęres D. Ad S. C. Trebel.
Nihilò ſeciùs opinor, pretium cum vſuris refundendum emptori, vt
abeat indemnis. l. in tantùm. ff. De liber. cauſa. Vbi is, qui in libertatem
proclamat, cùm diuendi ſe antea ſiuiſſet, non modò pretium reddere
tenetur, ſed & quod pretio acceſſerit. Nam hac in ſpecie emptor idcir-
co vſuras pretij ſtipulatus non fuerat à venditore, quia tanto minoris
prædium, detracto vſufructu, emiſſet, ſperarétque, eò ſe viliori pretio
poſt fructuarij fata rebus potiturũ. Qua ſpe à cõſanguineo prærepta,
ad quem ſcilicet vilis pretij cõuenti redeat compendiũ æquitati con-
gruit, pretij ſorté cum fœnore emptori ilico reſtitui, cuius beneficio
prædiũ minoris æſtimatũ ille obtineret. Satius item eſt, ſuam cuique
rem ſaluam fore, quàm ſatiſdationis chartulas habere, atque incertũ
illius euentum ſpectare. l. ſuſpectus. ff. De ſuſpect. tutor. l. pupilli D.
Quod fal. tut. auct. l. Qui ita inſtitutus. §. 1. Ibi, propter fragilitaté cau-
tionis l. Cogi. §. ſi pater Ibi, ſub incerto cautionis D. Ad S. C. Trebel.
Verſa itidem vice, fundi licitator ſimul & poſſeſſor tenetur, vẽditoris
agnato fructus reſtituere, ex quo die reus cõuẽtus ſit reuocatoria præ-
dij in familiam Actione. §. 38o. Andeg. Leg. Ecquid ſi diſtractus Ager
duo cognationum ſtemmata reſpiciat, ex alteróque propinquus, qui

Sinautem fũdus puré veniiſſet abſque retentione vſusfructus, tunc venditoris cognatus retrahens lucraretur fructus fundi in emptorem cum eo altercantem à die citationis. §. 38o Andeg. Conſuet Idque Areſto Curiæ iudicatum die. 21. Ianu. an. 1577. inter duos Cenomanos, Antonium *Arondeau*, & Iac. *Thuault* Iuxta Cenomanam Conſuet. Andegauæ conſimilem. §. 390. At ſi emptor agnatum cõtumacem abſentemq; recipiat ad retrahẽdum, inter moras lucratur fructus, non auté moroſus actor. §. 377. Andeg Leg.

§.368 Ver. *nul ne peut demander le retraict, s'il n'eſt de la ligne du vendeur, dont les choſes vendues ſont mouuans.*

§.380. Verſ. *ſi l'acquereur denie ou delaye led. Retraict. & il ſuccumbe en icelle cauſe.*

fundi totius redemptioni inſtet, dátem ei manus dimidiatim, emptorem reſpuat. Puto, nec huius quidé partis fundi reditus actori reddúdos, trienni licet ſpatio interim lite protracta. Ex argumento. §. 368. præd. Conſuet. Quùm enim altera fundi parte dimidia excluſus fuerit demùm conſanguineus, oblatæ ſibi alterius, iudicióque addictæ prouentus ſibi lucrifacit duntaxat à die Iudicati, non autem lite pendéte collectos. Iuxta cita. §. 380.

Dvplex eſt fraudis genus, in *linearem Retractum* vſurpari ſolitæ. 18
Aut enim venditionis Pacto fraus adhibetur, conficta alterius ſpecie alienationis, vel nummorum quátitate, ad deterrendos pretij magnitudine cóſanguineos. Et tunc vtrobique dormitat annalis *Retractuum* præſcriptio, quouſq; diſcuſſa fictionis nubecula, veritatis lux intra tricenniú eniteſcat. Quemadmodùm de fraude in rei pretio admiſſa decreuit Senatus ad appellationé ex Perticenſi Vnellorum præfectura. Pridie Caléd. Februar. an. 1579. Iana *de Cochefilet*, & Antonio *du grenier* inuicem altercátibus, quorum controuerſiam Proſper Bouinus ſenator collegis exponebat, in quinta Curiæ Claſſe Inquiſitoria. Enimverò ſi fraus contracta proponatur extra actum véditionis, vtpote ab agnato proximo, qui emptori proluſoria lite rem auocet, eúmque denuò re frui priuatis cautionibus ſinat: Eo caſu, remotioris gradu cognati querela nó auditur in fraudatores, niſi & ipſe intra annuú ſpatiú à mera venditione inita, quæ Retractui obnoxia erat, gentilem fundum condixerit. §. 370. Andeg. Leg. Citerioris enim occurſu conſanguinei, nó præcluditur vlteriori via fundorum redhibitoria iure Familiæ: ſed tantiſper ſuſtinetur hæc cognitio, rei vè executio, dùm cognatione propior de ſuo iure deciderit. §. 404. Andeg. Cóſuet. Vnde ſenſim, ſi propinquior agnatus cum emptore colluſiſſe deprehendatur, venient in medium vlterioris gradus cognati, & ex die agnitæ fraudis prouocabunt à luſoria inter illos Sententia: ideo videlicet dicta, vt ordine ſequentes fraudarentur ſua ſpe, & in emptoris gratiam retractu fundi ſummouerentur. Ponamus inſuper, Titiú, paratam emptionem cóductitio fundi titulo præmuniiſſe: vt reſoluta forſan illa à conſáguineo védentis, re frui colonus perſeueraret, aut eius metu poſſeſſionis fructuariæ auocaretur ille à prædij Retractu familiari. Exploratum eſt quidem, ſublata è medio emptione anteriorem conductionem manere, bona fide ſuſceptá. Bald. ad l. ſi maritus Cod. De inoff. teſtam. l. debitor D. Ad S.C. Trebell. Aſt ſi in fraudem agnati retrahétis, prædium conduxerit emptor propè iam tùm deſignatus, Eò caſu, ſoluta ipſius emptione, ſoluitur pariter conductio, & alienantis propinquus in naturalem fundi poſſeſſioné liberè immittetur. §. 433. Cenomanæ, & 84. Dunéſis Bleſorú Legis Municip. Vbi Molineus, generatim obſeruandú hoc ſéſit doli mali euerriculú. Annus porro, qui gétilitiæ actioni præſcribitur hoc modo eſt accipiédus, vt cótractæ emptionis dies, ad præhéſę vè poſſeſſionis, abs quo die iuris reperiúdi terminus ſtatuitur, termino nó includatur. §. 346. 350. 387. 456. ver. *dedás lá*

Decretum Parlaméti Pariſien. Die vlt. Ianuar. an. 1579. *ſur l'appel du Bailly du Perche. Entre Damoiſelle Iehanne de Cochefilet, & le ſieur de la Pelonıere.* In 5. Camera Inqueſtarum Curiæ.

§.370 And. Leg. Ver. *Si le lignagier auoit pourſuiuy ſon procez tát que l'an, & autre temps de faire bailler led. adiournement de Retraict fuſt paſſé, les autres plus prochains, qui n'auroiét faict leur diligence dedans iceluy temps, ne viedroient iamais entre la bourſe & les deniers.*

Molin. ad §. 84. Dunenſis Conſuet. particularis.

Dies termini non computatur in termino.

& le

& le iour. Andeg. Conſuet. Exempli vice, prima Martij fundus vænijt, emptórque in poſſeſſionem miſſus. Reor certè, diem contractus, cœptævé poſſeſſionis, in anno minimè numerari, & ita pari die Anni vertentis in ius vocare emptoré licere venditoris agnato: Ex iuſta Annui ſpatij præfinitione notata, in leg. 4. §. 5. ff. De ſtatu lib. Nā & Vlpianus reſpondit, eum qui Kalēdis Ianuariis ſtipuletur, & ipſa die Calēdarum ſtipulationem interpoſuerit, egiſſe videri de proximis, ac ſubſequētibus Calendis. l. Eum qui Calendis. ff. De verb. oblig. Antoninus item Imperator cum Diuo patre ſuo reſcripſit, vbi lex mentionem faceret duorum Menſium, qui ſexageſimo & primo die venerit, audiendum. Regula Iuris Vbi lex. Cap. frequens De reſtit. ſpoliat. In. 6. Cap. pia De except. Ver. ſi quis igitur. Eod. Lib. l. ſi quis dixerit. ff. De verb. ſignific. Atque vt omnis de eo præcidatur ambiguitas, patrij Moris ſcriptura talis eſt, *l'an & iour.* Quorū vim verborum explanat, vt ſuprà, Conſuetudo Turonen. artic. 154. Et ita Municipalium Legum interpres Senatus pronuntiauit. Eximio Decreto in peruigiliis Dominicæ Reſurrectionis an. 1574. Poſteriore item, apud Turonas, prolato Menſ. Maio an. 1590. ſecundùm Natalem Morinum: Victo Albino, Præſidali Engoliſmorum Conſiliario. Huius necnon partis ſententiam probauit Tiraquellus, in Retractu *lineari.* §. 1. In ver. *Et iour.* Glo. 11. Num. 17. 18. 22. Sed vbicunque prouinciali Ritu cautum ſit, diem iudiciariæ conuentionis emptoris, intra eundem à Contractu annū incidere debere, os occluditur propinquo actori, qui vltima Anni die (cuius rationé iniuimus) citarit emptorem, vt inſequēti proxima fundum ab ſe redimi patiatur. Quemadmodùm Curia ſumma ex peculiari More Pariſiorū iudicauit. Areſto in 2. claſſe Inquiſitionum Curiæ lato, poſtridie Nonas Decemb. an. 1586. Inter Ianum *Le Conte,* & Martinum *Le Sec,* inuicem decertantes.

Turonum Conſuet. art. 154. *Et eſt à entēdre l'an & iour, que ſi la poſſeſſion eſtoit priſe le premier iour du mois, l'adiournemēt doit eſtre baillé led. premier iour du mois, l'an reuolu, &c.*

S. Conſultum Pariſien. die. 6. Decemb. an. 1586. Inz. Camera Inqueſtarum, iuxta hunc art. 130 Cōſuet. Pariſ. *Et doit l'adiournement eſtre faict, & l'aſſignation eſcheoir dedans led. an & iour.*

19. IVLIVS, & ſecunda vxor commune prædium diſtrahunt. Iulij filia ex priore cōnubio, repetit eum fundum iure propinquæ cognationis: Vtì quæſita in Andibus, nedum patrimonia, ſi dehinc væneant, retrahuntur ab agnatis Familiari iure. §. 366. Andeg. Leg. Tametſi verò priuigna nullo cōſanguinitatis vinculo iungeretur nouercæ, ideo tamen ſolidum condixit latifundium, quia penes eius patrem ſolida indiuiduáque poteſtas fuiſſet rei cum vxore communis liberè diſponēdæ. Sicuti Gallicis Moribus protritū eſt, Andegauis ſpeciatim. §. 289. Exindéque colligit filia, prædium, quod in commune partum ſit à cōiugibus, mariti duntaxat familiæ adhærere, nec, niſi dirempto morte cōiugio, mediam fundi partem tranſire in vxorij ſanguinis lineam ac familiam. At, contrà emptor, alienatorum reuocationem propinquis ſolis competere, qui, ex agnationis ſtemmate quocúnque vēdita prodierint, venditores contingant. §. 368. 369. Andeg. Leg. Atqui res cōiugalis ſocietatis in duas cognationum lineas ſcinduntur, paternā, ac maternam. l. 1. l. conſanguinitatis Cod. De legit. hæred. l. 1. De impon. lucrat. deſcript. Lib. 10. Cod. l. ſi quis prioris. §. In illo Ibi, ex materna li-

Filia acquiſitoris mariti, & ita domini totius fundi, quem poſtea cum vxore vendat, eum poteſt tantū retrahere pro media patrem ſuum reſpiciente, non verò pro alia dimidia, quę eius nouercam ſpectarit.

Conſuet. art. 289. Ibi. *Et auſſi ſans le conſentement de ſa femme peut vendre & aliener tels acqueſts, les charger & hypothequer conſtant le mariage d'entre eux, &c.*

Andeg. Conſuet. art. 368. Ibi, *Nul ne peut demander retraict, s'il n'eſt de la ligne du vendeur en la ligne dont les choſes vendues, ou alienées ſont mouuans. Et s'il n'eſt du lignage en toutes lignes, il peut demander par retraict la choſe alienée par contract ſuiect à retraict, entant & pour tant qu'il y en a en ſa ligne.*

nea Cod. De ſec. nup. l. quod ſcitis Cod. De bon. quæ liber. l. Vacantia De bon. vacát. Lib. 10. Ac ne diutiùs externis immorer teſtimoniis, en tibi domeſticum ex patrio Andium Ritu, in. §. 268. Quoniam igitur véditionis tabulis auctor adhibitus eſt vtérque coniunx, nedùm maritus, véditio tota ſolui nequit ab alterius ſocij cóſanguineo: qui mediam tantúm rei communis parté cenſetur cum ſocio abalienaſſe, licet in ſolidum euictionis nomine obligatus ſit. l. falſo Cod. De commun. rer. alienat. l. 5. §. cùm fundum. ff. De legat. 1. Quamobrem fixa firmáque hæc ſit ſententia, filiam vnius coniugum, ab vtróque vendita repoſcere eatenùs poſſe *lineari Retractu*, quatenùs illorú alterutri principium generis, ortúmque ſuum acceptum ferat.

Art. 268. Ver *les heritages & conqueſts d'aucun quand il n'y a hoir de ſon corps, s'en vont en deux lignes, l'vne en ligne de pere, l'autre en ligne de mere.*

Si verò maritus ſolus tanquam dominus. rem acquiſitam vendiderit conſanguinei eius non vxoris, licitè petunt Retractũ totius. Cardinal. Florẽt. in Conſil. 15. Et Tiraquell in. §. 32. Num. 101 & 102. De Retractu lineari.

DE NOBILI autem puella ambigitur, quæ, extante fratre, nupta 20
arcetur hæreditate parétum, familiari nè etiam alienatorum Retractu depellatur. Hereditaria quidem, & Retractus iura æquo pede metimur: nec, cernendæ hæreditatis incapax, ad Retractum admittitur. §. 368. Andeg. Leg. Sed quia familiæ & agnationis tituli, ab hæreditariis diſcreti ſunt longéque diſparati, Haud abſonum eſt, aliquem ſtirpe gétilitatéque fundos diſtractos redimere, quos hereditate ſortiri forſan nequiiſſet. art. 369. patriæ Conſuet. l. filij hæreditate paterna ſe abſtinentes. ff. De iur. patron. l. ſi patroni D. Ad S.C. Trebell. Quæ igitur generi conceſſa ſit alienatorum reuocatio, fœminis non denegatur. Scriptore Tiraquello, in Retractu lineari. Verùm Itali, & Subalpini Magiſtratus, ciuicas ſuas Cóſtitutiones, fœminarum, ab hereditate excluſorias protrahút ad Familiares quoque ſubſtitutiones, vel Agnatitias códictiones prædiorum. Quippe extra familiam ſociata viro mulier, tranſiiſſe dicitur in nouá exterámque huius familiam, paterna abdicata. Leg. quicúque De re milit. Lib. 12. Cod. Can. hæc imago Cauſ. 33. Queſt. 5. Gloz. & Bald. ad leg. etiam Cod. De teſtib. Vnde nec rerum diſpoſitio, fauore agnationis & gétis inducta, complectitur fœminas, in quibus agnatio finiatur. Ioh. Ananiæ Reſponſo. 4. & Car. Ruyni Conſil. 146. Proin. Subalpino Taurinorum Senatui placuit, fœminam quæ connubio iuncta eſſet extra familiam, ſummoueri propioribus Familiæ agnatis delata ſubſtitutione. Vt refert Octauiá. Cacheranus, in ea Taurinenſis prouinciæ Curia Præſes. Deciſ. Pedemont. 127. Humaniùs autem, mitiúſque Gallici Mores egêre cum muliebri ſexu, & rectarum Hæreditatum experti mulieri Gentilitiam prædiorum condictionem reliquêre. Præd. §. 369. Andegauæ, & 379. Cenom. Conſuet.

Qui ne ſuccede ne vient a Retraict.

Iuniores maſculi. & filiæ nobiles, qui verè non ſuccedunt, vendita retrahunt Iure familiari.

Tiraq. in §. 1. Go. 9. Num. 139. & 141.

Pedemontani Senatus Areſtum.

QVINETIAM Iure noſtræ Ciuitatis proditum eſt, liberos vtriuſuis 21
ſexus à parente ipſo euincere gétilitium prędium Retractu *de Mydenier*, nedum tranſuerſo gradu propinquos artic. 397. Cum Cenomani Moris artic. 407. Alibi verò, nouum ac inauditum, liberos ipſos à parétibus coëmpta retrahere gétilitate prædiorum: quùm ad eos cuncta reditura ſint proximo legitimarum hęreditatú ordine. Vt indicat Pariſiorum Conſuetudo, §. 155. 156. 157. Diuerſum quoque in Andibus ſeruatum

§. 397. Andeg. Leg Et *ſi deſd. conioincts y a enfans, ils pourront auoir par retraict d'iceluy Mydenier dedans led. an & iour ſur le ſuruiuant de leur pere, ou mere, au fief, ou en la ligne duquel leſd. choſes acquiſes ne ſeroient mouuans.*

ſeruatum iri exiſtimo de puro *lineari* Retractu. Si enim pater à filio emerit maternũ fundum is fundi quidem reſpectu dicitur extraneus emptori Vix eſt tamé, vt ab eo venditori omnium coniunctiſſimo filius alter repoſcat fraternũ prædium, quod alioquin communi fatorum ſerie fuerit ambobus patris hæredibus obuenturum. Excepto, ſi pater ſecundam vxorem duxerit: in quam ſcilicet, eiuſvè liberos ritè procedet gentilitia huiuſmodi conditio: ne res è familia exeat. Idcirco autem liberis faciliùs cõceditur retractus *de Mydenier*, quàm purus alius in parentes, quia manente iſtorum coniunctione, maritus creditur vxoris tantùm fauore & cõtemplatione fũdum mercatus ab eius conſanguineis, vt eadem in gente familiáque coniugis permaneret. Vnde, ſoluto pòſt matrimonio, minùs abſurdũ, filios matris hæredes familiaria iſthæc prædia ad ſe reuocare. Cuiuſmodi Retractus ratio ceſſat in quęſitis à patre cœlibe, qui ſibi, ac ſuis modò fundi emptione proſpectum velit, perindéque liberis, ac ſibimetipſi, rem compararit. Ex Pauli I.C. l. Et hæredi. ff. De Pact. l. veteris Cod. De contrah. & cõmit. ſtipul. l. ſi pactum D. de probat. Præterea in genitorem ipſum retorqueri nõ debet gẽtis generíſque filiorum ius familiare, cuius idem liberis auctor, vitæque, & geneſis totius extiterit. Argum. l. Si iudex. ff. De minor.

Eo iure, quod tibi ex me competit, vti nõ potes aduerſum me.

22 IAM, verſa pagina videndum, pater necne à filio diſtracta iure redimat conſanguineorum. Ei certe ſuffragari videtur Andium Mos, §. 368. Vbi proxima quiſque ſpe hęres, fit capax gentilitiæ actionis inſtituẽdæ: quùm hæreditas, & agnatitius *retractus* ad paria fermè redigantur. Atqui pater filio ſuccedit in mouẽtia, & vſumfructum rerum ſoli. §. 270. patriæ Conſuet. Qualis fũdorum ſucceſſio fructuaria ſufficit, ad eos legitimi Retractus titulo recuperandos. §. 369. cita. Cõſuet. qui ſecũdogenitos nobiles ad Familiare hoc ius idoneos habiléſque ſanxit, quamuis fructuarios ſolùm vtriuſq; parentis hęredes. Verùm mea fert opinio, parentes, quàmlibet auctores lineæ cognationis, eidem minimè inſeri, nec tanquam ſanguinis linea coniunctos, à liberis vendita probè condicere. Sicuti Naſonis verſu,

Habilis ad ſuccedendum, habilis quoque ad retrahendum.

Les puiſnez nobles d'Anjou & du Maine, peuuent retraire, ores qu'ils ne ſuccedent que par vſufruict.

Noſtri quoque ſanguinis auctor
Iuppiter eſt, totidémque gradus diſtamus ab illo.

Quod enim ſupraſcriptũ fuit, fructuarios etiam hæredes alienata prædia in familiam reuocare, id ſolis maribus liberis tribuitur nominatim, quêis ratio naturalis, quaſi lex quædam tacita, debitam parentum hęreditatem adiiciat. Quanquam enim durus Mos patrius iuniori nobili paternorum fundorum proprietatem neget: ab eo tamen *Statuto* iuniores Senatum prouocarũt, nec, niſi vindiciaria poſſeſſione, Municipes tenet hęc meri vſusfructus Conſtitutio Prouincialis. Alia verò parentum cauſa eſt, ad quos Francicis Moribus nõ deuoluuntur pręmorientis filij patrimonia, quę ſuis viciſſim Familiis addicta ſunt, iiſdémq; reſeruanda. Maſuerius in Praxi Tit. De ſucceſſ. §. Item de cõſuetudine. Lõgè aliter ac Cæſareis Roman. Principum ſanctionibus, quêis parẽs

Ouid. Lib. 15. Metamorphoſ.

Intercesſio. & appellatio iuniorum nobilium Ab articulis Andegauæ, & Conſuet. ſolum iis vſumfructũ in directa parentum hæreditate concedẽtibus.

in filij bona ſucceſſor legitimus habebatur. Nouella Conſtitut. Defū-
cto Cod. Ad S.C. Terryll. His addito, Retractum *de Mydenier* ſeu do-
minicum ſeu Agnatitium parenti non tribui, liberis extantibus, Galli-
co ritu. §.284.285.396. Andeg. 300. Cenom. 156. Pariſien. Conſuet. Cæ-
terū ſi filius ab auo paterno, vel patruo data vēderet extraneis, nil pro-
hibet, quò minùs venditoris pater ipſa redimat, gētilitia lege prædio-
rum. Quippe qui ex ea cognationis ſtirpe editus ſit, abs qua venditum
prædium dimanarit. cita. §. 368. 369. Andeg. Conſuet. Maſuer. in §. Ille
tamen De Retractu.

Quando hæredium alienatum regreditur in lineam familiæ ex qua digreſſum eſt, tūc deſinit retractus.

Retraict de Mydenier.

Retraict de Mydenier poteſt agnoſci, & fieri extra iudicium Retractus autē purus ac ſimplex non niſi in iudicio, alioqui mera venditio eſt, nouo retractui obnoxia. §. 392. 396. Andeg. Leg

AVRELIA in coniugis ſui propinquum munificè contulit fundi 23
portionem dimidiam, quē maritus fundum à cognatis ſuis mercatus
fuerat. Mox eiuſdem viri conſanguineus quidā alius redhibitoria le-
ge agit in donatarium partis fundi, velut in rem ſucceſſorem extraneę
mulieris, cui & actor ipſe rē auferre potuerit dimidiati pretij oblatio-
ne. §.285. & 396. Andeg. Conſuet. At reus, econtrà, diſſerit, ius redimē-
di ab extero poſſeſſore fundi, ceſſare in eius donatario, qui ex illa gēte
agnationéque ſit, vnde fūdus proceſſerit, & in talia mariti bona fuiſſet
cum aliis ſucceſſurus. Nam iuſſus prædium in familia relinquere, non
prohibetur vnum aliquem, vel remotiorē è familia, deligere, in quem
illud trāsferat. Martiani reſponſo in l. Filiusfamilias §. cùm pater. ff. De
legat. 1. Item ſi multis libertis fūdum teſtator legaſſit, vetueritque par-
tes à ſingulis alienari, eorū cuiq; licitum erit, res collibertovenundare,
alienare. Vt vult Seruidius Sceuola in l. Pater. §. quindecim. ff. De legat.
3. l. Voluntas Et ibi Bald. Cod. De fideicom. Verius eſt igitur iſto caſu,
Statutariam fundi condictionem explodi. Neque hoc pariter genus
Retractus *de Mydenier* obtinet inter viuos coniuges, etſi cenſu ſepara-
tos, vel intra annum à ſeparatione opúmque diuiſione in Foro decre-
ta. Crebrò enim inter eos redintegratur ſocietas, cōmunicatis denuò
vtrínque fortunis. artic. 145. Andegauen. Morum. Sic per calorem miſ-
ſo repudio, ſi breui reuerſa eſt vxor, nec diuortiſſe videtur. Pauli I. C. l.
3. l. ſi pœnituit. ff. De diuort. l. Quicquid calore. ff. De Reg. Iur. Item ait
Vlpianus, ſi mulier diuerterit, & iudicio de dote cōteſtato, reuerſa fue-
rit in matrimonium, hoc reconciliato, expirare iudicium, & omnia in
priſtrino ſtatu permanere. l. ſi mulier D. ſolut. matrim. Ad hæc, pręſcri-
ptis verbis indigenæ Legis Andium, datur iſta fūdi reuocatoria actio
de Mydenier duntaxat intra annum à die ſoluti morte coniugij §. 396.
Ergo ad alium diuortij caſum trahi non debet. l. ſi cùm dotem. D. ſol.
matr. l. Cùm quærebatur. ff. De verb. ſignific. Denique rerum ſocietate
dirempta, haud ideo ſociæ coniugum perſonæ corporáque dirimun-
tur inuicem, ac genitali thoro diſiunguntur. Vnde, viuo vtróque, cō-
ſtans ſpes affulget futuræ prolis, quæ huic *Retractuum* generi aditum
omnem intercludit. d. §. 396. Andeg. Leg. Ac licet, poſt diſtractam cō-
iugum ſocietatem, annalis feratur, vt ſ. condictio iſthæc mediæ partis
coēmptorum, oblato pretij ſemiſſe: Lōgiùs tamen producenda vide-
tur ea, quæ familiari Retractu in coniugio parta auocat, eius gratia
coniugis

Andeg. Cōſuet. §. 145. Ver. *Iuſques à ce qu'ils raſſemblent leurs biens en communité.*

Bonorum ſeparatio non inducit ſeparationem thori inter coniuges.

§. 396. And. Leg. Ibi, *Mais ſi iceux conioincts ou l'vn d'eux alloit de vie à treſpaſſement ſans heritiers yſſuz de leurs corps en leurd. mariage, &c.*

De acquiſitis à linea vnius coniugum.

coniugis, cuius ab genere ſtirpéque dictatum ſit Retractus iudicium. Quùm enim gentilitate prædiorum recepti fundi, in patrimoniis habeantur veriùs quàm in Quæſtibus ſoli, Vix eſt, vt annali ſilentio poſt ſolutum connubium, amittatur dimidia pars retractorum à iuſto proprietatis domino, ſiquidē pretij dehinc ſortem dimidiā cōſorti appēdere paratus ſit. Qua de theſi nihil vtique expreſſim definitum Andegauo More: ſed Pariſienſem conſulenti occurrit Annalis hęc, temporaliſque Actio redhibitoria, quęſitorum perquē gentilitio Retractu, ac vltronea priuatáque emptione de vnius coniugum agnatis. §. 139. Meritò hercle, quòd Annuo curriculo vt circūſcribitur familiaris condictio totius, ita partis quoque repetitio ſubſidiaria in conſortem extraneum, vel eius hæredem. Enimverò ſi vidua mulier abnuat communes cum viro fortunas, excluditur ipſa fūdi Retractu, à defuncto comparati de conſanguineis vxoris. Quippe qui in purè acquiſitis cenſeatur. Alia condictio eſt partorum gētilitia redhibitione ab vxoria ſtirpe: Quæ nimirùm propriis ac patrimonialibus mulieris adſcribantur: Eòque in hæredes mariti licitè vindicantur, cū onere ſaltem pretij totius ab ea reſtituēdi, quæ bonorum, cum viro, conſortium repudiarit. Multis porro diſplicuit *linearis* Retractus in emptorem Dominici iuris alienatorum reuocatorij, quod patronus venditori tranſcripſerit Verbi gratia, Plautius clientelarem fundum diſtraxit: Inde patronus ceſſit Gaio iure ſuo Dominici retractus fundi abalienati. Is, cui talis actio ceſſa fuerat, eam diuendit alteri, qui hac Dominici iuris formula condixit prædium, & obtinuit. Nunc in emptorem retrahētem iudicio experitur eius propinquus, cui Dominicum retractū patronus liberaliter cōceſſerat, vt quod ille retraxit vi patronalis imperij, huic reſtituat, oblata prætij ſorte, cū acceſſionibus. Nos verò de ea facti ſpecie, cum aliis conſulti cenſuimus, minimè tali Retractui locum fore. Nec enim vnica prædij alienatio cauſam ortúmque præbet gemino *Retractui lineari*, quùm emptor iuſto onere prematur binæ redemptionis *Statutariæ* fundi, tū gentilitiæ, tū patronalis. Ac licet noua certè Dominici retractus ceſſi venditione locus fiat *Retractui* agnatitio, qui à vendentis conſanguineo exerceatur: Hæc tamen *retractuum* congeries orditur ab vnico cōtractu fūdi tranſlatitio, cuius cōdictio fundi duobus ſolùm lege competit, primi ſcilicet venditoris agnato, & ſecundū cum, Domino ſuperiori. Illo itaque abſtinente, hic liberè fundum redimit, ſeu qui ab eo tranſcriptum ius proſequitur, iuriſvè huius ceſſi emptor. Cui proinde cedentis propinquus rem emptam auferre nequit, tanquam ius anceps, litigioſam, incertum, necdùm familiæ cedētis incitum, in cavè poſſeſſum: cuius familiæ ergo cognati redhibitoriam fundorum actionem ſoleant intendere.

Linearis retractus, & eo quæſita, dicuntur propria & patrimonialia. Vt ſuprà art. 1. huius Tit.

Actio linearis Retractus, durat tantùm Anno.

Qui emit à ceſſionario domini feudi ius retractus feudalis prædij venditi, haud facilè euincitur per retractum à conſanguineo ceſſionarij vēdentis Quia Acquiſita, in quibus feudalis Retractus cōputatur, vulgò non ſubiacent lineari Retractui: Multo minùs ius illud ad rem, & incertum.

24 De Laudimiis poſtrema fiat diſquiſitio, num ea à patrono remiſſa cōſanguineus refundat emptori, abs quo familiare prædium ille auocet. Rem ita diſtinctè compone. Aut rectus Dominus iuſta Honoraria emptori donauit, aut venditori. Si illi quidem, redemptor agna-

Laudimia futuræ vēditionis ceſſa, vel remiſſa emptori à domino directo, illi ſoluenda à retrahente conſanguineo: Secus, ſi venditori ceſſa aut remiſſa fuerint.

tus ſolida reddere tenetur: quùm mutua officiorum vice donator patrono deuinciatur. Bartol. ad. leg. Quòd ſi domꝰ D. Locati. Nã quę antidorum ſpectat largitio, fœnerat, non donat: Ac omninò magni animi homines beneficia ſe dicunt accipere, cùm conferunt. Vnde illud Senecę, nunquam ſe magis nomina facere, quàm cùm donaret: Titúſque adeo Imperator diem perdiderat, quo nil cuiquá dediſſet. Porrò ſi dominus vẽditori ceſſerit iure laudimiorum, vt tantò pluris eius fũdus vænirct, talémque vẽditor ceſſionem oſtentarit emptori, ac tradiderit, tunc emptor illicitè petierit à retrahente propinquo iuſta Dominica integra: ne bis idem ab eodem exigatur. Credibile eſt enim, venditorem ideo emptori prædium carius indicaſſe, quòd laudimiorum ſimul ceſſionem ac liberationem ipſi præſtaret. Cùm ergo agnatus prętij ſortem maximam emptori reſtituat, ſummo iure agi cum eo non debet in laudimiis repetundis.

LIBRI III.

DE VTILI RERVM DOMINIO.

CAPVT II.

DE ACQVISITIS LATIFVNDIIS.

Tit. I.

EX EMPTO, ET VENDITO.

1. *Facilior cuiuis Acquiſitorum donatio, quàm Patrimonialium bonorum.*
2. *Poſterior emptor poßidens, priori antefertur, licet priùs quoque* ſaiſito *&* inueſtito *à Domino loci Iuridico.*
   Secus in Occitania, quoad ignobiles fundos, quorum efficax ſolùm poſſeßio incipit ab inueſtitura *Domini directi.*
3. *Reditus annuus paternus, qui in fundi permutationem datus ſit, deinde eius ſoluto pretio de compermutante receptus, cenſetur iam acquiſitus, non patrimonialis.*

4. 5. *Vtrum redempti fundi pretium dicatur mobile, an immobile inter coniuges emptores, vel eorum hæredes.*

6. *Pretium venditi prædij, quod tutori minorum emptoris hæredum redditur ex facultate redimendi venditioni appoſita, immobile habetur.*
   Vnde nec in tale pretium aſcendentes deſcendentibus Andegauis ſuccedunt, niſi quoad vſumfructum.
   Mater ſecundò nubens tenetur venalia proponere ſuorum liberorum Mobilia, eorúmque pretium in fœnebrem vſum conferre.
7. *Qui emunt in hypothecary contractus formulam, vſuras nummorum ſuorum recipiunt ex annua mercede pigneratorum prædiorum.*
8. *Emphyteuſis alicui pacta, & filiorum eius maximo, cenſetur omnibus liberis conceſſa.*
   Mortui vnius, ex pluribus emphyteutæ hæredibus, portio, viui alterius

beneficio, retinetur ab illius poſteris.

9. *Patrimoniorum ſocietas inter coniuges, non præbet marito liberam propriorum vxoris diſpoſitionem, vltrà dimidiam.*

Ex cauſa dotis, pupillæ immobilia nonnunquam alienare licere.

Hærediorum inter coniuges communium portio remanens penes antiquum dominum alterutrum, non mutat primæuam ſuam patrimoniorum conditionem.

10. *A ſponſis ſimul emptus fundus, an ijs communis ſit, tanquam ſocijs, an quaſi ſimpliciter correis emptionis.*

Quid etiam de ſeparatim emptis tempore ſponſaliorum, veniant ea necne in futuram bonorum ſocietatem.

11. *Nulla tacita bonorum Societas apud Andes, niſi inter deſponſatos, & quidem poſt annum conſummati matrimonij.*

Vſusfructus acqueſtuum *ſuperſtiti coniugi reſeruatus Pacto dotali, non videtur donatio, nec eget inſinuatione.*

Vſusfructus Conquiſitorum *ſuperſtiti coniugi delatus, oneratur ære alieno ſocietatis: Vt alia Societatis bona.*

12. *Venditoris creditor, cui ab emptore pretium ſoluitur, euictionem fundi non præſtat, ſed euicto fundo, pretium reddere eum oportet.*

13. *Annuus Reditus pretio cõſtitutus vxorij fundi, cenſetur vxorius, & patrimonialis vxoris, non acquiſititius.*

Venditionis ſub pacto redimendi reſolutæ pretium diuiditur inter Nobiles pupillos hæredes inſtar fundi ipſius antea venditi.

14. *Nec fauore nuptiarum licet donare coniugi futuras acquiſitiones, vltra bonorum modum Conſuetudine loci præſcriptum.*

15. *Viduæ, quæ noui* Statuti *tempore iterum nubunt, eodem tenentur, reſpectu priùs acquiſitorum tempore antiqui* Statuti.

16.17. *Bona acquiſita, pendente continuatione Societatis coniugalis inter alterutrũ parentem, & eius liberos, cenſentur* acqueſtus *iſtorum, potiùs quàm, antiqua patrimonia.*

Irrita eſt prorſus Repudiatio hæreditatis & continuatæ bonorum Communionis, facta à filia Pacto dotis præſtandæ poſt obitum patris.

18. *Primogenituræ locus non eſt in bonis inter filios cum matre acquiſitis durante prorogatione nuptialis ſocietatis.*

Aliud in feudo à matre non ſocia liberorum empto, licet eius feudi pretium ab omnibus eius hæredibus liberis ſolutum ſit.

19.20. *Æſtimatio fundi proprij vnius coniugum, qui ad exonerãdum Reditu annuo commune prædium diſtractus ſit, poteſt repeti ex bonis communitatis coniugalis.*

21. *Pretium redemptionis antiqui Reditus ab altero coniugum debiti, quod de communi perſoluitur, pro media repetitur in eum, cuius hæredia eo reditu exonerata ſint.*

Sed hoc ius mediæ partis repetendæ, tanquam mobile, confuſum eſt in perſona viduæ vel tanquam hæredis mobilium filij, vel donatariæ omnium mariti Mobilium.

Legatis

Legatis indiſtinctè, domus teſtatoris Mobilibus, eiuſdem pecunia, & Nomina teſtantis non continentur.

22. *Publicus emptor prædij, fructus pendentes ſuos facit, deductis ſumptibus factis cauſa fructuum colligendorum.*

23. *Venditio propriorum vxoris, facta mariti conſanguineo valet, dũ modò pretium in alterius fundi emptionem pro illa ſubrogetur.*

24. *Tempus reſeruatæ conductionis ab emptore in caſum Retractus* conuentionalis *fundi venditi, currit pendente fruſtratoria lite emptoris ſuper dicto Retractu.*

Conſignatio nummorum, in executione Retractus linearis *adiudicati non valet, niſi citato nominatim, aut præſente emptore, in quem, Retractus executioni mandatur.*

1. PROFECTITIIS, ſeu Maiorum fundis aduentitios ſubteximus, ab inſtituto huius tractationis ordine. Nam & noſtro labore parta pluris ducimus, de iiſque liberiùs Gallico More decernimus, quàm de hærediis ac patrimoniis. Illa quippe morientes, nedùm viui, rectè donarint vniuerſim: Nec ſemel vendita ea condicuntur Gentilitio retractu fundorum. Vt omnibus penè Francic. Municipiorum legibus continetur. Maſuer. in Tit. De Retractu §. In bonis autem quæſitis. Eò pariter redeunt Collectanea Petri Fontani libellis Præfecti ſupplicibus in Aula B. Ludouici Principis noſtri, hac verborum nuncupatione. *Il n'eſt mie vſee choſe par noſtre Vſages que len puiſt rien encõuenãcier à ſa fame de ſon heritage apres le mariage: Mes de ſon conqueſt le puet len fere.* Item alio loco; *Par noſtre Vſage li peres ne puet donner à vn eſtrange., & fut ce por ſeruice, plus que li porroit ſucceder vn de ſes enfans ſegon le nombre qu'il en a. Et ce entens ie, quant li peres na riens fors conques. Ce meſme entens ie, ſil n'auoit fors que meubles. Mes ſe li peres a heritages, ou conqueZ, & li heritages ſouffiſt à la ſouſtenance aux enfans, de ſes conqueZ, & de ſes meubles puet fere pleinement ſes vou-lonteZ, ou quel qu'il vourra de ſes enfans, ou a eſtranges.* Ex authographo Codice ita inſcripto. *Li Liures la Reigne, & enſeigne droit a fere, & Iuſtice a tenir treſeſpeciaument.*

De propriis & Patrimonialibus cuiuſq; bonis dictũ eſt Cap. 1. huius Lib Nunc de Acquiſitis dicendum, hoc Cap. 2.

In Andibus tamẽ, & Cenomanis Acqueſtus poſtea ab eodẽ emptore venditi perinde retrahi poſſunt à cõſanguineis vẽditoris, atque antiqua patrimonia §. 366. Andeg. Cõſuet. & §. 376. Cenomanæ.

2. SI DVOBVS quis ſeparatim vendiderit bona fide ementibus, potior eſt, cui priori res tradita, Catulus fundum diſtraxit Gaio, qui eius veſtituram prædij à ſuperiore Domino obtinuit, publiciſque Scribis teſtantibus, iit in poſſeſſionem. Deinde venditor eundem agrum ære mancipauit Seio, qui prior ius adprehendit, hoc eſt, cui primùm traditus eſt. Prior emptor in rem egit cum poſteriore, vt ſibi fundum reſtitueret, cum fructibus, & omni cauſa. Reus conuentus defendit, meliorem eſſe poſſidentis, quàm petentis conditioné. Neratij Priſci opi-

In Cameracẽſi Belgica regione fundus alienari, aut hypothecæ dari nequit, ſi-*non par en faire & paſſer deuoirs de loy de desheritance & deſſaiſine, ou rapport ſolennel par deuant les gens de la loy de la ſeign eurie, dont l'heritage eſt tenu immediatement, mettant la*

main à la verge, ou baſton, que tient le Bailly, Maieur, ou autre Officier, &c. Ex Lib. Conſuetudinario Cameracen.

nione,in l.ſi ea res §.vterque *.De action. emp. Vlpiani l. ſiue autem §.ſi duobus.*.De public.in rem act.l. Quoties. Cod. De rei vindic.l. Qui tibi hęreditatem Cod.De hæred.vel act.vend.Quod duobus pariter donatariis accommodauit Iulius Paulus,Receptarũ Sentent.Lib. 5.Tit.De donat.Ad ea verò replicat Actor,in feudalibus beneficiis tãtùmdem poſſe veſtituram,quãtùm in aliis traditionem. Cap. 1. Quib. mod.feud.cõſtit.pot.Cap.1.De conſuet.rect.feud. Cap. vlt. De feudi cognit.Sola enim cliẽtis in fidem aſſumptione ſeu veſtitura,rei vindicationem ipſi competere.Cap.1.§.rei Tit.De inueſt.de re aliena fac.In Feud.Atque adeo Faber,in cita.l.Quoties,refert, Dominicam cliẽtuli veſtituram more Francico traditioni feudi æquipollere. Brabantini necnon,in feudi poſſeſſionem mitti conſueuêre ſolenni ritu INFESTVCATIONIS.Vt Mechlinienſi Conſuet.teſtatum habemus. Imò & Burgũdionum More,vt caluimontano minoris Præfecturæ Valliſcoloris,committitur ſubinde patrono clientelare prædium, ac nouus eiuſce comparator poſſeſſionem nactus ſit, illo inſalutato.§.19.Conſuetud. Burgundi Ducat. & 56. Caluimontanæ Campanorum. Qualis tamen, feudi commiſſoria Lex minùs probatur Molinæo, quaſi inſolens,Franciſque hominibus propemodùm inuſitata.Commentar.ad §.56.vetuſtæ Conſtitutionis Pariſiorum Municipalis,&ad §.56.Caluimontanæ.38.Trecenſis in Campania Gallica. Denique in prædicta emptorum duorum contentione, Lutetianus Senatus fundum ſecũdo adiudicauit.Decreto.6.Idus Apriles an.1581. ex ambigua lite à Bragelonio ſenatore expoſita in 4. Claſſe Inquiſitionum Curiæ Inter Ludouicã *d'Augicourt* prouocantem à Regio Victriaci Campaniæ Iuridico, & Ianum *de Fontaines*, ediuerſò, diſceptantem. Meritò hercle,quùm emptoris in clientelam cooptatio,quæ à patrono fit, nõ habeatur pro rei traditione Legibus pontificum.Cap.Per tuas De donat.Cap.2.De Conſuet.Ideóque Baldus cẽſuit,prædictam Leg. Quoties,in beneficiariis etiam fundis procedere. Ad Cap.2.De noua for.fidelit.Et in Cap.ſi facta Tit. Si de feud. fuer. controuer.int.domin. & agnat.In feud.Iaſon.in cita.l.Quoties Num.30.31. In Occitania verò Narbonẽſis Gallię,antefertur indiſcriminatim duorum alteruter emptorum,qui ruſtici & vectigalis fundi poſſeſſionem à recto Domino ſumpſerit,ſeu veſtituram:altero licet iam antea Rei naturaliter incũbente. Vt Tholoſanũ Senatũ pronuntiaſſe,memorat Gerard.Maynardus,eiuſdẽ vir Ordinis,ſimiliſq; apud collegas ſuos controuerſiæ explanator.Lib.2.Quæſtion.Iur. Cap. 61. Quod Delphinatibus item Allobrogũ vſurpari,ſtabiliríq; Iudiciis,aſſerit Vido Papius,Deciſion. Gratianopolit.46.& 81.Sed qualicũque rerum euentu,anteriori cõſultum erit emptori aduerſus poſteriorem,hypothecaria Formula, vt illi præſtet habere licere,quantivè ſua interſit,niſi malit emptum prædium dimittere.Nudo enim cõſenſu hypotheca contrahitur authenticis tabulis empti & venditi,vt non modò venditor,auctoritatis maneat

Conſuetudo *de Malines* ſcriptis redacta.

Vrbs & Præpoſitura *de Vaucoulenrs* acquiſita à Carolo.5.rege de domino Ioinuillæ,vnita fuit coronæ Regiæ,cum ſuis frãchiſiis & exemptionibus ſeruitutum ac Tailliarum. Literis die 4.Iul.an.1365.

Periculoſa feuda ſeu periculo commiſſi obnoxia.

In §.56 Pariſ.Cõſuet. Num.32.& ſeq.

In Neuſtria.ſunt Nemora feudalia *de danger*.Quæ ſine recti Domini aſſenſu vendi excindique vetãtur ſub pœna commiſſi.ex Regiis Ordinat.Caroli.6.an.1388.&Frãcici.1.an.1515.

Senatus Areſtũ Die.8.April.an.1581.in 4.Camera Inqueſtarũ Curiæ *ſur l'appel du Bailly de Victry le François.*

Tholoſanum Areſtũ.

L'enſaiſinement ou ſaiſine de l'acquereur, faicte par la Iuſtice du lieu, ſiue inueſtitura putà per impoſitionem bireti,vel anuli,vel euaginationẽ enſis vaſallo traditi non transfert dominium nec poſſeſſionem rei feudalis in vaſallum. Glo.in Cap. Auctoritate De Inſtitut. Et in Cap. penult De his quæ fiunt à mai. par.cap.

neat obnoxius, ſed fortunæ quoque eius omnes, in eam cauſam pignori nexę. Iaſ. in d. l. Quoties Num. 28. Ex quo pariter colligitur, fundi dominio potiorem tùm fore primum emptorem, cùm rem alteri minimè alienatum iri cauerit, eámque propterea ſpecialis hypothecæ nomine teneri ſtipulatus ſit. Iuxta Imolenſ. dicta in l. Emptorem Cod. De locato. Illa rurſus poſſeſſionis prærogatiua vnius è multis emptoribus, ceſſat in regiis mercalibus officiis, ceu Militia venali: Quá prout quiſque emerit prior, ita ſequenti antefertur, licet poſſeſſionem priùs arripienti. Vt de Principalium munerum collatione Baldo placuit, ad leg. 2. Cod. De legib. Et in Tit. De Pace Conſtantiæ In Feud. Per leg. Si qua loca De fund. & ſaltib. Reipubl. Lib. 11. Cod. Quod & Pariſien. Curiæ ſententiis decretum comperio Pridie Idus Februar. an. 1548. de publico Officio ſalinarij Fiſcalium præſtationum Coactoris in Nyortia Pictonum vrbe. Franciſc. Auberto, Conſcripto Curiæ litis inſpectore, quæ inibi ex appellatione pendebat Franciſci *Datillon* à Iuridico Fontenaij Comitis oppidi, cum eius aduerſario, Sebaſtiano Audouino.

Iudicium Senatus die 12. Febr. an. 1548. *Touchant l'office de Receueur du Magazin de Nyort, en Poictou, ſur l'appel du Seneſchal de Fontenay le Comte.* Sic in beneficiis Eccleſiaſticis, vt hic in Officiis, prioritas datæ collationis eſt fortior poſſeſſione alterius in data tituli poſterioris. Cap. Tibi qui gratiam De Reſcript. in 6. cap. Si tibi De conceſſ. præben. cap. Eum qui De Præben. in 6.

3. VRBANA domus permutatur cum annuo Vectigali nummario, quod is qui dedit, à maioribus acceperat. Lapſo ſemeſtri, permutantium alter, cui vectigal tranſcriptum fuerat, mouit auctori ſuo controuerſiam de pecuniarij eiuſce Reditus, ceu Nominis periculo inopum debitorum. Hac verò Fori moleſtia vt eximeret ſe reus, luit Vectigal iſtiuſmodi, aut potiùs retrò ſibi cedendum in debitores curauit, repręſentato eius pretio. Idem poſtmodùm inteſtatò decedens reliquit hęreditatis ſuæ dominos, alios patrimonij, alios quæſitorum. Mox inter eos altercatum eſt de annuo illo Reditu ære conſtituto, hærediis necne, an recèns partis eſſet adnumerandus. Nonnulli in rem ſuam mordicùs aſſerebát, talem Reditum, perſpecto initio, patrimonialem eſſe, non emptitium, acquiſititium. Quòd autem is poſtea, illatis nummis, à cedente receptus ſit, id nouæ cuidam eius emptioni minimè adſcribendum, ſed redemptioni veriùs forenſis tædij, quæ nouam dominij cauſam non tribuit de lite paciſcenti. Cæſarea leg. 33. Cod. De tranſact. Contrà tamen exiſtimo, illud Vectigal in acquiſita referendum. Nec enim id confieri poteſt, vt inuicem commutatæ res ambæ patrimonijs apud eundem accenſeantur. Aut enim domus ęre parta fuit ſub inuolucro annui Reditus, qui ſub inde númarium in pretium redactus ſit: Aut reditus ipſe denuò pecuniis comparatur vltronea Pactione. Vtrouis certè caſu neceſſe eſt, alterutrum pecunia quæſitum iudicare. Imò & Andium Moribus, ſi intra annum à permutatione contracta, alter fundum, quem permutarat, nummis mercatus proponatur, in eum lege agere licet vtriuſuis prędij in familiam reuocatoria, tanquá ex mera venditione. §. 401. Andeg. Leg. Et 412. Cenomanę. His accedit lata Iuris Ciuilis differentia inter pure diſtractum, vel Fiduciæ formula hærediun. Nam illo caſu prædium, quod noua dehinc emptione redierit ad veterem poſſeſſorem, aduétitium dicitur ſeu acquiſitú: Iſto autem,

Redemptio vexationis litis, non cenſetur nouus titulus fundi.

§. 401. And. Conſue. *S'il'vn des permutans, ou autre de par luy acquiert à deniers de l'autre dedans l'an & iour de leur eſchange la choſe par luy baillee en contr'eſchange, en iceluy cas le lignagier de celuy qui vend, aura par retraict à ſon choix la choſe vendue, ou la choſe dud. eſchange.*

profectitium, antiquumvè, quod ex Pacto alienationi condicto redemptum fuerit. Alberic. Roſates in l. Ab emptione ff. De Pact. Bartol. & Angel. in l. 3. D. Quib. mod. pign.

Statutum Alenconienſe.

Bona mobilia reguntur lege domicilij domini ipſorum.

Apud Andes. & Cenomanos pretiũ fundi redditum ex pacto redẽptiuo venditioni appoſito, reputatur mobile. & ita partiũdum inter coniugum ſuperſtitem, & hæredem, artic. 290. 291. Andeg. Leg. At ſi vir teſtamento iubeat ex conſcientia, fundum emptum reſtitui reddito pretio, vidua huius pretij, tanquã immobilis acqueſtus, vſum & fructum ſolidum habebit. §. 289. Andeg. 304. Cenom. Conſuet.

Cenomanus quidam prædium emit, cauta venditori lege redimendi intra ſeptennium. Fatis interim functo emptore, vidua mulier ſecundas aggreditur nuptias cum Normano ciue, & Alenconiũ Neuſtriæ oppidum traducitur in domum viri. Alenconia porrò Conſuetudine, ſuperſtes maritus ſibi lucrifacit aſſem, vxor ſemiſſem bonorum mobilium. Quùm ergo morte prærepta coniuge, venditor fundum redemiſſet, ingens ortum certamen inter maritum ſuperſtitem, & hæredem vxoris, vtri pretium redemptionis fundi addiceretur. Maritus quidem ad ſuas partes vocat Cenomani Municipij Morem, qui tale fundi pretium mobile eſſe definiat, mobiliúmque inſtar, purè diuidundum à viro cũ vxoris hærede. §. 305. Quod ſecùs de immobili coniugum quæſtu ibidem ſancitur, inſolidum nempè fruendo à cõiugum ſuperſtite. §. 299. Cenoman. Conſuetudin. Atqui mouentia ſe bona ſequuntur corpus & domicilium Alenconienſe mulieris, cui mobile iſtud fundi pretium competiiſſet. Tametſi enim hæc prius è viuis exceſſerit, quàm venditi fundi pretium redderetur: eius tamen nummaria prædij redemptio poſterior retrò recurrit ad diem contractę venditionis ſub pacto redhibitorio: quaſi primitùs ac ſucceſſiuè meram pecuniam, quæ ex fundi pretio redacta eſt, poſſederit mulier, eámque ad ſecundum virum detulerit. Viciſſim necnon ſi patrimonij diminutio facta ſit poſt obitum patrisfamil. ex cauſa ſumente originem in vita teſtatoris, minimè cenſetur in bonis eius fuiſſe mortis tẽpore, quod ſic auulſum eſt. l. ſerui qui apud hoſtes D. Ad Leg. Falcid. Alexand. in l. In ratione D. Eod. Tit. Baldus, Cyn. & Dec. ad l. Ea demùm Cod. De collat. 4.

Fundi pretium ante nuptias empti, quod ſoluto matrimonio recipitur de venditore ex pacto redimendi, totum eſt ipſius coniugis, vel eius hęredum. ad quem ſolũ fundus ille ſpectarat.

Ast econtrariò, Vxoris hæredes ſuggerebant, Cenomanam legem Prouincialibus ſuis ſolis dictam ac Cenomanis ciuibus, non autem Alenconiis Normanicæ oræ incolis. Eam item ſtatuere cumprimis de prædio à coniugibus ſociis empto, cuius idcirco pretium, altero etiam mortuo, illatum recidit in coniugalem bonorum communionem. Aliud probandum de fundis, quos alteruter ante coïtam ſocietatem acquiſierit. Nam vt tales fundi non communicantur futuro coniugi Normano, ita nec eorum pretium, quod, ſoluto dehinc bonorum cõſortio, à venditore reddatur. Sicuti eruditè diſtinxit Argentreus in Titulum Iuris Britannici De Donationibus articul. 219. Glo. 5. Poſt Bartol. ad l. 3. §. Labeo ff. De Vſucap. Decium, Iuris Reſponſo. 238. Et Molineum in vetuſtam Pariſiorum Conſ. §. 41. Num. 21. Eamobrem pretium, quod, diſtracto matrimonio, venditor reſtituat, ea in cauſa habetur, ac fundus ipſe, cuius particeps ſecundus maritus non fuerit: & æquè proprium ac peculiare vxoris hæredibus vindicatur, ac immobile vxorium. Maſuer. in §. Item nomina Tit. De ſocietate. Verumtamen Cenomani municipes, quicunque domicilium in Cenomania 5.

perenne

perenne retinent, alio Iure vtuntur. Si enim alteruter coniunx ante nuptias prædium ſibi compararit fiduciaria lege, dein ſubſecutis, vel diremptis etiam nuptiis, reſoluatur emptio iſthæc fiduciaria, in commune redigitur nummaria ſors, quam venditor reddiderit, eámque Pro Socio arbiter diuidit inter coniugum ſuperſtitem, ac eius hęredes. §. 306. Cenoman. 291: Andegauen. Conſuetudin. De patrimonij autem pretio alterius coniugum, non idem cuſtoditur. Nam ſi vnus ex iis, manente connubio, paterna ſua diſtraxerit, ſuum quoque vnius facit eorum pretium, quantulumcunque, ſoluto matrimonio, debitum ſuperfuerit. §. 311. Cenom. Et 296. Andegau. Leg. Id quod pariter Eguinar. Baro obſeruauit. In Commentar. Inſtitut. Ciuil. Tit. De Societate.

Pretium rei patrimonialis per alterutrum coniugum venditæ, inter propria hęredia habetur, ſi forte tempore ſoluti matrimonij nōdum exactū ſit.

6. Rvrsvs alio caſu redempti fundi pretium, immobile exiſtimatur, pupilli hæredis intuitu ac contemplatione. Nam ſi fiduciarij emptoris hæredi pretium agri refundatur ab lege fiduciæ, tales nummi in alterius emptionem prædij conferri debent, impuberis commodo, atque interea rebus ſoli funguntur. Vt fusè diſcuſſimus ſuprà Lib. 2. Tit. De iure *Deportus*, articul. 14. Vnde nec mater in huiuſmodi pupillares nummos ſuccedet filio, quaſi mobiles, ſed velut immobilis rei vſu ac fructu potietur. Ex §. 270. Andegauen. Conſuetudin. Tametſi aliàs rei pretium Romani Prudentes à re ipſa longè ſecernant. Antiſtius Labeo, & Sabinus, leg. 14. §. 1. ℔. De verb. ſignif. Cum Alfeni Vari. leg. quidam ℔. De in rem ver. Et Vlpian. l. qui vas. §. vlt. ℔. De furt. Hoc ampliùs, propria licet Andium Lex, ac Cenomanorum matri relinquat ſecundò nubenti pupillarium Mouentium regimen atque cuſtodiam. (§. 88. Andeg. & 101. Cenom. Conſuet.) Decretum eſt certe à Curia Max. impuberum res mobiles tutori à matre exhiberi, vt vænum proponantur, indéque receptum pretium fœnebres in vſus conuerti, vel in pupillaris debiti æris liberationem: prout Francico Aureliorum Edicto præceptum ſit an. 1560. S. Conſulto Pariſienſi in forenſibus cauſarum actionibus Poſtridie Kal. Quintiles. an. 1585. ſecundum tutorem impuberum, pro quo Morinus egit: in illorum matrem, quæ vitricum iis ſuperduxerat, appellantem à Cenomano proprętore, cui patronus adfuit Dagueſius. In Catalogo litium Pictauenſium. Affinis & his Gandauo Gordunorum mos inoleuit, Brugis, aliíſque Flādricis ciuitatibus, vtì pupillorum res mobiles ilico propalàm væneant ſub haſta, & vltimo licenti tradantur: exinde confeſtim Reditus, aut prædia ex nummis tali venditione redactis coëmantur. Auctore Iodoco Damhoudero, Brugenſi I. C. In Patrocinio pupillorum Cap. 5. ſub finem.

Rei venditæ ſub pacto redimendi pretiū redditum tutori minorum emptoris hæredum, cenſetur immobile, & in acquiſitionem alterius rei immobilis conuertendum eſt.

Summum Curiæ Pāriſien. Iudicium die 2. Iulij an. 1585. *donné en plaidant du Roolle de Poictou.*

Couſtume de Gand. Bruges, &c.

7. Pari modo nummarius Reditus, qui pigneratitia fundi venditione debetur emptori, immobilis potiùs exiſtimatur, quàm mobilis vſura creditæ pecuniæ. Atque in eo mediam quandam Iuriſprudētiam amplexus eſt pridem Senatus Pariſiorum, vt ex hypothecaria prædij mācipatione, nec purè mobiles vſuras emptori addiceret, quaſi mero

Duo Areſta Curiæ, prius ſolenniter prolatum die 4. Iunij an. 1579. poſterius die 28. Iunij an. 1585. *Touchant les cõtracts pignoratifs & d'engagemens, transformez en rentes au denier douze.*

creditori, nec immobiles fundi prouentus, quaſi Domino proprietatis. Gemino Areſto, Pridie Nonas Iunias ann. 1579. quod à Preuotio præſide recitatum fuit ſolenni Pentecoſte, inter Magdalenum *de Brie* Dn. *de Serrant* venditorem, & Mariam Gaudinam emptricem. Tum. 4. Kalend. Iulias ann. 1585. Pro Pet. *le Chat*, eiúſque cohæredibus, aduerſum hæredes Andreæ *de Beanuau* venditoris. Nam vtrobique definitum eſt, pigneratitios fundos locari publicè, & ex nummaria ipſorum penſione, reliqua pecuniarij Reditus emptoribus præſtatuîri, cum perpetua tamen luendi Reditus facultate ac copia. Plura Nos de emptionibus huiuſmodi, pignoris cauſa ſimulatis, lib. 2. DE PRIVIL. RVSTIC. Cap. 6. De Vſuris art. 4. Et 3. Lib. 2. Tit. De iure *Deportus*, artic. vlt.

Vltima verò Curiæ cenſura de Hypothecariis fundorum emptionibus, damnãtur venditores, vacuam rei poſſeſſionem tradere, vel pretiũ reddere emptori intra breue ſpatium: Aliàs huic permiſſum, æris debiti nomine prædium illud haſtæ ſubiicere.

8. COENOBIVM villam Seianam emphyteutico iure conceſſit Titio, eiúſque liberorum primigenio. Obiit Titius, relictis quatuor liberis: quorum maximus natu dehinc inter homines eſſe deſiit. Mox cucullati Sacerdotes emphyteutica lege condicunt à ſuperſtitibus filiis prædium, tanquam patri datum, & grandiori eius filio ſoli. Aiunt enim, emphyteuſeῶs verba ipſa ad amuſſim expendenda, vt quinam emphyteutæ liberi ea frui debeant, intelligatur. Bartol. ad l. quod dicitur. Num. 6. ff. De verb. oblig. Et in l. 7. §. ſi liberi ff. De oper. libert. Ediuerſò autem, filij, communem patrem omnibus ex æquo liberis ſtipulatum videri. l. Gallus §. 1. cum Glo. ff. De liber. & poſthum. Cyn. ad l. liberti libertæque Cod. De oper. libert. Item primogeniti nomen Emphyteuſi appoſitum fuiſſe, ad deſignandum quidem vnum ex liberis, qui inſolidùm domino obligaretur emphyteutici canonis ergô, non ad reliquos liberos emphyteuſi excludendos. Similiter namque in emphyteuſi paterna, vel auita, liberi vtuntur mutuo iure accreſcendi, aliſque aliorum beneficio, rem emphyteuticam retinent, velut hæreditarium patris, aut aui latifundium. cap. 1. De grad. ſucceſſ. In Feud. cap. Cùm verò Conradus. Qui feud. dar. poſſ. Nec tam anguſte ſumendam protogenij vocem inſertam Emphyteuticis tabulis, quaſi vnus is fratres emphyteutica poſſeſſione arceat: quum &, econuerſò, primigenius nonnunquam dicatur, qui ſolus ſit, pro rei ſubiectæ argumento & conditione. Cap. 5. De verb. ſignif. In Antiq. Supremum quoque vocamus interdum, quem nemo ſequitur, etſi nullus præcedat: Vti primum, vel proximum, quem nemo anteit, licet nullus conſectetur. l. Qui duos. ff. De vulg. & pupill. l. pater filiam §. vlt. D. Ad Leg. Falcid. l. Qui ex liberis ff. De bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. l. Qui duos ff. De reb. dub. Item circa edictum Prætoris, ſupremæ tabulæ habentur etiam ſolæ. l. Illa verba. ff. De verb. ſignif. Senatus tandem emphyteutæ filios petitione Cœnobitarum abſoluit. Inſigni Areſto ſacræ Pentecoſtes, ſeu. 3. Nonas Iunias ann. 1588. Nec diſpari ratione iudiciis deciſum fuit, emphyteutæ nepotem, qui ſibi filiiſque duobus emphyteuſin pactus eſſet, auxiliari iure patrui adhuc ſpirantis frui debere paterna rei emphyteuticæ portione, neque ea licitè à rectis

Nomen primogeniti liberorum Emphyteutæ, contractui appoſitum omnes pariter liberos complectitur, ad impediendam reſolutionem Emphyteuſis.

Decretum Curiæ Pariſien. die 3. Iunij an. 1588. *A la pronõciation generale de la Pentecoſte.*

Dominis ſummoueri. Lutetiano Decreto Pridie Idus April. ann. 1551. ad prouocationem ex Regio Vnellorum foro Perticenſi. Litigatores Monachi, Miniſter, & Conuentus D. Eligij, apud Moritonium Perticenſis agri oppidum: & Symo *le foreſtier*, Nicol. *Hayot*, ac Ioh. Goſſardus. Pręclarè quidem iſtud, quòd ſuperſtitis emphyteutarum complurium, vita ac beneficio, nepotes etiam præmortuorum, cum eo, fruantur emphyteuſi: vt filius emancipatus reliquis committit Edictum. Ita pronuntiante Ornatiſſ. Curia Idibus Febr. ann. 1545. Decimo quarto Kal. April. 1547. ac poſtridie Iduum Sextilium, an. 1549. Quorum ratio depromitur ex Vlpiani leg. 10. π. De bonor. poſſeſſ. cont. tabul. §. hi qui propter alios & l. peto. §. matre π. De legat. 2. Cum Trecenſis Conſuet. art. 5. ad hanc rem concinnè accommodato.

Parlamenti Areſtū die 12. April an. 1551. *ſur l'appel du Bailly du Perche.*

Abſque iure accreſcendi, portio mortui emphyteutæ, beneficio ſuperuiuentis, retinetur ab illius poſteris. Areſtis die 13. Febr. 1545. die 19. Mart. 1547. & 14. Aug. 1549. Contra Specular. in Tit. De emphyt. Bald. in l fin. C. de verb. ſignif Alexand. in Conſil. 129. Volum. 5.

9. Hæredia vnius ex ſociis, aliquando quæruntur alteri, cùm ſpeciatim bonorum omnium ſocietas coïta eſt. Tunc enim & hæreditas, & legatum, & quod donatum ſit, ſociis inter ipſos cõmunicatur. Pauli I.C. reſponſo, l. 3. & l. ſi ſocietatem D. Pro ſocio. Sed hoc nomine diſcrepant huiuſmodi patrimonia ab ordinariis quęſtibus coniugalis bonorum conſortij, quòd maritus de his vniuerſim ſtatuere pro arbitrio poſſit, de illis plus media portione non poſſit. Nam alterum ſocietatis genus inuexit lex Municipalis Francica, quæ liberum rei communis arbitrum dominúmque eſſe maritum iuſſerit: Alterum priuata Pactio Romanis ſancita legibus, quę neutrum ex ſociis ampliùs parte ſua alienare ſinunt, etſi totorum bonorum ſocij ſint. l. Nemo D. Pro ſoc. Nec, ſocietatem contrahendo, rei ſuę dominus quiſquam eſſe deſinit in totum: in partem autem, deſinere poteſt. l. ſi tibi areæ. π. De præſcr. verb. Qualiter Nigrinæ bona marito communia deſcribit Martialis, Epigrammat. Lib. 4.

Conſuet. *de Troyen, Que d'vn Mortaillable s'il y a pluſieurs enfans hors de leur Celle ou Caſe, vn ſeul enfant eſtant en celle recueilliſt la ſucceſſion de la Mainmorte contre le Seigneur pour tous les autres qui ſeroiēt hors de Celle, & y ont pareil droict que luy.*

Merces quidem venales poſſunt ab vno ex ſociis in totū vendi. Quia in hoc alter alterum præpoſuit. Sed de fundis, ſecus. Glo. in l. Nemo π. Pro ſoc. l. Eius qui π. Si cert. pet. & in l. 4. D. de exercit.

Te patrios miſcere iuuat cum coniuge cenſus,
Gaudentem ſocio, participémque viro.

Itaque Patres Parisienses hypothecario iudicio cenſuerunt, vxoria patrimonia, quæ ſimul cum mariti prædiis communicata fuerint inuicem dotali inſtrumento, pignoris nexu minimè onerari ob reliqua tutelarium mariti rationum, vltra illorum partem dimidiam, quæ ad eum pacto rerum omnium conſortio pertineret. S. Conſulto poſtridie Idus Auguſti ann. 1589. Recte profectò, quòd vnius coniugum patrimonij, in commune relati portio ipſa quæ penes eundem permanet, naturam haud mutet conditionémque iuſti Hæredij, nec ideo ſubiaceat æri alieno Societatis. Ex ſententia Papiniani, in lege Filio, quem pater π. De liber. & poſthum. Leg. cùm filius §. hæres meus π. De legatis. 2. Verſ. placuit falſam demonſtrationem legatario non obeſſe: nec in totum falſum videri, quod primordio veritatis adiuuetur. Quoties inſuper parentibus orba pupilla nuptum collocatur, eíque pecunia deſit, in communium fortunarum ſocietatem conferenda, tunc ſuorum etiam fundorum partem Communioni quærit, adhibita Prætoris auctoritate, qui modum communicandi eiuſce

Solenne Iudiciū Curiæ. die 14. Auguſti. 1589. à præſide Briſſonio recitatum. *Sur vn proces par eſcript du Bailliage de Sens iugé en la 2. Chambre des Enqueſtes, au rapport de M. le Boſſu.*

Purè cõmunia quorū maritus dominus eſt, ex eius, opera laboréque parta ſunt. l. coiri l. queſtus Et ſeq. π. pro ſoc.

Verſ. ne imagine, naturæ veritas adūbretur.

Areſtũ Curię die 16. Feb. an. 1587. en plaidant du Roolle de Paris, touchant le decret, & omologation de l'ameubliſſement de partie des propres de la mineure, en la mariant.

patrimonij præfiniat. Vt Senatus Iudicio extemporali docemur. 14. Kal. Martias ann. 1587. Mornaco, & Arnaldo hinc inde dicentibus. In Catalogo cauſarum Præfecturæ Pariſien. Quinetiam Terentius Clemens lib. 3. ad Leg. Iuliam & Papiam ait, ſi non aliter contrahere matrimonium vir patiatur, niſi pecuniis in dotem datis, tunc officium curatoris fore, apud eundem impetrare Iudicem, qui eum conſtituit, vt ipſi, cauſa cognita, permittat, rerum venditione celebrata, dotem præſtare. l. ſiue generalis In fi. π. De iur. dot. Leg. vlt. Cod. ſi min. maior. fact. l. prædia ruſtica Cod. De præd. min. l. lex quæ tutores Cod. De adminiſt. tutor.

De coniugibus loquentia Iura, num extendatur ad ſponſos, & ſponſas.

NEC prætermittendum, vt coniugibus, ita ſponſis acquiri velut ſociis, ſi vnà prædium compararint ambo intuitu futuri matrimonij, cõſortiíque bonorum. Intantùm, vt diſſoluto pòſt connubio, fundus diuidatur Arbitrio pro ſocio, non communi diuidundo. Nam in re fauorabili venit ſponſa vxoris appellatione, & Iura, quæ de vno dictantur, obtinent ſimul in altero. Hermogeniani leg. Si ſponſa π. De iur. dot. l. lex Iulia π. De fund. dot. l. Item apud §. ſi ſponſam π. De iniur. l. ſi vxor. §. Diuus. §. ſi minor. π. Ad Leg. Iul. de adult. l. 2. §. ſi ſponſa π. De priuil. credit. l. Aſſiduis. §. 1. Cod. Qui potior. Hoc ampliùs, nonnulli ſeriò opinantur, viduam coniugem, repudio miſſo communioni bonorum, retinere poſſe fundi dimidium, grandi ære parti: quod ſponſus ſponſæ matri æs erogaſſet; vt in emptionem conuerteret eius prædij, ſponſæ nominatim communicandi. Talem enim peculiarium nummorum deſtinationem conuerſionémque interpretamur nuptiale lucrum in ſponſam veriùs, quàm mutuæ Societatis quæſtum connubialem: Qui Nuptias regulariter præire non ſolet, ſed communi amborum iam coniugum operæ accepto ferri. Leg. 7. 8. 9. D. pro ſoc. Enimverò ſi ſponſorum alter ſeparatim ſibi negotietur, vel acquirat bona fide, id non communicandum, ſecutis nuptiis, monemur, veteri Curiæ Areſto *de Vaucourtois*: etiamſi emptæ rei pretium, ſtante coniugio, perſolutum ſit. Nam hoc caſu alteri quidem coniugi refundẽda eſt pretij media ſors, at fundi proprietas penes eum vnum reſidet, cuius nomine coëmptus ſit. l. Vt ſit pro ſocio actio. Cum. l. ſeq. D. Pro ſoc. Dempto, ſi in fraudem futuræ ſocietatis præcipitetur emptio, vt ei ſubinde emptor, confectis nuptiis, ſatisfaciat auro dotali. Quo caſu æquius eſt, poſteriorem coniugum ſocietatem retroagi ad feſtinatam dolo emptionem. Ex ratione Diui Pij ad Calpurnium reſcribentis. l. Qui pœnæ π. De manumiſſ. Vlpiani, in l. ſi ventri §. vlt. π. De Priuil. credit. Et in l. 7. §. 1. π. D. S. C. Macedon. Speciatim certè vel minimis in rebus ſocium fallere, turpiſſimum putat M. Tullius in Orat. pro Sex. Roſcio Amerino. Vbi & rectè Maiores cenſuiſſe ſcribit, eum qui ſocium feſelliſſet, in bonorum virorum numero non habendum. Sed rara illa mittamus ſponſorum adoleſcentum commercia mutua, reíque augendæ ſtudium pro ætate nouum ac inſolens. Quinetiam Lacedæmonius adoleſcens, cùm vili pretio fundum emiſſet,

Quin & inter extraneos contracta venditio, donatioue, non retractatur inito poſtea inter eoſdẽ matrimonio. l. Si Gaudentius Cod. De cõtrah. empt. l. ſi inter extraneos π. De donatant. vit.

Andibus tamen, immobilium Donatio, ſimul cum Doario in vxorem non concurrit. §. 310. patriæ Cõſuetud.

Laconica Lex, de auaritia.

emiſſet, ad Magiſtratum accerſitus eſt, mulctáque affectus: quòd iuuenis cùm eſſet, numiùm lucro inhiaſſet. Vt Ælianus narrat, Hiſt. Lib. 14.

11. Dehinc apud Andes, & Cenomanos vix eſt, vt tacitè contracta inter ſponſos dicatur rei cuiuſpiam ſocietas: quùm nec inter coniuges bonorum conſortium ineatur, niſi poſt annum & diem peracti conſummatíque matrimonij. §. 145. 239. 511. Andegauen. Et 160. 256. 508. Cenoman. Conſuetudin. Ac ſigillatim ciuico More Andium cauetur, ante connubium parta, in commune non referri. cit. §. 511. Quibus adiice, nullam coïri poſſe bonorum conſociationem, niſi Pacto de ea conuento diſtrictè: Exceptis coniugibus, qui annuo iam à nuptiis ſpatio conuixerint. §. 512. Andegauen. Leg. Et 509. Cenoman. Multò minus igitur prouincialium Conſtitutionum verba de matrimonio, porrigentur ad ſponſalia. l. In eo iure. §. hoc caput D. de ritu nupt. l. ſolet. ℟. De his qui notan. infam. Item poſſeſſio VNDE VIR ET VXOR non datur ſponſo, vel ſponſæ. Bald. ad l. vlt. Cod. Vnde legit. Per l. Sancimus Cod. De Nupt. Et l. penul. §. Iulianus D. Quod. fal. tut. Idē quoque ſenſit Baldus, ſponſum, patrię Legis verbis, quæ ſuperſtitem maritum dotis lucro afficiant, non contineri. In l. Non ſine Cod. De bon. quæ liber. In l. vxores ℟. De his qui not. infam. Et in l. ſi donaturus §. ſi quis indebitam. ℟. De condict. ob cauſ. Quare exiſtimo, Andegauum prædium, quod ſponſi vnà mercati ſint, priuſquàm aqua & igni acciperetur vxor, (ī. nuptię celebrarentur) eſſe quidem ambobus cōmune, ſed non quaſi ſociis: nec totius vſumfructum, dirempto coniugio, ſuperſtiti competiturum. Qualem à ſociis coniugibus partorum vſumfructum ſanxit Andegaua Lex, §. 257. 283. 315. & Cenomana, §. 275. 299. 328. Nam à ſocietate plurimum differt ea, quam Harmenopulus Lib. 3. Iuris Επιτομῶν (Tit. 10.) vocat κοινοπραξίαν, quæ magis re ipſa contrahitur, quàm conſenſu: vt potius eſſe videatur communio, quàm ſocietas. Porrò quod attinet ad fructuariam illam coniugalium quæſtuum poſſeſſionem, ſi alibi per Gallias nuptialibus tabulis conuenerit, ſuperſtitem iis vſurum omnibus ac fruiturum, ſic rata eſt conuentio, quaſi lex ſocietati condicta, vt nec, donationis inſtar, egeat publica in Actis profeſſione. Maſuerij ſcriptis in §. Item licet Tit. De ſocietate. Atque ita pronuntiantem Senatum audiuimus Septimo Kalend. Iunias ann. 1587. Quum Chezelleus, appellantis: Et Martinus, aduerſarij cauſam peroraſſent. In Volumine Campanarum litium. Aliud vtique de vxorij patrimonij conuerſione in communem quæſtum, dotali Pacto conuenta, quæ, velut pura donatio, inefficax manet, niſi Regiis forenſibus monumentis inſeratur. Decreto Curiæ 18. Kalend. Ianuar. ann. 1576. in ſecunda Inquiſitionum. d. Curiæ Claſſe, Vbi Iohan. *Sachot*, & N. *Cottereau* vitricus inuicem contendebant. Altero item. 11. Kalend. Decembr. ann. 1579. in prima Senatus Decuria Inquiſitoria. Litigatoribus Antonia Valla, & N. Garello, quorum controuerſiam Petrus *Damours* ſenator collegis ſuis denarrabat.

An à ſponſo acquiſita pendentibus ſpōſalibus, retrò fiant vxori per ſubſequens matrimonium communia.

Intra annum & diem nuptiarum, repudiatio futuræ Communitatis, ab alterutro coniugum facta, non tenet. Quia per lapſum Anni, ipſo iure coita ſocietas retroducitur ad diem nuptiarum. Et ſic poſt nuptias purè cōtractas non valēt tales Actus contrarij. §. 511 & ſeq. And Leg. Nec vxori auctor eſſe poteſt maritus in cauſa propria, artic. 510 nec vxoria Renuntiatiō locum habet, ſino illo, ſed tantùm ſeparatio in caſu Cōiuet. art. 145. & 319.

Scæuola de tali nuptiarum ritu Romano, In l. Seia § Virgini ℟. De donat. int. vir. Poſt Varronem Lib. 2 de vita populi Rom. Nam Plutarchus in Quæſtion. refert, virginem, cùm duceretur, aquam & ignem attigiſſe, vt id quaſi generationis omen haberetur, quæ calore & humore perficitur.

Areſtum Curiæ die 26. Maii ann. 1587. *En plaidant du Roolle de Champagne.*

Duo Areſta Parlamenti, prius die 15. Dec an. 1576. in 2. Camera Inqueſtarum. Poſterius die 21. Nou. an. 1579. Dn. *Damours* proceſſus relatore, in 1. Camera Inqueſtarum Curiæ. *Que vne commutation de propres en conqueſts faicte par cōtract de mariage eſtoit vne vraye donation ſubiecte à inſinuation.*

Enimverò Quęſtuum ſoli vſusfructus ille, qui ſuperſtiti coniugi reſeruatur Andium Ritu prædicto, oneratur alimentis liberorum impuberum, art. 283. & 315. Quid de nummario debitorum onere coniugali? Notum eſt certè, viduam mulierem, ex ſemiſſe, debita ac nomina diſ-

Coniugum *acqueſtus* tam in vſufructu ſuperſtitis eorũ, quàm in proprietate, capi poteſt à creditore cõmuni, in executione Iudicati, ſuęvę Obligationis.

ſoluere cogi. §. 319. & 407. patriæ Leg. Excuſſa autem ſupellectile domeſtica, ac mouentibus ſe bonis, inſtantia creditorum, Quod ſuperſit æris alieni, intendit vidua, ab hęredibus luendum ex parte dimidia priuatis loculis: Ne communes fundos pignerante creditore, eorum Vſu fructúque ipſa denudetur. Aſt hæredum cauſæ, firmiores ſuffragantur Iuris rationes. Nam ex vniuerſo communium rerum cumulo ſubducendum prius æs debitum: Ita, vt communi prædio ſub haſta vendito, oneris partem ferant ſocij vtrinque, mariti purà hæres proprietarius, & vidua partis viri fructuaria. Quippe cui Lege tribuitur bonorum vſusfructus, is debitorum ſolutioni adſtringitur, non pro modo Annuorum duntaxat, quos percipiat, redituum, ſed ex rebus ipſis corporibúſque prædiariis auctione vendundis. Sicuti de patre, aduentitiorum filij bonorum fructuario ſancitú eſt, leg. vlt. §. ſin autem Cod.

Bened. in ver. cætera bona Num. 43. 44.

De bon. quæ lib. l. vſufructu bonorum D. Ad Leg. Falcid. l. vlt. ꝟ. De vſufr. leg. Vbi Baldus. Idem quoque Ang. Aretino viſum, in §. conſtituitur Inſtitut. De vſufr. Cum P. Caſtrenſi ad leg. 1. Cod. De vſufr. Et

Verſ. *peut vendre & aliener les acqueſts, les charger & hypothequer, &c.*

Benedicto in Cap. Raynutius De teſtam. Nec iniuria hercle, quòd vſusfructus vulgò tranſeat cum ſua cauſa, oneréque ab iis olim impoſito rei, quam viui totam abalienare, nedum oppignerare, potuerit abſque vxorio aſſenſu & interuentu. §. 289. Andegau. Morum. Quale de rebus arbitrium liberum minimè ſuſpenditur incerto ac dubio longioris vitæ coniugis euentu: ex quo, ad eam fructuaria ſimul quæſitorum poſſeſſio perueniat. Argumen. leg. 1. l. cum proponas Cod. De Pact.

EMPTOR, delegante venditore, pecuniam ita ſpopondit, QVIC- 12.
QVID EX VENDITO DARE, FACERE OPORTET. Sed poſtmodum lite emptori de prædio mota, eius pretium recuſauit hic delegãtis creditori appẽdere, niſi de euictione fundi omnimodò ſatiſdaret. Iuxta ea, quæ Diocletianus & Maximianus Cæſſ. edixerunt l. ſi poſt perfectam Cod. De euict. Et Papinian. l. penul. §. vlt. ꝟ. De peric. & cõmod. rei vend. At creditor, contrà, doli præſcriptionẽ, aliamvè, quæ poterat

Debitor proprietarius fundorum, qui decreto pubiico adiudicantur alicui, iis poſtea euictis, an teneatur ad intereſſe publicis emptoris, vltra pretii reſtitutionem.

deleganti venditori opponi, ceſſare in perſona creditoris, cui emptor delegatus ſit. l. Doli. ꝟ. De Nouat. Venditorem enim, rei euictæ nomine, quanti interſit emptoris, teneri. De creditore ſecus, etiamſi ipſemet pignus vẽdiderit. l. Euicta. l. In creditore. ꝟ. De euict. Leg. emptorem §. ſententiam ꝟ. De action. emp. Leg. 1. 2. Cod. credit. euiction. pignor. non deb. Cú enim ex emptionis pretio ſuum receperit creditor, euictione ſecuta, liberatur præſtãdo quam habet aduerſus debitorem actionem: Vel ante pretium ſolutú dominij quæſtione agitata, pretiú exoluere cogitur emptor, oblatis à creditore fideiuſſoribus, numeratę eius pecunię ergô, non totius euictionis. Vt manifeſtè innuit Francica Princi-

Principum noſtrorum Conſtitutio, quæ de proſcriptis bonorum auctionibus edita eſt, ann. 1551. Imò & ſi, iuſſu Iudicis, rei iudicatæ pignus captum per officium diſtrahatur, pòſt euincatur, ex empto cótra eum, qui pretio liberatus eſt, non quanti ea res ſit, ſed de pretio ſolùm dabitur. Vt vult Hermogenianus l. ſi plus ff. De euiction. Leg. ſi ex cauſa Cod. eod. Proinde venditoris creditor paratum ſe ait, emptori idoneè cauere de pretio, quod ſibi dinumeretur, non verò de vtilitate fundi. Denique, vt expediatur quæſtio, Patres Conſcripti ſecundùm creditorem dixêre Sentétiam. In quarta Curiæ claſſe Inquiſitoria. 6. Kal. Apri. ann. 1584. inter Ioh. Beguierum, qui ab Andium proprætore Senatum appellarat, & Magdalenen *le Peletier*, creditoréſque alios, ex aduerſo, decertantes. Tillio Senatorij Ordinis collegis litem enucleante.

L'Edict des Criees.

S. Conſultum Pariſien. die 27. Mart. ann. 1584. *Sur l'appel du Lieutenant du Seneſchal d'Aniou, à Angers, iugé au rapport de M. du Tillet.* in 4. Camera Inqueſtarum Curiæ.

13. Væniit vxorium prædium certo ære confeſſo, quaſi penſitato. At ſubinde emptor, pretij eius nomine, venditori adſignat nummarium Vectigal, cuius vſura ad aſſem reduceretur. Hinc prima forſan ſpecie dixeris, annuum illum Reditum vtrique coniugi acquiſitum, non vnius vxoris patrimonialem. Muliebris enim fundi pretium ſemel iit in creditum, ex eóque parta, non retinent prioris naturam qualitatémque latifundij. Argumen. l. procuratoris §. planè ff. De tribut. action. Bald. Aluarot. & Cardin. Alexandr. in Cap. 1. Tit. De feud. non haben. propr. natur. feud. Vbi ſentiunt, pretium ex venditione feudalis beneficij redactum, eius vicem non ſubire, nec aliud quidpiam iis nummis comparatum. Per Cap. vlt. Tit. De feudi cognit. Iaſ. & Alciat. ad l. ſi eum ſeruum D. Si cert. petat. Matth. Afflict. in Conſtitut. Siciliæ incip. Baiuli locorum Verſ. item quæro, an pro damnis. Re quidem ipſa, fundus videtur potiùs annui Reditus lege mancipatus, quàm venditus præſenti pecunia. Vnde muliebris prædij ſuccedaneum Reditum coniicias, muliebrem quoque totum eſſe, ac vxorium. Sed enim ſola pretij conuentio, non numeratio, perficit emptionem: tametſi paulo etiam momento prius Pactum in aliud transformetur. l. 2. ff. De contrah. empt. l. ſi cùm patruus Cod. De rerú permut. Quin & talem Reditum pro vſuris debiti pretij licet interpretari ex natura venditionum. l. Vſuras Cod. De vſur. Rectius tamen opinantur diuerſæ partis aſſertores, pecuniariú Vectigal ęqua vxorio fundo conditione perſtare. Quum enim fundi pretium, cuius loco Reditus conſtitutus eſt, minimè repræſentarit emptor, non eſt referenda pecunia ſocietati, Reditúſve ex ea partus pecunia, quæ nuſquàm verè ſocietati obuenerit. Quemadmodum ſi accepto à marito liberata ſit mulier debitrix, nequaquàm imputari poteſt ſocietati æs non ſolutum. Vt inquit Papinianus in l. ſi ſocius pro filia dotem D. pro ſoc. Eadem ratione, Andium Moribus cauetur, rei vxoriæ pretium, quod diſtracto matrimonio etiamdum ab emptore debeatur, necdùm coniugibus perſolutum, ad vxorem ſolidum redire, vel eius hæredes. §. 296. Quanto adhuc firmiùs idem de annuo Reditu probandum, qui antequàm luatur, immobilis habetur, prædiarius, & inſtar fundi cuiuſque,

Núm Renta conſtituta pretio nummario vxorij fundi venditi, cenſeatur propria vxoris, inſtar fundi ipſius.

Alienati hæredij vnius coniugum ſors pretij nondum ſoluta, die diſtracti coniugij, reputatur illi patrimonialis, ad excluſionem alterius ſocii, quoad cómunitatem bonorum. Sed inter hæredes tamen illius, tãquam mobilis, diuiditur, vel hæredi mobilium ſoli adiudicatur. Ex Ioh. Galli Quæſt. 1. De quo, vide infrà Tit. penul. art. 10.

Venditio ſub temporaria facultate redimendi, intra tempus reſoluta.

patrimonialis. Vt toties à Nobis alibi ſcriptum eſt. Quinetiam pupil-
lares nũmi, qui, paterna ſoluta fundi emptione fiduciaria, recepti ſint à
Cuſtode nobili impuberum, cenſentur immobiles Andegauo Ritu,
& talium inſtar, obnoxij feruntur partitioni inter liberos generoſi
patris hæredes: Quùm alioqui mouentia ſe bona clarorum virorum
indiuidua ſint, vníque propria ſeniori Moribus tribuantur iiſdem. §.
91. & 235. Quo etiam patriæ Legis capite poſteriori, maior natu, qui
mobili ære alieno defungitur ſolus, cohæredes pariter liberat annuis
præteriti temporis penſionibus, non autem futuris, nec ſorte ipſa an-
nui reditus nummis conſtituti. Qualem ideo ſortem, aut pecuniam fi-
duciarij emptoris hæredi redditam, adſcribit Chaſſeneus Immobi-
lium albo potiùs, quàm Mobilium. In Burgund. Conſuet. Rubrica De
hæreditat. ver. *meubles*.

Art. 91. Ver. *Itenx deniers appartiendrõt aux mineurs pour telle portion, qu'ils ſont heritiers du treſpaſſé, &c.*

Arreragia Redituum annuorum, mobilia: Sed horum ſors ipſa, tanquam immobile onus, ab vno Mobiliũ hærede nõ præſtatur.

Andenſi Conſuetud. Maritus & vxor, liberis extantibus, nequeunt ſibi inuicem, vel extraneo donare, niſi proprietatẽ mobilium, cum vſufructu tertiæ partis & patrimoniorum, & acquiſitionum. Deficientibus autem liberis, ius habent de mobilibus, & acqueſtibus vniuerſis, quoad proprietatem, diſponendi, cum tertia parte ſuorum patrimoniorum.

DONATIONIBVS immenſis, quæ poſt mortem donatoris ad ef- 14
fectum perducantur, Lex Andegaua detrahere pro modo cuiuſque
permittit, vt legitima portio maneat apud idoneos hæredes. Putà do-
natori ius eſt, patrimoniorum ſuorum trienté cuiuis largiri extraneo,
cum vniuerſitate mouentium, & rerum ſoli quęſitarum. §. 321. Cui au-
tem patrimonia deſint, is pro modulo ipſorum duntaxat, quæſita do-
nare ſinitur, vel legare. §. 327. 339. Conſuet. Andeg. Hoc poſito, tracta-
tum eſt, valeret necne nuptialis futurarum acquiſitionum in vxorem
viri donatio, cui Hæredia nulla ſuppeterent. Donationis cauſam ful-
cit incertitudo rerum donatarum, quæ nullædùm extabant die ipſa
nuptialis liberalitatis. Argum. l. ſi pater puellæ Et ibi Baldus, Iaſ. ac cæ-
teri Cod. De inoff. teſtam. l. 1. Cod. de Pact. Contractus item, qui de
bonis in commune quærendis interponitur, ſocietatis pactio dicitur
probabiliùs, quàm donationis. Nihilo ſeciùs reor, ſupra legis modum
data, reſecanda. Nam ſi connubiali quidẽ Pacto donatum fuiſſet con-
iugum ſuperſtiti viciſſim quicquid in eadem coniunctione partum
inueniretur, tunc reciproca hæc non tam largitio, quàm conuentio
ſociorum fuiſſet appellanda. Sed in vxorem purè collata liberalitas re-
uocari debet intra cancellos patria lege præſcriptos: ne ſcilicet qui pa-
trimoniis careat, acquiſita ſecùs, quàm patrimonia (. ĩ. vltra trientem)
alteri largiatur. Sicuti hæredis proximi fauore Moribus eſt conſtitu-
tum. cita. §. 327. And. Conſ.

Statutum ſuperueniens priori contrarium, ius præbet actibus quidem præteritis, ſed nondum conſummatis.

ACQVISITÆ rei à coniugibus fructuaria poſſeſſio eſt tota penes 15.
ipſorum ſuperſtitem, ex priſca certorum locorum Conſuetudine, (vt
Andium. §. 257. 283. & 315.) Hinc Titia, diem functo marito, quæſitis
fruitur prædiis, in Turonibus putà. Nec diù pòſt, nouata Prouinciæ
Lege, quæ ſecundò nubenti eum abrogat vſufructum, mariti hæredes
dictant iudicium Pro ſocio fructuarię mulieri, quæ matrimoniũ repe-
tierit, vt communes opes diuidantur inuicem, ac ſua cuiq; portio purè
tribuatur. Rea autem petitæ diuiſioni aſſentitur, ſalua modò vſusfru-
ctus ſui cauſa, quem vetus patria Conſtitutio ſuperſtiti coniugi adſi-
gnarit. Stante eo More Prouinciæ, initum ab ea primum coniugium,
viriquе

viriqueadeo morte diremptum fuiſſe, & conſequenter rerum Vſum ac fructum ſibi delatum, tanquam viuæ ac ſpiranti poſt diſtractas nuptias. Ergo fructuarium ius, quod ita ſemel ei partum ſit, diuerſo poſteriori *Statuto* adimi non poſſe. Quippe quùm nouæ Leges ad præterita non trahantur, ſed ad futura duntaxat negotia. In hæc verò replicant hæredes, noua quidem Conſtitutione non regi actus ſemel antea geſtos & cóſumptos: Sed aliud de actu pendenti, needùm vſquequaque perfecto. Vt ſenſit Baldus ad leg. Leges & conſtitut. Cod. De legib. Et in l. ſi ita ſcriptum. §. vlt. ff. De legat. 2. Ioh. Andr. in Cap. vlt. De conſtitut. Bald. & Angel. ad l. Cùm in ſecundo. ff. De iniuſt. rupt. Atquin viduæ mulieris connubium nouę Conſuetudini ſuperuenit, quæ polygamos vſufructu bonorum exuit in primo matrimonio quęſitorum. Proin CONSCRIPTI CVRIÆ litem hæredibus adiudicarunt. Decreto in publicis cauſarum cognitionibus lato. 12. Kal. Quintil. an. 1581. ad explicationem Turonenſis Conſuet. emendatæ ann. 1559. artic. 319. Martino, fructuariæ ex Turonia appellantis: Eſcorceueo, contrà, hæredum cauſam orantibus. Etſi verò Turonicę compar Andium lex, fructuariam illam poſſeſſionem coarctet pariter viduo ſuperſtitis cóiugis thoro: qualis reſtituta fuit ann. 1508. (§. 283.) Antiquior certè hęc, partorum in commune, vſumfructum purum, nulláque exceptione, coniugi irrogabat, qui alteri ſuperuixiſſet. Vt peruetuſta Fori Actione relatum cernitur in Regeſto Curiæ: quod & Roger. Barma quondam Præſes in Collectanea ſua priuatim tranſcripſit, verbis ita conceptis. *Die 10. Januar. ann. 1384. fuit allegatum in Parlamento per magiſtrum O. de Molinis, pro domina de Bauſſay contra Comitem Deu, & magiſtrum Iohannem Cauardi, Quod Andibus, & Cenomanis, quando duo coniunguntur matrimonialiter, eorum conqueſtus facti tempore matrimonij, debent remanere penes ſuperuiuentem ipſorum, videlicet pro medietate in proprietate, & alia medietate in vſufructu.*

Curiæ Pariſien. Areſtum die 20. Iunij ab. 1581. *donné en plaidant ſur l'appel du Bailly de Touraine.*

Proceſſus verbalis reformatæ Conſuet. Andiũ docet in hoc artic. 283. ſuperſtitis coniugis vſumfructũ conquiſitorum, viduitate ipſius antea limitatũ non fuiſſe.

16. VIR induſtrius rem fecit ſtrenuè, & varios fundos, præmortua coniuge, mercatus eſt, antequàm coniugalis ſocietatis bona in teſtatum redegiſſet. Ex quo indubitatum erat, tale bonorum conſortium nec vxoris morte diſſolutum fuiſſe, & cum liberis tacitè continuatum, ab Regionis More peculiari, §. 506. Cenom. Conſuet. Nunc venit in diſputationem Fori, an ſic liberis parata, manente ſocietatis prorogatione, iiſdem profectitia habeantur, materniq; patrimonij bona, an verò aduentitia. Qui patrimonialia aſſerunt, nituntur hoc Iuris Ciuilis axiomate, pupillos noua ſocietate ſine tutoris auctoritate coita non teneri, ſed cómuniter geſto ſolùm obligari. l. Vt in conductionibus D. Pro ſoc. Ideóque Municipalem Legem meritò effinxiſſe, impuberum matrem, viri ſui conſortem ac ſociam adhuc in viuis extare: vt tanquam materna illa fortunarum conſociatio, in eius liberis cum patre perſeueret. Vnde & prorogata huiuſmodi rerum communicatione, nouam non conſtitui ſocietatem, ſed priorem tantùm in longius tempus proferri. Auctore Pomponio I. C. in l. 5. D. de Precar. His conſonat Mos

Res ſoli acquiſitæ durante cõmunitatis matrimonialis continuatione, inter Acquæſtus filiorum cõputantur, non inter antiqua eorum patrimonia: licet Communitas illa, quæ cõtinuata eſt, paterna foret vel materna.

Pariſiorum (art. 243.) Pictonum (237.) ac Aureliorum (217.) æquas ſocietatis partes ſtatuens inter coniugum ſuperſtitem, & extremum filiorum, qui defunctis poſt parentum aliis ſuperfuerit: Quaſi hic non ſuo, ſed demortui parentis iure priſtinum retineat bonorum conſortium: Cæteroquin pro ſingulorum numero ſociorum numerarentur partes ſocietatis.

Statutaria iſthæc prorogatio communionis bonorum cõiugalis intelligitur regulariter fauore minorum, non autem maiorum annis liberorum. Quia maiores poſſunt ad diuiſionẽ communitatis prouocare, & prouocari à ſuperſtite parente, nec huius tutela tenentur. In eo tamen verba ſcriptæ cuiuſque Conſuetud. ſunt attendenda. §. 506. Cenom. Leg. in ver. *enfans mineurs.*

ALIAM tamen in ſententiam propenſius deducimur. Quippe quùm Legitima prorogatæ ſocietatis fictio (de qua ſuprà) eo quidem excurrat, vt ſocietas, quæ regulariter morte ſoluitur, ad ſociorum coniugum filios producatur: Non autem, vt poſt alterius parentis obitum in commune parta, dicantur hæreditario illius parentis iure liberis obueniſſe. Atque in eo digna notatu eſt Pauli I. C. diſtinctio, l. Actione. §. morte D. Pro ſoc. Cum l. 20. §. 2. ff. De negot. geſt. Aut enim quæ poſt ſocij mortem fiunt, ex antegeſto pendent, priorſſque negotij explicandi cauſa geruntur: Et hæc vtique tam hæredi, quàm ab hærede præſtanda ſunt, velut hæreditaria, & à parentibus profecta. Nil quippe refert, quo tempore conſumantur, ſed quo tempore inchoentur. Aut verò noua tractantur commercia, emptiones, commutationes inter defuncti hæredes liberos, & parentem ſuperſtitem, vel bonorum conſortem cum illis communium. Quo caſu ita recens parta, minimè in patrimoniis habentur, ſed purè quæſitis. Demus enim, fundos liberis parari ex materna mobili ſubſtantia, quæ priori coniugum communioni inerat, haud ideo ſequitur, maternum eſſe prædium. Item materna cum patre ſocietas ipſo iure non tranſiit ad liberos, vti hæreditaria: ſed ob ſuperſtitis dolum vel culpam, qui res communes Repertorio adſcribere cunctatus ſit, quaſi pœnalis, renouatur. Ac propterea Senatus matri ſuperſtiti addixit præmorientium liberorum fundos, qui, ſtante eorum cum matre ſocietate, coëmpti fuerant, velut merè acquiſititios, non patrimoniales. Areſto ſecundùm Annam Connanam matrem aduerſus filiæ Annæ *de Champrond* : coniugem Franc. Pimonteum. 14. Kalend. Maias ann. 1576. Inde etiam colligere eſt, prorogatam eiuſmodi ſocietatem filię nuptiis non diſſolui. Nam vtcunque Molinæo diuerſum placuerit, Senatus decretum citanti abſque Die & Conſule, (In § 270. Borboniæ Conſuetud.) Curia ſumma haud dubiè aliter pronuntiauit. Tertio Idus Maias anni 1580. in cauſis agendis, quùm Villartius pro appellante à Suppræfecto Aureliorum, Eſcorcteueus, contrà, pro eius ſororibus peroraſſent. Coniugum namque ſuperſtes, vt plurimùm, elocat filias dote præcepta ex cumulo bonorum ſibi promiſcuè cum liberis communium. Quòd ſi generoſa filia, connubiali Pacto, disertè ceſſerit materna ſocietatis prorogatione, ſimul & paterna hæreditate futura, ſub ſpe dotis cautæ, poſt fata paterna numerandæ, Reſcinditur ceſſio huiuſmodi, & priſtinum in ius vtrúmque fœmina reſtituitur. Ex variis Legum argumentis à me citatis, alio loco. Nec diſſimiliter à Curia Max. pronuntiatum eſt in Edictali Auditorio, propalàm oran- 17

Continuatio ſocietatis cõnubialis manet in optione liberorũ, non autem parentis ſuperuiuentis, ob defectum inuẽtarij bonorum primæ communitatis cõiugalis.

Pariſienſe Areſtum in magna Curiæ Camera die 18. April. an. 1576. *Entre Damoyſelle Anne de Connan veufue de M. Michel de Champrond demandereſſe en requeſte ciuile, & François de Pimõt, & ſa femme deffendeurs.*

Decretum Curiæ *ſur l'appel du Bailly d'Orleans* die 13. Maij ann. 1580.

Item ſi mares liberi maiores annis ſeparati ſint à patre, quia peregre agant cauſa ſtudiorum, vel aliàs, citra ſeparatam mercium ac rerum negociationem, & quæſtũ, ex eo tunc non cenſetur diſſoluta continuatio ſocietatis inter eos & patrem. Secus, *s'ils font meſnage quaſtuaire à part.* Vt Areſto Curiæ decisũ eſt ſub annum. 1580. *ſur vn appel du Bailly de Troyes.*

Pariſien. Morum Lib. 2. Tit. 5. art. 12.

orantibus. Mercatore, pro filia priore connubio edita: & Beſnardo, pro eius nouerca, Dn. Sangelaſia, apud Pictonas. Sexto Calend. Quintiles an. 1602.

Placitum Curiæ, en plaidant à la Chambre de l'Edict die. 26. Iun. 1602. entre la Dame de S. Gelais en Poicton, & ſa priuigne.

18. EXHINC conſequitur, natalitium primigenij fratris priuilegium nó exerceri in beneficiariis prædiis (tanquam paternis & hæreditariis) quæ à matre cum iis empta ſint, ab coniugali rerum cóſortio inter eos longè protracto. Hæc quippe viritim ex æquis diuiduntur inter primi cóiugij liberos, nulla ætatis prærogatiua, Iuréque præcipuo. Vt notat Molineus, ad §. 182. Aurelianẽ. vetuſtæ Cóſuet. Id quod nouato poſtea eius More Prouinciç eſt repetitum. art. 216. Expedit enim, fratres reliquos, qui ſua pariter in eam ſocietatem contulerint, paria etiam ferre ſocietatis compendia. l. ſi nó fuerint D. Pro ſoc. Haud eadem vtique cauſa eſt feudi à matre non ſocia cóparati, cuius vſuras prætij viua ipſa ſolummodò exoluerit. Nam etſi poſtea matris hçredes liberi pretium dependerint venditori, haud ideo noui emptores fundi exiſtimantur: ſed huius verè materni ac hæreditarij beſſem præcipiet filius natu grádior: Ea tamen lege, vt nummarij pretij tantùmdem iunioribus refúdat, quantú, ſubducta iſtorum in fundo portione, ab iis collatum ſit. Nec enim ambigitur, matrem fundum pro ſuo poſſediſſe, cúmque, cú moreretur, hæreditarium tranſmiſiſſe ad liberos, ſalua de pretio véditori actione. l. 1. l. Venditi Cod. De action. emp. Quoniam verò fundi pretium, non eſt merè perſonale nomen ac mobile, ſed in rem, & rei prædiariæ emptæ liberationem, durum foret, inæquales fundi partes æquali ipſius pretio lui, & qui minùs ex prædio capiat, eum plus, aut tátùmdem cum aliis fundi pretio onerari.

Primogenituræ non eſt locus in bonis immobilibus acquiſitis conſtante prorogatione nuptialis bonorum ſocietatis Sed id quod capiunt liberi primi matrimonij, iure Statutariæ communionis continuatæ, partiũtur inter ſe æqualiter in capita, abſque iure Primogenituræ.

19. IVNIVS Cerealis prædium comparauit lege Vectigalis annui data pecunia rediméndi. Is deinde patrimonium ſuum diſtraxit, vt eius pretium in redemptionem talis Reditus impediret. Extincto eo, poſtulant hæredes, dimidiá pretij ſortem à vidua muliere ſibi reddi: qua videlicet ſorte cónubialis bonorum ſocietas onere leuata ſit debiti Vectigalis. Quemadmodùm enim vidua ſibi lucrifacit mediam fúdi partem, quam defunctus acquiſierit ſub annuo reditu: ita par eſt, eam vel cóferre pretij ſymbolum, quod Reditus luendi gratia erogatú ſit, vel fundi vectigalis iure decedere. Nam multùm intereſt, communibuſne coniugum loculis, an alterius propriis priuatiſque res communes augeantur, ſeu oneribus ſoluãtur prædiariis. Illo quidem caſu, vt çqualis nummorum collatio eſt, ſic lucri communicatio, & peræquatio. Iſto autem, lógè aliud recta ratione definitur. Verùm, ex contrario, vidua diſſerit, coniugis hæredia alienata penſari ab altero non debere, niſi ex fundorú pretio ille huius onera nomináq; Nuptiis antiquiora diſſoluerit. §. 336. Andegauen. Morum. Ceſſante ea ſpecie, diſtracti vltrò hçredij æſtimationem non eſſe ſocietati imputandam. Præſertim quùm in legé fundi védundi coniunx expreſſim non cauerit, rei ſuæ pretium cómunibus miſcere ſe nolle, illudq; ſeparatim ex communiú opum aceruo ſibi reſtitui. Vt ſuadet Chaſſeneus in Burgund. Conſuet. Tit.

L'action de Mydenier du rachapt des rentes, ou de l'acqueſt de moitié deſd. rentes rachetées, ſur celuy des comoincts qui les deuoit, ou qui n'auoit contribué audit rachapt.

Ii iiij

Areſtum Curiæ Pariſien ſolenniter recitatũ à Thuano protopræſide die.23. Decemb.an.1579. Quo patrimoniorum alterius coniugis venditorum pretium iudicatur purè mobile,& ita coniugibus commune, niſi in vendẽdo cautum fuerit nominatim tale pretiũ, venditoris domini fundi proprium fore, aut in ſimilis prædij emptionem conuerſum iri.

Des droicts apparten. à gens mar. §.2. In ver. *Et acqueſts.* Quò ſpectat etiam Decretũ inſigne Lutetianum, pridianis diebus Natalis Dominici prolatum.10.Calend.Ianuar.an.1579. Subiungit is vidua, alteri in alterum coniugẽ regreſſum Moribus competere vnico caſu liberationis vetuſtarum Penſitationũ: quæ ſcilicet alterius patrimoniis, nó quæ acquiſitis impoſitæ oſtenderentur. §.286.298. Andeg. Conſuet.

PRÆDICTA verò ſummatim refellunt Hæredes, Reditum illum redimibilem, cuius lege coniuges fundum ſibi pararint, fuiſſe veriùs pretij vſuras rei venditæ, quàm conſtans perpetuúmque Vectigal. Ex Vlpiani ſentẽtia in l.13.§.ex vendito.ff. De action.emp. Ac Iulij Pauli, Receptarum Lib.2.Tit.17. Ob id maritum fundos ſuos peculiares diſtraxiſſe, vt empti ſub vſuris Agri pretium vendenti dinumeraret, aut agrum ſaltem indicta æris Penſione annua eximeret. Atquin alterutra ſpecie conſtat, rem vnius coniugis propriam, ſtatim ac vænierit, in alterius acquiſitionem fuiſſe cõuerſam, ſiue prædij vectigalis, ſiue prędiarij Reditus, quem priuata pecunia luerit. Ergo benigna interpretatione, quam actuum vicinitas adfert, emptum fundum, qui in patrimonialis venditi locum ſubditus eſt, totum in vendentis ius nexúmq; trãſijſſe vice permutati dominij, aut eius certè dimidiam partẽ, quaſi patrimonialem: Niſi mallet alter, Vectigalis dimidium ab altero in cõmunem fundũ repeti, qui proprio ære ſolidũ Vectigal redemiſſet. Aliàs obliquè, velut actis cuniculis, ſua ponaret vir vxori, vel vxor viro citra ſolennẽ donationis profeſſionem in forenſibus Tabulariis regiarum Iuriſdictionum. Sicuti item alterius ſocij patrimonium, quod cõmuni etiam pecunia liberum factũ ſit, alteri ſeruit dimidiatim, ij. quoad dimidia ſublatæ ſeruitutis oneríſque æſtimatio ipſi refũdatur. (*cita* §.298. Andeg. Conſuet.) Ita coniugum quiſquis, proprij fundi pretio rem, licet cómunem, exonerarit, indemnis præſtari debet pro rata ſocij in ea portione. Quoniam tamen bonorum in commune quęſitorũ sũmus eſt arbiter maritus ac moderator, antedicta tùm in eo ipſo ceſſant, cùm is pro imperio communem fundum leuiter temerèque abalienarit, nec eius pretium in rem verterit ſocietatis. De ſeipſo enim cóqueri eum oportet, ignauiæque ſuæ acceptũ ferre, quod patrimonij ſui pretium, quanti vęnierit, ex rebus inde coëmptis exigere iam nequeat. 20

Redemptio annui reditus fundo patrimoniali vnius cõiugum impoſiti, facta nummis cõmunibus cenſetur Acqueſtus pro media in alterius coniugis commodũ & eius reſpectu remanet dimidiatus ille Reditus, tanquã ei acquiſitus, *iuſques au rembourſement du Mydenier.*

Donatio, Actis non inſinuata, planè irrita.

IN Foro itidem tractatum ſcio, de condictione ex lege patris dimidiæ annui Reditus ab altero cóiugum debiti, communibúſque nummis liberati, pecuniæve in Reditum eum luendum inſumptæ. De quibus Andium Mos ſcriptus artic. 286. 298. Nam ad huius explicationẽ Conſuetudinis relata eſt facti ſpecies iſtiuſmodi. Maritus ex communi gaza redemit nummarium Vectigal annuum, quod vxoris fundis antiquitùs impoſitum fuerat. Eo viuis ſublato, eiuſque dein filio, agnati hęredes iudicium dictant viduæ mulieri, vt dimidiũ eius Vectigalis annuum debere ſe ipſis profiteretur, quod totum defunctus cõmuni pecunia luiſſet. Hæc defendit, ſe in Mouẽtiã filij bona ſucceſſiſſe, cui 21

Art.298 Andeg. Leg. Ibi, *tenuz rendre la moitié deſd. deniers, ou luy payer & continuer la moitié de la rente amortie, au choix deſd. heritiers.*

ſe,cui

ſe,cui patris hęredi alterutrum ſolum debebatur,vel media pretij ſors redemptionis annui Reditus,vel dimidia pars redempti Vectigalis cita.§.298.Qualium alternatione debitorum electio penes eum qui debet,cōſentanea eſt Iuri Romano. l. plerúnq; §.vlt π.De iur.dot.Quoniam igitur patria Lege relictum eſt debitoris optioni,vtrum pręſter, aut Reditus dimidium,aut pretij redēptionis eiuſdem , mobile potiùs nomē hoc dicitur,& in perſonam conceptum , quàm in rem : Quùm vero ſimilius ſit,optaturum debitorē quod minus eſt, ſemelq; exoluendum,quàm Annuum æs debitum,ac perpetuò obligatorium.Tametſi enim alterutra re promiſſa,ſingulę diſiúctim veniāt.(l.Miles. §. decem.π.De re iudic.l.vbi autem.§. qui illud l. inter ſtipulantem.§.ſi ſtipulāte.π.De verb.oblig.l.Stichum aut Pāphilum.π.De ſolut.) Vna tamen res effectu ipſo debetur,& in ambiguis,ea,quæ minima. l. Huiuſmodi.§.Stichū D.de legat.1.l. Statuliberum .§. vlt.π. De legat.2.cū Regula.34.π.De regul.iur. Atqui mobile illud æs alienū confunditur aditione mobilis hęreditatis filij,vel rerum mobiliū donatione à marito collata in vxorē:Quippe quùm Mouentiū appellatio ad Nomina etiā pertineat Gallico vſu,vtcúnque de iis ſenſerit Bartol. in l. poteſt.π.De auctor.tut.Speculat.in.§. 2. De teſtit. ſpoliat. Verſ. ſed adhuc.Ac veluti mobiliū rerum donatarij,ſeu hæredes parentes tenentur mobile æs alienū diſſoluere.§.237.321.& 326. Andeg. Conſuet. Sic, verſa vice,debitum æs hæreditati,competit ſucceſſori in res mobiles, vel earū donatario vniuerſarū. Et quia mater viui filij debitrix extiterit,mortui iam hæres liberatur,cōfuſione obligationis,quæ pro ſolutione cedit. Leg. Venditor.§.cùm quis debitori.π.De hęred.vel act. vend.L.Qui hominem.§.filiumfamil.π.De ſolut.l.Hæres à debitore. §.3.π.De fideiuſſ.Aſt ſi pura hominis diſpoſitione,non Legis, cuiquā deferantur Mouentia ſe bona,in Ædibus teſtatoris ſita , Huiuſce tùm pecunia,ac nomina Legato nou cōtinentur.Leg.vxorem.§.legauarat Et ibi Brrtol.π.De legat.3.l.ſi chorus.§.1.l.quæſitum l.ſi mihi Mæuia §. vlt.Eod.Tit.Bartolus expreſſim,ad leg. Quintus Mutius§.argēto omni legato π.De aur.& arg.leg.Atque ita pronuntiarum fuit à Senatu Pariſien.aduerſus legatariū,Diebus Chriſti Natalitiis an.1590.ad prouocationē ex Foreſio,Lugdunēſis Galliæ,Municipio.Secūdùm Franciſci Aretini Reſponſum.54.cauſæ argumento imprimis accommodum:& Subalpinam Taurinenſis Senatus Deciſionem.160. Quæ ab Anton.Theſauro memoriæ mandata eſt.Nec lōgè ab iis diſſita videtur Anulorū mundíque muliebris quæſtio, à Lutetianis PATRIBVS cōſilio pleniori commiſſa,talium ne reſtitutio mulieri generatim indefinitèque pacta dotalibus tabulis,trahatur ad carbūculum maximi prætij,quem,maritus in ſolutū grandis ſibi debiti æris acceperit conſtante matrimonio. Æquius opinor,coniugalem Pactionem illam,ad ea modò referri,quæ muliebrem in vſum mūdúmque parata ſint nominatim,nec in communem quidem vtriúſque coniugis vſum, artificium,vel commercium.l.ſupellectilis π.De ſuppell.leg.l.vxori quis le-

In Alternatiuis, electio debitoris Niſi verba executiua ad creditorē referātur l. ſi ſic ſtipulatus.ſi ſuero l.ſi quis ſtipulatus π.De Verb oblig. Et l.Lucio π.De legat.1.

An talis actio *de Mydenier, ou de l'acqueſt de moitié de lad. Rente rachetée* ſit mobilis, an immobilis.Et confuſa ſit necne in perſona matris debitricis, quæ filio patris hæredi creditori in mobilia bona ſucceſſerit.

Solenne Areſtū Curiæ.die.22.Dec.1590. *ſur l'appel du Bailly de Foreſts.*

Appellatione omniū quæ ſunt in loco , nō veniunt iura & nomina debitorū : Nec legato fundi inſtructi cadunt reliqua colonorum ipſius l. quæſitum. §.peto l. qui habebat. §. vlt Ibique Bart.π.De legat.3.l.prædia §. 1. π. De inſtruc & inſtr. leg.Alex.in Conſil. 69.Volum.6.

Appoincté au Conſeil, plaidant Martin, l'an 1598 touchant le Preuoſt de Paris Dupras, Auquel la Veufue demandoit entre autres vne Aigrette de grand prix.

gauit l.ſi vxori mũdus muliebris legatus eſſet .ff.De aur.& arg.leg.l.ſi quid earum.ff.De legat.3.Sed ne Gemmarum iſtarum ſplendor inanis venuſtáſque nos facinet,moreturvè otioſiùs, hinc oculos mentémq; auertamus ad Inſtituti noſtri capita alia,publicæ ſimul, vt priuatæ patrum famil. Oeconomiæ vtiliora. Memorabili ſcilicet veterſim exemplo,Nonij,oRmani ſenatoris,qui Opalo:Pyrrhus,Achate:Polycrates Sardonice:& Ianus rex Gallus,Carbunculo,gemmis impenſiùs oblectati,reapſè ſenſerunt,talium potius ex humana libidine, pretiũ, quá vlla ſui efficacia,Plinianis verbis,æſtimari oportere. Francicum certè Iohan.Principis Anulũ coætanus deſcripſit Petrarcha, nullius ipſum operę,licet immenſi pretij,digitóque Regio ereptum ab hoſte victore in Conflictus Pictauenſi an.1356.Dialogo.37.De gemmis & Margaritis.

Nonij Opalus, gẽma Indica 20.millibus æſtimata: propterquam, ille ab Antonio triumuiro proſcriptus fuit.

Achates, Pyrrhi Epirotar.regis,lapis pretioſiſſimus.

Sardonix, Polycratis Samiorum tyranni gemma, ære cariſſima.

L'Adiudicataire d'vne terre tenu rendre au Cõmiſſaire d'icelle parauãt eſtably les labours & ſemences, & façons des vignes, s'il veut iouyr des fruicts de l'année.

M A I O menſe fundus pluris licenti addicitur iure haſtarum. Inſtante poſtea meſſe,curator bonorum intercedit,ne licitator prædij fruct⁹ percipiat,niſi in eos redigẽdos impenſa ipſi refundàtur. Contrà, publicus emptor,fructus pendentes fundi emptori cedere.l.Iulianus.§.ſi fructibus maturis.ff.De action.empt. Imò nec ſe tãti empturũ fuiſſe, niſi fructus,qui terra continebàtur,ad ſeipſum vnà cum fundo perueniſſent. Quòd ſi in fundum expẽſa maturè ſeruatum voluiſſet bonorum ſequeſter,huic priùs de iure ſuo cõteſtandum fuerat ante decretum adiudicationis fũdi,vt ex publico eius pretio ſumptus in rem facti ab eo præciperentur. Indéque licitator præfractè aſſerit, liberum ſe prædium forenſi auctione comparaſſe , vti optimum maximúmque erat:Ex quo pariter fructus,qui terrę cohærerent,demetere ſibi licuerit,ſalua tantùm ſequeſtro in pretium fundi ſubſidiaria interceſſione. Iſthęc autem curator bonorum ita diluit,ſe necquiquam vetare, prohibere,quo minùs emptor prædio vtatur,fruatur vt ſuo eiuſque carpat reditus,modò ſumptuum rationem habeat. Fructus enim ſemper intelliguntur deductis impendiis,nec vllus caſus interuenire poteſt,qui hoc genus deductionis impediat. Iuliani I.C.Leg.fũdus qui D. famil. herciſc.l.1.Cod.De fruct.& lit.expen. Dẽpto,ſi ager locatus fuerit colono partiario,qui hoc caſu impenſas domino reputans non auditur. Bart. in cit. l.1. Cod.De fruct. Eóque vergit Vlpiani lex.52.§. qui in coeũda D.Pro ſoc.Et Caij.I.C.l.Si merces.§.vis maior. D. locat. Nam partiarius redemptor,quaſi iure ſocietatis,& damnum & lucrum cum domino fundi partitur. Atque his apprimè cõuenit Mos patrius, in §. 379.Tit.De *Retractu lineari*. Quapropter iuſta curatoris poſtulatio mihi videtur reſtituendorum ſumptuũ,quos in collectionem fructuum prædij impenderit. 22

Art.376.Andeg.Leg. *Si les heritages vendus ſont terres labourables, qui ayent eſté cultiuées labourées, & enſemencées par l'acquereur , ou de par luy, la moitié des fruicts demourera à l'acquereur pour ſon labourage, s'il le faict labourer en ſa main auec ſes ſemences, &c. Mais ſi leſd choſes eſtoient labourées par meſtayers, ou autre laboureur pour auoir portion des fruicts en celuy cas led. meſtayer, ou laboureur a ſa part des fruicts pour le labourage, ſi fruicts y a, ſinon ſera payé de ſes labeurs, &c.*

P A T R I M O N I I alienatio mulieri interdicta eſt,non modò in coniugẽ,ſed in huius quoque propinquos ac cõſanguineos,niſi reciproca coniugum liberalitate contrahatur. §.328.Andeg.Conſuet. Meuia nupta, Prætoris permiſſu ſola maternam adiit hæreditatem, quæ æris alieni mole obruta erat. Eius diſſoluendi æris gratia,coniuges ambo venundant 23

Art.328.Andeg.Leg. *Contract, que femme faict auec sõ mary au proffit dud. mary entre vifs, ou auec les parents de ſon mary, au preiudice & alienation de l'herita-*

venundant maternum mulieris prædium Sempronio mariti cōſobrino, ac ſubinde pretium conferunt in luitionem nummarij Vectigalis debiti, quo materna hęreditas valde onerata erat. Cedò, rataněſit hæc fœminei prædij venditio: Ei prima facie refragatur Andium Lex, negatoria purè, & alienationis cuiuſque prohibitoria, vno caſu mutuæ donationis excepto. In cit. §. 328. Quinimò variis Italicarū prouinciarum Cōſtitutionibus improbantur muliebres contractus, niſi conſilio neceſſariorū mulieris celebrati. Vt teſtatur Baldus, ad l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram, ff. De acquir. hæred. In l. duobus. ff. De vulg. & pupill. Et in Rubr. Cod. De reſcind. vēdit. Verſ. quandóque requiruntur quædam ſolēnitates. Angel. in Reſponſo. 170. & 353. Platonica etiam Lege vxor non habuit teſtamenti factionem ſine auctoritate mariti. Lib. 2. De legib. Verùm in prædicta ſpecie facti cenſeo, venditionem à muliere pactam iure cōſiſtere. Nam ſupraſcriptus Andium Mos, qui viro vxorij fundi alienatione interdixit abſolutè, inſertus eſt Titulo Donationū, & Legis Articulus ſecūdùm ipſius Titulum venit interpretandus. Vlpiani ratione, in l. 16. ff. De in diem addict. l. penult. Cod. De iure codicill. Nec enim aliò ſpectarunt Moris patrij compoſitores in cita. artic. 328. quàm vt à Lege donationes vetāte fraudes auerterēt ne ſcilicet alterius cōtractus imagine tegeretur illicita vxorii patrimonij largitio, nevè perſonatus quidā mariti agnatus obtruderetur, qui incapaci fidem ſuam coniugi accommodaret. Iuxta ea, quæ de fraudibus eiuſmodi adnotaret Vlpianus l. 3. l. ſi ſponſus. §. circa vēditionem. ff. De donat. int. vir. & vxor. In hac autē hypotheſi ceſſat omnis fraudis ſuſpicio: cùm in hæreditate, cui filia pietate mota ſe miſcuerit, alieni æris onera multa delitеſcāt. l. 4. D. Ad. S. C. Trebell. l. Hæreditatem. ff. De donat.

ge, & autres choſes immeubles d'elle, n'eſt aucunement vallable, ſi ce n'eſt par donation mutuelle.

Statuta Italiæ.

Aliquando tamen amici fides interpoſita ab alio, cui ille rem ſeruet tacito fideicōmiſſo, probatur Africani leg. Quidam cū filiumfamil ff. De hęred. inſtit.

24 Cavta eſt venditoribus redimendi facultas, ea lege, vt venditione ſoluta, emptor conductum quinquennio prædium haberet certa mercede. Emptor iudicio cōuenitur redhibitorio fundi, ex Pactione venditioni appoſita. Damnatus demùm, pretij ſortem accipit cum acceſſionibus: Nec eò ſeciùs moratur fundi reſtitutionem, donec luſtro integro conductum cum tenuerit conuenta penſione. Huic autem venditor opponit forenſem illam moram agnoſcendæ redemptionis fundi petitæ, diuturnámque litigandi peruicaciam, qua pendēte, lapſa ſint tempora pactæ conductionis. Ex ratione Modeſtini I. C. in l. Tutor. ff. De Vſur. Et Scæuolæ in l. vlt. ff. De re iudic. Ad ea autem e veſtigiò reſpondet emptor, priore in controuerſia vtrinque peccatum, atque vt cunctator ipſe fuerit, venditorem quoque ſibi defuiſſe, qui oblatas pecunias, renuente emptore, non obſignarit. l. ſi à te Cod. De Pact. int. empt. l. acceptā Cod. De vſur. l. Cū hæres In prin. ff. De ſtatuliber. l. Nec creditores Cod. De Pignerat. act. l. creditores Cod. De pignor. Quiſquis enim rei fructus, vel pēſiones lucrari cupiat, aut in ſe transferre, tenetur imprimis debitam æris ſummā deponere, nec ſola nummorum oblatione illos ſibi acquirit. Bald. & P. Caſtrenſis in l. 2.

Hoc in Retractu cōuentionali, vbi opus eſt conſignatione pretij ad fructus cōſequendos. Aliter de Retractu lineari apud Andes Cōſuet. art. 380.

Andeg. Conſuet art. 464 Ibi, *les conſigner en main de la Iuſtice ſuzeraine, & en prendre lettres, &c.*

§. 373. Ver. *Et ſi conſ-gnera le lignager, s'il veut en la main dud. Executeur, ce qu'il verra que l'ed. acquereur aura trop mis & employé en principal prix & abondance, &c.*

Decretum Senatus, *en plaidant du Roolle de Paris* die. XI. Mart. 1603. ex appellatione à Requeſtis Palatij.

* Prælationis agnatitiæ.

Cod. De Pact. int. empt. Quibùs adſtipulatur Mos Andium de vectigalis fundi poſſeſſore, qui præteriti téporis ſolarium, recuſante domino, tenetur publicis ſequeſtris commendare. §. 464. Quare idem cum emptore ſétio aduerſus véditorem. Andegaua rurſùm Lege, neceſſarius præſcribitur nummariæ obſignationis vſus, in exequendo tùm prædij Retractu familiari: quùm iuſtam conuenti pretij ſortem agnatus neget Venditionis tabulis adhibitam. §. 373. Tali enim Retractus executioni apud Apparitorem ſi præſto adſit reus emptor, actoris eſt, coram illo rei pretiú, cum acceſſionibus, deponere penes regium illum Viatorem aut dominicum, qui retrahendo priuatorum fundo ſuas partes interponat. Abſentem verò emptorem, nec ſe ſiſtentem apud Nunciú publicum, qui ei Actui præpoſitus fuerit, citari expedit, nominatim, vt obſignationi pecuniarum interſit: Ne quid ei ſubolere fuci poſtea cauſificetur. Aliàs, in irritú redigitur præfeſtinata præcepſque nummorum ſequeſtratio, abſente nec vocato emptore, tétata: & conſanguineus gentilitio in prædium iure excidit ſibi adiudicato. Vt Bald⁹ ſubnotauit, ad leg. ſi reus paratus ff. De procurat. Ac Tiraquellus appoſitè, in *Retractu lineari*) §. 9. Gloz. vlt. art. 4. 5. 6.) Idem deniq; à Senatu definitum eſt quinto Iduum Martiar. an. 1603. in agendis cauſis Præfecturę Pariſiorum. Nauarroto, prouocátis: & Mouſſigoto, aduerſarij patronis, qui in explananda noſtræ ſubſimili Lege pariſié. (§. 136.) varie elaborarunt. Crebrò demùm neceſſariam perhibet I. Faber, rei nummariæ depoſitionem, controuerſo Retractui *προτιμήσεως. In leg. Acceptam Cod. De vſur.

Tit. II.

DE CONNVBIALI BONORVM SOCIETATE.

1. *Inter coniuges bonorum Communionem contrahi per annum & diem in multis Galliæ locis, nec ſtatim à die nuptiarum.*

   Priſca bonorum indiuiduitas viri & vxoris.

2. *In Patria* Conſuetudinaria *Franciæ, res mobiles, etiam ex propinquorum ſucceſſione, veniunt in coniugalem Societatem.*

   Secus in Patria Iuris ſcripti.

   Reditus nummis conſtituti à marito, ſtante matrimonio, in commune ferendi ſunt ab vxore, vt à viro perinde ac mobilia, ſeu perſonalia debita Societatis.

   Debita communitatis coniugum, de communi ſoluuntur.

3. *Uxor, quæ ſe obligauit inſolidùm cum marito ſine expreſſa renunciatione Velleyani, vidua facta renuncians communioni bonorum tenetur pro media.*

Aliud

Aliud inſde debitis mariti, coniugium præcedentibus, quorum nomine vxor poſtea interceſſerit modo quo.

In Patria Conſuetudinaria *Franciæ, maritus, abſente etiam vxore vulgò recipit ſortem redemptionis annuorum æris Redituum coniugi ſuæ propriorum.*

4. *Pro iure* conqueſtuum *ſtante matrimonio factorum, an ſequenda ſit* Con*ſuetudo domicilij coniugum, an ſitus rerum acquiſitarum.*

Vnius coniugum Propria, *ſita, ſub Conſuetudine* du Remploy des Propres, *vendita, debent ei rependi acquiſitis alijs: etſi coniuges liberiore in Municipio domicilium habeant.*

5. *Communitatis repudiatio, hæredibus quoque vxoris permiſſa eſt, ne ex mariti debitis conueniantur.*

Vidua, quæ non fecit Inuentarium, Communionis renunciatione, ab eiuſdem debitis non liberatur.

Poſt Menſem à morte mariti, facilè reſtituitur vidua ad renuntiandum cõiugali bonorum Communioni: modò Inuentarium faciat.

6. *Quæ publicè negotiatur de mariti ſui mercimoniis, eo mortuo, admittitur ad repudiandam bonorum Communionem.*

Sin autem ſeparatim à marito, illa ſit mercatrix publica, indéque debitrix facta, non poteſt tali renuntiatione, ſuorum debitorum ſolutionem effugere.

Græcas quondam mulieres in perpetua tutorum poteſtate fuiſſe.

7. *Coniunx, cui ſupeſtiti pacta eſt Mobilium Societas,* conqueſtuum *partem capere nequit.*

Vidua, quæ renunciat Mobilibus, acceptatione immobilium Conquiſitorum manet ſocietatis oneribus obnoxia: Saluo, ipſi, apud Victriacos Campa*niæ, regreſſu in mariti ſucceſſores.*

8. *Nec hypothecariè quidem, nedum* perſonaliter, *vidua tenetur ex nummario Reditu volatili, à marito ante nuptias conſtituto.*

9. *Continuatio ſocietatis bonorum cõiugalis non habet locum, vbicunque locorum Conſuetudo de ea nil diſponit.*

Marito ad exonerationem animæ & conſcientiæ licitum eſt, etiam teſtamẽto venditoribus reddi acquiſita iubere.

10. *Andibus, nulla iampridem coniugalis Societatis bonorum Prorogatio cum liberis. In Cenomania, ſecus.*

Continuatio ſocietatis bonorum connubialis, vſitata inter liberos & parẽtum ſuperſtitem, non trahitur in vitricum, aut nouercam.

Talis communionis continuatio ceſſat cum liberis ætate maioribus: ſeu poſt coniugum donationem mutuam, niſi horum ſuperſtes ad ſecunda vota conuolarit.

1. *Officium venale ante nuptias emptum, veniat necne in Societatem bonorũ cum vxore.*

An Doario *item* Conſuetudinario, *vel* conuentionali, *obnoxium ſit Officium, quandiu penes maritum reſideat.*

12. *Marito ſumptuum repetitio non datur medicaminum, & curationis*

ægræ vxoris, mortuæ intra annum & diem Communionis *bonorum ineundæ.*

De Funeraria actione, & ſumptibus funerum, non ita.

13. *Vxorij patrimonij, quod ante nouam loci Conſuetudinem venierit, pretium ab vxore præcipiatur necne ex bonis cum marito communibus, iuxta dictam Conſuetud. ſuperuenientem.*

Diſpoſitiones parentum inter liberos reſtringuntur, vel ampliantur, ſecundùm Patriæ Statutum *nouum, & ſuperueniens, viuo adhuc diſponente.*

14. *Abſens à marito & vagabunda vxor, Nuptiali, &* Communitatis *lucro priuanda.*

Vſusfructus coniugalium Acquiſitionum, ſuperſtiti coniugi competens, non extinguitur præmatura liberorum morte poſt ſolutum matrimonium.

15. *Partis ſuppreſsio bonorum cõmunium in Inuẽtario, punitur eius partis priuatione, nec Prorogationem* Communionis *coniugalis inducit in præiudicium tertij.*

Viduæ, Communitati *renunciantis dotales nummi debitum* de Mydenier *Mobiliáque alia, peti ab illa non poſſunt, tanquam in* Communione, *confuſa.*

16. *In conſequentiam pactæ à coniugibus bonorum Sotietatis, quæ aliàs patria Lege nulla erat, ſuperſtes nobilis lucratur omnia Mobilia.*

17. *Antiqui* Reditus *ab altero coniuge debiti* arreragia, *ſunt onera Societatis coniugalis, niſi aliter in ea contrahenda pactum ſit.*

18. *Quæ bona ſubſtraxit, deinde renuntiauit* Communioni *bonorum coniugali, priuatur beneficio renuntiationis.*

19. *Maritus declarans ſe nolle vxorem hæredem* auctorizare, *de hæreditarijs debitis non tenetur, ſed hæreditaria bona duntaxat.*

An Officiarij *viduæ datum, vel reditum Officium, maneat creditoribus defuncti* hypothecatum.

20. *Fundorum conductio matrimonium præcedens non obligat viduam pro reſiduo tempore dictæ conductionis.*

Spectrorum illuſionibus infamem Domum relinquere necne liceat inquilino, & Conductionis *Ædium reſciſsionem idcirco poſtulare.*

21. *Viduæ actio in bonorum ſuorum emptores, vel hypothecarios creditores, cõfunditur aliquatenùs rerum Societate cum marito cõtracta, nec poſt eius obitum repudiata.*

Quando Propria vnius coniugum alienantur in rem ipſius peculiarem, non Communitatis, *Tunc alienatorum repenſatrix pecunia, vel terra non repetitur ex maſſa bonorum communium.*

22. *Fructus patrimonij vnius coniugum, diuidũtur inter defuncti hæredem, & ſuperſtitem, ipſo anno ſoluti matrimonij.*

Viri & vxoris conuentio nuptialibus Pactis contraria, licet ad Ius commune loci reductiua, *non valet.*

23. *Speciali*

23. *Speciali nummorum dotalium aſsignatione facta ſuper fundo mariti ceſſat eorum confuſio, in communione bonorum coniugali.*

Vxori patrimonia ſua, cum viro, diſtrahenti refundendum eſt ab eo pretium ex ſuis proprijs, non ex communibus: quando in contractu matrimonij ita conuenit.

1. GENERATIM diſcuſſæ rerum acquirendarum rationi, ſpecialis ritè ſubijcitur, quæ bonorum ſocios coniuges ſpectet. Nam inter virum & vxorem re ſocietas coitur mobilium, & quæſtuum ſoli, ſimul atque matrimonium ſolenni Ritu coitum ſit: Aliis Galliæ Moribus, annum & diem priùs domum eandem incolere oportet, quàm bona communicentur. Vt inquit Faber in. §. 1. Inſtit. De ſociet. Qualis inter coniuges bonorũ conſociatio probatur Iure Pontificum: ex vẽditione ſcilicet, locatione, aliovè rerum commercio. Vt reſcripſit Vrbanus. 3. P.P. Cap. ſignificauit De donat. int. vit. Quin & apud Ethnicos veteres nihil diuiduum conſpiciebatur in domo coniugali, nihil quod aut maritus, aut fœmina proprium ſui iuris eſſe diceret, ſed in commune ab vtróque conſpirabatur. Vt memorat Columella in Præfat. Lib. 12. Sic Plutarchus in Problematis, (Cap. 28. fuiſſe narrat hoc priſcis Romanis in more poſitum, vt ſponſam introducentes, iuberent dicere, VBI TV CAIVS, EGO CAIA: Quaſi cum viro paciſcerentur, vt omnia forent communia, & pariter imperarent: Nec aliud his verbis oſtendi, niſi, VTI TV DOMINVS AC DOMVS COMPOS, SIC EGO DOMINA ATQVE HERA.

Ioh. Fabri verba, *In Patria Conſuetudinaria Francia ſocietates contrahuntur per annum & diem.*

Numidæ ob id malè ab Hiſtoricis audiunt quòd vxoribus, perinde ac ſeruis vtatur. Atque etiam Thraces, qui idem faciunt. Vt ſcribit Heraclides in Politic. Sorores quoque Pſyches conqueruntur, apud Apuleium (Lib. 5. Metamor.) quòd eſſet maritis, quaſi ancillæ, deditæ.

2. PERMAGNI tamen intereſt, cõuenta ſit necne à cõiugibus rerum ſocietas in Gallica Patria Iuris, an verò Moribus cõſtituta. Iſthic enim in cõmune referuntur Mouentia, vndecũq; parta, tẽpore incũdi bonorũ cõſortij. §. 511. And. Leg. Illic verò ea demùm, quæ ex opera cuiúſq; poſt initã ſocietatẽ deſcendũt. Argum. l. quæſtus l. nec adiecit D. Pro ſoc. Quã diſtinctionẽ ſequitur Eguinar. Baro in Cõmentar. Inſtit. Ciuil. Tit. de ſociet. Idẽmq; iudicio definiiſſe Patres Pariſiẽſes accepi, inter viduã mulierẽ, & hęredes N. *De Bourges* Pręfecti Ærarij in Subalpina Allobrogũ regione. Nec enim nouũ videri debet prouinciales Gallicarum partiũ, quæ Iure Quiritum vtuntur, ſuas res connubiali Pacto redigere in cõmune, & vnà cum nuptiis fortunarum ſocietatẽ cõtrahere. Vt indicat Paulus I.C. l. Ex diuerſo. §. 1. D. ſolut. matrim. Scæuola in l. Alimenta. §. qui ſocietatẽ D. de aliment. & cib. legat. Et Vlpianus in l. Cùm hic ſtatus. §. ſi inter virũ. ✠. De donat. int. vir. Vbicũque autem æs alienũ, manente ſocietate, conflatum ſit, de cõmuni eſt exoluendum. l. Omne æs D. Pro ſoc. In integrum quidem tenetur maritus ipſe, (qui creditori obligatus ſit,) ac eius hęredes: ſed mediæ partis nomine n vxorẽ competit & creditori primaria actio, & mariti hæredi-

Art. 511. Conſuet. Andeg. Verſ. *Et ſi aucune ſucceſſion de meuble eſchet à l'vn deſd. cõioincts eſtans en communité de biẽs, ils ſont acquis à lad. communité.*

Vulgò *l'Arreſt de la Generale de Piedmont, Sur vn appel du Seneſchal de Lyon.*

Art. 507. Andeg. Cõſuet. Si le mary s'oblige ſeul en une ſomme, & ſa femme ſe meurt, le crediteur ſe prendra pour le tout aud. mary, ou à ſes heritiers, ſi bon luy ſeble, combien que les heritiers de la femme s'il y a eu communité entre elle & ſon mary, y ſont tenuz en la moitié: Mais led. mary ou ſes heritiers auront bien les heritiers d'elle à garant, &c.

bus ſubſidiaria. §. 570. & 511. Andeg. Leg. Me verò in Senatu dicẽte, tractatũ fuit pridem, num vidua mulier, quæ coniugaliũ duntaxat Mobilium partem caperet, parte etiam defungeretur Redituum annuorũ quos maritus, grãdi accepta pecunia, creditoribus conſtituiſſet, nullis Quæſtibus ſoli relictis. Fatebatur iſta quidẽ, mobiles res, quarum ſemiſsẽ haberet, perſonali mobilíque debito æri alligari: ſed prædiariũ immobiléque onus Vectigalis annui, cõtendebat, ab hærede obligati mariti luẽdum omninò, ceu ab immobilium hærediorum poſſeſſore. Definitum eſt tãdem, hoc nummariæ Penſionis annuæ genus, quod, recepta à marito pretij ſorte, vergeret communem in rem ſocij vtriuſque, de cõmuni pariter diſſoluendum, liberandum. Præſentaneo Curiæ Decreto. 9. Calend. Sextiles an. 1567. in confirmãda Præfecti Vrbi Sententia: Inter viduam coniugem Caroli Buticularij, quę Senatum prouocarat: & defuncti hęredes, pro quibus, Ludouic. Deſporta forẽſe patrocinium obiit.

Curiæ Areſtũ in cauſis agendis die. 14. Iulij an. 1567. inter viduam, & hæredes Caroli *le Bouteiller Sieur de Moucy*, in Municipio Pariſienſi.

3. ECQVID verò, ſi coniuges ambo in rem communẽ mutuati ſint, & eiuſdẽ pecuniæ rei facti, Ideonè eximetur obligatione mulier, quòd, mortuo viro, communia bona repudiarit. Pro liberatione vrget vis & efficacia repudiationis eiuſmodi, quam tolerat Andiũ Mos. §. 238. Nec mutat propria mulieris expromiſsio, quæ conſignatis literis ſoluturã ſe cum marito conſtituerit. Hæc quippe pro ſocio cõiuge videtur interceſſiſſe, quaſi * ἀντιφωνητὴς, nec S. Cõſulti auxilio, quod de interceſſionibus fœminarum factum eſt, diſertè renunciauit. Attamen exiſtimo, mulierem ſuapte ſpõſione obſtrictã creditori ex parte dimidia. Nam die cõtractæ obligationis mulier, quæ fortunarum cum marito ſocia erat & cõſors, proprium gereba tnegotiũ, nec, niſi pro parte ſocij, intercedere dicebatur. Vnde ſi iudicio cõuẽta ſit ob ſuã debiti æris portionẽ, ceſſat exceptio S. Cõſulti. Vt Affricano placuit l. Vir. vxori. §. vlt. D. Ad S.C. Velleyã. Quanuis igitur, diſtracto matrimonio, vidua mulier cõmunibus bonis ceſſerit, haud propterea obligationis nexu ſoluitur: ſed hæredes mariti laudabit auctores, vt ei præſtent totius æris alieni indemnitatẽ. Alia vtique cauſa eſt vxoriæ obligationis cõſcriptę debitorũ Vectigalium nomine, quęis maritus accepta pecunia obæratus ſit ante nuptias. Cùm enim talia prædiorũ onera, ac debita in rẽ, quæ coniugiũ præcedunt, coniugali quoque ſocietati non imputentur, pro viro ſpopondiſſe creditur prorſus mulier, quę & debitricẽ ſe nouis tabulis profeſſa ſit: niſi ſtata vulgaríque verborum cõceptione cauerit, ſe beneficio S. Conſulti non vſuram. Ac proinde muliebrem huiuſmodi obligationem Curia Pariſiorũ infirmauit. Celebri decreto poſtridie Idus Sextiles an. 1586. quod Pręſes Briſſoniꝰ de more propalàm recitauit. Hęc de annua quidẽ Pẽſitatione à viro debita ante initas nuptias: Quid, econtrà, de nummario Reditu innuptædùm mulieri parto: Huiuſnè ſortem, cum reliquis, Pẽſionis annuæ vir ſuſcipiet ritè, inſcia cõiuge. Notum eſt ædepol, in Patria Iuris mulierem à debitoribus æs ſuum, ſortémque adeò Vectigalium annuorum recipere

* Gallicè, *reſpondant.*

Correi debendi videntur inuicem fideiubere.

Rente conſtituee & hypothecaire.

Iudicium Curiæ Pariſien. die. 14. Auguſti an. 1586.

probè, inconſulto marito. l. Cùm maritum tuum Cod. De ſolut. Quò pariter inclinat Molinei quæſtio ac deciſio. 41. (Lib. De commerciis) tùm Chaſſenei ſcholia in Burgúd. Conſuetud. (§. 5. De iurib. ad coniuges pertinent.) Aſt Gallicis in partibus, quæ ſuis reguntur ciuilibus Inſtitutis, maritus ſolus Apochas præbet vxoriis debitoribus, nó modò ſemel luendi æris alieni perſonalis, ſed Vectigalis quoque in ré perpetui, ſeu perpetuò redimendi. Qualiter Tutoria manu auctoritateq; pupillares Reditus annui liberantur, inſtante vſurario impuberũ debitore. Sicuti de tutore, ac marito promiſcuè ſtatutum videtur, inſigni S.C. Pariſienſi Nonis Februar. an. 1539. in promulganda Lege Regia, de ſacrarum luitione Penſitationum annuarum. Quod Molineus itidem obſeruauit loco ſcitato.

Iſthic tamen ſubdubita Chaſſeneus de Reditus annui vxorij redemptione facta cum marito, abſente coniuge: Præterquã in ſua Burgundia, & aliubi tales Reditus nummis conſtituti, mobiles ſint. Sed qui iam nouata Burg. Conſuet. immobiles habentur art. 2. recés addito, in Cap. 5. *Des Rentes, &c.*

Generale Areſtum Curiæ die 5. Febr. 1539. in verifficando Edicto, Menſ. Octob. præced. de redemptione annuorum Redituum Eccleſiis & Hoſpitalibus competentium.

4. I VICTRIACENSES Campaniæ Belgicæ duo, ineunt cum matrimonio bonorum communicationem. Decurſu temporum, maritus prædium mercatus eſt in Rhemenſi Veromanduorum territorio, vbi nulla rerum communio Moribus ſtatuta inter virum & vxorem. Nec eò ſeciùs præmortuæ dehinc cóiugis hæredes partem ſibi vindicarunt fundi Rhemis acquiſiti. Verùm id ſuperſtes maritus negauit ius eſſe cùm talis rerum ſoli cóſociatio recepta non ſit Rhemenſi Conſuetudine, cui vni eius Prouinciæ fundi ſubijciuntur. Vtcunque enim coniuges in Victriaco Cãpanorum oppido ſedes fixerint, cuius Lege loci vſitatum eſt coniugale bonorum conſortium, ac præterea fortunarũ ſocietatem pacti ſint illi, hæc ſiue Lex, ſiue Pactio pertinet duntaxat ad res prædiarias, quæ Victriacenſi ſolo contineantur, non quæ alieno diuerſi Iuris Municipio. Ancharan. in Conſil. 163. Ioh. Andr. ad Speculat. Tit. De inſtrum. edit. 5. compédioſè Verſ. 16. Corneus, Iuris Reſpóſo. 202. Lib. 11. Ac licet ſocietatis Conuentio videatur latiùs manare, quàm loci patrius Ritus ac peculiaris: ad hunc tamé tota ipſa dirigitur nec aliud ſpectaſſe, aut voluiſſe putantur inuicem ſtipulantes, quàm quod Prouinciali lege pręceptum ſit. l. Hęredes mei. 5. cùm ita Et ibi Alexãd. D. Ad S.C. Trebell. Idem Alexand. In Reſpon. 15. Lib. 4. Secúdùm quę etiam, in Auditorio Principis iudicatum fatetur Molineus, etſi cótrariæ opinionis fautor ac vindex. In Conſil. 53. edito ex cótrouerſią viduæ mulieris, & hęredũ Ioh. Ganaij Iuriſ-Præfecti Galliarũ. Atque adeò Molinei opinionem doctè refellit. Argentræus, in Commentar. Armoricæ Conſuet. Tit. De Donation. artic. 218. Glo. 6. Nã vt concedamus, bona mouentia, nomina, ſeu quæuis alia perſonarũ iura regi vnica lege domicilij eárũdem: Alia certe immobilium rerum códitio fertur, quæ Agraria ſola, ac Municipali ſua lege gubernãtur. Sicuti Petr. Perticéſis & Cynus affirmãt in l. 1. Cod. De ſum. trinit. Bohicus ad Cap. vlt. De eo qui mittit. in poſſeſſ. Tandé propoſita in ſpecie de agro Cãpano, Lutetiani Patres cęſuêre maturius deliberãdum. Pridie Idus Decembres an. 1588. Dyneto, & Martino dicentibus. In Catalogo cauſarum Veromanduarum. His congrunt à Nobis ſcripta Lib. 2. DE PRIVILEG. RVSTICOR. Cap. De ſocietate pecoris paſcendi art. 4.

Habitans du Bailliage & Couſtume de Victry, en Champagne.

An Conſuetudines locorum ſint perſonales, an reales, circa communitatem acqueſtuum viri & vxoris. De quo Nos fuſius Lib. 2. Pariſ. Leg. Tit. 1. art. 3. & 4.

Ioh. *de Gannay* Cancellarius Franciæ Ludouico 12. Rege.

Appoincté au conſeil en Parlement die 12. Dec. an. 1588. *En plaidant du Roolle de Vermandois.*

Au Pays de Perigueux Ius ſcriptum ſeruatur. ſecundum quod vidua mariti Petragoricenſis petierat dotem & eius augmentũ Sed quia iuxta Interlocutiorium

Areſtum Parlamenti non modò conſtabat Lutetiæ contractum fuiſſe matrimonium, verum & coniuges ibi perdiu domiciliũ habuiſſe. Senatus cõtra eam iudicauit Areſto definitiuo cuius mihi copiam fecit Symo Marius, celeberrimus in Senatu aduocatus, nunc Fiſci patronus.

Porro cùm Petragoricus duxiſſet vxorem Lutetiæ, quæ, mutato domicilio, Petragorios traducta ſit, vbi nulla bonorum cõſociatio inter virum & vxorem, decretum fuit, illá dotis, & auctarij petitione, qualis in vſu Petragoriis erat, ſummoueri: ſed Pariſiorum Moribus cõnubialia lucra cõlecuturam. Priſco Galliæ S. Conſulto *Parlamentari*, cuius verba ita ſe habent, LITE MOTA IN CVRIA NOSTRA INTER FLORIAM DE FOLLAYO, DEFVNCTI LAMBERTI PORTE, DE PETRAGORIIS, VIDVAM, EX VNA PARTE: ET RAYMVNDVM PORTE, FILIVM ET HÆREDEM DICTI LAMBERTI, EX ALTERA. DICTA CVRIA DICTVM RAYMVNDVM AB IMPETITIONE DICTÆ VIDVÆ ABSOLVIT: RESERVATO EI IVRE, QVOD EIDEM POTEST COMPETERE CONTRA DICTVM RAYMVNDVM IVXTA VSVS ET CONSVETVDINES PARISIENSES. DATVM DIE. 23. DECEMBRIS. INTER IVDICATA PROLATA IN PARLAMENTO, QVOD INCEPIT IN CRASTINO B. MARTINI HYEMALIS ANNO DOMINI. 1329. Ediuerſò autem, prædiarij cùm ſint cuiuſque Prouinciæ Ritus, ac in ea ſitis prædiis ius dictitent, æquitas ſuggerit, Luteciani fundi pretium, quem Andegaui coniuges alteri peculiarem diſtraxerint, ab illius hærede repoſci, tanquam iuſti patrimonij ſuccedaneum pro More Pariſienſi, nec Societatis mutuæ bonis permixtum atque confuſum ex diuerſa Lege domicilij ipſorũ Andegauenſis: qua duce, communes tãtùm res adminiſtrantur. Molinei ſcholiis ad §. 254. Aurelianen. Conſuet. Alioqui enim, cõiugum alterutri liberum foret, Pariſien. ſui hæredij alienatione bona largiri alteri, in fraudem prædiariæ Legis, coniugalium vt donationum prohibitoriæ, ſic Propriorum, venditorum remuneratoriæ. §. 232.

Conſuet. reales ſunt.

Coniugum Mobilia ſequũtur domiciliũ. ſed Conqueſtus (nedum patrimonia) fũdorum ſi tum acquiſitorum.

Ius renunciandi cõiugali bonorum Cõmunitati, à muliere ſibi ſuperſtiti reſeruatum Pacto dotali, protẽditur etiam ad eius hæredes præmortuæ, quoad liberationem debitorum & onerum d. Cõmunitatis, ſed non quoad lucrum aut repetitionem omniũ quæ mulier à ſe indotem ad virum delata ſibi reddi ſtipulata eſſet, communitatem repudianti poſt ſolutum matrimonium.

BONORVM repudiatione cõmunium, vidua mulier ſe exonerat ære alieno ſocietatis, niſi ipſa nominatim creditori fidem ſuam adſtrinxerit, aut in rẽ mulieris verſum fuerit negotiũ. §. 238. & 319. Andeg. Conſuet. Cum Vlpiani l. 5. §. ſi Titij ſeruum. ff. De negot. geſt. Ac Molinei Notis ad §. 245. Burbonẽſium Morum, de muliebri Obligatione priuatã ſpectante rem vxoriam: quę, bonorum ceſſione cum viro communiũ, Obligatio non tollitur. Cæteroquin haud viduæ cõiugi ſoli, verùm & demortuæ hæredibus licitum eſt, communione bonorum abſtinere. Vt Senatus iudicio deciſum fuit extemporaneo. 14. Kalend. Martias an. 1567. quùm Dauidius, prouocantis, qui ſuccubuit: & Girouſtus, aduerſarij, cauſam oraſſent. Talia enim Iuris cõmunis beneficia ad hęredes tranſire, docet Vlpianus l. Non ſolùm. ff. De reſtit. in integ. l. hæredes Cod. Ad Velleyan. Sed ita demùm renunciationis auxilio iuuatur muliercula, ſi repertorium fecerit, quod vulgò Inuentarium appellatur. Hæredis inſtar, qui Legis Falcidiæ præſidium fruſtra implorarit, niſi in teſtatum redegerit bona defuncti. l. vlt. §. licentia Cod. De iur. delib. Siue etiam aliquas res hæreditarias ſubripuerit, amouerit. l. Paulus l. Beneficio D. Ad Leg. Falcid. §. ſancimus In Authent. De hered. & Falc. l. ſi ſeruum. §. ſi quis ſuus. ff. De acquir. hæred. Nec quadrãtem pariter hæreditatis retinebit extraneus hæres rogatus

Areſtum Curiæ die. 16. Febr. an. 1567.

Quarta Trebellianica.

eam reſtituere, ni ſingula hæreditatis corpora ſummatim ex fide deſcribenda curauerit. Bald. in Authent. Sed cùm teſtator Cod Ad Leg. Falc. Et in l. Cùm tale §. 1. ff. De condit. & demonſtr. Vidus Papa in Deciſ. Gratianopol. 53. Sic Pariſiorum etiam Lege, viduis negatur ius repudiãdæ coniugalis rerum ſocietatis, niſi eas Tabellionibus palam exhibuerit, ac publicis eorum tabulis ſigillatim adſcribi poſtularit. §. 237. Haud aliter Andegaua mulier à Senatu excluſa eſt talis renunciationis ſubſidio, æſque alienum communionis ſoluere damnata, quòd bonorum ſynopſin communium minimè confeciſſet. Decreto Pariſienſi ex tempore lato in cauſis orandis. 3. Kalend. Martias ann. 1581. poſtquàm Villerius fori patronus dixit pro Claudia *de la Roue*, vidua Philippi *de la Haye* debitoris, appellante: Et Valla, ex aduerſo, pro Catharina *le Riche* vidua N. *Boulenger* creditoris. Ac patrio quidem Iure ſummo, menſtruum ſpatium viduæ coniugi præſtituitur à mariti obitu: quò interea rerum inſtrumentorúmque communium * ἀναγραφὴν procuret. cita. §. 238. Sed ea, pòſt tantulum ſpatij, ex Reſcripto identidem reſtituitur in integrum à Regio Andium Suppræfecto: vt bonorum annotationi deſcriptionísque vacare ſinatur, vti priùs: Quæ dehinc Bona vel repudiet liberè, vel accipiat cum Diplomatico illo *Inuentarij* ſuffragio. Hoc certè ita, modò vidua mulier in Repertorio profiteatur, ſacramenti religione adhibita, quidnam rerum mobilium ceperit antea, quémque in vſum, vel funebrem impenderit, vel æris alieni luendi. Nuda enim communium rerum contrectatione, inter ſocios non committitur furtum. l. meritò D. pro ſoc. l. 3. Cod. famil. hercisc. Aliud, ſi hæres mariti, res clanculum amotas à vidua, inſidioſèque ſurreptas, liquidò adprobaret iudicanti. Nam hoc caſu, illa, bonorum ceſſionis communium Beneficio ſummouebitur, & coniugalis Societatis onera perferet. Id quod latiùs Nos, ꝟ. artic. 17. Nec verò, præmortuis ſolùm viris, adſtruitur fraus eiuſmodi à viduis coniugibus, hæredum diſpendio: ſed viuis quoque iiſdem, per colludium velut ex compacto, promouetur in iure bonorum ſeparatio repudiatióque, in perniciem communium creditorum. Cui muliebri fuco in poſterum auertendo cautiones adhibitæ ſunt, Rothomagenſi Neuſtriæ S. Conſulto perpetuo, 3. Kalend. Septembr. ann. 1555. Eo námque ſtatutum fuit, Principales codicillos vxoriæ bonorum ſeparationis ac renunciationis edi Regio actori, vnà cum ſingulorum nominibus creditorum, illos etiam vicatim & compitatim, præconio euulgari, promulgari: communes item creditores in ius acciri, talem ſeparationem vel oppugnaturos, vel probaturos: Solennem, ad hæc, coniugalium Mobilium, * ἢ τῶν παραφέρνων vxoris Catalogum referri in Tabularium fori Regij. Diſparatorum rurſus coniugum nomina & cognomina penſilibus Chartis inſcribi, cum Prætorio Decreto ſeparationis eiuſmodi, publicáſque talium Epigrammatũ Tabulas Officinæ patrij cuiuſque Tabellionis præfigi: S. Conſultum denique iſtud

Iudicium Curiæ, *en plaidoyerie*, die 27. Feb. an. 1581. contra viduam, quæ bonorum communium inuentarium non fecerat.

* deſcriptionem.

Cõmunitatis bonorũ Acceptatio muliebris, cum Beneficio Inuentarij. Vede Cameracenſib. viduis cautum eſt, (in Tit. De beneficio Inuentarij. ſua Cameraci Conſuetudine,) eas auctorizari ad Communitatem illam acceptandam per beneficium Inuentarij.

Generale Areſtum Parlamenti Normanici die 30. Auguſti. 1555. aduerſus fraudes coniugalis bonorum ſeparationis & renunciationis.

* & præter dotẽ mulieri competentium.

in omnibus Neuſtriæ Tribunalibus propalàm recitari, & in Acta regeri Normanicæ cuiuſlibet Iuriſdictionis.

Quæ publicè mercatur conceſſu mariti, conſequenter ex debito mercatorio poteſt condemnari in iudicio, & iudicati executio fieri in eius partem bonorũ communitatis cõiugalis. Nam vno conceſſo, cætera ſine quibus, &c l. Ad rem mobilem l. ad legatum ff. De Procur.

Art. 510. And Conſ. Ibi, *ſinõ qu'elle ſoit marchande publique, & qu'il ſoit queſtion du faict de la marchandiſe.*

MERCATRIX publica, viuo & conſcio marito, conflauit grande æs alienum. Quæſo, nũm poſt viri obitum eripere ſe iudicio poſſit debiti perſecutorio, ceſſione bonorum cum illo communium? Minimè, inquies. Ea enim rem propriam geſſiſſe, non communem cenſetur, quæ priuatim negotiata ſit, commerciáque tractarit permiſſu mariti. Vt de eò Gallico vſu ritúque ſcripſit Faber, ad §. 1. Inſtit. Quod cum eo qui in alien. poteſt. His adſtipulantur, quæ de muliere in rem ſuam cauente ac ſpondente Calliſtratus. I.C. prodidit, ad S.C. Velleyani interpretationem. l. ſi pro aliquo, & Caius in l. aliquando D. Ad Velleyan. l. fruſtra l. ſi mater Cod. eod. Tit. Cum Municipali Andium Conſtitutione. 510. Enimverò muliebre negotium hác recipit diſtinctionem, vt ſi coniunx in eadem, qua maritus, negotiatione verſetur, tabernæ ſcilicet præpoſita ſit, operáſque ei ſubminiſtret, tunc quaſi inſtitor dominum, ſic illa maritum obliget, non ſeipſam. Argum. Sceuolæ in l. vlt. ff. De inſtit. act. Et Iulij Pauli Lib. 2. Recept. Sentent. Tit. 8. De inſtitoribus. Sin autem mulier ſeparatim merces emat, aliámve à mariti promerciis negotiationem exerceat, hoc caſu verè mercatrix intelligitur, eóque diſtrictè creditoribus obnoxia. Vt Pariſiorum Moribus expreſſim ſancitum eſt, §. 235. Et Aureliorum. 197. Ac licet vtrobique mariti conſenſio neceſſaria feratur, velut auctoris: interceſſiſſe tamen ea creditur, ſi maritus apertè non contradicat. Ex Imperatorio Antonini reſcripto in l. 2. §. voluntatem D. ſolut. Matrim. Ne quis verò obiter demiretur virile in vxorem imperium iſtud & auctoritatem, ſolutæ etiam, aut cœlibi fœminæ dari ſolebant tutores quondam in Græcia, ſine quorum arbitrio & auctoritate nihil illi agere permittebatur. Vt de Græcorum legibus retulit Harpocration, & M. Tullius in Orat. pro L. Flacco. Secundùm Demoſthenem, qui in Oratione aduerſus Neæram ita loquitur. * Ὁ νόμος κελεύει, ἐάν τις ἀποπέμπῃ γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὴν προῖκα· ἐὰν δὲ μή, ἐπ' ἐννέ' ὀβολοῖς τοκοφορεῖν, καὶ σίτου εἰς ᾠδεῖον εἶναι δικάσασθαι ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τῷ κυρίῳ. Speciatim vtique Attica lege mulieribus præſcribebatur commerciorum modus, ne vltra ſex modios hordei poſſent mercari, quòd has infirmum animum gerere putarent Athenienſes. Vt Dion Pruſienſis enarrat, in Libro περὶ ἀπιστίας, infrà de non temerè credendo. 6.

Romæ itidem mulieres ſine tutore auctore obligari non potuiſſe, admonet Cicero in Orat. pro Cæcinna. In Flandricis necnon Ciuitatibus cunctis de conſuetudine vxor dicitur & habetur prorſus ſub mariti cura. Teſte Iodoco Damhoudero Brugenſi. I.C. In patrocinio pupillorũ cap. 5. Num. 35.

* Lex iubet, ſi quis vxorem ablegauerit, reſtituere dotẽ alioqui ſeſquicẽteſimam dotis penſitare, licere tutori, qui ſcilicet mulierem in poteſtate habet, rei vxoriæ, aut ex ſtipulatu agere ad dotis repetitionem.

Cicero in Orat. pro Quintio meminit Arbitrij pro ſocio.

CONVENTVM eſt dotali ſponſione, mulierem, ſoluto abſque prole connubio, ſibi res mobiles ex ſemiſſe ſumpturam. Ea, diem functo marito, mouet Arbitrium pro ſocio agnatis ipſius hæredibus, vti res ſoli, ac mouentes ſine exceptione inuicem partiantur. Quam in partem aduocat popularem loquendi vſum, quo, bonorum communio viri & vxoris, mouentibus ſignificatur. Vlpiani ratione in l. librorum §. quod tamen Caſſius. ff. De legat. 3. Nam vt cõmuni ex re mobili cõmunes quæſtus parãtur immobiles, ita priſci Galli Prudentes, cedente Mobilibus vidua, interpretati ſunt ſocietatis compendium omne repudiatum. 7.

pudiatum. Sicuti & Froſſartes literis prodidit, Mariam Namurcenſem Vidi Bleſorum Comitis viduam Heroïdem mobilibus renunciaſſe. ann. 1397. Nec aliter dein Philippi Burgundiæ Ducis vidua coniux legitur Margareta, mobilibus ceſſiſſe bonis ann. 1404. Hac ſubiuncta cauſa, & forma, *pour la doubte qu'elle ne trouuaſt trop grandes debtes: en mettant ſur la repreſentation du deffunct ſa ceinture, auec ſa bourſe, & ſes clefs, comme il eſt de couſtume.* Vt Monſtreleti verbis vtar, Hiſtor. Volum. 1. Cap. 18. Ab eodem traditur, Bonam Ambarram, quæ Barrenſis Ducis ſoror erat, Vvalerano coniuge extincto, Fani Pauli, & Ligniaci Comite, eiuſdem Nominibus boniſque, aperta ceſſione, abſtinuiſſe, ann. 1415. *en mettant ſur la repreſentation de ſond. ſeigneur & mary ſa conrroye & ſa bourſe, en demandant de ce aux Tabellions publiques vn ou pluſieurs Inſtrumens.* Monſtreleti ſermone, Lib. 1. Cap. 139. Ediuersò autem ſuggeretur, ambos hoſce veteris memoriæ ſcriptores Belgas fando vſurpaſſe patrium Flandriæ ſuæ, vel Hannoniæ morem, quo, bonorum viri & vxoris conſortium Mouentibus fermè coarctatur. Cùm verò in noſtra Gallia coniugalis rerum ſocietas non minor ſit immobilium quæſitarum, quàm mobilium, videtur bonorum communicatio, quæ Municipali Iure coniugibus ſtatuta eſt, peculiari de Mobilibus Pactione conſtringi, arctiúſque circumſcribi. Argumen. l. vlt. Cod. De Pact. conuent. Ac ne plura de eo percenſeam, facit dubia notorum mihi litigatorum controuerſia, quæ Ampliſſ. Senatus oraculum indies oppetitur. Cęterum Victriaco, contrà, Francicę Campanię Ritu, permiſſum eſt viduæ mulieri. Mouentium vniuerſitatem abnuere, & res ſoli partas amplecti: Ne alieno ſocietatis ære inuoluatur, niſi immobilium Quęſtuum ratione conflato, art. 91. Atquin conſortij bonorum ius indiuiduum eſt, nec paciſcentes ſinuntur, pro parte conuentionem probare, pro alia improbare. Vt toties à Nobis demonſtratum fuit alibi. Quoniam igitur ſcriptus ille Campanorum Mos pugnat cum receptis Legum Municipalium regulis, trahendus non eſt ad conſequentias. Vnde, conuento nuptialibus tabulis rerum conſortio indiſcriminatim, viduæ iam non licet, Mouentia ſe bona repudiare, & comparatos in matrimonio fundos retinere: Vt per quaſcunque cauſas quid contrahitur, per eaſdem diſtrahatur. l. prout quiſque ff. De ſolut. Deficiente rurſus Pactitia bonorum communione, vidua coniux, quæ Mobilique abſtineat, eximitur quidem actione in perſonam Pro ſocio, æris alieni nomine à defuncto contracti: ſed partorum immobilium, cum hæredibus, conſors ac particeps, tenetur Hypothecaria creditorũ formula: ſaluo ei ad hæredes regreſſu, eam vt indemnem præſtent. Imò & pignoris in rem perſecutione eiuſmodi, obſtringitur ſocia mulier inſolidùm: niſi rebus cedat obligatis leg. 1. 2. Cod. ſi vnus ex plurib. hæredib. credit. vel debit. l. rem hęreditariam ff. De euiction. Queîs apprimè concinit Aureliorum Conſtitutio Prouincialis. §. 188.

Froiſſartus. Hiſt. Volum 4. cap. 89. Quem locum citauimus ſuprà lib. 1. Legũ Andeg. cap. 19. art. 8. *De Marie de Namurr veufue de Guy Cõte de Blois.*

Bonne de Bar, veufue de Valeran Cõte de S. Paul, & de Ligny.

Froſſartes, & Monſtreletus hiſtorici.

Hannonum Conſuetudo in Capit. *Renonchemẽt de Dame, ou Damoiſelle.* Artic. 1. & penul. In ver. *pourront renoncher en la Court à Mons, aux meubles & debtes.* Item Arteſiæ Mos, Tit. 7. art. 111. In ver. *ha la faculté de pouuoir renoncer aux biens meubles.*

De hac quæſtione lis pendet appellatoria à Præpoſito Pariſien. an. 1603.

8. QVOD aiunt, connubiales quæſtus libero mariti arbitrio ſubiacere, vt eos alienet, hypothecæve opponat, id recipit ambiguitatem ex

An creditor hypothecaria actione bona communitatis de-

bitoris ſui perſequi poſſit in eius viduam pro reditu annuo pecuniario ante matrimonium à debitore adſignato ſuper omnibus bonis præſentibus ac futuris.

litis ſpecie infrarelata. Neſennius res ſuas omnes oppigneraurit annui Vectigalis nomine pecunia conſtituti. Is deinde contrahit matrimonium, rem auget, copiáſque multas comparat. Tandem vita defuncto eo, creditor, cui æris Penſitatio hæc debetur, hypothecaria agit in viduam mulierem, quæ tot acquiſitos fundos poſſidebat, vt vel iis cederet, vel ſolueret. Quippe quùm maritus generali obligatione bonorum futura etiam complexus ſit. Gaij I.C.l.Et quæ nondum ff.De pignor. Iuſtinianea leg.vlt.Cod. Quæ res pign.§.483. Andegauen. Conſuet. Vidua, econtrariò, debitorem, cui futura quoque pignori dare liceat, ſuam tantùm in re communi partem obligare potuiſſe.l.vn.Cod. Si res comm. pig. dat. Bonorum quidem, ſtante connubio, partorum ius imperiúmque ſolidum eſſe penes maritos patriis Conſtitutionibus, quas Ancharanus probat in Reſponſo.102.§.289. Andegau. Leg. Sed hoc benignè accipiendum de fundi pigneratione ab iis, tanquam maritis, contracta, & manente matrimonio, non ante matrimonium. Viro enim coniugalis ſocietatis magiſtro eius opes tractare ſuo nutu fas eſſe, in rem præſertim communeſque ſociorum coniugum vſus. At de obligatione nuptiis anteriore aliam videri cenſuram, quæ ſcilicet obligatio de immobili ære alieno concepta ſit, futuram coniugem minimè onerante. Ac veluti vxor in portionem non vocatur immobilis lucri & compendij, quod ante pactos Hymenæos ſibi maritus quæſierit: ita nec diſpendij, onerisvè prædiarij, quod ante nuptias ille ſibi impoſuerit, conſors fieri debet. Ceſſante igitur actione in perſonam, quæ nulla eo nomine in vxorem quaſi ſociam competat creditori, hypothecariam pariter ſtare non poſſe.l.Eos Cod.De vſur.l.Item liberatur.§.qui paratus D.Quib.mod.pign.l.2.Cod.De luit.pign. Senatus tamen hoc forenſe diſſidium cenſuit pleniore dignum deliberatione, ac in conſilium miſit. Sexto Kal. Quint.ann.1589. Chezelleo, viduæ appellantis: Et Buiſſonio, aduerſarij, cauſam agentibus. Interim religiosè tractandum puto coniugale bonorum conſortium, ne in fraudem captionémque incidat ſocia coniunx, quæ indies curando marito, liberíſque communibus inſudat. Cuiuſmodi illa Flacci, hoc deſcripta poëmate.

Petr. Ancharanus ibi, ſtante Statuto, ne acqueſtus poſſint alienari, maritus tamen ſolus ea poteſt alienare. Verum Cameracenſi Conſuetudine, cuius exemplar habeo. *l'homme ne peut ſans la femme, ne la femme ſans le mary, conditionner leurs acqueſts.*

Sublata actione perſonali, tollitur hypothecaria, vt hic. Sed de diuerſa præſcriptione vtriuſque, vide infrà Tit. de Præſcription. art. 20.

Appoincté au Conſeil en Parlement die 26. Iunij 1589. *entre Louyſe de Beaucler veufue remariee à M. Nicol. le Court appellant d'une ſentence du Preuoſt de Paris, du 6. Febu. 1585. Et M. Ieh. le Bourguignõ creancier intimé. Depuis iugé au proffit de la vefue contre le creancier.*

Si pudica mulier in partem iuuet
Domum, atque dulces liberos:
Sabina qualis, aut peruſta ſolibus,
Pernicis vxor Appuli:
Sacrum vetuſtis extruat lignis focum,
Laſſi ſub aduentum viri.
Claudénſque textis cratibus lætum pecus,
Diſtenta ſiccet vbera:
Et horna dulci vina promens dolio,
Dapes inemptas apparet.

Continuatio ſocietatis coniugalis inuſitata eſt apud Andes,

CREBRO diſputatum memini in Iudiciis, ſocietas necne, alterutro coniuge mortuo, inibi prorogaretur cum liberis, vbi Lex Prouin- 9.

ciæ

ciæ de tali prorogatione nil ſanxerit. Verùm etſi Andibus propinqua Cenomania hancce fortunarum communionem ad liberos produxerit minores annis(§.506.Cenoman.Conſuet.) Tamen in caſu prorſus omiſſo ciuicis Andium Moribus, decurrendum eſt ad vulgarem regulam Iuris antiqui, Societatem morte diſſolui.l. Adeo D. Pro ſoc. Nec moueor contraria in ſpeciem Molinei opinione, de tacita coniugalis bonorum ſocietatis continuatione poſt obitum alterius. In §.vlt.Tit. De Feudis, Victriacenſ. Morum Connubialis enim rerum conſociatio pendet imprimis à Municipali Conſuetudine, quæ eam in vſum inuexit, ideóque latiùs proferri non intelligitur, quàm Conſuetudo ſcripta pariatur.

Vt regius Baugeij Supprӕfectus iudicauit an. 1577. Quamuis ipſo iure, res empta ex pecunia minorum annis hæredũ alterius coniugis, fiat minorum. l. curator Cod. Arbit. tut. l. 2. C. Quan. ex fac. tut.

Nam vt agnoſcamus, opum conſortium, quod mulier Diplomate ſoluendum curarit in capitis reum coniugem, redintegrari poſſe, quandiu vterque vixerit, art.145. Andegau. Conſuetud. Et argumen.l.64. D. Pro ſoc.l.vlt. D.rer. amot. Diſſociatis certè vnius interitu coniugibus: ſemel diſtracta ſocietas, vlteriùs non producitur.

Bonis ſeparati coniuges, ſi poſtea ſuas res ſimul miſceant, etiam pendente ſeparatione ab alterutro quæſita, inuicem communicantur. Vt diximus lib. 2. Pariſ. Mor. Tit. 1. art 21. Et expreſſum eſt Aurelianen. Conſ. §. 199.

Aliud forſan de ſociorum fratrum mercatorum filiis, qui communicatione mercium, ac negotiatione continua tacitè protrahunt paternam vniuerſarum facultatum ſocietatem. Vt notat Bartol ad l. ſi patruus Cod. commun. vtriuſque iudic. In l. Titium & Meuium §. altero ff. De Adminiſtr. tutor. Et in Tract. De duob. fratr. Ad hæc, non ſola re contrahitur ſocietas inter coniuges, at perſonarum conſenſu potiſſimũ: quę ſanctiſſimo pronubi fœderis vinculo primùm conſociantur, eiuſque dein appendice, mineunt bonorum cõmunionem. Quare de medio ſublata perſona, tollitur etiam fortunarum ſocietas, etſi rerum diuiſio ſuperſit. l. Actione §. ſi poſt D. Pro ſoc. Item haud facilè recipitur pœnalis conſtitutio, niſi patria lege exprimatur. Qualem ducimus coniugalis ſocietatis prorogationem, pœnæ cauſa inſtitutam coniugis eiuſce ſuperſtitis, qui in conficiendo bonorum Repertorio minimè elaborarit.

In Cenomania, ſecũdogeniti nobiles mares aut fœminæ aliquando petunt continuationem coniugalis ſocietatis, ex §. 500 & 509. Cenom. Conſuet. Ibi, *aucun ſoit noble, ou couſtumier, &c.* Sed quia primogeniti mobilia ſunt omnia, is ſolus propriè eam continuationem petere poteſt à ſuperſtite parente, qui fortè nouas nuptias inierit.

Vbicunqne autem Lege continuatur alterius coniugis ſocietas cum liberis, non puto, eandem, quàm priùs, ſuperſtiti marito in res communes poteſtatem adeſſe. Demus enim, prorogato ius idem, quod primario actui, regulariter tribui. l. 2. §. ſed ſi iudex. ff. De iudic. l. lecta eſt verſ. dicebam D. ſi cert. petat. l. pleriſque D. de ritu nupt. Hoc non vtique tùm procedit, cùm diuerſa ratione prorogatur actus, quàm inchoetur. Coniugalis nimirùm communio bonorum iſthîc ampliatur ſuperſtitis odio, qui prioris ſocietatis bona liberis deſcripta & recognita non fecerit, vocatis iſtorum conſanguineis, ac ritu ſolenni. d. §. 506. Cenoman. Leg. Et Mechlinienſi Brabantiæ More ſic concepto, QVICQVID VIDVVS, AVT VIDVA, NON FACTA CVM LIBERIS SVIS DIVISIONE, SVPERACQVIRIT, ID IN COMMVNE CEDIT, ET ILLI QVI ACQVISIVIT, ET IPSIS LIBERIS, TANQVAM QVOD PARTVM SIT OPE COMMVNIVM BONORVM MOBILIVM. Tit. De hæredib. ac iure ſucceden.

Cõſuetudines *de Malines, en Brabant*, reformatæ Mẽſe Iulio an. 1535. in vim Literarũ patentium Caroli 5. Imperat.

Enimverò ſi vir moriens, alienæ rei conſcientia, quaſi aculeo quodam, ſtimulatus iuſſerit, acquiſitum fundum, refuſo pretio, reſtitui venditori, ſanctum

Hæres, cum vidua, tenetur exonerare conſcientiam defuncti, quoad inhoneſta & illicita lucra. §. 289. And leg. Regulariter cõfeſſio facta extra iudicium parte abſente non obligat. l. Certum §. ſi quis abſente. ff. De confeſſ. Inter partes autem de ſola debiti confeſſione etiã abſque reali numeratione, Inſtrumenta ſufficiunt inquit Bartolus) & in inſtrumẽtis hodiernis renũciatur exceptioni non numeratæ pecuniæ. In l. 1. Cod De dote caut. non num Qua de re legito à Nobis ſcripta ſuprà in Libell De communib Gallic. Conſuet. Præcept.

Lib. Cõſuetudinario Andium ſimul & Cenom. Lutetianis typis impreſſo, an. 1498. In Parte 16.

Decretum Curiæ, in 5. Camera Inqueſtarũ die 9. April. 1596 ad prouocationẽ à Sententia *du Lieutenãt de Saumur*, die 16. Febr. 1594. Dn. *du Reſſuge*, litis relatore.

eſſe vxori debet ſupremum hoc mariti iudicium. Ex dictatis. §. 289. Andeg. Conſ. Turpia necnon lucra manibus deponere tenetur hæres, ad defuncti manes purgandos & expiandos. Panor. in cap. vlt. De ſepult. Faber in §. pœnales Inſtitut. De perpet. & tempor. action. Benedict. in Cap. Raynutius In Verſ. Mortuo itaque teſtatore Num. 142. Quinetiam nuda æris alieni profeſſio, quæ abſente parte ab eo ſit edita, qui alienarum poſſeſſionum conſcientiam exoneratum velit, parem habet vim confeſſi æris debiti, ac ſi coram adſtante creditore, agnitum iſtud fuiſſet. Bald. ad l. generaliter Cod. De non numer. pecun. Angel. in l. Cùm quis decedens §. codicillis ff. De legat. 3. Barbat. in Repet. l. Cùm acutiſſimi Cod. De fideicom. Tiraquellus in. 117. Priuileg. Piarum cauſarum.

PRISCO vtique Andium, & Cenomanorum Ritu confuſo protrahebatur coniugalis bonorum Societas ad liberos, hac vernacula phraſi. *Si des marieZ ayans enfans le ſuruiuant ſe remarie, & meine ſes enfans & leurs biens auec eux, & y demeurent par an & iour, droict de Communité eſt acquis auſdits enfans : Et de leurs meubles & conqueſts faicts enſemble durant le temps de ladite Communité, les Mineurs qui ne ſont qu'vn chef, auront le tiers, & les deux marieZ chaſcun vn tiers, s'il plaiſt aux mineurs accepter Communité eulx venuZ à leur aage.* Aſt hæc ſocietatis continuatio abrogata eſt recentiori Andium Lege, publicitus ſancita ſeparatim, ann. 1508. §. 512. Nec aliter à Senatu Pariſien. iudicatum, quinto Iduum Aprilium ann. 1596. Sententiam comprobante Salmurenſis Andium proprætoris, dictam. 14. Kalend. Martias ann. 1594. ſecundùm Franciſcum *Caſlot*: aduerſus Renat. Berardum, Franciſci *Haye* vitricum, qui Pro ſocio actione eiuſmodi ſummotus fuit. Cenomani planè noſtris finitimi prorogationem retinuêre connubialis rerum conſortij. Articul. 506. nouatæ ſuæ Conſuetudin. ann. 1508. Sed longiùs producta iſthæc opum communio fauore minorum annis liberorum, procedit in alterutrum duntaxat parentum ſuperſtitem Cenomanum, qui ſolennem communium fortunarum deſcriptionem neglexerit poſt diremptas morte nuptias: non autem in vitricum aut nouercam, qui illorum matri patrivè ſuperuixerint, eius licet obitu, parem in culpam inciderint neglecti Repertorij bonorũ. Cùm enim qui admittitur ſocius, ei vni ſocius maneat qui admiſit, nec ſocij mei ſocius, meus ſocius credatur Vlpiano, conſtat, nullum vnquam liberis interceſſiſſe, cum vitrico aut nouerca, facultatum ſuarum conſortium: hi tametſi cum alterutro parente connubialem rerum communionem iniiſſent. l. qui admittitur Et l. ſeq. D. pro ſoc. In parentem dehinc liberorum tutorem nulla erat pupillis actio prodita, ad bonorum vel diuiſionem, vel Repertorium ſaltem prouocandum, peragendum. In nouercam verò, ſeu vitricum, extraneos, ſecus. Imò nec cum parente ſuperſtite continuatur liberorum ſocietas maiorum annis, qui rerum partitionem communium flagitare apud Iudicem valeant. d. §. 506. Aſt ſi plurium vnus ſuam in tutelam peruenerit, omniúmque bona, indiuiſim,

uiſim, cum parente, commixta perſtiterint. Tunc propter minores, ætate maior iuuabitur prorogata bonorum ſocietate, ceu indiuiduo quodam & promiſcuo cum illis iure. Ex Pauli ſententia, l. ſi communem fundum D. quemadm. ſeruit. amitt. l. 1. Cod. De diuerſ. Reſcr. Societatis rurſum continuationem præpedit mutua coniugum in ſuperſtitem donatio Mouentium ſe, rerúmque ſoli Quæſitarum: Niſi qui ſuperuixit alteri, nuptias repetierit. Quo caſu, Immobilium partorum vſusfructus donatus euaneſcit, Mobiliúmque proprietas in nudã tranſit poſſeſſionem fructuariam. §. 334. Cenom. 234. Pictonicæ Leg. Cum Imperatoria Conſtitut. Fœminæ Cod. De ſec. nupt. Atque adeo variis ſparſim Prouinciis ignota eſt etiamdùm, nec vſitata Societatis prorogatio cum hęredibus ſocij. Venetis modò Conſtitutionibus, ita de coniugum liberis cautum voluitur. FRATRES, MORTVO PATRE, REMANENT IN FRATERNA COMPAGNIA, QVANDIV DIVISI NON FVERINT. IDEM IN FILIIS FRATRVM INTER SE, VEL CVM PATRVIS. SORORES AVTEM INTER SE, ET CVM FRATRIBVS, NON SINT IN FRATERNA COMPAGNIA: SED FACIENT INTER SE SORORES, RATIONE EORVM TANTVM, QVÆ HABVERVNT A PATRE, VEL ALIO. Venetor. Statutor. Lib. 3. Cap. 4. Quinetiam Cenomani noſtri, Celtarum populi, qui Venetis proximam Longobardiam incoluere priſco ęuo, facilè dirimunt connubiale bonorum Conſortium, patrio Ritu protractum ad liberos alterius parentis hæredes. Nam ſubinde ac, qui ſuperfuit parens, communium rerum ſynopſin ac Repertorium confecerit, earum ilico ſocietas diſſoluitur. §. 506. Cenoman. Leg. Aſt ego quidem, forenſi, in Senatu, Oratione contendi pridem, ſola hac defunctoria bonorum Annotatione non diſtrahi Communionem apud Cenomanos: Niſi tria ſimul Actui ſolennia intercederent, Curator nempè idcirco liberis dari ſolitus ætate minoribus, æſtimatio mobilis rei cuiuſque, & Repertorij perfectio, probatióque iudiciaria, pro More pluſculorum Municipiorum. Aduerſario tamen, rarum inſolentémque Cenomanis vſum iſtum obtendente, cenſuit ORNATISS. CVRIA, maturius hoc de negotio deliberandum, quod identidem, ad exemplum traheretur. Decreto. 16. Kal. Apriles an. 1575. Quùm Chauuelinus, prouocantium à Suppræfecto Cenomaniæ cauſam egiſſet: Nos ediuersò, clientuli, qui iudicio obtinuerat.

In iure autem diuiſduo, priuilegium minoris fratris non prodeſt maiori l. 2. C. Si vn. ex plur. appell. l. vn. C. ſi in comm. ead. q. cauſ.

Cenomanorum Celticæ Galliæ, qui in Longobardia conſederunt, meminit Plinius. Hiſtor. lib. 3 cap. 19 Et lib. 4. ca. 18. poſt Liuiũ. Decade 5. lib. 1.

Appoincté au Conſeil in Parlamento, die 17. Mart. 1575. inter Ianã Fegeat viduam Petri Rouilleti, cum Renato Garnerio tutore liberorum, illis cõmunium, qui appellarãt à Seneſchalo Cenomaniæ. Et Petrũ Roilletum, filium prioris matrimonij d. Roilleti.

11. VENALI munere publico fungitur Augerius, tum ducit vxorem. Sublata hac è medio, litigatum eſt de communibus rebus diuidundis inter maritum ſuperſtitem, & coniugis ſucceſſores. Hi enim promercale Officium dicebant, quaſi mobile, in æſtimationem deducendum, venalis inſtar Militiæ, ac mediam pretij ſortem exolui ſibi debere. Maritus, contrà, tale Officium rebus ſoli adſcribi fructuariis, perinde ac vſumfructum, qui in parte fundi numeratus. l. ſi alij fundum. ff. De vſufr. leg. l. Cùm filius §. dominus. ff. De legat. 2. Eius quippe ſtipendiis Officij prædiarios reditus & fundos adſignari. Vnde pariter Reditus pigneratitios Immobili cuidã ſolemus accéſere. ca. 1. & 2. De empt.

& vendit. In Extrauag. commun. Penſiones ſimiliter, quæ ex *Camera* ſiue *Cauena* dantur, licet beneficij nomine concedere, velut immobiles. Cap.1.§.ſciendum In fi. De feudi cognit. In Feudis. Ac proinde ciuicus Mos Pariſiorum publica Munera retulit in rerum immobilium

§.95. Pariſien. Conſ. *Office venal eſt reputé immeuble, & aſuiet par hypotheque, quand il eſt ſaiſi ſur le debteur par auctorité de Iuſtice parauant reſignation admiſe & prouiſions faicte au profit d'un tiers, &c.*

ſeriem, in eáque perſecutorium hypothecæ ius ſanxit aduerſus quemlibet poſſeſſorem: modò talia officia priùs in debitorem prehenſa ſint, ac publicè poſſideri cœpta. §.95.350. & 351. Pariſien. Conſuetud. Cui ſuccinit Iuſtiniani Lex vlt. Cod. De pignor. Minùs ergo improbabile videatur, hancce virilem functionem, ceu immobile quoddam, ſociæ vxoris ſuperuentu in commune non redigi. Conſultius tamen eſt, nuptiali Pacto cauere, Officium, vti rem ſoli propriam, manſurum penes virum, eiúſque, ſi forſan vænierit ſtante connubio, pretium peculiare illi fore, nec coniugali rerum conſortio promiſcuè acceſſurum. Quid

* Doarium vxoris Conſuetudinarium.

autem de legitimo vxoris *Dotalitio*, quam Græci * Ἀντιφέρνας vocant? Huicnè Regium munus, tanquam immobile, erit obnoxium? Neutiquàm, dixeris prima fronte, quùm illud in hominis opera induſtriáque verſetur cùmprimis, ac vſusfructus ſpecie, cum vita extinguatur.

* dotalitij

Atqui Patria Inſtituta, quæ viduis mulieribus fundos iure * τῶν ἐπαβόλων attribuunt, propriè ſtrictéque intelliguntur de corporalibus Agris, qui certo ſtatóque reditu, perpetuo, ac hæreditario conſtant: non de re incorporali, temporaria, fructuaria, & Regium, ad nutum mutabili. Sed quia publica iſthæc Miniſteria diſtrahi ſolent, & in promercio habentur, quod permiſſu Principis fiat, nihil prohibet, quò minùs ea priuatim legentur, dentur pignori, vel *doarij* lege mulieribus oppignerentur. Pauli I.C. reſponſo in l. Cùm ſeruus §. vlt. In fi. π. De legat.1. Ac Æmilij Papiniani leg. ſi is qui bona §. Vſusfructus. π. De Pignor. Hoc

Art.95 Pariſien. Conſuet. Ibi, *parauant reſignation admiſe, & prouiſion faicte au profit d'un tiers.*

verò ita demum efficax rerúmque euentu ſtabile interpretamur, ſi vir Officio præditus, Diplomate impetrarit liberam ipſius ceſſionem in primum hæredem, ſeu quemuis alium in hoc Munus ſucceſſorem prima vice. Cæteroquin abſumpto morte vſufructu mariti qui Officium gerebat, immune iſtud redit ad Principem, nec vllo hypothecæ nexu obligatum. Argum. l. lex vectigali fundo π. De Pignor. & §.95. Pariſien. Conſ.

An mortua vxore ante cōtractam bonorū cum viro ſocietatem lapſu diei & anni, marito ius ſit, lethalis morbi impenſas ab vxoris hæredibus repetere.

INTRA annum celebrati matrimonij, vir ægram curauit vxorem 12 grandi ſumptu: quæ nihilo ſeciùs, irrita Æſculapij arte, ſupremum clauſit diem. Elato funere, maritus repoſcit à coniugis hæredibus diuturni morbi impendia, ex quo illa deceſſit, cum funebri ſumptu. Actorem eò impulit Andium Conſtitutio, quæ nullam inter coniuges bonorum communionem admittit, niſi priore Anno tranſacto. Vnde efficitur, vt quicquid ſinguli in matrimonium cótulerint, illud ſecum referant, eorúmve hæredes, alterutro infra Annum morte præuento.

Art.511. And. Conſ. ver. *Et ſi l'un deſd. conioincts va de vie à treſpas dedans l'an & iour, la femme ou ſes heritiers emporteront ce qu'elle y apporta, & non plus.*

§.511. Quibus conſequens eſſe maritus ait, vt in morbum funúſque coniugis expenſa vel ei refundantur, vel è bonis vxoriis, quæ hæredes vniuerſa Moribus repetunt, deducantur. Hæredes, ediuerſo, maritum quemq; vxori aliméta præſtare debere, ei medicina ſuccurrere, ac horú

nihil

nihil prętermittere, quæ maritum vxori adferre deceat, ſecundùm dotis quantitatem. Auctore Vlpiano in l. ſi cùm dotem §. ſin autem in ſęuiſſimo D. ſolut. matrim. Illi proinde annuum fundi dotalis reditum, quem percepit, ſufficere oportere. Quòd ſi maritus indotatam accepiſſet coniugem, tunc reputare nequit alimenta, aut medicamina, quæ iure pietatis tenetur vxori de ſuo patrimonio erogare. l. quod in vxorem Cod. De negot. geſt. l. quòd ſi nulla. ff. De relig. & ſumpt. fun. Accurſ. & Bart. in l. ſi ab hoſtibus D. ſolut. matrim. Ac ſingula quidem mariti erga vxorem officia perſcribit Gellius Lib. 1. cap. 17. Porro funebres impenſas defunctæ ſucceſſor agnoſcit, onus hæreditarium eſſe, nec marito ferendum. §. 238. And. Conſuet. Cui aptè cohæret Alexandri Imp. leg. 13. §. In funus Cod. De negot. geſt. l. In eum. l. Impenſa. ff. De relig. & ſumpt. funer.

§. 238. Femme ſort noble ou couſtumiere n'eſt tenue mettre aucune choſe en l'obſeque funeraille, & accompliſſement du teſtament de feu ſon mary, &c.

13. Distractvm eſt à marito coniugis latifundium, in finibus Pariſiorum, an. 1578. Biennio pòſt, noua Regionis Conſuetudine cautum fuit, venditi patrimonij æſtimationem alterius coniugum, præcipi ex aſſe toto bonorum vtriquè communium, quæ die ſoluti matrimonij habeantur, art. 232. Dein migrante è viuis vxore, itum eſt in Iudicium, quùm hęredes intenderent, vxorij fundi pretium repetere a marito ſibi licere. His verò ſic cõtranititur maritus, venditionis tempus intuendum, quo neuter coniunx fundi pretium in ſua iura reuocare poterat, qui alienationi rei ſuæ conſenſiſſet. Præterita autem negotia nouo Ciuitatis More, aut Lege non diiudicari. Quamuis enim connubialis bonorum ſocietas ad diem mortis vnius coniugum tractu quodam porrigeretur, haud ideo expleri deſiit ac perfici rei vxoriæ alienatio, priuſquam vetus Regionis Mos poſteriori abrogaretur. Vtut ſit, Patres C. quæſtionem conſilij eſſe pronuntiarunt: Gottofredo, & Buiſſone dicentibus, poſtridie Idus Apriles an. 1587. In Catalogo litium Præfecturæ Pariſien. Ego interim hæredum cauſam potiorem autumo, nec vendendi actum ſolum peractus ſit necne, diſpiciendum, præterquàm inter emptorem ac venditorem, ſed totum adeo Societatis ius tempúſque ſpectandum coniuges inter ipſos. Atque hinc fit, vt incidens in coniugale bonorum conſortium noua Lex Municipalis antiquę derogatoria, ſociis imperet coniugibus, eorumque communionem dirigat & moderetur, non auté vetuſta Prouinciæ Conſtitutio. Sicuti admonuimus ſ. Tit. proximo artic. 15. Nec alia ratione Senatus pridem decreuit, quæſtuum vſumfructum olim ab vxore marito donatum, qui, ea mortua, iam diu fruitus ſit, poſtulante filio, amitti ſecundo viri coniugio: quod paulò poſt nouam Turonum Legem talis vſusfructus commiſſoriam, iſte contraxerat. Areſto Pariſienſi lato profeſtis diebus Reſurgentis Domini, ſeu 6. Kalendas Apriles ann. 1584. Cui planè conſonũ tulit Ordo Ampliss. poſtridie Idus Apriles Eod. An. de Peronenſi Veromanduorum Ritu innouato, poſt maternam donationem in vnum collatam liberorum cum onere fructuarij modò quincuncis bonorum aliis tribuendi: Quem emendatus

Le Remploy des propres alienez au dit ... mariez doit eſtre repris ſur les biens de la Communauté.

Communitas bonorum inter coniuges habet tractum ſucceſſiuum ad morté.

Appointé au Conſeil en [illegible] *die 14. Apr. 1587.* [illegible] *de Paris* De quo Nos lib. 2 [illegible] Mor. Tit. 1 art. 13. Accuperrime accepi, inter alios Iudicatũ à Curia, vtriuſuis cõiugis hæredia alienata, ante reformatam Conſuet. Pariſior. an. 1580. minime repenſanda eſſe. poſtea autem diſtracta, ſubijci *au remploy des propres alienez*, iuxta d. Conſuet nouam. Sed tale Areſtũ Curiæ nondum legi.

Areſtum Parlamenti ſub feſtum Paſchæ die 27. Mart. 1584. à Præſide Briſſonio recitatum. de nouz Turonum Conſ. vi retroactiua, art. 236. 245. & 319.

Decretum Curiæ die 14. April. 1584 inter Carolum *de Sommigny ſieur de la Roche-bouſſeau, & ſa femme Marie Fouraiteau repreſentant Iacqueline de Laual ſa mere, & Iacques de Laual frere de ladite*

dehinc hæreditarium ſanxerit Mos ipſe Municipalis. In Andibus porrò, ac Cenomania, haud diſtrictè tenetur maritus vxoris predium ab vtroque venundatum, alio æquali penſare (ſalua exceptione ſingulari §.336. Andegauæ, & 348. Cenom. Leg.) Vt S.C. Pariſien. deciſum fuit Poſtridie Iduum Iuniarum Anno ſeſquimilleſ. 97. quod Sententiam infirmauit Cenomani proprætoris, dictam an. 1595. Dn. Chartone litem explanante in quinta Curiæ Inquiſitionum Claſſe, inter coniugum hæredes, *de Briſebarre, & Coulon*. Quàm in rem compluſcula Nos, Volum. 2. Pariſien. Leg.

MOROSA quædam mulier leuiuſculè diuortit à viro, & larem familiámque reliquit trienni ſpatio: rogata, peruicaciùs reditum detrectauit. Tanto elapſo tempore, vir mœrore perculſus interiit. Illa poſtulat communium bonorum partitionem Arbitrio pro ſocio, cum lucris connubialibus, quæ dotali Chartula in ſtipulatum deduxerat. Hæres, contrà, decertat, mulieres nuptiarum vinculo indiuiduam vitæ cum viris conſuetudinem retinere debere: A viris abſcedentes, quæque iis debita officia non prȩſtent, damno dotis, communiúmque bonorum afficiendas. Accurſ. Bart. & P. Caſtrenſis ad l. Si ab hoſtibus §. ſi vir vxorem D. ſolut. matrim. Bald. in Authent. Dos data Cod. De donat. propt. nupt. Quinimò maritis ius eſt in vagas vxores iniiciendæ manus, vt ab iis fugientes propria auctoritate capiant, detineant. Gloz. in Cap. 1. De coniug. leproſ. Bald. & Caſtrenſ. ad l. 1. Cod. Vbi quis de curi. vel cohort. Imol. & Alexand. in l. Miles §. qui iudicati ꝟ. De re iudic. Quod & priſca Græcorum Politia vſurpatum, indicat Hermiones Ouidianæ ad Oreſten maritum epiſtolare carmen. 14

Aut, tua cura mei ſi te pia tangit, Oreſte,
Iniice non timidas in tua iura manus.

Ex maritali quoque imperio videtur manare, quòd vxor tenetur ſectari maritum, qui ex cauſa aliò proficiſcatur. Glo. in Can. vnaquæque 13. Quæſtione. 2. Et in Can. ſi quis in neceſſitate. 34. Quæſt. 2. Hoſtienſ. in Cap. 1. Qui matrim. accuſ. poſſ. Alberic. in l. Obſeruare §. proficiſci. ꝟ. De offic. Proconſ. & leg. Celebratur etiam vetus Theogenis verbum, quæ vxor fuit Regis Agathoclis, Seſe nubendo, non proſperæ tantùm, ſed & aduerſæ fortunæ ſocietatem iniiſſe: Quaſi data ſit in hoc vxor, vt ſuo conſortio ſolitudinis tædium à viro depelleret, ac vtrámque fortunam redderet vel gratiorem, vel tolerabiliorem. Quocirca Armoricæ gentis more ac Inſtituto, vidua mulctatur donatione propter nuptias ſeu *dotalitio*, quæcunque à viro diſceſſerit, nec cum eo moretur, verſetúrque continuò, fatali præſertim hora mariti, articul. 451. Britonicæ Leg. Nec diuerſum Normanis vſitatum, prodit Neuſtriæ Mos patrius, articul. 361. Quò pariter alludit Pauli I. C. reſponſum l. Ea quæ In Ver. ſi inuito te diſceſſero de domo tua ꝟ. De donat. int. vir. Neque rurſus ante mortem diuertenti legata à viro debentur, neque competit Prætoria bonorum poſſeſſio. VNDE VIR ET VXOR. l. 3. ꝟ. De aur. & arg. leg. l. vn. §. vt autem D. Vnde vir & vxor.

Cum

Iacqueline. Par lequel Arreſt, ores que Marie de Buſſon mere dud. Iacques luy auroit donné ſes terres d'Ancrebellemer & de Buſſu l'an 1562. à la charge d'vn Quint viagier aux autres puiſnez, toutesfois elle morte l'an 1572. apres la reformation de la Couſtu. de Peronne, de l'an 567. a eſté iugé que ledit donataire payeroit le Quint hereditaI, ou la partion legitime aud. de Saunigny, au lieu du Quint viagier duquel il auoit eſté chargé par fond. don. relatione facta ad Conſuetudinē locorum tunc vigentē, necdū reformatā.

Curiæ Areſtum in 5. Camera Inqueſtarum die 14 Iunij 1.97. Cui cōſimile refertur noſtro lib. 2. Pariſ. Mor. Tit. 1. art. 13.

De priuatione communionis bonorum in vxores viros ſuos deſerentes.

Si rixoſa mulier à Iudice poſtulet, ſeorſū à viro habitare ſibi licere, Senatus ex cauſa dat marito optionem, ſecedente ab eo vxore, vt maneat bonorum communitas: vel ſeparatio fiat, cū alimentaria penſione coniugi tū adſignanda. Areſto die 1·. Maij ann. 1597. Dn. *Durant* relatore in 3. Camera Inqueſtarum *Sur l'appel du Lieuten. d'Angiers entre Ioh. Bodin, & Frāc. Fardeau ſa femme.* Ex Authē. Si pater Cod. Diuort fac. apud quē lib. Et l. ſi conuenerit in fi. D. pro ſoc.

Græciæ Lex & Inſtitutum vetus.

De maritali in vxorem imperio.

Mariti ſenectus, infirmitaſvè corporis, qua minus idoneè vacet communibus bonis, non præbet iuſtā bonorum ſeparationis cauſā vxori, quæ adſiſtere potius illi ac ſuccurrere debuerit. Secus de mala viri adminiſtratione, ex infirmitate animi, aliundeve procedēte l. ſenectus C. De donat. l. ſeniū C. qui teſtam. fac. l. ſi cum dotem § ſin autem D. ſolut. matrim.

Cum Andegaui Moris art. 314. Simile itidem Ius de vxoria bonorum communione ſtatuendum. Quæ enim corporeo vitæ conſortio renunciarit honeſtiori, ea multò magis accedentem huic fortunarum ſocietatem creditur repudiaſſe. Hæc autem ſic accepta velim, modò coniunx de vxoriis moribus & fuga queſtus ſit, mulierémque ſedulò curarit domum reuocandam. Alioquin mariti hæres morum coërcitionem non habet vxoris, nec de iis quærelam mouens auditur poſt continuum viri iam mortui ſilentium. Pauli I.C. ſententia in l.15.§.heredi mariti D. ſolut. matrim. Speculat. in Tit. De dote poſt diuort. reſtit. §.1. verſ. quid ſi mulier agit. Boërius copioſè in Deciſ. Burdigalen. 338. An impudica vidua, hærede expoſtulante, mulctetur dote & donatione propter nuptias. Eò autem propenſius Andegauę mulieres moueri debent ad ſeruandam cum viris coniunctionem vitę indiuiduam, quò vberiùs ſuperſtitum ipſarum commodis patria Lege proſpectum ſit, tum Dotalitio, tum vſufructu omnium in commune quæſitorum. §. 283. Hinc ſolùm demitur Caſtellaria Ditio Vindocinenſis, apud Andes, intra quam, res ſoli in coniugio partę, diſtracto matrimonio, diuiduntur actutùm: nulla fructuaria dimidiæ partis poſſeſſione ei recepta, qui alteri ſuperuixerit, artic. 288. præd. Conſ. In reliqua porrò Vindocinenſis Ducatus regione, Ius commune patrium cuſtoditur. Diſtinctam enim Caſtellanię, & Ducatus eiuſce rationem conditionémque arguunt art. 156. & 231. Andeg. Morum: qui de Vindocinenſi Comitatu (nunc Ducatu) diſertè ſtatuerunt, nedùm de Caſtellaria ipſius Dynaſtia. Illud planè Quæſtuum ſoli ius fructuarium, quod ſemel cóiugum ſuperſtiti, extante prole, delatum eſt, non amittitur pręmaturo liberorum fato poſteriore: etſi hoc ipſo ceſſarit onus vſuifructui nexum educationis illorum intra minorem ætatem. l. Cùm vxori Cod. Quan. dies leg. ced. l. 1. Cod. de legat. l. illis libertis. ff. De condit. & demonſtr. In Andibus præſertim, inefficax moueretur parenti vſusfructus cótrouerſia ab agnato liberorum hærede proprietario. His quippe genitor vteruis in aſſem bonorum ſuccedit, mobilium, iuſto dominio: immobilium, vſu ac poſſeſſione temporaria, perſonali. §. 270. Andeg. Leg. Ideóque parentis tantùm ſuperſtitis obitu finitur vſusfructus, de quo quæritur. l. ſicut §. morte D. Quib. mod. vſusfr. amitt. l. in ſingulos annos ff. De ann. legat. l. ſi quis vſumfructum. ff. De vſufr. leg. Quare nec præmortui filij, transuerſa linea, hæres propitiis auribus audietur, ſi ab illius parente communium diuiſionem fundorum præfractè exigat: niſi ſalua manente vſusfructus cauſa. Ex leg. Is, qui fundum. ff. De vſufr. leg.

In hoc Iuris problemate Nos ſuperius lib. 2. Tit. penul. art. 2. cũ Marginali Annotat.

Chaſtellenie de Vendoſme, en Anion.

Vtpotè à *Montoire, Lauardin, Sauigny ſur Braye, & autres ſeigneuries mouuantes en fief du Chaſteau de Vendoſme, & du Bailliage de Vendoſmou.*

Vindocinenſium Comitum antiquitatem voluere eſt ſuprà lib. 1. cap. 65. art. 10. Et Lib. 3. Doman. Franc. Tit. 6. art. 13. Sed Vindocini etiam Comes Azincuriano prælio captus fuit ab Angelis, an. 1415 Monſtreleti lib. 1. Hiſt. ca. 149.

15. SABINA, extincto coniuge, partem ſuppreſſit Mouentium, cum liberis communium, partem in Repertorio deſcripſit ac recognouit. Hoc peracto, alterum virum ſortitur mercatorem, qui, dextro Mercurio, rem familiarem valde amplificauit. Mulieris defunctæ liberi illi à vitrico petunt iure ſuo trientem quæſtuum materni ſecundi connubij. Aiunt enim, ideo protractam fuiſſe prioris coniugij rerum

Si ſuperſtes coniugũ: liberis extãtibus, non fecerit bonorũ communium inuẽtarium, continuatur tacitè illa communio, ſi liberi velint, ex Conſuetudine multorum Galliæ municipio.

rum. Et ita ſi ille ſuperſtes ſecundas nuptias cõtraxerit. tres cenſentur bonorum ſocij, nempè duo cõiuges, & liberi primi matrimonij.

communionem in ſecundum, quia ipſorum mater Repertorium non feciſſet, integrum ſaltem, nec ex rerum fide probè teſtatum. Argum. l. vlt. §. licentia Cod. De iur. delib. l. quoties. D. Qui ſatiſd. cogant. Ad ea autem vitricus, coniugalis quidem ſocietatis continuationem Moribus induci ob non factum bonorum ſynopſin, vel ſolenni ritu apud Acta minimè perfectam, & abſolutam. Sed non eò minus confectum dici *Inuentarium*, quòd aliquid in eo prætermiſſum, aut celatum etiam, ac ſurreptum ſit. Quamuis enim rerum amotarum nomine locus fiat priuationi, non tamen prorogationi communionis bonorum, quæ, ſemel edita ſolennibus formulis rerum teſtatione ac deſcriptione, finem acceperit. l. Reſcriptum ff. De his quæ vt indig. hæred. aufer. Præterea æquitatis rationi non congruit alienum dolum furtiuámque rerum expilationem verti in alterius pœnam inſontis, qui cum doli auctore necdum ſocietatem bonorum coiiſſet. Atque ita cum vitrico ſentimus. Enimverò ne tali rerum communicationi fraus aliqua ſtruatur, expedit imprimis, communia inſtrumenta tutò adſeruari, ne clanculum ſuppilentur, interuertantur. De harum certè cuſtodia tabularum orta contentio eſt inter viduam mulierem, ac mariti hæredes pluſculos. Intendit illa, cautiones fundorum apud ſe manere debere, quæ & maiorem illorum partem ſibi vindicet, & maior ætate iuniores hæredes ab ea excludat cuſtodia. Caij I. C. reſponſo in l. 5. D. famil. herciſc. Ibi, qui maiore ex parte hæres ſit. Cum Vlpiani leg. vlt. ff. De fid. inſtrum. Huic verò obiiciunt hæredes tritum Iuris Ciuilis dogma, ſi de tabulis deponendis agatur, & dubitetur, eaſnè deponi oporteat, marem fœminæ, & amplioris honoris virum inferiori anteferendum. cit. l. vlt. Hæredibus itaque maſculis, & in maſculi vicem ſuccedentibus mandandam putes inſtrumentorum tutelam atque cuſtodiam. Sed cuiuſque rationibus exactè perpenſis, conſultius videtur, communia inſtrumenta deponi apud communem amicum, aut virum alium idoneum, ſeu apud Acta: vt cum opus fuerit, proferantur in lucem, exhibeantur. Iuxta Priſci Iaboleni leg. vlt. ff. De tabul. exhib. l. ſi quæ cautiones D. famil. herciſc. Hoc autem primum ac ſummum eſt, poſt diremptas morte nuptias, vt coniugum Tabulæ communes in teſtatum redigantur, publicámque Notitiam. Ex tali enim Repertorio vidua mulier, haud alligatur coniugalibus debitis ſupra vires communium fortunarum, quibus in *Inuentarium* relatis prudens ſe miſcuerit. At non ideo repoſcet ipſa dotales nummos, debitorum ſuorum nomina, ſeu qua alia Mouentia in domum viri intulerit: Vtpote quæ dotalibus Pactis ſibi non recepiſſet, cauiſſetvè, ſoluto matrimonio, reſtituiri. Tunc enim mobilia iura ſemel confuſa inter communes vtrique facultates, velutíque extincta, denuò non conualeſcunt. l. qui res §. aream ff. De ſolut. Nec in perpetuum ſublata obligatio reſtitui poteſt. l. ſi pro patre §. idem quærit D. Pro ſoc. l. ſi vnus §. pactus ff. De Pact. Diuerſa porrò cauſa eſt hæredis ex Repertorio, qui non ſolùm

Senior iuniori præfertur in cuſtodia inſtrumentorum communium.

Vidua, bonorum ſocia ex Inuẽtario. non vtitur eodem priuilegio, quo, hæres cũ Inuentario. nec repetit dotem ſuam nummariam, quæque alia Mobilia in Communionem marito attulerit. tametſi integra ipſa non recipiat ſequenti communium bonorum partitione.

ſolùm ære alieno eximitur bonis ampliore hæreditariis, ſed in eadem quoque hęc priuatum ius ſuum actionéſque retinet, exterorum inſtar creditorum. Iuſtinianeo, Principúmque noſtrorum beneficio in Gallicis Municipiis, quæ Moribus ſcriptis vtuntur. Leg. vlt. Cod. De iur. delib. Cú Nouella Conſtitut. De hæredib. & Falcid. Mitiùs enim agitur cum Lege, quàm cum homine connubialem ſocietatem contrahente. l. Celſus ff. De recept. qui arbitr. recep.

16. NORMANVS eques Turonicam coniugem accepit, & cum ea legem pactæ bonorum ſocietatis pro Moribus Turonicis. Intra bimeſtre maritus occubuit, relicto fratre hęrede: cui vidua negotium faceſſit de vniuerſitate Mouétium, ſuperſtiti cọniugi, Turonum Lege, attributa. §. 247. Hæres verò, contrà, allegauit, mortui domicilium in Neuſtria ſua fuiſſe, cuius Moré domicilij res mobiles, vxórque adeo cum domeſtica ſupellectile, cóſectentur. l. Cùm quædá ff. De iuriſd. omn. iud. Leg. Ea quæ deſpóſa eſt, D. Ad Municipal. Atqui Normanica Conſuetudine tantùm ab eſt, vt mouentia cuncta lucrifiant à vidua muliere, vt nec ea quidé in bonorum cum marito ſocietatem adſciſcatur. Petitricem igitur rerum mobilium ſemiſſe cótentam eſſe debere ex Pacto illo Neuſtriæ Morum derogatorio, non autem totum auferre ex patriis Turonum Cóſtitutionibus Nec enim duas cauſas lucratiuas, aut ſingularia duo iura ſimul miſceri fas eſſe: Vt à Nobis toties ſuprà demonſtratú eſt. Ad ea autem replicat, vidua expreſſam illá ſocietatis cóuentionem, tacitum quoque Mobilium lucrum includere, quod ſociorum cóiugum ſuperſtiti lege deferatur. Partibus auditis, Senatus céſuit ampliùs deliberandum, addixítque interim mobilium partem dimidiá viduæ mulieri. Vindiciario Decreto in publica Fori concertatione 16. Kalend. Februar. an. 1585. Chauuelino, pro appellante vidua: Et Roberto, pro hærede I. Quinceo dicentibus. At ſemianno pòſt, actrix obtinuit ſupremo Curiæ Iudicio, Mouétiáque ei adiudicata omnia, cum oneribus Turonum lege præſcriptis. Pridie Nonas Quintiles an. 1585. Optimè hercle, quùm *Statutarium* illud ſuperſtitis coniugis lucrum pendeat ab ancipiti & dubio fatorum euentu, cum mutua ac reciproca cóiugum ſpe, quæ ab hoc genere emolumenti inuidiam omnem amolitur. Argum. l. ſi pater puellæ Cod. De inoff. teſtam. l. De fideicommiſſo Cod. De Tranſact. Mobilium item cómodùm proximè coniunctum habet illa bonorum communicatio viri & vxoris, quam non modò coniuges ex Turonum Ritu ſtipulati erant, ſed variæ etiá Gallorum Prouinciæ, velut indigenam Legé, amplexę ſunt. Quinimò de tali fortunarú ſocietate ectat Ripuaria Lex iſthæc, VIDVA TERTIAM PARTEM DE OMNI RE, QVAM SIMVL CONLABORAVERVNT, SIBI STVDEAT EVINDICARE, VEL QVICQVID EI IN MORGANGHEBA TRADITVM FVERAT. Tit. DE DOTIS MVLIERVM. Vberiùs adhuc Saxonum Lege mulieri proſpectum eſt, hoc verborum contextu. DE EO, QVOD VIR ET MVLIER SIMVL CONQVISIERINT, MVLIER MEDIAM PORTIONEM ACCIPIAT. Legis

Turonē. Conſuet §. 247. Nobiliū coniugū ſuperſtes Mobilia omnia ſua facit, cum onere mobilium debitorum ſoluendorum, funerarij ſumptus, legatorum teſtamenti, &c.

Nouata autem Normanica Lege an. 1583. & Aulico decreto omologata die. 14. Octob. 1585. Vidua ſine prole, ſemiſſem habet Mobilium: cū prole, trientem. Art. 377.

Appoincté au Conſeil. die. 17. Ianuar. an. 1585 deciſum poſteriori Curiæ Arreſto vltimo die. 6. Iulij an. 1585. *Entre Damoyſelle Marguerite Forget veufue du ſieur de Quince, appellante d'vne Sentence arbitrale, Et le frere du deffunct intimé.*

Liber Legis Salicæ, Alemanorum. Saxonum, Angliorū Thuringorum. Burgundionum. Francorum. Ripuariorū. Boioariorum, Vveſtphalorum, Vverinorum, Friſionum. Langobardorum, Theutonum.

Saxon Ius hoc intellige ſecundum diſtinctionem noſtram Lib. 1. Pariſ. Leg. Tit. 1. art. 2.

Saxonum Tit. 8. DE ACQVISITIS. Ex Lib. Legis Salicæ, Alemannorú, Saxonum, &c.

Arrerages de Rentes conſtituées auparauant le mariage, entrent en communauté de biens d'entre mary & femme.

§. 111. Patriæ Cõſuet. Ibi, *Et arrerages de rentes.* Niſi aliud inter eos conuentum ſit. Ibidem Verſ. *S'il n'y a paction, ou conuenance entre eux au contraire.*

INTER onera coniugibus ſociis communia, cenſentur reliquiæ 17.
nummarij Vectigalis annui, quod illorum alter debuerit ante initum matrimonium. (artic. 511. Andeg. Leg.) Nam reditus huiuſce reliqua, quæ manente connubio ceſſerint, de communi penſitantur: Dempto ſi nuptialibus tabulis actum ſit nominatim, ne alter alterius æs alienú qualecunq; priùs conflatú eſſet, exolueret. Tunc enim inanis & inefficax foret cõuentio, niſi ad excurrẽtes ſimul pẽſiones hypothecarij Reditus porrigeretur: Quùm hic alioquin ab vno cõiugú ante nuptias cõſtitutus, non pertineat ad alterú, nec oneret ſocietaté. Itaque ſi pigneratitius creditor, reliquorú nomine, vſus ſit ſuo iure in promiſcua bona viri & vxoris, æquú eſt, hoc incõmodi ab alterutro ſarciri, qui ſolus annuo Vectigali ante cõiugium obſtringeretur. Sed quæſtionis fuit, an cum futura coniuge, quæ ex anteriori thoro liberos ſuſtulerit, paciſci liceat, ne illa, niſi ſenam communium rerum partem ferat. Ná à liberis poſtea matris hęredibus ſuggeretur, eá ipſam re lauta fuiſſe ac ſplendida, & amplas opes in nouum matrimonium intuliſſe, quæ æquas ſaltem cõiugalis ſocietatis partes promererentur. Eandem igitur, cui Legibus interdicta fuerit in ſecúdum virum largitio fauore liberorú prioris matrimonij, nec donationis gratia coire inæqualem bonorú ſocietatem potuiſſe. Atque, vt verbo abſoluá, ius eſt in cauſa poſitú, meráque facti diſceptatione, mulier necne locuples, maritus verò pauper ſtipulatus ſit tale bonorum cõſortium. Ná hoc caſu donationis ergo contractum non valet. l. ſocietates. §. donationis D. Pro ſoc. l. Cùm hic ſtatus eſſet. §. ſi inter virum. ff. De donat. int. vir. Ac vniuerſim partium ſocietatis modus redigitur ad boni viri arbitrium, vt quiſquis plus operæ, vel pecuniæ in ſocietatem conferat, plus etiam referat. l. ſi ſocietatem mecum coieris D. Pro ſoc.

Gallicum Principis Edictum in ſecundo nubentes an. 1559. conforme Iuri communi, ne ſuperſtes coniunx plus donet nouo coniugi, quàm vni ex liberis primi matrimonij, néve ex lucris primi matrimoni quicquam ſecundo coniugi largiatur. l. Hac edictali l. fœminæ Cod. De ſec. nupt.

FRAVS etiam interdum adhibetur non communioni quidem, ſed 18.
cõmunium facultatum repudiationi. Qua in re ſequar Vlpiani diſtinctionem. Prætoriú edictú interpretantis. Sicuti enim ſuus hæres, qui aliquid ex hæreditate amouerit, ea abſtinẽdi beneficium non habet: ſin autẽ antè ſe abſtinuerit, deinde amouerit, furti potius alligatur creditoribus, quàm pro hęrede geſſiſſe videatur. l. ſi ſeruum. §. prætor ait. ff. De acquir. hæred. Ita vidua mulier, quæ bona cõmunia ſurripuerit, mox cõmunioni renunciarit, mulctatur renunciationis beneficio, & táquam ſocia, cunctis ſocietatis oneribus implicatur: Secus de ea, quę prius bona repudiarit, quá expilaret. Vt *Parlamentariꝰ* Curia olim maturè definijt ſecundùm Flamingum *de Creuecueur* fratré defuncti hæredem, aduerſus Ianam Cortenaycam, quæ Draconis *de Creuecueur* vidua erat. Decreto Pariſienſi an. 1387. quod Ioh. Gallus recẽſuit Quæſt. 131. Verſ. *Et fuit ratio, vt credo, quia ante eius renunciationem bona cœperat, & celauerat.* In Stylo Parlaméti, Areſtor. Parte. 5. Nec, variante temporum ſerie, variatum eſt Senatus de tali renũciatione iudicium, ſed planè ſimiliter

Vetus Areſtum Curiæ, quo vidua celãs bona communia, perdit beneficium renunciandi ſocietati, ſed nõ ſocietatem etiam in celatis. Tamen quoad res celatas, aliud puto hodie obſeruari. Vt Molineus notat in d. Quæſt. 131. Ioh. Galli.

militer latum à quinta illius Ordinis Decuria, ſexto Calend. Februar. an. 1582. in comprobanda Victriacenſis Iuridici Sententia, dicta. 11. Calend. Maias an. 1580. Iohanne *Leueſque*, cum Margareta *Valee*, qui ab ea Sententia prouocarát: Et Claudio Morello, Carolo Geruaſio aliiſque, ex aduerſo, litigatoribus.

Iudicium Curiæ die 27. Januar an. 1582. in quinta Camera Inqueſtarum, *ſur l'appel de la Sentence du Bailly de Victry du 21. Apuril. 1580.*

19. HÆREDEM mulierem, & cum ea maritum aggrediuntur creditores hæreditarij: Quibus ne hic ſuo periculo reſpondeat, profitetur ſe coniugi auctorem non eſſe, hæreditatem adeunti. Et hac voluntatis profeſſione edita, maritus ſe eximit, ſuáſque res cõnubialis ſocietatis. Ex ratione Celſi I.C. l. qui in aliena §. vlt. ✱. De acquir. hęred. Cum Armorici Moris artic. 449. Hinc etiam abnuente prorſus auctoritatem viro rei vxoriæ alienationi, quam neceſſaria eius rei onera vrgerét, auſpicem ſe præbuit rex Carolus. 5. permiſitque Ruſſiacæ Comiti heroinæ, ea de cauſa Ditionem ſuam quãdam venundare, nequicquàm reclamáte Ludouico Namurcenſi, marito. Codicillis pridie Idus Quintiles an. 1380. qui extant in ſolenni Andegauorum Ducum Chartario, apud Præfecturam regiarũ Lutetiæ Rationum. Si tamen vir vxori delatæ hęreditati ſe immiſcuerit, vel hæreditario eiuſdẽ iure acceperit ingentem æris ſummam, quæ communes amborum cẽſus fortunáſque amplificarit, cogitur vxoriis id genus negotiis auctoritatẽ interponere, atque adeo oneribus defungi hæreditariis. Neque enim ſanctio iuſtior vlla eſt, quàm eum, qui hęreditarij lucri acceſſione rem ſuam adaugeat, damna ſimul perferre, & quem ſequuntur commoda, ad ipſum incommoda redundare. l. Cùm duobus §. 2. l. ſocium qui in eo §. ſocius D. Pro ſoc. Eumque in ſenſum citari audio Pariſienſe Areſtum *du Viconte d'Orbec*. Pereque regij Apparitoris obitu, qui in exequendo Officio nefariè cęſus ſit, vidua mulier vt eo perfruitur Officio, quaſi viui mariti, ita ſubijcitur hypothecariæ in illud Formulæ creditorum: Etſi aliter in mediis Bellorum ciuilſum fluctibus iudicatum Lutetiæ, notarim alio loco. Regulariter quidem publici miniſtri Officium & morte liberũ ſolutúmque reuertitur ad Principem, & ſingulari huius Diplomate, ad viduá, ac liberos Principis donatarios: Excepto creditore, qui in venalis Muneris emptionem diſertè mutuaſſet pecunias, ſaluámque totius pignoris cauſam, ac Regiæ liberalitatis feciſſet. Decreto. 4. Idus Quintiles an. 1582. ex lite vltro citróque agitata à Lebello & Valla partiũ cauſidicis. Cum Iuſtinianea lege vlt. Cod. De Pignor. Et Nouella. 136. De Argentar. Cõtractib. Cap. 2. Aſt longè diuerſa ratio eius eſt publici Miniſterij, quod perpetuo Edicto (nedùm Reſcripto peculiari) ſeruetur viduæ ac liberis eius, qui in obeunda publici Muneris functione interfectus ſit. Quùm enim Regia Lex effingat, eum qui vi maiore nec ſuo fato interierit. Reipub. ergo, viuere adhuc & ſpirare, eáque de cauſa. Viatorium ipſius munus familiæ relinquatur, par eſt etiam, pigneratitia creditorum iura inconcuſſa permanere. Quemadmodum & Romanæ Leges aſſimulant, ſtatum alicuius non mutatũ, putà qui bello captus domũ reuertatur, eũ ſemper in Ciuitate exti-

Proteſtatio præcedens, actui ſequenti contraria facit, vt ſubſequens actus nihil operetur.

Regiæ Literæ auctorizationis die 14. Iulij. 1380. *de la Comteſſe de Roucy au reffus de Loys de Namur ſon mary*, patrimonium ſuũ diſtrahendi in caſum neceſſitatis. Inde ea Lodoico Andium Duci vendidit Caſtellaniam *de Rochefort, tenue du Comte de Monfort*, pretio 15. millium francorum auri. Ex Inuentario Titulorum *de la Chãbre d'Anieu, en la Chãbre des Comptes.*

Francici. 2. Regis Edictum an. 1559. viduæ & liberis reſeruans Officia publica *de ſergens, huyſſiers, & archers occis en exerçãt leurs eſtatz.*

Lib. 1. Pariſ. Leg. Tit. 1. art. 35.

Areſtum Curiæ Pariſien die. 12. Iulij an. 1582. *donné en plaidoyerie*, pro vidua & liberis Officiarij, qui habebánt ius à Rege Officium illis donãte non à defuncto multis creditoribus obærato.

tiſſe,aut qui ſeruus mortuus ſit liberum vita fúctum.l.Retro l.In omnibus.ꝑ.De captiu.

Conductio ad modicum tempus.an reputetur,quid mobile an immobile.

S i quis in nouennium ædes conduxerit certa mercede, tùm nuptias 20
inierit,quæ biennio poſt,eius morte dirimantur,ſciſcitandum , vidua necne cogatur ſtare in poſterum conductioni à marito contractæ, & cum ipſius hęredibus,habitationis mercedem appẽdere locatori.Hæredum quidem cauſæ opitulatur conſtans Francicorum Tribunalium regula , conductionem prædiorum inter mobilia iura computari , & quaſi mobile quidpiam,non eò reſcindi,quod re ipſa læſum ſe aliquis grauiſſimè,ac circumſcriptum obtenderit.Ex Maſuer.in § Item pro re mobili Tit.De empt.& vendit.Tametſi diuerſum placuerit Baldo ad l.2.Cod.De reſcind.vẽdit.& Bartolo in l.item ſi pretio §.vlt.D.locati.

Ob læſionem enormẽ locatio ad modicum tempus non retractatur : Quaſi Mobile quoddam. Parte.1.Styli Parlamenti.Cap.19.

At verò viduæ mulieri probabilior ſuffragatur ratio fundorum cóductionem ad fructus pẽdentes referri:qui,portionis inſtar fundi,ac immobiles habẽtur Iure Ciuili.Inde & colonum,qui fundo deiectus ſit, Interdicto Vndeui experiri poſſe.Sicuti Vlpius Marcellus cẽſuit in l. Colonus Et Papinianus in l.Cú fundú ꝑ.De vi & vi arm. Quippe qui fructuariam poſſeſſioné retineat pro tempore,& cui vſusfructus cópetit,naturaliter poſſiderevideatur.l.Naturaliter.ꝑ.De acquir.poſſeſſ.

Pro mobili reſcindens,& reciſſorium remedium nõ datur maiori annis.

Eapropter vidua certè,penſionum reliqua conductæ domus,quę manẽte coniugio ceſſerint,debet ex æquo cum defuncti hæredibus, iure connubialis ſocietatis,tanquam reliquias nummarij Reditus annui à marito olim cóſtituti. At pro reſiduo tempore,quod nuptiarum ſolutionem ſequitur,inuita mulier conductionis lege nihilò magis tenetur,quàm obligatione hypothecarij Reditus à cóiuge debiti ante initum matrimonium.

Arreragia Rentæ cõſtitutæ ante matrimonium, debentur ab vtroque coniuge, ſed poſt finitum matrimonium cedentia debentur tantùm à conſtituente,& primitùs obligato.

Enimverò ſi cóductitias ædes incolat vidua coniux,quêis liberè frui prohibeatur ab nocturnis Spectrorum oſtẽtis ac terrifico obiectu ſtupendarú Imaginum,Quæritur, reſciſſionem necne conductionis poſtulans ipſa audiatur. De eo habita à Me oratio eſt iamdudùm apud PATRES CONSCRIPTOS: in qua foro vtens , diſſerui pro locatore,talem reſciſſoriæ Actionis cauſam,in Iudiciis non videri admittendam.Eius adeo forẽſis diſceptationis ſummam retulimus in ECCLESIAST.POLITIA , ſine præiudicio potioris ſententiæ, ſubiectaque ibidem animi noſtri conteſtatione, ſuſceptum à Nobis clientuli patrociniú,ſacris Theoſophõn dogmatis,(à quibus vel tantillum abſcedere nolimus,nil obfuturum.

Auctoris oratio.in Senatu Pariſien.

Lib.3.Sacræ Polit. Tit.7.art.9.10.11.12.

Ac poſtmodùm vtique, ſuprema alia Galliæ Tribunalia,probarunt querulum inquilini libellum ædes terris Spiritibus vexari identidem expoſtulantis. Aquitanico enim Senatui placuit, proborum fide teſtium inquiri de Spectrorú occurſu illuſionéque,Habitatoribus infeſtorum: Ædes interea,cum vicinis ac contiguis ædificiis,circumſpici,luſtrari:tùm lite pendente,exactas antea pẽſiones inquilino reſtitui idonea cautione.Publico Decreto ac ſolenni quod Neſmundus Burdigalen.Curiæ Præſes.2.recitauit pridianis diebus Reſurrectionis Dominicæ,ſeu.4.Caléd. Apriles an.1595. Roberto *du Vignier*,domus proprietario,hinc,& conductore eiuſdem,inde,litigatoribus.

Arreſt preſidẽtal de Bordeaux die 29. Martij. 1595.de apparitione Spirituum, *ſur l'appel du ſeneſchal de Guyenne.*

gatoribus. In regio necnon Hiſpaniæ Prætorio Granatéſi iudicatum, ſcribit Couarruuias, hoc variorum Spirituū terrore locationes ædium ſolui. Lib. 3. Reſolution. Iuxta Alfeni leg. Habitatores D. locat. Ver. ſi quis timoris cauſa emigraſſet. Vbi Accurſius nūcupatim, (In verb. *putà ſpirituum*,) & Dionyſ. Gottofredus, qui eo nomine mercedis remiſſioné à conductore ædium impetratam ait iudicio Præfecturæ vrbanæ Pariſiorum. Talia enim mirabilium apparitionum móſtra, antiquitùs Datio obiecta legūtur Inſubrum Antiſtiti, cùm acceſſiſſet Corinthū, quaſi Athenodoro illi, philoſopho Attico in Plinianis Epiſtolis. Quo de Datio, hæc aliáque Gregorius Magn. Dialogōn lib. 3. Cap. 4. Ac ne vetuſtiori immorer Æliani de iis Hiſtoriæ, (lib. 8.) Alexander, auorum noſtrorū ætate, obuerſari ſolitas infit Romanis ædibus formidabile[illegible] imagines. Genial. dier. Volū. 5. Cap. 23. Hac igitur rari inopiníque f[illegible] Ædium occaſione, quiritátibus in luce Forenſi inquilinis, Incum[illegible] cognoſcentis officio, ex multiplici circunſtante cauſa, pacare contrōuerſias, partibúſque ius adminiſtrare.

> Didacus Couarruuias. Archiepiſcopus S. Dominici. Volum. 3. variar. Reſolut. Thomo. 4. Cap. 6.
>
> Datius Mediolanenſium epiſcopus apud Gregorium. Magn.
>
> Al[illegible] Alex[illegible]

21. EA porro vis eſt coniugalis bonorum conſortij, vt ſi vidua fundos ſuos à marito diſtractos, pignorivè datos vindicet, à poſſeſſorib⁹ meritò repellatur: Niſi pretium, quod in rem vxoriæ Societatis impenſum ſit, eis reſtituat, eiuſvè bona ſocietatis repudiet. Id quod Gallici forivſu peruulgatum eſt. Tantumdem & ſi maritus patrimonia ſua muliebri *Doario* ſubiecta oppignerarit. Nec enim iis vidua fruetur, priuſquàm æris alieni, quod maritus conflarit, ſemiſſem exoluat, aut communia ſe bona derelinquere palam conteſtetur, §. 319. Andeg. Conſuet. Verùm ſi actus, quem in re vxoria maritus geſſerit, nullatenùs profuerit cóiugi, neque vllum hinc ad eá compédium redierit, Senatus tum æquiſſimè ſuas viduæ res purè adiudicarit, licet participi & cóſorti bonorum cum marito cómunium. Exempli gratia, maritus fruméntarium vxoris Vectigal in nummarium cóuertit precibus coloni agrorum perpetui, nec vllo eius gratificationis accepto præmio. Soluitur matrimonium obitu mariti, vidua petit triticeum illum Reditum, qualem perpetuus conductor ei quondam pendere conſueuerat. Reus autem viduæ opponit bonorum cum marito Societaté, cuius ratione, aut confuſa eius actio verè dicatur, aut mulier, quanti interſit cóductoris, ex facto mariti ſocia obligetur. Senatus demùm, ad quem aditum erat, vetus petitrici Vectigal addixit, nulla habita oppoſitę ſocietatis ratione. Pariſiéſi Decreto. 12. Kalend. Sextiles an. 1584. in quinta Patrum C. Decuria Inquiſitoria. Hieronym. Henrouſio litis enarratore, inter Mathurinū Loingtierium, qui à Præfecto Carnutū prouocarat in Curiam, Et Catharinam *Deſlãdes* viduam nobilis viri Claudij *Facheu*, quæ ex aduerſo contendebat. Enimverò ſi Iudicanti paret, alienatum vel vxoris hæredium, (vt ſatis creditoribus fieret hereditariis parentum ipſius) vel, mariti patrimonium, vt mulctas capitali noxa ſibi inflictas dependeret: Nulla ſupereſt alienatorum penſatrix condictio ex Lege etiam Municipali Pariſiorum, ſimilivè, in coniugem alterum: Cuius nempè nulla

> §. 319. And. Leg. Ibi, *Toutesfois ſi apres le decez de ſon mary icelle féme n'auoient renonce à meubles & acqueſts cōmuns, faudroit qu'elle payaſt ſa part d'icelles debtes.*
>
> Renta foncie ria bladi, commutata in pecuniariam annuam & perpetuam.
>
> Iudicium Curiæ Pariſien. die 21. Iulij an. 1584. In 5. Camera Inqueſtarum. *Sur l'appel du Bailly de Chartres, ayant iugé pour la venfue du Sieur de Contes.*
>
> Conſuet. Pariſien. *du Remploy des propres alienez de l'vn des coioincts,* art. 232.

ſit tùm communem in arcam,ſocietatiſque in rem verſa pecunia, ſeu pretij ſors venditorum prædiorum.l.Sed nec æs alienum l.Iure ſocietatis l. omne æs D.Pro ſoc.Quò vergunt pariter AndegauæConſtitutionis artic. 239. & 319. Verſ. *ou qu'il apparuſt,icelles debtes auoir eſté creées pour le proffit & vtilité de lad.femme.* Cæteroquin locus relinquitur condictitiæ diſtractorum actioni,vt cóiuges inter ipſos, ita in nouum quoque maritum,aut vxorem ſuperſtitis antea coniugatorum.Ná vtcunque iſthæc alienatorũ compenſatio ,immobilis habeatur velut in rem actio ,nec propterea oneret ſubſequentem bonorum communioné ſecũdi matrimonij:Eatenùs certè in viduam,aut viduum ſecundonubentis exerceri efficaciter poteſt,quatenùs ad alterutrum peruenerit è mobilibus bonis connubialis antiquæ Societatis.

Iſthic tamen Andiũ & Cenom Conſuet. in eo differunt, quod ſi fundus vnius coniugum partiario colono datus ſit, eius fructus alteri coniugi non communicatur poſt mortem lege Cenom. Secus Andeg. More.

COMMVNIONI acquiruntur pendentes fructus propriæ alterius 22
cóiugum Ditionis,quæ communi ſumptu eo Anno exculta ſit, quo alteruter obierit. Inde & ipſius anni prouentus,quaſi mobilis, viritim diuiditur inter defuncti hæredes,& coniugem ſuperſtitem.§.239.Andeg.Et 256.Cenom.Cóſuet.Iuſne verò idem erit inter fructuarię mulieris hæredem,& mariti ſucceſſores?Ninimè vtique.Eſt enim differétia inter viduam fructuariam,quæ *dotalitij* nomine rerum potiatur, & coniuges bonorum ſocios. Illa namque,prædij fructus, quàmlibet maturos,non facit ſuos,tranſmittitvè,niſi a ſolo reſectos. Pauli. I.C. leg.13. D.Quib. mod. vſufr. amitt. Secus de coniugibus ſociis,qui communi impendio fundum exarantes , firmiori iuri innituntur. Quin & Romana lege,mariti lucro cedunt reditus fundi dotalis cóſtante matimonio percepti , etiam pro rata anni eius , quo factum ſit diuortium. Iulij Pauli Receptarum Sentent.Lib. 2.Tit.De Pactis inter vir. & vxor. Enimverò ſi vidua illa fructuaria prædium dederit redemptori partiario,aut graui ſumptu coluerit,ſeruanda eſt partiaria conductio,aliaſvè fructus colligens,reddere tenetur quod quis in eos redigédos inſumpſerit.l.fructus D.ſolut.matrim.l.quod in fructus.ᵽ. De Vſur.§. 114.& 122.Andeg.Conſuet.De naturalibus auté fructibus non ita,qui citra hominis induſtriam & impéſam percipiuntur. Tales enim reditus vt nó fiunt capientis,nec cuiuſlibet bonæ fidei poſſeſſoris(l.fructus.ᵽ.De Vſur.)Si coniugum ſuperſtiti non communicatur: ex alieno defuncti patrimonio.nec econtrà. Quemadmodùm Bituricis Legibus cóprehenſum eſt.Tit.De Matrimoniis. §.23.24.Tũ Meldenſis Cóſuet.artic.69.70.71.72.Eòque ſatis inclinat Andium Conſtitutio Municipalis,cit.§.239.Ibi, *laboureés & enſemenceés du meuble commun de l'homme & de la femme.* Item prædicta intelligo de coniugibus parem initio bonorum Societatem coeuntibus,non qui dotali Pacto vel exploſam,vel modica parte vxori cautá,largiùs protraxerint,celebrato iam cónubio.Nam hoc nouatæ Societatis genus Patr.Conſcripti improbarunt,velut obliquá donationem viri in vxorem , quæ patria Lege prohibeatur,Areſto Pariſienſi.7.Idus Ianuar.an.1584. ex forenſi cótrouerſia Roberti *de Launay*,& cohæredum , qui appellarant à Cenomani

Alia ratio fructuum induſtrialium, alia naturaliũ. Poſterioris generis ſunt,è ſylua cædere , fœnũ ex pratis herbáſque excindere,poma decerpere,&c.

Hic vero Anni fructus materni prædij vel paterni non diuiditur inter maternos,& paternos hæredes, quaſi res mobilis facta Menſe Maio , quo defũctus obierit.Nam fructus pendentes ſunt pars fundi,& huius inſtar competunt ſolum paternis aut maternis hæredibus. Aſt ratione communis ſociorum impenſæ viri & vxoris in eum fundum Anno obitus,eius anni fructus diuiduntur inter ſocium ſuperſtitem,& hæredes defuncti.

Senatorium Decretum die. 7.Ianuar. 1584.In 5.Camera Inqueſtarum, *entre Robert de Launay Pierre le Houx mary de Frãçoiſe de Launay,Eſtienne le Seurs mary de Marguerite de Launay & conſors appellans d'vne Sentẽce du Seneſchal du Maine du 13. Decemb. 1580.* *Et Iulienne Verõ & ſes enfans intimez.*

Cenomani Prætoris Sententia lata Idibus Decemb. an. 1580. aduerſus Iulianam *Veron*, illorum nouercã. Larcherio litem collegis ſenatoribus referente, In 5. Claſſe Curiæ Inquiſitoria. Qua de re Nos vberius Lib. 2. De Privileg. Rvsticor. Cap. De ſocietate pecoris paſcendi art. 2.

23. Sponsa in contrahendis nuptiis ſtipulata eſt nummariam dotem impendi in comparationem prædiorum, quæ ipſius propria forent, aut iis inemptis, mariti fundum eo nomine emptum manere, totidẽ nummis redimẽdum poſtero anno diſtracti matrimonij. Nunc peto, an ſi cõditioni paritum non ſit, nec in emptionem Agri collocata dotalis pecunia, mulier rectè mariti prædium condicat, quaſi pro dote æſtimatum, ac venditũ. Hoc minùs probabile videtur prima fronte ſed ex communium rerum ſumma dotale æs præcipiendum. Quippe quod in communibus amborum coniugum loculis conditum fuerit, vnde ſaluum & integrum recipere mulieri liceat. Viduam igitur, quæ commuuis gazæ æquam partem auferat, bis idem exigere non poſſe, nec dotem iterum ex aſſignatis mariti hęrediis repoſcere. Quanquam enim dotis aſſignatio regulariter trãsfert adſignati prædij dominium iſthîc tamẽ aut mobilis eſt, aut nudè pigneratitia exiſtimanda: quùm eadem dotalis pretij ſorte fũdum luere marito permittatur. Itaque in rem mobilem recidens dotis conuentio, vel ſocietate cõfunditur fortunarum communium, vel ex earum aceruo impleri debet, aurúmque hinc dotale à fœmina recuperari. Nihilo minùs diuerſam in ſententiã vocat me expreſſa adſignatio fundi, quęDotem receptitiam à cõmunione bonorũ prorſus ſeiunxerit, integrámque ſeparatim monuerit reſtituendam. Ex Iuſtinianea Leg. In rebus dotalibus Cod. De iur. dot. In ver. ſiue æſtimatæ ſint, in iis vindicandis &c. Haud aliter, ac ſi paciſcentes reddi dotem cauerint hac concepta verborum formula, *extra partem, & abſque confuſione.* Nec quenquam moueat prædicta clauſula redimendi fundi adſignati, quæ doctis exactionem minimè arctat aut minuit, ſed ea reddita, prædij adſignati liberationem modò ſpectat. Qualiter & Italica Felſinæ Conſtitutione, hæredibus proſpectum fuit maritorum in viduas mulieres. (§. Andiicientes. §. Declarantes Tit. De dotib. reſtituend.) Sin autem inter futuros cõiuges purè abſolutéque actum fuiſſet, de nummis dotalibus in acquiſitionẽ prædij inſumendis, nulla præſentis adſignationis, ſimilivè adiecta clauſula, tunc repetenti dotem excutienda eſt priùs coniugalis bonorum communio, & quod debitum ſupererit, ex mariti patrimoniis ſubſidio recipietur. Quemadmodùm in forenſi cauſarum agitatione deciſum fuit propalam ab Ordine Clariſſ. 14. Calend. Ianuar. an. 1585. Quùm Seruinus pro N. Bugio appellante, & Eſcorceueus pro Iana Roullina Bugij cuiuſdã vidua, dixiſſent. Iuxta Alexandri Imp. Reſcriptum hoc, Legem, quam dixiſti Cod De Pact. l. 1. Cod. De pact. cõuent. l. vn. §. Illud etiam Cod. De rei vxor. act. Porrò ſi nominatim inter ſpõſos cõuenerit, dotale æs in fundorũ emptionẽ conuerti propriorũ vxoris, aliàs repeti ex bonis

Fundi adſignatio in cauſa dotis, aliquando importat tranſlationem dominij, aliquando ſolam hypothecã. Vt ſupra Lib. 2. edocuimus, ex Bart in l. ſi conſtante D. ſolut. matrim. Et Baldo in l. Vbi ad huc Cod. De iur. dot.

De receptitiis Dotibus, Caius I.C. in l. Mortis cauſa capitur §. 1. ff. De mort. cauſ. donat. Et Gellius Lib. 17. Cap. 6.

Bononiæ Statutorũ Lib. 6. (quæ habeo) cum Hãnibalis Mũterentij in ea Scholiis. Quorum Volumen Statutorũ primitus editũ fuit an. 1384. dein reformatũ à Beſſarione Niceno Cardinali, Nicolai 5. P. Vicario generali an. 1454.

Areſtum Curiæ Pariſien. die Iouis 19. Decemb. an. 1585. *en plaidoirie*, ſuper appellatione à Sententia Requeſtarũ Palatij.

Lutetianæ Curiæ Iudicatum, *en plaidant*, die 30. Iulii. 1598 in magna Camera. inter Mariam *Bouchardeau* viduam Nicolai *Guignart*, & filiā hæredem d. *Guignart* ex priore cōiugio: Quæ damnata eſt, *remplacer ſur ſa part de la Communauté ſans confuſion ou ſur les propres de ſon pere les deniers de l'Inuentaire de lad. venfue apportez en lad. communauté, deſtinez à remploy ſur les biens du mary, encores que la clauſe, hors part & ſans confuſion, n'y fuſt adiouſtee.*

mariti: Eo caſu, ſolida eſt muliebris dotis in partē viri condictio, redactam ex partitione rerū inuicem communiū, non autem in bonorum eiuſmodi cumulū adhuc indiuiſum. Sicuti è præcelſo illo Curiæ ſummæ Tribunali pronuntiatum eſt tertio Kalend. Sextiles an. 1598. Doleo, viduæ cōiugis: Et Martino, priuignæ hæredis mariti, patronis: ad appellationem à Prætura Vrbis almæ. Propone verò multa à cōiugibus parta, nec emptionum Inſtrumētis profeſſum fuiſſe maritū, hanc, vel illam ab ſe vxoriis nummis cōtrahi. Rogo, anteriuſnè quæſita cōſtante matrimonio, dotalibus fūdis adſcribantur. Hæſitandi argumētum eſt, quòd purè comparati Agri dominus vir permaneat Francico Ritu, illūque, vti emptitium, liberè diſtrahere ſinatur, mulieris detrimēto. Vice item verſa, bis idem exigere videretur coniux, ſi dotali pecunia coëmptum prædiū lege vindicaret ſocietatis ex parte dimidia, & ſolidā prætereа dotem repoſceret, ceu proprium, & ſibi proprios in Quęſtus ſoli vertendum patrimonium. Quo nomine latum Curiæ Areſtum an. 1578. recenſuimus ſ. Lib. 1. Nihilo ſecius præſentis æui Iuriſprudentia, cēſentur priùs acquiſita à viro, vxori cedere in ſolutum dotis deſtinatæ prædiariis rebus ære parandis. In ambiguis enim, præſumptum eſt, dotis debitorem maritum, compenſandi animo, ſeque liberandi muliebre argentum collocaſſe in vſum vtrinque deſtinatū. Ex Leg. ſi cùm dotē §. ſi pater D. ſolut. matrim. leg. Titia §. qui inuita ff. De legat. 2. Quêis cōſequenter, res dotali pecunia comparatæ, dotales exiſtimātur. Gaij leg. 54. ff. De iur. dot. Redacto pręſertim ad inopiam viro, Iure ſuccurſum eſt vxori, vt ſuis nummis partos fundos actione in rē licitè perſequatur. Harmenopuli iudicio, Scholiōn Lib. 4. Tit. 8. ſecundùm Iulij Pauli ſententiam, leg. vxor marito. ff. De donat. int. vir. Ac veluti Neapolitanę Curiæ decretis, prædiaria vxoriæ dotis adſignatio, quam maritus, ſaluo Principis aſſenſu, cōſtituerit in feudali beneficio, reuocari nequit ab eius hærede, etiam ante interpoſitū Actui Principale ſuffragiū. Ita ſemel executioni mandata à viro acceptæ dotis deſtinatio & aſſignatio, emptis prędiolis, non poteſt ab eius hęrēdibus oppugnari, nec vocari in dubium, quin primaria fundi emptio, adſignatæ dotis vicē adimpleat. Matth. Afflicti Deciſione Neapolit. CXI. Verùm, ad præcidēdas de eo liticulas, cautius fuerit, in contrahenda emptione, maritum teſtatò profiteri, ea ſe menre prædium mercari, vt emptum, loco ſit pretij numerati dotalis: quemadmodùm econtrà, pretium loco rei venditæ. Argum. leg. Si vnus ex ſociis §. 1. D. Pro ſoc. Leg. 1. Cod. ſi quis alt. vel ſibi.

Supra Lib. 1. Cap. 4. art. 17.

Aſſauoir ſi le premier Conqueſt d'entre les mariez, ſera reputé l'employ des deniers dotaux, deſtinez en acqueſt d'heritage reputé le propre de la femme.

Neapolitanū Areſtū.

Tit. III.

DE DONATIONIBVS INTER CONIVGES EXTRANEOSQ. ALIOS.

1. *Inter coniuges, qui non ſunt bonorum ſocij, irrita eſt donatio mutua Mobiliũ & Acquiſitionum.*

An mutua coniugum donatio extendatur ad acquiſita ab altero ante cõtractum matrimonium.

2. *Donatarius Mobilium,* perſonaliter *tenetur condictione ex lege Andegaua, auctoris ſui debita ſoluere.*

3. *Inuentarij tamen beneficio à Rege obtento, donatarius tenetur duntaxat pro rata bonorum, & emolumenti.*

4. *Vt coniugum donatio mutua ſit, & ſic valida, requiritur de ſuis rebus diſponendi facultas reciproca.*

Item mutua demùm ſubſiſtit coniugum donatio, ſi vtèrque habeat omnino eiuſdem, cum alio, generis bona: Et cui Propria deſint, is non fruitur Propriorum alterius donatione.

5. Coniugum *donatio, ſi tanquam mutua non tenet, nec, alterius teſtamento cõfirmata, valet tanquam ſimplex.*

6. *An ſimplex, nec mutua, vxoris in virum donatio Teſtamentaria ſubſiſtat.*

7. *Mutua coniugum in ſuperſtitem donatio, reuocatur natiuitate liberorum in Francia* Conſuetudinaria.

8. *At ſi nati liberi poſtea moriantur, vtroque parentum ſuperſtite, mutua donatio conualeſcit.*

9. Coniugum *donatio, ſtantibus liberis nulla, valet collata in caſum deficientitium liberorum.*

10. 11. *Minor ætas haud ſimpliciter præbet cauſam reſtitutionis aduerſus mutuam donationem in contractu matrimonij factam.*

Donatio omnium Mobilium, haud ideo reducitur ad partem dimidiã, quod donator Immmobilia non habeat, niſi ex vna cognationum linea: Quaſi in locum deficientium ex altera linea, Mobilium, ſemis, vicem patrimonij ſubeat.

12. *Donatio eorum, quæ quis habuerit tempore mortis, licita eſt tanquam donatio inter viuos, nec cenſetur retentio cum donatione facta.*

13. Donner & retenir *non valet tanquam donatio inter viuos, nec tanquam donatio cauſa mortis.*

Vidua doarium *ſimul, & donum immobilium capere non poteſt.*

Doarium, *& donationem ſimul petens vidua non auditur tam in Britãnia, quàm vicina Andegauia.*

14. *Quatenùs reciproca* conqueſtuum *donatio inter coniuges, marito adimat liberam eorum diſpoſitionem.*

15. *In concubinam collata donatio, per ſubſequens matrimonium non conualeſcit niſi de nouo fiat, ac repetatur.*

Minori facta donatio ſine acceptatione, aut ſaltem ſine acceptantis matris ſubſcriptione, prorſus corruit.

16. *Mobiliam donatario non competunt empta in ornatum & cultum Templi, Caſtro donatoris inædificati.*

17. *Donataria Mobilium ſoluere tenetur ex mariti etiam crimine debita, licet in eius hæredem mortui adiudicata.*

18. *Legari necne Mobilia poßint cum oneris exemptione æris alieni.*

Vidua, mariti Mobilium legataria tenetur eius debita luere ſolùm pro modo rerum donatarum. Nec donatariæ ipſi debita realia, confuſa manent inſolidùm, ſed pro rata bonorum, inſpecto eorum cumulo.

19. *Hæreditaria portio à dotata ſorore repudiata, penes eius fratrem cenſetur* acqueſtus.

20. *Nouerca patrimonium obligans pro dote filiæ viui mariti, reſtituitur etiam contra eius generum.*

Vbi non eſt communitas bonornm inter coniuges ex Pacto, in Patria Conſuetudinaria, vel eidem communitati renũciatum ſit à vidua, Ibi non valet mutua inter eos donatio mobiliũ, & acqueſtuum: In quibus videlicet vxor nullam partem habuerit.

NOVISSIMO Societatis argumento bonorum coniugalium proximè adhæret coniugum donatio inter ipſos. Nam in multis Galliæ Municipiis, quę patria Lege reguntur, illicita eſt viri & vxoris liberalitas mutua, abſque communicatione fortunarum. Vtputà Lutetiani coniuges liberis orbi poſſunt alterutri ſuperſtiti vſumfructum donare mouentium, & Acquiſitionum vtrique communium. Cuiuſmodi Pariſiorum Mos vetus à Bohico refertur, in Cap. cum veniſſent. De eo qui mittit. in poſſeſſ. Hoc poſito, Augerius, & Licinia futuris nuptiis legem dixêre, ne vxor ſuperſtes quæſitorum partem vllam ſibi ſumeret cõiugalis Societatis Moribus introductæ, ſed duobus numûm milibus ſecum decidi de eo iure pateretur. Cõſtante matrimonio cõiuges ſibi inuicem largiuntur quæſitas res omnes ac mouentes, vt qui vita ſuperarit, his omnibus vtatur ac fruatur. Dirempto morte viri coniugio, vidua mulier poſtulat vſumfructum tradi. Defẽdunt mariti hæredes, quorum bonorum nulla inter ceſſerit cõmunio, eorumdem mutuam contrahi donationem nequiiſſe. Nec enim mutuum quicquam ac reciprocum eſt, vbi duorum alter ſolus confert: altero, quod conferat, nihil habẽte, nec benè prædiato. Vt elicitur ex Diui Hadriani Conſtitutione, quam Vlpianus commemorat, l. quod autem. §. ſi vir & vxor Verſ. rectè placuit cõpẽſationem fieri donationũ. ff. De donat. int. vir. Nã in donatione, verborũ cõceptione utiqua attẽditur, ſed eius patrimoniũ, qui donat. l. 8. Cod. De inoff. donat. Idéque Andium Ritu ſcripto cauetur, vt valeat coniugũ donatio viciſſim pacta, neceſſe vtriq; fore, eiuſdẽ generis bona, quę ſibi mutuò dentur, tenere,

Don mutuel de meubles & acqueſts à viage, au ſuruiuant des 2. conioincts par mariage.

nere, poſſidere. §. 327. Quamobrem PATR. CONSCRIPTI viduam illam mulierculam actione ſummouerunt. Decreto. 7. Idus Septembres. an. 1575. Maria Perfecta, cum hæredibus Petri *Poulain* mariti, litigante.

Areſtum Curiæ Pariſien. die. 7. Septẽb. an. 1575.

Apud Cenomanos peræquè, fuit de mutua coniugum donatione tractatũ, porrigeretur necne ad bona alterius, ante nuptias parta: altero talia nulla poſſidente. Nam primo quidem obtutu ita videretur, & cõiugali Quæſtuum viciſſim Munere, efficaciter includi quæſita quãdocũque, nedum conquiſita in matrimonio ipſo. Ex §. 334. Cenom. Legis In ver. *leurs Acqueſtz & Conqueſts*. Ac conſentanea huic Andegauorũ Conſtitutione, art. 321. Sed quia alio huius capite Moris Andeg. priùs exigitur, coniuges, pari cuiuſque bonorum ſpecie ſibi inuicem reſpondere, & concurrere, quàm reciproca ſe illorum largitate demereri poſſint. (cita. §. 327.) Ideo Curia interfata eſt, de populari inquirendũ Cenomaniæ Vſu, Andibus cõfinis: ex quo dignoſceretur, ratanè foret mutua Acquiſitorum, Mobiliumque donatio inter Stephanum *Seure*, & vxorem, Cenomanos. Circa Annum. 1600.

Interlocutorium Curiæ Areſtum informandi per turbas de modo & forma vtendi Conſuetudine Cenomaniæ quoad coniugales donationes mutuas Acquiſitorum.

2. DONATARIVS rerum mobilium, lege obligatur Andegaua ſoluendo æri alieno donatoris. §. 321. & 326. Idem de legitimo ſucceſſore in bona mouẽtia. §. 237. Eiuſd. Conſuet. Sed hoc nonnulli interſerunt diſcriminis inter hæredẽ, & donatarium, quòd ille pro ſolido teneatur, hic pro modo emolumenti, velut bonorum poſſeſſor. Ita legatarium vlteriùs onerare nõ poteſt teſtator, quàm honorarit. Papiniani. l. Imperator. §. ſi cẽtum. ff. De legat. 2. Ac Venuleij Saturnini leg. vlt. ff. De vſufr. leg. Fiſcus, ad hæc, ſucceſſor bonorum tãtumdem æris alieni perſoluit, quãta illorum, quæ acceperit, æſtimatio ineatur. §. 268. Andeg. Leg. Nec aliud de Cœnobij Magiſtro ſtatuitur, qui in cœnobitæ res peculiares ſucceſſerit. Vt à Nobis fuſè tractatũ eſt Lib. 1. DOMANII Gallici Tit. 12. artic. vlt. Quoniam tamen, præſcriptis verbis ciuicæ Legis, donatarius obſtringitur debitorũ ſolutioni, propius eſt, eum conditione ex lege ſolido æri alieno manere obnoxium: quaſi acceptione donationis, cum creditoribus auctoris ſui contraxerit. cit. §. 326. Sic Menſæ negotium, quod cum indẽnitate hæredum per cautionem ſuſceperit legatarius, emptioni ſimile videtur: Et ideo non erit quærendum, plus nè ſit in ære alieno, quàm in quæſtu. Vt vult Papinianus l. Cùm pater. §. menſæ l. Cùm filius. §. Lucio. ff. De legat. 2. Item hæreditariis creditoribus ſatis filia facere debet, cui hæreditatẽ pater ſibi relictã donarit. l. 28. ff. De donat. l. Apud Iulianum. §. vlt. D. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. l. quę dotis D. ſolut. matrim. Ne igitur aliena liberalitate, quaſi illice fraudis hamóque, capiatur donatarius rerum mouentium cõſultius ei fuerit, antequàm res attingat, in teſtatum redigere quãtitatem ipſarum vice *Inuẽtarij*: ne vltra in eo deſcripta vrgeatur. Vt prudenter ſuaſit Argentreus, in Commentar. Britannicæ Legis artic. 219. Gloz. 6.

Abbas in peculium monachi ſucceſſor.

Alibi etiam paſſim, Mobilium donatarius adſtringitur omnibus donatoris perſonalibus debitis. Cenomanæ Leg. §. 252. 254. Turonicæ 237. Pictauenſis. 242. 248. Lodunenſis 8. ſub. Tit. De ſucceſſion. ignobilium. Tamen de Picton. Conſuet. interlocutus eſt Senatus Pariſ. die. 6. Iulij an. 1602. in Magna Camera *entre les Dames de la Rochefoucaut Deſtiſſac, & de Lauzun*. An donatarius Mobili ſi, vltra ſolutionem debitorũ teneatur ſoluere legata, implere teſtamẽtum, & funebres ſũptus facere. Quod aliis Conſuet. præd. expreſſum erat.

3. NEQVE hoc tamen dubitatione cãret apud Municipes Andium, qui adſtricta patrij Iuris formula cogũtur, purè & indefinitè Mobiliũ

Mobilium donatio acceptata cum beneficio Inuentarii.

L'Aeſné des nobles ſeul heritier mobilier, en Anjou, & au Maine. Qui ideo ſubiicitur perſonalibus debitis omnibus hæreditariis. Sed hoc de hęrede ſimplici Mobiliũ intelligitur, non de hærede ex Inuentario, qui tenetur ſolũ pro modo Inuentarij d. d. Mobilium. Quibus diſtractis, reſidua debita ſoluũtur pro rata Immobilium cuiuſque portione nobilis cohęredis art 235. And. & 252. Cenom. Conſuet.

donatoris nomina diſſoluere. Verbi gratia, profero nobilem primigenium, cui de More vni cōperunt mouentia ſe bona parentis demortui, apud Andes. Huic quippe ſola licita eſt rerũ mobilium repudiatio, vt hæreditariis debitis eximatur: adiecta conditione, vti eas res publicis tabulis deſcribi æſtimaríque procuret, quo redactũ inde pretium creditoribus diſtribuatur. §. 235. Andeg. Cōſuet. Diuerſa cauſa eſt nudi vſusfructus donati rerũ mobilium, quas ſi in ſolenne Repertoriũ ex fide retulerit fructuarius, debitorum onera ſuſtinet pro rata bonorũ portione: De proprietario, ſecus. cit. §. 326. Verùm, vtcúnque ſit, benigniùs interpretamur ex Iure Ciuili, Mobilium vniuerſorum, quæ publico Inſtrumento ſigillatim adſcripta ſint, donatariũ eatenùs duntaxat auctoris ſui debitis onerari, quatenùs reſpondere iis donatarum opum vires potuerint. Sicuti enim iuſtis hæredibus, qui inſolidùm obligantur, Reſcripto ſuccurritur, ne peracto bonorũ Repertorio, ſupra hæc à creditoribus diſtringantur. (§. 237. Andeg. Conſuet. Et l. vlt. Cod. De iur. delib.) Ita multò magis ſimplici bonorũ ſucceſſori ac donatario ſubueniẽdum Diplomate, ne poſt exactam & accuratam donatorum Mobilium annotationẽ, grauiùs, quàm pro eorum modulo, præmatur mole æris alieni donatoris. Tutiùs ergo ſibi proſpexerit quiſquis mouentium datorum vniuerſitatem ſumpſerit ex *Inuentario*, Principalibus codicillis: ne donatarius præceſſoris debitis, oneribuſq; immergatur, ſed ea, quaſi Principis beneficiarius hæres, pro facultate dũtaxat rerum donatarum luat. Et hâc cautionem noſtrates Andium Pragmatici iampridem obſeruant, ex vicina Armorica probabiliter tranſlatam: Cuius obſeruationem cautionis notat Argentræus Britonicæ Legis ſcholiaſtes, in Tit. De donation. Lutetiana tamẽ S. Cōſulta mediam Iuris in eo Prudẽtiam ſecuta videntur, pro vario donatariorum genere impoſita iis onerum diſtinctione. Vti ſingula à Nobis ſeriatim recẽſentur, Pariſiẽ. Morum Volumine. 2. Ne ea toties Lectori, cum tædio inculcentur.

Mobilia donata capere per beneficium Inuentarij à Rege impetratum.

Tit. 3. art. 23 & Tit. 4. art. 18.

4. CONSVETVDO Andium à ſingulis exigit coniugibus, qui ſibi inuicem donant, æquale ſaltem bonorũ genus mutuo donatorum, etſi quantitate ac modo inæquale. §. 327. Vidua, trium liberorum mater cōiugio ſociatur cum Sempronio. Ij reciproco munere liberaliter cōferunt in alterutrum, qui ſuperuixerit, mouẽtia omnia, res ſoli quæſitas cum ttiẽte hærediorum. Neutri quidem deerant bonorum genera datorum, tametſi copia & cumulo minùs ęqua. Sed quum vxoria largitio in arctum cogeretur, iubente Lege edita in ſecundò nubentes, placuit, viri quoque donationẽ ad modulum ea lege ſtatutum reduci: ne verbo tenus mutua & reciproca liberalitas cenſeretur. Aliàs necnō Romana vetuit Nomotheſia, in infinitum à quoquã donari, cùm Theodoſius ſcripſerit, donationis lege certã quãtitatem, certúmque pondus cōſtitutum. Et is certè modus fuit olim 200. aureorum, tum 300. deinde. 500. Iuſtinianea lege Sancimus l. penul. §. vlt. Cod. De donat. Verùm ne à mutuæ donationis curſu deflectam, Cenomanus vir, & An-

Quamuis in donatione mutua viri & vxoris non requiratur bonorum æqualitas reſpectu quantitatis bonorũ, tamẽ requiritur æqualitas reſpectu quotæ legalis de qua quiſq; eorũ poſſit liberaliter diſponere. At Frãcicũ Edictum de ſe-

& Andegaua vxor mutua ſe liberalitate ſic proſequuntur, vt pro Moribus Andegauen. domicilij alter alteri dederit, quantum plurimum per leges liceret in vtrumuis ſuperſtitem. Rapta fato coniuge, maritus petiit à propinquis eius hæredibus patrimoniorum triẽtem perpetuò poſſidendum. Negant hæredes, antiquorum fundorum donationem in eum collatam Iure ſubſiſtere, qui tantumdem de ſuo patrimonio non erogaſſet. Cenomana enim Conſuetudine, quæ paterna mariti regebat, interdictam eſſe huiuſmodi bonorum inter coniuges largitionem. §. 334. Atquin paria ſunt, maritum propriis rebus ſoli vſquequaque carere, vel de iis ſtatuere pro arbitrio non poſſe. §. 327. Andeg. Leg. Cuiuſmodi Conſtitutionis verbum, HABEAT, cum effectu accipitur rei liberè diſponendæ. l. Nomen. §. habere. ff. De verb. ſignif. l. aliud l. cœpiſſe Eod. Tit. Effectum quoque ea reſpicere exiſtimantur, queîs actus ſit alicuius momenti, nec deriſorius vaneſcat. Ca. Si ciuitas De ſenten. excommun. In. 6. Claudicante igitur coniugum donatione à parte mariti, cui nulla efficaciter ſuppetant hæredia, nec locus eſt itidem vxoriç patrimonij largitari. Quippe quùm auitæ mulieris opes viro tráſcribi aliter nequeant, quàm reciproca patrimoniorum donatione. §. 328. Andeg. Conſuet. Atque vt noſtrum his calculum admoueamus, inutilis eſt patrimoniorum inter coniuges donatio mutua, niſi vel in eodem, vel conſimilium Morum Territorio omnia illa contineantur. Ex Molinei ſcriptis ad §. 273. Andeg. Legis, conſonáque iis Turonici Municipij Conſtitutione. 244. Verſ. *Que leſd. comioincts ayent propres au pays de Touraine, ou autre, ou y ait ſemblable Couſtume, quant à ce.*

[Margin:] cundis nuptiis impedit, quo minus ſecundo nubẽs det futuro coniugi pluſquã vni liberorũ prioris matrimonij extantium, nec illi alter plus donare mutuò poteſt. Andeg. Leg. art. 17. verſ. *Quant au patrimoine, eſt requis que chacun des donneurs aye patrimoine.*

[Margin:] Proprium etiam fictũ ſeu cõuentionale dotalis nũmi adſignandi, vel ſimile, non ſufficit aduerſus Statutariam reſtrictionem donations acqueſtuum ad trientem, in defectum propriorum antiquorum, de quibus Statuta intelligunt. Illud enim Proprium conuẽtione fingitur reſpectu mariti ne in cõiugali bonorum cõmunione cõfundatur: Non autem quoad alios effectus diſponendi ciuiles ſeu Statutarios. De quo vide art. 12. Tit. 6. noſtri lib. 2. Pariſien. Leg.

Inde Monſtrubelleum celebrem, Andium, Baronatum iudicio abſtulit Franciſcus Aurelianus, Dunenſis Bleſorum, & Longeuillæ Comes, paternus hæres agnatus Ianæ Haricuriæ: victo materno huius auunculo, Vidone Lauallo Comite. Mutua quidem vniuerſorum largitate ſe proſecuti fuerant inuicem defunctæ parentes ambo Vilhelmus Haricuria, Tancaruillæ Comes, Baro Monſtrubelleus, & Yolantis Laualla, Vidi ſoror Lavalli Comitis, Francicæ Aulæ Præfecti: Ita, vt coniugum viuus vteruis ſupereſſet, is iuſto dominio bonis potiretur præmorientis, ann. 1457. Poſtero item anno, conueniunt ipſi, viciſſim data in bona ſucceſſurum communem partum, quem ſperabant, Ianam ſcilicet iis ſubortam filiam an. 1460. quæ genitoribus ſuperuixerit. Hac igitur cœlibe humanis exempta, an. 1488. Lauallus gradu propior auunculus Interdicto egit Vti poſſidetis, illius nomine Baronatus Andegaui, binæque in Neuſtria Dynaſtiæ, Firmitatis *en Bray*, & Gourneæ: Quæ licet ex paterna Haricuriæ gentis ſtirpe olim profectæ eſſent, paterna tamen in filiæ matrem donatione tranſiiſſent maternũ in genus, alienámque familiam. Aſt paternus, contrà, filiæ propinquus ex Maria Haricuria matre, quç Vilhelmi illius ſoror extiterat, defendit obnixè, patriis Moribus irritam fuiſſe cóiugalem illam tot Ditionum largitionem, verbo tenus nempè reciprocam: quùm Vilhelmi vxori nullæ ſuppeterent res ſoli, de quibus ſtatuere quicquam munificè in

[Margin:] Baronia *de Monſtreul-bellay, en Anjou, venue de la famille de Harecourt, en Normandie.* Quã Baroniam Guilſhelmus Haricuria, Tancaruillæ & Montiſgomerij Comes, ac Meledunenſis Vicecomes profeſſus fuit ſe tenere *à foy lige du Chaſtel de Saumur. Par Aduen du 3. de May* 1454. Extractũ ab inuẽtario *de la Chambre d'Anjou.*

[Margin:] *Duc de Longueuille.*

Permutatio Baroniæ *de Montrichart.en Touraine appartenãt à Guillaume de Harecourt, auec les Baronnies & terres de Gournay. & l'Afferté en Bray, en Normandie.*

virum poſſet. Eóque ampliſſima iſthæc latifundia communi gnatæ, veriùs hæreditario patris iure,quàm materno obueniſſe.Normanicos inſuper fundos,qui Montiſ-Richardi,Turonum,Baronatus permutatione recepti fuerant de Ludouico.xi.Rege,Nouéb.Menſ.an.1461. ſua Neuſtriæ Lege ſolaria regi,talium donationum prohibitoria:non verò Turonenſi, qua Monſ-Richardus commutatus prædiaria tenebatur.Municipalis tandem de eo Vſus ritúſque popularis fide iudicio facta,Vindiciæ bonorũ dictæ ſunt paterno illi, vlterioris gradus, conſanguineo.Fiduciaria Clariss. Ordinis Sententia poſtridie Idus Sextiles an.1497.Quam &,longa pòſt annorum intercapedine,ſubſecuta eſt iuſta plenáque rerum poſſeſſio,eiuſdem ſucceſſori adiudicata, Longeuillano Duci.Quarto Nonas Sept.an.1546.

Poſt teſtium Inquiſitionem per turbas factam, Areſtum *de Recreance de la Baronnie de Mon'treubellay*. Die 14.Auguſ.1497.

Definitiuum Areſtũ Pariſien. *de maintenue de lad. Baronnie* die 2. Sept.an.1546.

Consuet. art.328.Ibi, *entre vifs.*
Art.510.ver. *ſauf par teſtament.*

5. Qvæso autem, quid ſi coniunx talem hærediorum donationem confirmet teſtamento, ſuſtinebiturnè vi ſupremi iudicij? Eam vtique nonnulla rationum pondera muniunt. Andegaui ſcilicet patrimonij alienationem viuo in vxorem viro prohibitam eſſe contractu, (mutua donatione excepta) non verò poſtrema voluntatis ſuæ teſtatione. cit.§ 328.& 510.Andegau.Conſuetud.Eóque pertinent ſuprà diſcuſſa à Nobis Lib.1.Cap.40.artic.8.Cum inſigni reſponſo Scæuolæ,filium, quoad viueret, alienare prædia vetitum, teſtamenti factionem & in iis prędiis,in extraneos etiam hęredes habiturum.l.Pater filium.§.fundum Titianum.ꝟ.De legat.3.Vnde colligitur,donationem, quæ à viuis coniugibus reciprocè pacta fuerit,ſi minùs teneat quaſi mutua liberalitas,vt puram certè,ex teſtantis legato valere, & trahi poſſe ad fideicommiſſum.l.ſi donatio Cod.De donat.l.Lucius.§.quiſquis.ꝟ.De legat.2.l.cùm quis decedens.§.codicillis.ꝟ.De legat.3.l.ſcæuola D. ad S.C.Trebell.leg.filiusfamilias 5. Vt quis hæredem. ꝟ. De legat. 1. Ediuersò autem opponitur, nihilò ampliùs dare teſtamento licere,quàm cõtractu.§.339.eiuſd.Conſ.Teſtatricem,ad hæc,nihil nouum coniugi purè largiri voluiſſe, ſed mutuam, qualiſcunque erat, viuorum donationem comprobare. Atquin priuata confirmatio actus nouum ius non inducit, ſed publica ac iudiciaria duntaxat. l.2. Vbi Accurſ. Cod. De confir.tutor.Quocirca, vt rem in pauca conferam, puto mutuam coniugum donationem nuda alterius confirmatione Teſtamentaria non conualeſcere, nec in ſimplicem transferri: niſi aliis verbis enixa morientis voluntas detegatur.Vlpiani l.1.ꝟ.De iur.codic.Ver.nec voluit quaſi codicillos id valere. Ac ibidem Bartolus de clauſula codicillari.

Art.339.Andeg.Leg. verſ *pourueu que le don ou accroiſſemẽt n'excede ce que deſſus eſt eſcript.*

Is qui confirmat, nihil de nouo dat.

Clauſula codicillaris ſolet teſtamentis adſcribi,& omnium teſtatorum ferè ea mẽs eſt, quæ Lucio Titio. l.penul §. vlt.ꝟ. De legat.2.

6. Qvin & de eo pridem hęſitatum eſt in ſummo Pariſiorum Tribunali,purenè,& aliter quàm mutuò,legare poſſet Cenomanus vir vxori,aut vxor viro poſtremis Tabellis.Qua in cognitione interlocuta eſt Curia,Cenomanæ Legis,quæ noſtræ affinis eſt, interpretem vſum dignoſci bina Pragmaticõn teſtium turba oportere. Decreto Ianuarij Luce.7.an. 1584. in 5. Senatoria Inquiſitionum Decuria,vbi *Larcherius* Conſcriptus Curiæ litis ſeriem recenſebat. Roberto *de Launay*, cum aliis,

Interlocutorium iudicium Curiæ Pariſien.die 7.Ianuar.an. 1584.In 5.Camera Inqueſtarum, *A informer d'office en enqueſte par deux turbes* ſuper forma & modo vtendi Conſuetudine Cenomana.

aliis, qui à Cenomano proprætore Curiam appellarant, & Iuliana *Veron*, econtrà, litigatoribus. Nec diuersè in ſimili iudicio interfati ſunt Patres Pariſienſes, de Cenomani Moris vſu confuſis teſtimoniis inquirendum, ſimplex necne viri in vxorem, nedùm reciproca, donatio inibi obtineat. Areſto 18. Kal. Maias ann. 1579. In Curiæ claſſe. 3. Inquiſitoria, vbi Champrontius ſenator controuerſiam recitabat Dianæ Francicæ, & Nicolæ Regiæ, illuſtrium fœminarum. Experimento vtique didici, Andibus recepta eſſe legata, & vltimam coniugis vnius in alterum liberalitatem. Sicuti & Molineus innuit, ad §. 340. Cenom. Leg. Et Senatui probatum adnotaui. ꝟ. Lib. 1. Cap. 40. artic. 8. Romæ porrò Lege Voconia cautum fuit, ne quis Cenſus hæredem nuncuparet mulierem: Adeo, vt nec iſthîc filiæ habita ſit ratio, nec vxoris. Id quod ſubnotans pariter Fabius ait (Lib. 9. Cap. 2.) magna ſe arte defendiſſe mulierem, quæ dicebatur marito teſtamentum ſubieciſſe, & accepiſſe à ſcriptis hæredibus chirographum, quo, ad eam hæreditas, per hoc tacitum velut fideicommiſſum, veniret, cùm ipſa alioquin per virum inſtitui non poſſet. Vxori autem, maritum relinquere hæredem, permiſſum fuit veteri Iure Quiritum. Vt M. Tullij pro Cæcinna oratione perſpicuum fit, vbi Ceſennia maritum Cæcinnam iure fertur hæredem nominaſſe. Quòd verò Cæſar Auguſtus reſciderit Septitiæ teſtamentum, quo Publium coniugem fecerat hæredem, fuit in cauſa tum muliebris incontinentiæ odium, quæ illius polluto corpori marcidam ſuam ſenectutem ſubſtrauerat, tum fauor liberorum teſtatricis, quorum ſola pręteritio argumentum dabat infirmandi teſtamenti. Vt Valerius Max. refert. Lib. 7.

Curiæ Interlocutio die 14. April. an 1579. inter Dianam de Frãcia Ducem Montmorentiam, & Nicolam *le Roy* vxorem Dn. *de Gonnort* Mareſchali Franciæ.

C. Voconius Aricinus Tribunuſpleb. Legem hãc rogauit, quam & Cato iam quinque & ſexaginta annos natus ſuaſit. Eius Legis caput alterum fuit, ne liceret legare mulieribus vltra quadrantem.

7. LIBERORVM enim ratio ac conditio mirè efficax eſt ad ſubuertenda parentum ſuis de rebus in extraneos iudicia, ac munera. Cui rei indicio eſt Centumuirûm Roman. Sententia pro filio memorabilis, cuius de morte falſum è caſtris nuncium cùm recepiſſet pater, aliis hæredibus ſcriptis, obierat. Teſte Valerio Max. Lib. 7. Cap. 7. Neque hinc longè recedit Imperiale Antonini decretum, quod in cognitionibus prolatum fuit ſecundùm Tactumeiam Magnam, aduerſus Nouium Rufum hæredem inſtitutum. De quo Iul. Paulus, Decretorum Lib. 2. Atque idem tradit Lib. ſingulari de Septemuiralibus iudiciis, Diuum Hadrianum, cùm mater falsò audiſſet deceſſiſſe militem filium, ac teſtamento hæredes alios nominaſſet, decreuiſſe, hæreditatē ad filium pertinere: Ita, vt libertates, & legata præſtarentur. Filij verò conceptu & ſatu non labefactatur mutua coniugum in ſuperſtitem donatio iure Ciuili. Cyn. Bald. Caſtrenſ. & Iaſ. ad l. ſi pater puellæ Cod. De inoff. teſt. Accurſ. in l. licet Cod. De Pact. Tiraquellus in l. ſi vnquam Cod. De reuoc. donat. Ver. donatione largitus Num. 126. 127. 128. Sed Francica extant S. Conſulta, coniugalis etiam huiuſmodi liberalitatis reſciſſoria ſuperuentu liberorum. Primum ex Pictonica regione. 16. Kalend. Quintiles ann. 1584. Sauantio litem explanante in ſecunda Curiæ Inquiſitionum Claſſe: vbi N. Bretheus vxorio nomine, cum ſoro-

Andegaui coniuges, liberis extãtibus, ſolũ vſumfructum ſibi inuicem, aut aliis donare poſſunt tertiæ partis patrimoniorũ, & vniuerſitatis quæſtuum, cum proprietate mobiliũ. At deficientibus liberis, cõiuges ſibi inuicem, aliiſvè donare poſsũt proprietatem tertiæ partis hęrediorũ, vniuerſitatis quæſitorũ, cum omnibus mobilibus. art. 321. Andeg. Leg.

Paulus l. vlt. ꝟ. De hæred inſtit. l. Cum mater ꝟ. De inoff. teſtam.

Parlamenti Pariſien. Decreta die 16. Iunij an. 1584. in 2. Came-

ra Inqueſtarum. Die 8. Mai; an. 1586 *en plaidoirie*, & die 18. Maij an. 1584. profeſto Pẽtecoſtes. I. Gueſleo Curiæ Præſide recitante.

riis ſuis decertebat. Alterum ex Rupellana ora maritima Poſtridie Nonas Maias ann. 1586. quùm Dagueus, appellantis, & Boſſentius aduerſarij cauſam egiſſent. Imò & iſthîc definitum eſt, reciprocam coniugum largitionem, quæ, nato filio, irrita euaſerit, eius proximo pòſt obitu, non reſtituìri. Atque biennio antea, pronuntiatum fuerat, mutuam viri & vxoris donationem, præmortuis liberis vtroque coniugum ſuperſtite, ratam firmámque apud Andes conſiſtere. Solenni areſto ſacræ Pentecoſtes, ſeu 15. Kal. Iunias an. 1584. Cur tam variè? Ex variis nimirum cauſę cuiuſque figuris ac circunſtantiis, Morúmque prouincialium varietate. Nam Rupellana Lex omnimodò vetat ſimplicem mutuámque coniugum, ſtantibus liberis, donationem. § 44. Rupell. Conſuet. Quod &, bina audita Pragmaticōn decuria ex Interlocutione Senatus, ab eodem iudicatū fuit apud Turonas Nonis Aprilib. an. 1594. Proin vterum geſtante muliere die ipſo donationis, quæ ob id retrò nulla facta ſit, potiúſquam reuocata, patet eam minimè reualeſcere filij morte poſteriori. Iuxta Regulam Catonianam. In Andibus, ſecus: vbi mutua donatiò, exiſtentibus liberis, haud reprobatur prorſus, ſed donandi modo finibúſque arctioribus coërcetur. §. 321. Andeg. Conſuet. Itaque ſublata viuis coniugibus prole, faciliùs laxatur talis coniugum beneficentia: quaſi nullos ipſi liberos vnquam procrearint.

Areſtum Curiæ die 5. April. 1594 *au rapport de M. Briſart le ienne, apres enqueſtes par turbes faictes par M. Gillot, ſuiuant l'interlocutoire de ladite Cour.*

An donatio, ſuperuenientibus liberis, reuocabilis, morientibus iiſdem, confirmetur.

SIC poſthumus præteritus, qui viuo teſtatore natus deceſſerit, non 8.
rumpit teſtamentum Iure Honorario, ſed bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas accipere hæres ſcriptus poteſt, rémque obtinebit. Vt Adrianus Imp. reſcripſit. l. poſthumus. ff. De iniuſt. rupt. Qui enim interiit filius, perinde habetur, ac ſi nunquam fuiſſet in viuis. l. 1. §. vlt. l. 2. 3. ff. De aſſign. libert. Cap. Nam & ego De verb. ſignif. In contrarium tamen vrget Scæuolæ de teſtamento eius ſentẽtia, qui filios chariſſimos fideicommiſſo quodam teneri voluerit, donec liberos binos educaſſent. Si namque ex filiis duos quis liberos progenuerit, etſi ſuperſtites non reliquerit, à Scæuola reſponſum eſt, illos fideicommiſſi onere liberatos videri l. Hæredibus. D. Ad S. C. Trebell. Eòdem redit Imperatoria lex Cùm vxori Cod. Quan. dies leg. ced. l. Si quis hæredẽ Cod. De inſtit. & ſubſtit. l. 2. 3. Cod. De poſthum. hæred. inſtit. l. filius qui in poteſtate ff. De liber. & poſthum. l. Qui vxorem. ff. De iniuſt. rupt. Ex quibus planum fit, rumpi teſtamentum exortu poſthumi pręteriti, nec, ſi ilico obierit, redintegrari. Ac propterea crebrior eſt receptiórque eorum opinio, qui putant, donationem, quæ, ſuborta præter ſpem ſobole, reuocata ſit, illius morte non inſtaurari. Alberic. in d. l. ſi vnquam Et in l. 1. ff. De aſſign. libert. Bald. ad l. 1. Cod. De inoff. donat. Imol. ad Cap. vlt. De donat. In Antiq. Corneus in Reſpon. 176. Lib. 2. Tiraquell. in cit. l. ſi vnquam Verſ. ſuſceperit liberos Num. 204. Sed eam antinomiam diluit connubialis donatio viciſſitudinaria, quæ alio iure cenſetur, quàm pura ſimpléxque liberalitas viri & vxoris, natiuitate liberorū reuocabilis. Nam etſi illa quoque, editis poſtmodùm in lucem

Non valet Teſtamẽtaria vnius coniugis in alterum donatio proprietatis Immobilium, ſub hac indefinita conditione, ſi filia communis decedat. Huius enim fauore talis vetita eſt donatio apud Andes, §. 321. Nec in fraudem iſtius Statuti prohibitorij, diſpoſitio conferri poteſt in tempus quo filia hæres libere habere debet, non autẽ mater tum mortua. Secus ſi diſpoſitio fieret ſub hac conditione limitata, ſi d. filia decederet ante eam, ſeu ante ſolutionem matrimonij. Quia tunc verum eſt, talem donationem, quę tractū habet ſucceſſiuum ad mortem, nullis ante obitum liberis, iure ſubſiſtere.

in lucem ipſis, retractetur forſan de more variorum Galliæ Munici-
piorum: Extinctis certè iiſdē, viuo vtróque coniuge, reſtituitur. Quip-
pe quæ cóiugum ſuperſtiti pacta donatio, tractim proferatur in diem
mortis, quo die liberi nulli ſuperſunt. Iuſtinianea Nouella, Sed & ſi
quis ex eis pręmoriatur abſque progenie, redit ad matrem dominium,
quantum acquiritur ex pacto non exiſtentium liberorum Cod. De
ſecund. nupt. Maximè ſi ij qui præmoriuntur, donationis puncto ipſo
nati iam fuerint liberi, quorum defectus ſolus cauſam prębet ſequen-
ti donatorum condictioni ex lege Si vnquam. Sicuti in facti ſpecie ex
Andibus ſuprarelata decreuit Senatus Pariſiorum an. 1584.

L. Si vnquam Cod. De reuocan. donat.

9. Cvm verò proponitur in ſcriptura donationis coniugum, hos ſibi
inuicem ſumma omnia dediſſe in caſum deficiētium liberorum, quos
tùm alebant, incidit dubitatio, an deleta prole dehinc, conualeſcat
præd. largitas, quæ, viua illa, Moribus omninò vetabatur. Pro dona-
tione propugnat Modeſtini reſponſum, in tempus capiendæ hære-
ditatis inſtitui hæredem poſſe, veluti CVM CAPERE POTVERIT,
HÆREDITATIS DOMINVS ESTO. l. 62. ff. De hæred. inſtit. Nec
multùm intereſt, permiſſo tēpore fieri aliquid, vel permiſſum in tem-
pus conferri, & econtrà. l. ſi rem meam. ff. De verb. oblig. l. quod ſpon-
ſæ Cod. de donat. propt. nupt. Aſt diuerſa opinio præualet, donationē
ſic contractam, vt ꝗ̄ infirmandam. Quemadmodùm enim rei meæ le-
gatum inutile eſt, tametſi poſt teſtamentum factum alienatæ. (l. cæte-
ra. §. tractari. ff. De legat. 1.) Ita minùs etiam tolerabilis donatio, quæ
fatalem in caſum ominoſúmque mortis liberorum referatur, quibus
proſpera omnia parentes vulgò comprecantur. Tali item conditione
fraus quodammodò facta apparet negatoriæ Legi, ac prohibitoriæ
coniugalis largitionis fauore liberorum. Cuiuſmodi legi nemo con-
traniti, vel renunciare quidem poteſt. l. vn. Cod. Ne fideiuſſ. vel man-
dat. dot. Enimuerò ſi alia quadam conditione donatum eſſet, nec cō-
ditionis extantis tēpore donatoribus vlli ſuperforent liberi, tunc va-
leret donatio, quę ſi purè celebrata fuiſſet, viua tum ſobole, ad irritum
deduceretur. Per hunc modū rem meam ſub conditione ſtipulari mi-
hi licet. l. exiſtimo l. Nemo rem ſuam. ff. De verb. oblig. l. Mea res. ff. De
condit. & demonſtr. Item cóiugali donationi admixtum eſt onus diſ-
ſoluendorum nominū, funerariæ impenſæ, & exequendi teſtamen-
ti viri vel vxoris, vter prior è vita migrarit. §. 321. & 327. Andegauen.
Conſuet. Lutetiæ verò, coniugum ſuperſtes donatarius non oneratur
vltimæ voluntatis implemento, legatorúmque præſtatione, ſed tan-
tùm ſolutione debiti æris. §. 286. Pariſ. Conſuetud. Nunc pone, Lute-
tianos coniuges reciprocam iniiſſe donationem mouentium & quæ-
ſtuum, cum lege ſupremæ teſtationis explēdæ alterius, qui prior diem
ſuum obierit: Iſthæcnè oneris adiectio donationem infringet? Mini-
mè, quia ſemoto onere, manet donatio pura. Quanquam enim oneris
ademptio implicat legati ademptionem, vel donationis. l. Alumnæ. §.
Seia. ff. De adim. legat. l. ſi militem Cod. De condict. ob cauſ. l. Pam-

Patria ſunt etiam. fieri aliquid tēpore prohibito, vel conferri in tempus prohibitū.

Lex negatiua & prohibitiua.

Donātarius, hæreſve omnium Mobilium tenetur ſoluere debita donatoris, ſūptus funerum eius, ac teſtamentum adimplere And. Conſ. §. 235. 237. 321. 326. 327.

Par aduance du payemēt des debtes communes.

philo. §. vlt. ꝟ. De legat. 3. Quoties tamen huiuſmodi onus Lege reiicitur in donatarij gratiam, clauſula oneroſa vitiatùr, nec vitiat actum. l. Ab adminiſtratione Cod. De legat. l. 1. ꝟ. De condit. inſtit. Et ibi D. D. Atque in hunc modum Senatus, me dicente, pronuntiauit. Tertio Iduum Martiarum ann. 1582. quùm N. *Lepreux*, & N. *Aubry* à Lutetiæ Suppræfecto prouocaſſent in Curiam, pro quibus egi: Paſquerio, contrà, viduæ N. C*oulebault* cauſam orante. Incongruum eſt námque, pręmorientis coniugis hęredem onus adiectum expoſtulare, quo Ius ipſum Municipij ſuperſtitem donatarium liberarit. Quod enim vnius huiuſce fauore introductum ſit, id in eius odium protendi non debet.

Decretum Parlamēti die 13. Mart. an. 1582. *en plaidant du Roolle de Paris.*

In lucem quoque Fori noſtri prodiit eximia connubialis Pacti con- 10 trouerſia, nûm vir ætate minor, & anicula, quam ducebat vxorem, rectè inuicem dederint poſteriùs victuro mobiles res, cum aureis quingentis, de eius, qui prior moreretur, patrimonio adſignatis. Differebant enim mariti hæredes, minorem annis, ne matrimonij quidem ſui titulo, immobiles res donare poſſe, aut dotem etiam conſtituere citra decretum Magiſtratus. l. ſi ex cauſa. §. dotis. ꝟ. De minor. l. 1. Cod. Si aduerſ. dot. l. 1. Cod. Si aduerſ. donat. Præſertim ſi coniugalis lucri appoſita conuentio ſit alterius vtilitate: quod in donationibus fit. l. lex quæ tutores Cod. De adminiſtr. tutor. l. 1. Cod. De inoff. donat. l. prædia Cod. De præd. minor. At Nos, econtrario, pro viduæ mulieris hęredibus, quę viro paululùm ſuperuixerat, integri reſtitutionem imbecilli ętati Legibus conceſſam, ad mutuas donationes non pertinere, ob incertum mortis euentum. l. xi. Cod. De Tranſact. Baldus per eum Text. in l. Cùm Archimedoram Cod. Vt in poſſeſſ. legat. In ver. Vnum ſcias. Nam quacunque ex Pactione ancipitem damni, lucriuè caſum ſubeat aliquis, haud ideo re circumſcriptus dicitur, (etſi minor annis) quòd exitu ipſo damnum incurrat. Quia hoc detrimenti cum eo commodo penſandum eſt, quod nanciſci idem potuerit, ſi ambigua fati ſors aliò decidiſſet. Bald. in Conſil. 404. lib. 3. per l. ſi pater puellę Cod. De inoff. teſtam. Salycet. ad l. 1. Cod. De Pact. Reciproca enim liberalitas, qua ſcilicet præmoriens donat ſuperſtiti, videtur potiùs vēditio, quàm donatio: inſtar ementis iactum retis, aut captum piſcium. Ioh. Faber. ad l. 1. Cod. De inoff. donat. Verſ. quid ſi duo. De quibus & Tiraquellus cumulatè, in l. ſi vnquam Ver. donatione largitus Cod. De reuoc. donat. Num. 128. cum aliquot ſequent. Imò & ſi ius in cauſa poſitum ſtatuamus, tantū abeſt, vt aliqua fraude illectus fuerit ſponſus ille adoleſcēs, qui viduam auarā venabatur, vt is, cōtrà, ſtipulatus ſuperſtiti mutuam, ſibi vni ſimplicem verè paciſceretur donationem. Si enim coniugum alter tā ſenio confectus ſit, quàm Plautinus ipſe capularis Acherôtius, aut Terentianus ille Silicernius, alter, contrà, ætate florenti ac proſpera valetudine, tunc viciſſim pacta ſuperſtiti largitio, cenſetur ſimplex, & ab vno facta ſene. Vt inquit Raphaël Cuman. in Reſpon. 114. Argum. l. verùm. §. ſi locupleti. ꝟ. De minor. Et l. ſi minor. 25. ann. filio-

An donatio mutua à minore facta in contractu ſui matrimonij, poſſit reſcindi ob minorem ætatem.

Caſualis læſio enormis, non cōſideratur.

filiofam. D. Eod. Alciat. in l. 1. Cod. De Pact. Neque hinc abludit Martialis Epigramma vulgatum, (Lib. 10.)

Nubere Paula cupit nobis, ego ducere Paulam
Nolo, anus eſt, vellem, ſi magis eſſet anus.

Qualis etiam procus ille, qui *Petit Gemellus nuptias Maronillæ, Et cupit & inſtat, & precatur, & donat. Adeonè pulchra eſt? Imò fœdius nil eſt. Quid ergo in illa appetitur, & placet? Tuſſit.* Epigr. lib. 1. Alia verò cauſa eſt communicationis pupillæ fundorũ, ſponſo cautæ nuptialibus tabulis abſque Prætorio decreto: Quam Senatus bonorum communicationem improbauit. Areſto. 4. Kal. April. an. 1580. in quinta Patrum Decuria Inquiſitoria, cui Larcherius ſenator litem denarrabat. Franciſco Palerno, & Iac. Giroulto impuberum tutore, hinc inde certantibus de appellatione à Præfecto vrbi Pariſien. Ac ne longiùs prouehamur, mutuæ donationis prædictæ quæſtionem Conſcripti Curiæ reiecerunt in plenius deliberandi conſilium. Tertio Idus Dec. ann. 1581. poſt forenſem noſtram Actionem pro Rob. Gottofredo, & Ludou. Royerio appellantibus. Quorum aduerſarium patrocinio defendit Amelotus, Ianum *de Rueil* tutorem hæredum Michaëlis Gayantij, mariti.

S. Conſultum Pariſienſe die 9. Mart. an. 1580 in Camerâ Inqueſtarũ, *Touchant l'ameubliſſement des propres d'vne mineure par mariage.*

Cauſa conſilio commiſſa à Senatu die 11. Dec. an. 1581. *Sur l'appel interiecté des Requeſtes du Palais de l'Appointement d'informer des faits de minorité portez par lettres reſciſoires du Don mutuel matrimonial.*

11. Vt autem de reciproca iſta donatione meum interponam iudicium apertiùs, cenſeo, mutuam coniugale Pactum & * ſynallagma de re cõmuni, (putà de mouentium vniuerſitate & acquiſitionum) Iure conſiſtere etiam inter minores 25. annis, ac in ſocietate potiùs, quàm liberalitate cõiugum deputari. Patrimonij autem pupillaris alia cenſura eſt, quod nuptiarum obtentu nec donare licet, nec quouis modo alienare ſine decreto. Si tamen eximia adeo puellæ offeratur conditio opum, nobilitatis, gratiæ, vt donationem nupturæ cõmodam fore appareat. multi exiſtimant, nullam tantam bonorum rationem habendam, quæ egregiam huiuſmodi conditionem, cum perſonarum honeſta & vtili coniunctione, remoretur: modo propinquorum iudicium & Magiſtratus auctoritas intercedat. Neque huic decreto vlla iuſtior adferri cauſa poteſt, ſi talis occurrat conditio, quæ modico præſenti ingẽtem ſpem mercetur. Id quod prudenter diſpiciendũ admonet Ludou. Romanus, in l. fructus D. ſolut. matrim. Et Iuris Reſpõſo. 66. lib. 1. Nil denique mirũ, inter ſpõſos externarũ rerum cõparationes iniri, & compenſationes generis, ætatis, gratiæ, opum fieri. l. ſi voluntate Cod. De dot. promiſſ. l. 1. Cod. De inoff. dotib. Quod & doctè exagitat. Argentræus, Britonicæ Conſ. art. 220. Tit. de donat. Gloz. 3. Valeant ergo iſthæc vtique in contrahendis nuptiis: ſemel autem contractis, temperatur admodùm coniuges inter ipſos Donatio, ſeu mutua, ſeu pura & ſimplex, alterius Teſtamento interpoſita. Cui enim res prædiariæ defuerint, ei licet duntaxat, Mouentium ſe bonorũ partẽ dimidiam coniugi, aliiſve dare, legare. §. 327. & 340. Iuris Andium Municipalis. Nimirũ, vt reſidua ſaltem pars æqua, ad donatoris redeat hæredes bino ex ſtemmate cognationũ: Cui dimidiatim ſtẽmati, Mobiliũ vniuerſitas Lege defertur Andegauenſi. §. 268. 270. Ecquid verò, ſi Mobilium

* Contractus vltrò citroque obligatorius: De qu , Vlpian. in l. Iuris gentium §. 2. ff. De pact. Et in l. Labeo ff. De verb. ſignif.

Mobilia collateralis ſucceſſionis, in duas hæredum lineas diſtribuuntur.

poſſeſſori ſuppetant Hæredia paternæ ſtirpis, nulla maternæ? Illiuſnè maternus hæres à donatario condicet Mobilium ſemiſſem,quaſi materni in vicem patrimonij ſuffectum, ſubrogatum? Argumentum rei eſt pro hærede, quòd veluti gentilitia prædia liberis orbi, in duas cognationis lineas diducuntur. (§.324.præd. Conſ.) Ita Mouentium ſe bonorum,prędiariis deficientibus,media pars cenſeatur quadantenùs Immobilium vicem ſupplere, & propinquis eiuſce ſtirpis attribui, ex qua nullum defunctus patrimonium reliquerit.cita.§327.& 340.Nam hoc caſu, vnius eiuſdémque duplex Legibus effingitur hæreditas: Vt ſ.adnotauimus, in Rubr. De parentum in liberos donatione, art.2.ac ſeqq. Sic noſtris finitimorum Pictonum Ritu, Mobiles res, Immobili non extante geminę ſtirpis,huius conditioné immobilis aſſumunt: de quibus tùm ideo, amplius triéte donari vetatur, etſi donator cómodè prædiatus ſit ex alterutro ſtipite propinquitatis. §. 217.& 223. Pictau. Morú.Sed quia Municipalis Andium Conſtitutio minùs diſtrictè exigit duplex binæque ſtirpis Hæredium,idcirco patrij Magiſtratus probare ſolent vniuerſitatem Mouétium in aliquos donatione collatam. Vtvt enim,lateralium intuitu variæ ſtirpis hæredú, dare prohibeamur vltra patrimonij trienté cuiuſque ſtemmatis cognationú:Id ſancitum eſt probè ad tetrum liuorem inter ſucceſſores patrimonij amoliendú: Neuè quorumdam rebus ſaluis, aliorum diſtractè diſſipatæq;, iuſtam pariant,cum odioſa inæqualitate,moleſtiam. Aſt Mobilium donationem vniuerſorum idoneè fulcit Hæredium qualecunque, ex hoc vel illo cóſanguineorú ſtipite. Quùm alioquin vilis abiectaq; ſit Mobiliú poſſeſſio nec liberú cuiquá rei ſuæ cómercium præripi facilè oporteat l.3.§.Nerua filius l.ſi rem mobilé.ff.De acquir.poſſeſſ.l. in re mandata Cod.Mand.Cùm igitur Salmurenſis Andium Suppræfectus Mouentia cuncta donatario addixiſſet,inde appellatus Senatus negotium reuocauit ad deliberationem amplioré. Publica Fori diſceptatione Nonis Martiis an.1602. quùm Choartus, N. Quinaldi hæredis, qui prouocarat in Curiam:& Arnaldus, Bournelli donatarij cauſam egiſſent.

Rupellanis idem eſt Mos.diſponendi tantum de tertia parte Acqueſtuum, Hærediis deficientibus. & de tertia Mobilium parte. in defectum immobilium. Tit.De donation.art.3.

Appoincté au Conſeil en Parlement die 7.Mart. 1602.

APOLLONIA viua conſanguineo donauit quę ſua cunque fuerint, 12 cum morietur,adiecto onere æris alieni ſoluendi,recepto donáti vſufructu. Donatricis hæredes nullam eſſe donationem obtendebát hoc nomine,quòd donatum ſimul & retentum videretur contra Gallicos Mores.In eúmque ſenſum trahebant geminam donationis clauſulam ſupradictam.Priori enim dedit illa,quæ ſua ipſius fuerint tépore mortis,id eſt,tacita conditione,ſi quid ei reliquum foret eorum,quę inter moras liberè vel diſtraheret, vel decoqueret. Iuxta l. Stichum, qui meus erit. ff.De legat. 1. Poſteriori autem, onus debitorum annexum continetur, vt donatrici licuerit, res donatas, nouis ſenſim creditoribus, ad ſupremum vſque vitæ exitum, pignori opponere. Enimuerò Pomponius ait, donari non poſſe, niſi quod ſtatim eius fiat, cui donetur. l. In ædibus. §. vlt. ff. De donat. Per contrarium donatarius ſuggerebat, non eo minus puram, ac viuorum donationem extitiſſe, quia

Francico Vſu *Donner, & retenir ne vault.* Vt antea dictum eſt Lib. 3. Tit.de Domin.Retract.in fi.

Donare & retinere dicitur, quando donator ſibi reſeruauit libertatem diſponendi de re donata, vel quādo remanſit in poſſeſſione vſque ad poſtremum vitæ diem. §. 274.Pariſien.Conſ.

quia in tempus mortis reiiceret naturalem donatæ rei poſſeſſionem. Idque reſeruati vſusfructus verbis indicari, non quòd rerũ dominium ſed fructuariam modò poſſeſſionem donator in obitum vſque ſibi exceperit. Ita & ſi, *cùm moriar*, dare promiſero, & antea ſoluam, repetere me poſſe Celſus reſpondit. Teſte Vlpiano l. 17. π. De condict. indeb. Atque vt nihil prohibet, in extremis vitę conſtitutum, abſolutè donare, nec mortis cauſa. Auctore Papiniano in l. Seia. §. vlt. π. De donat. cauſ. mort. Sic nil proponitur, quo minùs viuorum donationi mortis mentio inſeratur, non ad ſuſpendendum quidem donationis actum, ſed effectum naturalem, traditionémque rerum donatarũ. Aliàs enim vel vſusfructus retentio ciuilẽ transfert in donatarium poſſeſſionem. Vt Romanis Legib. exploratum eſt. Nec inſuper donatario obſtat ęris alieni onus donatione comprehenſum, cui vel tacitè ipſum inerat: quùm vniuerſorum donatarius, hæredis loco habeatur. Atquin eorum, quę actui implicita ſũt, expreſſio minimè innouat, aut vitiat actũ. l. Non rectè Cod. De fideiuſſ. l. 3. π. De legat. 1. Senatus denique ſecundùm donationem pronuntiauit. Decreto Kal. April. an. 1586. quod Seguerius Præſes conſpicua in purpura recitauit.

Solenne Iudicium Curiæ die 1. Aprilis, 1586. ante Paſcha, pro N. *de Luines* cognatæ ſuæ donatario, cõtra eius hæredes. *Le proces ayant eſté party en la 5. Chambre des Enqueſtes. M Larcher rapporteur.*

Sic irreuocabiliter donata ab auo cum onere implendi teſtamenti donatoris, non poſsũt alio actu reuocari, quaſi donata cauſa mortis. quũ illud onus ad modica tantũ. & pia quidẽ legata referatur ex vſu vulgari. Areſto Curiæ die 16 Maij an. 1578. in 2. Camera Inqueſtarũ. Dn. *Seguier* relatore, *ſur vn appel du Bailly de Montargis entre M. ..hur. d'Aſpremõt, & Eſtienne Begault.*

13. Cæterum ex prædicta Francici fori regula, (donatum cum retentione non valere) incurrit hæſitatio, an quæ inter viuos donatio cũ retentione fit irrita, ſtet quaſi donatio cauſa mortis. Stare eam probabile erat, Martiani I. C. argumento, qui, verſa vice, ita donatum mortis cauſa, vt nullo caſu reuocetur, perinde habendum putat, atque aliam quamuis viuorum donationem. l. Vbi ita donatur. l. ſenatus §. mortis π. De donat. cauſ. mort. Sed tali donationi aſſuitur vulgaris clauſula donationũ inter viuos, quę fixæ & irreuocabiles Pacto conſtituuntur. Aliud ergo dicendum de re ſimpliciter donata, cum eius diſponendæ recepta penes donantem poteſtate: niſi huic donationi quæ inter viuos contracta non tenet, ſubſidio adiuncta ſit enixæ voluntatis ſentẽtia donatoris, efficax ad donationis viuorum trãſitum in donationem cauſa mortis. Inſtar clauſulæ codicillaris teſtamento adhibitæ, de qua Vlpianus in l. quærebatur. π. De Teſtam. milit. Papinianus in l. Cùm pater §. filius matrem. π. De legat. 2. Et Iulius Paulus, qui tantùm eiuſmodi clauſulæ tribuit* (ταύτην διαθήκην βούλομαι εἶναι κυρίαν ἐπὶ πάσης ἐξουσίας.) vt videatur teſtator voluiſſe, omnimodò rata eſſe, quæ ordinauit, etiãſi inteſtatus vita deceſſiſſet. l. antepenul. π. Qui teſtam. fac. poſſ. L. codicillis §. vlt. π. De legat. 2. Leg. Non idcirco Cod. De Codicill. Verùm in coniugali donatione ceſſat Francica illa diſciplina forenſis, *datum ſimul ac retentum vitiari*: ob promiſcuum nempè rerum inter coniuges vſum, communemque poſſeſſionem. §. 212. Borboniæ Conſ. Quo nomine itidem citari ſolet Pariſienſe Areſtũ *de Gillenoyſin*. Mulier autem, cum immobilium donatione, *Doario* frui nequit, duorúmque alterutrum optare compellitur, vel mariti beneficentiam, vel *Dotalitium* patria Lege ſancitum. §. 310. Andeg. Conſuet. Quod & procedit in mutua coniugum donatione, ſeu alia quauis nuptialibus tabulis pacta.

* Hanc diſpoſitionẽ volo eſſe dominam totius meæ ſubſtãtię

Aliquãdo fideicommiſſa ab inteſtato deberi poſſunt.

Femme ne peut auoir douaire, & don d'immeuble enſemble.

Donatio mutua inſinuanda, *aux Greffes royaux.*

Cùm enim mutua prædiorum lagitio in Acta referri publica debeat Francicis Conſtitutionibus, inſtar puræ cuiuſdam donationis, valeat æquitas, quæ paribus cauſis paria Iura dictarit, art. 58. Edicti Molinenſis. Lex item Municipalis, geminæ cauſæ lucratiuæ concurſum vetuit indiſcriminatim, fauore libertatis maritalium fundorum, ne multiplici largitione exinaniantur. d. §. 310. Nec quenquam moueat, quòd adſignato iam mulieri dotalibus pactis *Doario*, inutilis maneret coniugalium donationum tractatus, niſi vtriuſque coniunctio admitteretur, tum *dotalitij*, tum donationis. Nam, ſoluto matrimonio, viduæ libera relinquitur optio vel rerum mutuò donatarũ, vel * τῆς ἀντιφερνῆς potiundæ. At Turonici de eo Moris priſci vſum perſcrutati ſunt Conſcripti Curiæ, gemina teſtantium decuria Fori peritorum. Ex interlocutione Senatus pridie Nonas Sextiles ann. 1578. nuptiali necne Pacto ſubnixa mulier, res ſibi donatas ſumere conſueuiſſet ibidem, vnà cum iuſto *dotalitij* vſufructu. Ac vltimo dehinc Iudicio firmata Turonum Prætoris Sententia, iudicantis, viduam mulierem donatis, ſimul cum *Doario*, fruituram lege dotalis expreſſæ conuentionis. Areſto Nonis Dec. ann. 1578. ſecundùm Mariam *Chuby* viduam N. *Drouyn*, aduerſus Ioh. Gaſnierum curatorem hæredũ defuncti mariti. Angenouto ſenatore eam controuerſiam Patribus collegis exponẽte. Sed nouo Iure Turonenſi cautum eſt, coniugalem donationem, cum *Dotalitio*, in poſterum nulla Pactione cumulandam. §. 337. Turon. Conſ. Sic Armorica veteri lege non reluctãte, vidua coniux frui ſinebatur vtroque Dotalitij ſimul & donatorum Munere promiſcuo. Ab ſupremo Lutetianæ Curiæ decreto, 12. Kal. Martias an. 1541. ſecũdùm Ludouicam Borboniam, Andrææ Chauuignei viduam mulierem: cuius *Doario*, largitatíque mariti permixtim fructuariæ adſignatus fuit Radeſiarum Baronatus, in Armoricis: ſuperato Tancredo Sauuageo, Radeſium ſe Baronẽ iactitãte. Multò pariter antea, ex principe Armoricarum ſtirpe prognatus Arturus, Richemundiæ Comes, & Magiſter Gallicæ æqueſtris Militię, vxorem demeritus erat Katharinam Lucemburgiam gemina bonorum ſuorum largitate, *Dotalitia* nempè, & reciproca alia, pro Moribus Celticæ Britanniæ temporum illorum. Inſtrumento donationis poſtridie Nonas Iunias an. 1457. quod publicam in Notitiam regeſtum fuit Tabularum Alenconiæ Domus regiæ. Nec aliena ab his conditione tractandus tùm videbatur Anglicus Richemundiæ Comitatus ille, quo Britonicus Heros Arturus inſignitus erat. Hic quippe *Feudalis* Dignitatis titulus in Britãnia Inſula clariſſimus, ceſſerat primùm Alano Fergantio Armorices Comiti, Beneficiaria lege perpetua, omnéſque in hæredes tranſitoria. Reſcripto Vilhelmi nothi, Regis Angli & Neuſtriæ Ducis, remunerante militaria Comitis in eum officia, ann. 1066. Cuius Regiam inclyti *Feudi* Veſtituram deſcribit Argentræus, Briton. Hiſt. Lib. 3. Cap. 39. Sed, vt de re agamus, reſtitutis nuper ciuilibus Britonum Inſtitutis, cautum fuit an. 1580. (art. 206.) viduis in poſterũ non licere, cum Legitima propter nuptias, donatione, Pactitiam amplecti aliam,

Conſuet. art. 310. Ibi. *ſur les heritages immeubles de ſon mary.*

* Dotalitij.

Interlocutoriũ Areſtũ Curiæ, inquirendi in turba de modo vtendi antiqua Conſuetudine Turonenſi (art. 1 *des Douaires*) latũ die 4. Aug. an. 1578. Quia noua Conſuet. contrãria ſic excipit. *ſans preiudice du paſſé, droicts acquis, & proces pendans.*

Definitiuum Curiæ decretum die 5. Dec. 1578. confirmatiuum Sentẽtiæ Bailliui Turonen.

Pariſien. Curiæ Areſtum die 18. Feb 1541. pro Ludouica *de Bourbon Princeſſe de la Rocheſuryon, vefue de Meſſ. André de Chauuigny, Baron de Chaſteauroux, en Berry, & de Rays, en Bretagne: Contre Meſſ. Taneguy Sauuage, ſieur du Pleſſiſguerriſ, ſoy diſant Baron de Rays, en Bretagne.*

Artus de Bretagne, Coneſtabilis Franciæ. Donum mutuum die 6. Iun. 1457.

Inuentarium Literarum Domus Alenconiæ Menſe Ianu. ann. 1515. factum ab Anton. *du Bourg*, Conſilij magni Conſiliario. huic muneri delegato à Regina matre Franciſci. 1. Rectrice Regni.

Noſtra memoria Ericus 8. Angliæ Rex Comitatum Richemundiæ in Ducatum erexit, eoque inueſtiit Henricum nothum ſuum.

aliam, & à viro, conſtantibus nuptiis, in eam collata liberalitate ſe iuuare aduerſus mariti ſucceſſores. Hæc ita quidem, ſi res coniugum eodem in Municipio conſtitutæ ſint. Nam alioquin vidua non prohibetur, Donata ex vnius, *Doarium* ex alterius bonis Municipij ſibi præſumere, ac ſeligere. Decreto Pariſien. 3. Nonas Decemb. an. 1587. ſecundùm viduam N. *de Braillon*, præſidis in Senatu Gallicæ Britanniæ. Chezelleo, & Proutio hinc inde dicentibus. Ne autem patrios Andegauię fines tranſiliam, cenſuêre nonnulli, idcirco Municipibus noſtris vetitam donationis cum Dotalitio coniunctionem, quòd pręter *Doarium* patrimonij vſumfructum mariti, vidua coniux fructuariam retineat communium Quæſtuum ſoli poſſeſſionem ciuico Ritu, (art. 283.) Ac propterea coniunctionem illam, in Caſtellaria Vindocini Andium regiuncula, interdictam non videri: in qua ſimul quæſitorum Vſus, fructúſque penes ſuperſtitem coniugem nullus foret. Sed generatim ſcriptæ Prouincialibus Legi ſtandum reor, nec viduam mulierem, cui dotalibus Pactis, ſi viro ſuperuixerit, in commune partorum vſusfructus datus ſit, vtróque fruituram intra Vindocinéſe illud territorium, mariti nempè hærediis Dotalitio nomine, & comparatis prædiis, connubiali Donatione priuata. Nec enim toto Andium Municipio amplius licet, cuiquam vſusfructus titulo largiri, quàm proprietatis. §. 324.

Iudicium Parlamēti die 3. Dec. an. 1587. *donné en plaidoyrie.*

Caſtellania *de Vendoſme*, de qua in artic. 288. Andeg. Conſuet.

14. MVTVA coniugum donatio in rem ſuperſtitis, non impedit liberum mariti de Quæſtibus commercium: modò particulatim de certis corporibus ſtatuat citra fraudem, non vniuerſim, ſeu de quota bonorum, nevè gratioſè in propinquos, certo vxorij iuris diſpendio. Vt pridem à Senatu definitum accepi, ex donatione à Bohiero collata in Petr. Seguerium, Pariſienſem. Sub annum. 1550. Quò ſpectat etiam Boiorum Lex Prouincialis, artic. 220. 222. Rurſus coniugali quæſtuum datione non veniunt familiaria prædia retracta gentilitio Iure. Hæc enim hærediis adſcribi docuimus ff. Tit. De lineari Retractu. Sed iſtud moderatione adhibita temperandum, vt donatarię mulieri integrum pretium gentilitij fundi penſitetur. Dimidium ſcilicet, in partem connubialis ſocietatis, quæ mulieri ſuo iure cedit Municipali: Tantumdem verò, ex cauſa prædictæ donationis. Quod ſimiliter pretium coniugis ſucceſſor in patrimonia, tenetur aliis reſtituere quæſitorum hæreditatem cernentibus. §. 239. Pariſien. Conſuetudin. Ecquid verò, ſi Carnutum municeps, qui ab vxore Quæſtuum donationem elicuerit, Andegaua ipſius patrimonia diuendat, ex iiſque receptum pretium collocet in emptionem Carnutenſium fundorum? Iſtos ne licitè vxorio munère poſſidebit? Ita quidem videretur primo obtutu, quùm prædiariæ res omnes ſua quaque prædiorum Lege adminiſtrentur. l. ſi fundus. ff. De euiction. Atqui in Carnutibus iacent donata latifundia liberi dominij & arbitrij, non apud Andes: Quorum alioqui More Andium vir curare cogeretur, rem vxoris ſaluam fore, & vxoriis agris diſtractis æquè com-

Areſtum Curiæ pro Petro Seguiero, Præſide, certorū fundorū donatario domini *de S. Cierge, nommé Bohier*, aduerſus huiuſce viduam mutua donatione ſuffultam.

Certo caſu locus eſt, venditi patrimonij vnius coniugum, in alterum compenſationi, apud Andes. Conſuet. art. 336.

modos rependere. §. 336. Eodem Andium Ritu, coniunx nihil eorum capere ab vxore poſſet, quæ hæreditatibus teneantur, niſi & ille viciſſim patrimoniis inſtructus munitúſque foret: Imò nec iſto caſu emptitia prædia donatione ſibi aſſereret ſupra trientem. §. 327. Andegauen. Conſuetudin. Credibile eſt tamen, maritum, fraudandæ huiuſce Legis animo, vxoria Andium bona diſtraxiſſe, vt inde partis aliis apud Carnutes latifundiis, liberè potiretur vxoria liberalitate. Quoniam ergo matrimonij honos, & publica fides coniugum intuenda potiùs, quàm rerum coniugalium ſitus, par eſt quoque, fraudatoris odio negotium ex Lege fraudata decidi, non Carnutenſis Prouinciæ, ad quam ille Andegaui fundi pretium callidè ſubdoléque traduxerit. Vt Iaſon arbitratur, in §. Item ſi quis in fraudem Inſtit. De action.

AFFECTIONIS gratia inhoneſtæ donationes, non prohibentur 15.
Iure Quiritum, in meretrices putà, vel concubinas. l. 5. l. donationes in concubinam ff. De donat. l. pater meus ff. De legat. 2. l. A filio. §. Teſtator. ff. De aliment. & cibar. legat. l. Qui concubinam. ff. De legat. 3. l. Cùm ſecundis §. 1. D. de his quæ vt indig. aufer. At patrio Andium More aliud conſtituitur. §. 342. Vſuuenit porro, concubinas, ſuſcepta prole, iis matrimonio iungi, quibus cum ſtupri conſuetudinem habuerint, libidiníſque commercium. Inde percontari lubet, an donatio in concubinam eam collata, ſequentibus nuptiis conualeſcat. Ciuili quidem Iure compertum eſt, largitionem, qua quis in concubinam vſus ſit, minimè reuocari, nec, ſi matrimonium inter eos poſtea contractum fuerit, interdicere. Vt Scæuola reſpondit. l. ſi prædia ff. De donat. inter vir. Et Papinianus l. 31. ff. De donat. Sed non ideo, concubinæ inutiliter donata Moribus noſtris, coniugio inſtaurantur poſteriori. Concedamus enim, liberorum ſtatum in concubinatu editorum confirmari ſanctiſſimo connubiorum fœdere: quùm talis ſtatus legitimi trahatur effectus ad diem paterni materníque fati, quo iuſtis liberis parentum hæreditates deferuntur. At verò diuerſa cauſa eſt ſemel perfectæ viuorum donationis, vt reliquorum contractuum, in quibus principium intuemur, non finem, nec excurrentem deinde rerum ſucceſſum ac euentum. l. ſi tamen D. Ad S. C. Macedon. l. qui id quod ff. De donat. Exin quoque donatio origine nulla, & inefficax, tractu temporis neutiquàm ſtabilitur. Sed nouæ vxori noua viri liberalitas ſatis eſſe debet, qualem Municipalis Conſtitutio ferat coniuges inter ipſos. Siue etiã anterior donatio noua voluntate fulciatur inter virũ & vxorem, quanta maxima inter hos Moribus fieri donatio poſſit. Idque Andegaua lex innuit à contrario ſenſu, in cit. §. 342. Atque vt Romano Iure licitam ante nuptias donationem, poſt eas exequi permiſſum fuit, nouam verò conferre, interdictum. (l. ſi donatæ res. §. ſponſus ff. De donat. int. vir.) Sic Francico Vſu, qui coniugalem liberalitatem admittit, tolerabile fuerit, illicitam antea donationem, emergente nuptiarum cauſa renouare, ac no-

§. 342. Andeg. Leg. *Don faict de concubin à concubine, & de concubine à cõcubin ne vault: Car ils ne peuuent riens dõner l'vn à l'autre, durant le temps de leur concubinage, ne apres, s'ils retournẽt à icelluy peché.*

Si filius naturalis reſcripto legitimatus ſit poſt mortem patris, an poſſit venire ad bona paterna, in quibus fuerit inſtitutus, vide Baldũ in Conſil. 58. Volum. 4.

Art. 342. ver. *durant le temps de leur concubinage, ne apres, s'ils retournent à icelluy peché.*

ac nouam adeo cótrahere, Nec aliter, donatio Pactis cauta dotalibus, quæ Actis improfeſſa, reciderit in irritum, redintegratur, mutuo conſenſu nouandæ, profitendæque apud Acta donationis inter coniuges repetito. Quemadmodùm Senatus præclaro iudicio definiuit. Poſtridie Nonas Martias an. 1578. In 3. Claſſe Inquiſitionum Curiæ Pariſiẽ. vbi Alex. Magnus ſenator litem collegis ſuis referebat. Secundùm Iuſtiniani Principis Legem Cùm multæ §. vlt. Cod. De donat. ante nupt. Sed nec eximio tamen ætatis beneficio ſuſtinetur donatio in minorem annis abſentẽ, cuius, maternæ pro eo acceptioni, donationis minimè mater ipſa ſubcripſerit. Nam vt, Iure Quiritum, in abſentem nó tranſit donatæ rei dominium, quoad donationis certior factus, ratam eam gratámq; habuerit ille (l. abſenti. ff. De donat. l. qui abſenti. ff. De acquir. poſſeſſ.) Ita diſtrictiùs, Frácicis Edictis donatio citra acceptionem, ad nihilũ deducitur. Ac cócedamus vtique, minores annis, integri reſtitutione iuuari identidem aduerſus omiſſas donationum profeſſiones in Forenſibus monumentis: quòd externa tantùm perfecti Contractus Solennia iſthîc deſiderentur. leg. Minoribus Cod. De donat. propt. nupt. Alia certè cauſa eſt prætermiſſæ neglectæque Actus ſubſtantiæ, quæ in donationis acceptione conſiſtit.. Talem enim ad Actũ, qui nullus, nec vtrinque celebratus ſit, retrorſùm admitti, nihilò gratioſiùs licet minori, quã ætate prouecto. Quùm in iis, quæ ſunt meri facti, non admittatur fictio, ſeu fictitia Legũ reſtitutio. l. in bello §. facti autem. ff. De captiu. l. Verum eſt. ff. De regul. iur. Quapropter Senatus Pariſiorum aduerſus donatarium pronuntiauit: Decretũ cóſpicua in purpura recitante Dn. Harleyo, Curiæ Antiſtite ſummo, Poſtridie Nonas Septembres an. 1603.

S. Conſultum Pariſien. die. 8. Mart. an. 1578 *Sur vn procez party en la 3. Chambre des Enqueſtes, departy en la premiere. Entre Thomas le Couſturier ceſſionnaire de Iacques le Couſturier & Noelle Rat ſa féme heritiere de Pierre Rat ſõ frere demãdeur & deffendeur. Et Marie le Braculeur veufue dud. Pier. Rat deffenderesse & demanderesse.* Quòd donatio facta in cõtractu matrimonij, non inſinuata intra tempora, poteſt adhuc conſtante matrimonio inſinuari ex nouo coniugũ cõſenſu mutuo, & Procuratori opræſtito, licet nil iam tum ſibi inuicem poſſint donare, obſtante loci Conſuetudine.

Regiæ Ordinationes an. 1539 & 1541.

Areſtum Curiæ *en robe rouge*. die. 6. Sept. 1603. aduerſus minorem annis qui Reſcripto ſummotus fuit reſtitutorio aduerſus omiſſam maternæ acceptationis ſubſcriptionem donationis ſibi abſenti factæ.

16. RERVM mobilium donatione excipiuntur ſacra Templorum inſtrumenta, vtpote vaſa, codices, aliáque ornamenta Eccleſiaſtica, quæ in Diuorum cultum immortalium à marito parata ſint in Sacello Dominicæ Arci ſuæ inhærenti. Verbi cauſa, Ludou. Borbonius Montiſ-Penſerij Dux connubiali lege dedit Catharinæ Lotharingæ Mouẽtia ſua omnia, poſt celebratas nuptias comparáda. Manente cóiugio, inſtruitur pretioſa ſuppellectile Phanum Champigneæ Arcis, & Vici ad maritum pertinentis. Defuncto coniuge, vidua Heroina, adquam dotali Pactione res mobiles ſpectabát, petiit illarum æſtimationem, quæ ſanctæ Ædi deuotæ erant in mariti Caſtro fundóque conſtructæ. Aſt, econtrariò, hæres, ſacram illam ſupellectilem DEO ſemel dicatam fuiſſe, nec in promercium denuò, nummariúmque pretium redigendã. Ea quippe in Templi ornatum apparata, nec ditiorem fieri maritum, nec pauperiorem vxorem: quæ pro amborum ſalute perenni, ac piam in cauſam vtrique communem, iuſta Sacelli inſtrumẽta contulerit. l. ſi ſponſus. §. conceſſa donatio eſt ſepulturæ cauſa. Verſ. porro hic nó videtur fieri locupletior in ea re, quam Religioni dicauit. ff. De donat. int. vir. & vxor. Atque, vt ait ille, *Quod mihi datum eſt ex te, tibi proderit.* Vnde & ſi maritus ad oblationem DEI vxori donarit, vel Ædem pu-

Eccleſia collegiatã D. Ludouici. in Caſtro *de Champigny*, in Turonia.

blicam Cœlitibus cõſecrarit tenet donatio. Siue etiã vir pro coniugē oleum in ſacro Delubro poſuerit, haud dubium, quin debeat id valere Vlpian. in l. 5. §. proinde. π. De donat. int. vir. Quinimò ex indulgentia Principis Antonini recepta eſt vxoria donatio honoraria : vt ecce ſi vxor viro lati claui petendi gratia donet, vel vt Equeſtris ordinis fiat, vel ludorum gratia. Quod pariter adipiſcédæ Dignitatis ergo ab vxore in maritum collatum eſt, eatenùs ratum lege habetur, quatenùs dignitati ſupplendæ opus fuerit. l. Nuper, cũ duab. l. l. præcedent. π. De donat. int. vir. Authent. Quo iure Cod. Qui potior. in pign. Alioquin, cum Martiale, iocari in eam liceret, quæ à marito Prætore deſignato Calendis Ianuar. diuerterat: quò ſumptus vitaret, qui in purpuram noui Magiſtratus impendendi erãt. Re demùm accuratè tractata placuit ORDINI AMPLISS. hęredem viduæ poſtulatis abſolui. Decreto Pariſienſi. 7. Idus Iunias an. 1585. in maiori Curiæ Auditorio, vbi Hieronym. Henrouſius ſenator litis ſpeciem totam ex formula denarrabat.

Donatione ſimpliciter prohibita. nõ cēſetur prohibita donatio ad piam cauſam. Bald in l. 5. π. De donat. int. vir.

Hac Nouella. 97. Cap. 3 Mulier nõ vtitur priuilegio dotis in eos, qui marito emendæ Militiæ cauſa mutuarint.

Areſtum Curiæ die 7. Iunij an. 1585. *donné en la grand Chambre, au rapport de M. Henroux.*

VT coniugi, mouentium ſe bonorum donatario, competunt no- 17.
mina, & chirographa debitorum coniugalis ſocietatis: Ita alienũ etiã æs liberat donatarius, vndecũq; emanarit. §. 321. 327. And. Leg. Putà vir & vxor ſuperſtiti alterutri largiuntur rerum vniuerſitatem mobiliũ. Lõga inde annorũ intercapedine, maritus falſi inſimulatur apud Iudices, eiuſque fato intercepti hæredibus pœnalis irrogatur pecuniæ mulcta grauiſſima. Hi ſubinde in ius vocant Mobilium donatariã viduam, vti ab ea præſtentur indemnes, ac mulctatitio ære iſto exonerentur. Rea autem conuenta non diffitetur, ſe creditis quidem defuncto pecuniis, ciuilíque negotio cõtractis Nominibus hęreditariis adſtringi. Sed ex maleficio viri poſt donationem admiſſo, mulctatitium nummum ab ea exigi negat poſſe, nec, quæ iudicio inflicta ſit hæredibus, nũmariam pœnam luere ſe cogi. Hoc item famoſum debitæ pecuniæ genus, eſſe extra cauſam bonorum, ac familiæ exiſtimationem potiùs reſpicere, iuſque ſãguinis propinquorum hæredum, quàm extraneos bonorum poſſeſſores. Argumento Vlpiani. l. 20. §. ſi ſepulchri π. De acquir. hęred. l. ſi quis fuerit hæres. π. De relig. & ſumpt. funer. Cum. l. familiaria Eod. Tit. Nã & alio Vlpiani dicto, ſpectat ad exiſtimationem noſtram, ſi fama eius, cuius hæredes extitimus, laceſſatur. Lib. 56. ad Edictum. Replicãt hæredes viduam vtique, fortunarum ſociam, vrgeri tantùm ad debiti Pacto æris ſolutionem, nõ verò ob Crimen indicti. (l. Nec prætermittendum D. Pro ſoc. l. Quod ſæpe §. veneni. π. De cõtrah. empt. l. Si à reo §. vlt. π. De fideiuſſ.) Aſt Mobiliũ donatariam viduã vniuerſo ęri alieno obligari, qualitercũque conflato. Licet enim accuſati mariti obitus mulctæ dãnationem anteuertat, ea tamẽ retrofertur ad diem inſtitutæ accuſationis, quæ, viuo reo, ad extremum propè iudicij calculum perducta ſit. l. 1. π. De pœn. Bart. in l. Omnes populi Verſ. iuxta prædicta quæro, quid in delictis. π. De iuſtit. & iur. Bald. ad l. 1. Cod. An ſeruus ex ſuo facto. Ac ne pluribus agã

Art. 327. Andeg. Cõſuet. Ibi, *Et en ſe faiſant ſera le donataire des meubles tenu payer les debtes perſonnelles, & accomplir le teſtament.*

Vlpian. In l. 1. Verſ. & ſi fortè π. De iniur.

Flagitioſæ rei ſocietas coita nullas vires habet.

ſentio

ſentio, cum hæredibus, Mouétium donatariam iſto peræquè, ac mobilibus aliis debitorum oneribus hæreditariis, implicari. Haud ſolos enim hæredes, ſed eos pariter, qui loco hæredum ſunt, officioſè agere circa defuncti vindictam conuenit, eiuſue conſciétiam ſcelerum liberandam. Pauli leg. 21. ℔. De his, quæ vt indign. aufer.

18. CONTIGIT autem aliquando, maritum vxori Mobilia cuncta dare, legare, immunia exemptáque mole æris alieni. Quid iuris eſt: Reor legatum valere, modò triens Hęrediorũ ſit ſoluendo, vnà cum Quæſtibus teſtantis viri: De quibus liberè ipſi ſtatuere licuerit, vltra Mouétium vniuerſitatem antedictá. Qui enim dat, legat res mobiles nullo onere debitorum nominatim, id tacitè agit, vt ex reſiduis bonis, parté ſuo ipſius arbitrio legibus relictam vel pignori eſſe velit complendæ voluntatis ſuę gratia, vel proximis hęredibus cum onere eodem reſeruet. Nam plenius accipiéda eſt donatoris volútas, morientiſvè teſtatio, vt valeat, non vt pereat: Quam & Romani Prudentes aiunt in Iuris poteſtatem transferri, vt quod teſtator feciſſe potuit, id feciſſe, & voluiſſe facere coniiciatur. l. Interdum. §. denique. ℔. De hæred. inſtit. Exempli gratia, editum fuit S. Conſultum, Auiola, & Panſa cõſulibus, de non legandis iis, quæ ædibus iuncta eſſent. Teſtator duobus Seianam domum legauit, & ex ea alteri eorum Marmora ad extructioné Meuianæ domus, quam ei legauerat. Ab Vlpiano vtique reſponſum eſt, marmorum detractionem non ferendam, legatum tamé ſubſiſtere, vt æſtimatio eorum præſtetur. l. Cætera. §. ſi duobus. ℔. De legat. 1. Similiter, vt quis hęredem inſtituat aliquem, rogari non poteſt: Planè Romanus Senatus ſenſuit, perinde habédum, atque ſi rogaſſet hæreditatem reſtitui. Quid ergo, ſi hæres poſt mortem ſuam rogatus fuerit hæreditatis ſuę quadrantem reſtituere. Verius eſſe exiſtimant Scæuola, & Papyrius Fronto, fideicommiſſum tenere, atque ſi de hæreditate ſua reſtituenda rogatus eſſet: Et eatenùs reddenda eſt, quatenùs hęreditas teſtatoris patitur ſecundùm vulgarem formã Iuri. l. filiuſfamil. §. vt quis hæredem. ℔. De legat. 1. Si quid præterea alicui licitè fuerit relictum, vel ius aliud, quod ipſe quidem propter corporis ſui vitium, vel propter qualitatem relicti, vel aliam quamcũque probabilem cauſam habere non potuit, aliud verò hoc habere potuit: quãti ſolet comparari, tantam æſtimationem accipiet. cit. l. Filiusfamil. §. ſi quid alicui Eod. Tit. Itaque, (vt ad inſtitutum reuertar), etſi alieno æri obnoxius ſolus maneat rerum mobiliũ donatarius Andegaua Lege: quia tamé donatori liberum fuit, eidem ſimul cum Mouétibus, Acquiſita erogare, ac Patrimonij partem tertiá, quæ debitis bona cumulatè reſponderent, haud improbabitur mobilium donatio, æris alieni penſitatione vacua & immunis expreſſim: quatenùs nempè donatoris quæſtus, ac triens hærediorum, eo onere defungi potuerint. At donatarius hic alterutrum duorum pręſtet, neceſſe eſt, vel ſubductis excuſſiſque donátis quæſtibus, ac triente patrimonij, reſiduum æs debitũ perſoluere, vel ei ceſſos ab hęrede quæſtus, partémque hærediorũ

Valeat hęcne apud Andes donatio bonorum mobilium facta expreſſim abſque onere debitorũ donatoris ſoluendorũ.

Qui autẽ habet tantum mobilia in bonis, amplius media ipſorum parte donáre nequit. § 327. & 345. And. Conſuet.

Verba directa teſtatoris trahuutur ad fideicommiſſum, ſi iure directo non poſſunt valere.

ſuſcipere cum onere creditarum defuncto pecuniarum. Talem bonorum ceſſionem hæredis, à quo pluribus legatum ſit immodicè, probarunt Cóſcripti Curiæ variis S. Cóſultis. Idque in Pariſien. Mores tranſlatum legimus, artic. 295. Nihilominùs perſimilem ex Andibus controuerſiam, PATRES maturioris eſſe conſilij pronuntiarunt. Quarto Idus Martias an. 1587. Litigatoribus Roberto Chalopino fratre hærede, qui ab Andium Suppræfecto in Curiá prouocarat, & Iana Dauia, Franciſci Chalopini vidua muliere. Ac Senatorio tandem decreto, æs alienum luere dánata iſt iſthæc, pro modulo rerum Mobilium ſibi legatarum. Cuius Decreti mentionem intulimus, PARISIEN. MORVM. Volumine. 2. Quæ autem Legatariæ ipſimet debeantur à marito, cófuſione vaneſcút, ſi purè quidem mobilia ſint, conceptáque in perſonam Nomina. §. 235. 237. 321. 326. 327. patriæ Leg. Vtputà impenſorú in res proprias viri dimidia ſors, antiquivè in Reditus nummarij redéptionem. Cuius ſemis pretij vxori debitus, adſcribitur Mouétium albo veriùs, quàm immobilium. art. 286. & 298. eiuſd. Conſuet. Secus de muliebri pecuniæ dote patrimoniis viri adſignata, Immobilis iuris in coniugem tráſlatitia. Ex Bartoli diſtinctione ad l. ſi cóſtante D. ſolut. matrim. Iaſon. ad l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. De legat. 1. Siue etiam de pretio agatur vxorij diuéditi Hęredij, repetundo ex prædiolis viri ſeorſùm, aut ex communi ſaltem bonorum Aſſe coniugalium. Quale onus poſterius, vt minuit vniuerſas defuncti fortunas, ita confunditur dútaxat pro modo æſtimationéque mobilium rerum donatarum. Argum. leg. ſi fideicommiſſum. §. tractatum. ff. De iudic. Et l. ſi ex duobus. ff. De pecul. Reſiduum verò à creditrice muliere ex prædiariis viri facultatibus exigetur: nulla oppoſitæ compenſationis ratione habita, quaſi teſtator, penſandi animo debiti prorſus, coniugi legarit. Leg. vn. §. primùm itaque. §. taceat Cod. De rei vxor. act.

Appoinété au Conſeil en Parlemet, die 12. Mart. an. 1587. Roberto, appellãtis, Et *Du Lac* intimatæ cauſam agentibus.

Curiæ Placitum die. 26 April. 1597.

Tit. 3. art. 23.

Confuſio, ſolutionis vice eſt l. quæ dotis D. ſolut. matrim. L. Vranius. ff. De fideiuſſ.

L'Action de Mydenier des Baſtimens ou reparations des propres du mary, Et du Rachapt des Rentes anciennes par luy deues.

Aſſignat reel de den. dotaux. Remploy de propres alienez.

QVÆSTVVM appellatione intelliguntur etiam hæreditariæ por- 19.
tiones, à ſororibus dote accepta repudiatę: Intantùm, vt cui liberaliter conceſſeris parta & quæſita latifúdia, is rectè vindicet hereditarias ſororum tuarum partes in bonis parétum, queis illæ dotali pretio diſertè aſtinuerint. Per contrarium autem, donatoris hæres dixerit, aliam eſſe rationem empti ac venditi, aliam repudiati iuris cuiuſpiam: quùm renuncians, verè credatur nullum retrò ius habuiſſe vnquam, ſed eius portio repudiantis hæredi fratri accreuiſſe. l. ſeruú filij. §. ſi quis rem ff. De legat. 1. l. ſi hæres. ff. De manum. vindic. l. 1. Cod. Quan. non petét. part. Ergo par cauſa eſt additamenti, cum eo, cui acceſſerit, nec minùs adiecta portio cenſetur patrimonialis & hæreditaria, quàm ſua cuiuſque ac propria, cui illa conſortis renunciatione aduoluatur. l. inter ſocerú, §. cùm inter. ff. De pact. dotal. l. In rem. §. item quæcunque. ff. De rei vindic. l. quicquid. §. cùm partes. ff. De acquir. rer. domin. His verò contrà, obiicietur, ſororem iure hæreditario ceſſiſſe, iam parto & quæſito morte parentum. Eius proinde nummariam renunciationem verbo tenus cenſeri, ſed ipſa re venditionem hæreditatis, aut hæreditarię

Partes hæreditariæ ſororum, mediante dote, renútiantium, quæ fratri accreſcút, cenſentur eius acqueſtus, non antiquum patrimonium: Niſi fratris hæredes velint reddere donatario acqueſtuum dotale illud renunciationis pretium à fratre ſolutum.

partis

partis venditæ ſpeciem quandam. Iaſ. in l. ſi actionem Cod. De Pact. Secus de ſorore futuras bonorum ſucceſſiones repudiante, quarũ improba ſpes nec venũdari, nec in promercium cuiuſquam cadere legitimè poſſet. Vt vult Æmylius Papinianus l. quidam in iure interrogatus. §. 1. ff. De donat. Vlpian. in l. 2. §. interdum. ff. De vulg. & pupill. Eapropter Senatus quæſtuum donatario tales renunciantium ſororum portiones addixit: niſi mallent hæredes, repudiationis pretium ſororibus traditum donatario repræſentare. Decreto. 10. Kalend. Septemb. an. 1586. inter tranſuerſarios hæredes N. *de Roigne* Senatoris Pariſiẽ. ac eius auiam rerum mobiliũ hæredem, & acquiſitorum, apud Pictonas. In Andibus vtique, ſorori nobili à fratre elocatæ nil licet exigere, quãdiu matrimonium ſtet, præter dotem cautam nuptiali Inſtrumento. art. 244. patriæ. Leg. Hæc tamen locum non habet in ſororem vel minorem annis, vel hæreditate delata purè abſtinentem, modico dato. Ea quippe vtrouis caſu in integrum reſtituitur, vnà cum marito, vti iuſtam bonorum portionem, manente etiam coniugio, petat. Quemadmodùm ſimilis Cenomani Moris interpres Senatus iudicauit. Areſto die. 10. Februar. an. 1564. quod memorauimus antea, hoc Lib. 3. Tit. 1. art. 12.

Parlamenti Areſtum die. 21. Auguſti an. 1586. inter hæredes collaterales *de M. d'Roign ſieur de Boiſnetr* Conſiliarij in Curia Pariſien. Et eius auiã hæredẽ mobilium, & acqueſtuum.

Art. 244. And Conſuet. *Si homme noble marie ſa ſœur, & ne luy donne mariage aduenãt c'eſt à ſçauoir iuſques de la valeur de la loyalle & legitime portion de la ſucceſſion de ſes pere & mere & autres parens: apres le treſpaſſement de ſon mary elle ſera bien receue a demander ſon loyal partage en rapportant ce que luy aura eſté donné aud. mariage, ſi elle n'auoit expreſſement accepté iceluy don pour ſa legitime portion, ou qu'elle y euſt autrement renoncé. Mais ſuppoſé qu'elle n'euſt fait expreſſe acceptation, ou renonciation, toutesfois tant que le mariage dure, elle ne peut autre choſe demander, ny ſon mary à cauſe d'elle, que ce que luy aura eſté promis en mariage. &c.*

20. NOVERCA priuignæ dotem ſpopondit, vnà cum marito, & eius nomine paterna ſua hypothecæ ſubiecit. Diem functo coniuge, Fori quæſtio ſuſcepta eſt ab eius genero prouocante nouercam, vt expromiſſæ dotis fidem ipſa liberet. Hæc verò dotalem cautionem reſcindi poſtulat Regiis Codicillis, vtì pigneratitiam quandam hærediorum ſuorum mãcipationem alienæ dotis ergo, in rem ſcilicet ac exonerationem patris dotatæ filiæ, coniugis ſui. Nam ciuico Andium Ritu, nihil paciſci licet vxori cum viro, eiuſvè neceſſariis ac propinquis, quo vxoria minuantur patrimonia: Dempto, ſi reciproca ſeſe liberalitate coniuges demereantur. artic. 328. Atqui inter eoſdem, alioſvè pariter bonorum ſocios, ratio depoſcit, alterius filiam de ſuo priuatim dotari nõ de communi: niſi forte inter illos aliter conueniſſet. l. ſi ſocius pró filia D. Pro ſoc. Baldus nuncupatim, de filia vnius ſociorum fratrũ, Ad l. ſi patruus Cod. commun. vtriuſq; iudic. Et in Authent. Ex teſtamento Cod. De collat. Ludou. Romanus in Conſil. 413. Sic communioni nõ imputantur voluntariæ impenſæ, quas rem communem adminiſtrans in alios vſus conuerterit. l. Ex duobus l. ſi quis negotia l. ſed an vltro. ff. De negot. geſt. E diuerſò autem gener replicat, ſe nouercæ fidẽ ſecutum cauiſſe de dote, & nuptias contraxiſſe, alioqui eius priuignã non ducturum vxorem. Imò nec tutori, qui quadringenta in dotem puellæ, marito eius cõſtituerit, ſubuenitur à Prætore, quòd poſtea, ære alieno emergẽte, ſupra vires patrimonij eius dos promiſſa ſit: Nõ magis, quàm ſi creditori pupillæ nummos daturum ſe recepiſſet. l. Cùm poſt mortem. ff. De adminiſt. tutor. Subiicit iis gener, dotem hoc habere præcipuum, vt in muliebri eius ſponſione ceſſet exceptio Senatuſconſulti de interceſſionib⁹. l. ſi dotare. l. vlt. Cod. Ad. S. C. Velleyan.

Tamen inter ſocios omnium bonorum, vnius filiæ ſunt de communi dotandæ. Alexan. in Conſil 70. Volum. 5. poſt Baldũ in Addit. ad Tractatum Bart. De duob. fratrib.

Si autẽ nouerca pro dote priuignæ non ſimpliciter interceſſerit, vt hic, ſed eam de communi ſoluerit cum marito, tunc ea ſolum habet perſonalem actionem pro ſocio, ad dimidium nummum repetendum, in hæredes ſocij mariti, non verò condictionem pecuniæ in filiam & eius maritum, qui eam receperunt, ſi paternæ ſucceſſioni renũciẽt. Quippe qui probabiliter crediderint filiam ex propria patris ſubſtantia dotatam fuiſſe, non alienã.

Vicit tamen iudicio cauſa nouercæ, quæ contra ciuicam Legem proprios fundos oppignerarat in coniugis gratiam: cuius partes erát, ſuo ac peculiari ære filiabus dotem exhibere. l. Obligamur. §. lege. π. De Oblig. & action. l. vlt. Cod. De dot. promiſſ. S. Cóſulto Pariſien. Nonis Iuniis an. 1584. inter Cenomanos Municipes quorum appelláti alteri patrocinium præbuit Boſſantius, alteri Chauuelinus.

Decretū Curiæ die 5. Iunij an. 1584. de interpretatione art. 340. Cenom. Cōſuet. ſimilis Andegauæ, in §. 328. de quo, paulò ſuperius.

Tit. IIII.

DE LEGATIS PRÆSTANDIS.

1. *In* acqueſtibus *connumerantur legata alijs, quàm proximis hæredibus.*
2. *Teſtamentorum ſolennitates variæ, quibus ad vnguem non ſeruatis, illa corruunt.*
3. *Militaris teſtamenti priuilegia, & an huius ſeculi milites ijs fruantur.*

   Ea certè Militibus, priuilegia à Tholoſano Senatu adiudicantur.
4. *Fœmina, quamuis nupta, alieni teſtamenti executrix eſſe poteſt, ſi eam executionem acceptare velit.*
5. *Secretæ amici fidei teſtatorem committere poſſe pecuniarum ſuarum diſpenſationem & diſpoſitionem.*
6. *Tabulas teſtamenti in loco ſacro deponi olim conſueuiſſe.*

   Reges aliquando, vel ſummæ eorum Curiæ Teſtamentorum executrices nominatæ.

   Forenſe priuilegium Cathedralis Andium Eccleſiæ, de temporalibus *eius bonis controuerſis.*
7. *Perfectum Teſtamentum, ab imperfecto ſequenti, cum longiſsimi temporis interuallo, reuocatur.*

8. 9. *An valeat Teſtamentum factum coram presbytero, qui talibus negotijs à* Curato *commiſſum ſe in eo teſtamento dicat.*

10. *Coniugum mutua donatio non poteſt Teſtamēto alterius, altero etiam præſente nec diſſentiente, reuocari.*

    Multa licent diſponentibus inter viuos, quæ teſtantibus interdicuntur & econtrà.
11. *Illa tamen donatio ſequenti Pactitia reductione ad vſumfructum, nouari poteſt.*
12. *Bona* collateralis *propinqui, teſtamento, vel inter viuos donatione, ad ſubſtitutos ibidem veniunt, ſine onere dotis, vel* doarij *viduæ primi donatarij.*
13. Baſtardo *legati nummi, pro traditis habentur, ſi in eius alimenta vſumque annuum fœnori dentur, ac deponantur.*
14. *Fiſcus donatori præfertur in rebus* baſtardo *donatis etiam cum prohibitione alienandi.*

15. *Literæ*

15. *Literæ* legitimationis baſtardi, *poſt mortem patris* verificatæ *in Camera* Computorum, *non valent.*

16. *Clauſula derogatoria, primo Teſtamento inſerta, obſtat quò minùs iſtud ſecundo teſtamento infirmetur, niſi ſecundum illius clauſulæ ſpecialem mẽtionem fecerit.*

Fauorabilis & commoda hæredi ex Inuentario, iuris ceſſio creditorum hæreditariorum, non prodeſt legatarijs.

17. 18. *Onus ferendi nominis, hæredi ſcripti hæredis ſub conditione impoſitum*, ſi quem ſcriptus inſtituere hæredem vellet, *non inducit fideicommiſſum in fauorem maſculorum ſcripti hæredis liberorum inteſtatò ſuccedentium, ad excluſionem filiarum.*

Parlamenti *de eo Areſtum notabile.*

19. *Filiæ* Statuto *excluſæ hæredis inſtitutio valet iure legati.*

20. *Nobiles andegaui, & Cenomani, iunioribus liberis partem bonorum licitè donant.*

Alia eſt diſponendi Lex de Ducali Andegauiæ feudo, aut Cenomani Comitatus, inter filios Ducis, Comitiſvè, Regum fiduciarij, quàm inter Nobiles inferiores vtriuſque Municipij.

Teſtamentariæ hæredum inſtitutiones variæ de Andegauen. Ducatu & Cenomaniæ Comitatu.

21. *An dementis teſtatoris legatarij, qui & eius bona clanculum ſuppilaſſe dicuntur, à legatis reppellantur.*

Num ijs ſaltem, lite pendente, legata per modum prouiſionis *adiudicanda ſint.*

1. INTER ACQVISITA Rerum dominia deputantur, quæ Teſtantium lagitate cuiuis obueniunt, non minùs quàm viuorum donatione, de qua proximè à Nobis eſt actum. Nam bona legantur benè merentibus extraneis, nedùm propinquis ac neceſſariis. Vlpiani l. 9. D. Pro ſoc. Et Iuliani l. C. l. 9. D. Si quid in fraud. patroni. Quinctiam L. Valerius, præteritis omnibus amicis ſuis, vltrò ſcripſit hæredem togatum hoſtem ſuum Cornelium Balbum, à quo fuerat capitali iudicio accuſatus. At Tullius in 2. Philipp. grauiter inuehitur in Marcum Antonium, qui alienas hæreditates occupabat, quaſi hæres inſtitutus: cùm ipſe plerúnque defunctis ne notus quidem fuiſſet, nec eos ipſe nouiſſet.

Legata ab eo, cui quis ſucceſſurus nõ ſit, in acquiſitis bonis computantur.

2. NE autem ſubiiciantur Teſtamenta, vel malis artibus exprimantur, variæ cautiones adiectæ ſunt illorum cõſcribendorum. Nam vt ſtatos ſolenneſque poſtremarum teſtationũ ritus prætermittam, quos Romana Prudẽtia excogitauit, Scæuola inteſtatum vocat eum, qui ſolam animi ſui rationem ſecutus, abſque Iuriſperito teſtamẽtum condiderit. l. penul. §. vlt. π. Dolegat. 2. In Galliis verò, nuda ſcriptura à ſolo

And. Conſ. art. 276. Verſ. *ou que le teſtateur l'ayt eſcript, & ſigné de ſa main.*

Holographum teſtamentum, quod, manu ſua ſcripſerit teſtator. Iſidorus appellat. Lib. 5. cap. 24.

ſtatore cōfecta & ſubſignata, vim habet ſupremi iudicij. §. 276. Andeg. Conſuet. Cuiuſmodi HOLOGRAPHVM teſtamentum memorat Plinius, Epiſt. 16. Lib. 2. Et Seruidius Scæuola, l. Cùm quis decedens. §. Titia. ff. De legat. 3. Ac tales adeo, ſua cuiuſque de re, Actus* ὁλογράφως cum Die & Anno, comprobat Lex Vviſigothorum, Lib. 2. Tit. 5. art. 16. Satis enim viſum eſt, ſi conſtet de voluntati defuncti: quam etiam deprehendi poſſe ex teſtamēto minùs ſolenni, Leges Romanæ fatentur. l. vlt. ff. De reb. eor. l. In teſtamento. ff. De fideicomm. libert. Quod ſi Tabellio, vel parochus teſtamento adhibeatur, id pluſcularum Regionum More fit irritnm, niſi eo apertè feratur teſtator, & dictaſſe ipſum, & clara voce bis lectum probaſſe. Sicuti ex Pictonum Cōſuetudine Senatus pronuntiauit. Areſto. 3. Idus Februar. an. 1584. ſecundùm Catharinam *Rat* viduam Nicolai *Roy* tutricem filij ſui: cōtra Annam *Roy* filiā & hæredem Renatæ Iuuinæ, vxorem Renati Preuoſti, quæ à Sententia regij Pictonum Iuridicj prouocarat Curiam Pariſienſem. Sic Diuus Pius reſcripſit, firmius videri teſtamentum, cui teſtator hac formula ſubſcripſerit. SE ID DICTASSE ET RECOGNOVISSE, l. 15. §. Et quatenùs D. Ad. L. Cornel. de fal. Atque adeo omnem falci ſuſpicionem pœnámque adimit ſpecialis hæc vltimarum Tabularum ſubſcriptio, QVAS ILLI DICTAVI ET RECOGNOVI. Martiani I. C. iudicio, Senatuſconſultum de Leg. Cornelia interpretantis. l. 1. 5. inter filiū D. Ad. L. Corn. de fal. Huc quoq; refertur Papiniani de Liboniano S. C. reſpōſum, in l. 29. ff. De teſtam. tut. In Verſ. hoc ipſum manu ſua declarantis, &c. Cum Iulij Pauli lege, Lucius Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit. ff. De Teſtam. milit. Liberam verò teſtamenti factionem permiſit olim Andegauis noſtris Erricus Andium Comes, qui titulum præferebat Regis Angliæ, Normanorū Ducis, & Aquitanorū. Vſqueadeo, vt is ſuorum Andegauiæ popularium libertatem illam Fiſcalibus cōmodis propriis antepoſuerit, hoc modo. *Henricus* &c. *Archiepiſcopo Turonenſi, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iuſtitiarijs, Vicar. & omnibus Miniſtris, & Fidelibus ſuis totius Andegauiæ & Cenomaniæ ſalutem. Sciatis, me conceßiſſe, & præſenti Charta confirmaſſe ciuibus meis totius Andegauiæ, quod quicunque de illis, confeſſus & teſtatus deceſſerit, diuiſa ipſius rata, ſit, & ſicut eam fecerit, firmiter teneatur. Si verò aliquis eorum colli fractione, vel ſubmerſione, vel aliquo alio caſu ſubita morte præuentus fuerit, & ſpatium confitendi non habuerit; concedo, quòd ſecundùm rationabilem diſpoſitionem, & conſiderationem parentum & amicorum ſuorum, res ſuæ diſtribuantur, & eleemoſynæ fiant pro anima ipſius*, &c.

* diſponentis manu ſcriptos ſubſcriptoſque.

Vviſigoth. Lege. Vbi nō poſſunt facilè inueniri teſtes, olographa ſcriptura diſponētis valet cum Die & Anno expreſſo ibidem, vſque ad. 30. annos.

S. Conſultum Pariſien. die. 11. Febr. an. 1584. ex prouocatione à Sententia Seneſchali Pictauenſis abſolutoria à petitione legati *des meubles, & acqueſts faict a Anne le Roy fille & heritiere en partie de Damoiſelle Renée Iuuin. La d. Sentēce donnée au proffit de Damoiſ. Catherine Rat veufue de Nicolas le Roy tutrice de ſon fils nepueu en directe de lad. Iuuin teſtatrice.*

Teſtamentum corā Notario factū apud Pictones. debet continere expreſſam clauſulam. *Dicté ou nommé ſans ſuggeſtion de perſonne.* art. 268. Picton. Conſuet.

De Regio Angliæ titulo muliebri Andegauis Comitibus accedente diximus ſupra Lib. 1. Partis. 1. Cap. 2. Tit. 1. art. vlt.

Inde Teſtamentorū cognitio, Regia purè fit per præuentionem. Areſtis Parlamenti an. 1522. pro Religioſis de Vaucellis. aduerſus Comitiſſam Atrebatū. Et die. 2. Ianuar. an. 1355. Hunnorum tamen Iure Conſuetudinario, Teſtamentariæ cauſæ iudicantur à Iudice ſpirituali, ex Edicto Vladiſlai regis.

SOLENNIVM obſeruatio teſtamenti condendi præfigitur Andegaua Lege, (§. 276.) Quę diſtrictè nè exigatur à milite in caſtris agente, dubitatur. Teſtamenta enim, quæ in PROCINCTV olim ſine Libra atque Tabulis fiebant, Cicero ait ſuis etiamnùm temporibus periiſſe, & in deſuetudinē abiiſſe: cum iam auſpiciis bella adminiſtrari, & Perennia vel ex acuminibus ſeruari deſiſſent. Lib. 2. De Legib. & 1. De Orat. 3.

Vtrum militaria Teſtamenta nuncupatiua. Francico. Viu adprobentur.

Orat. Noſtrorum quoque temporum milites, nó vti priſco illo liberè teſtãdi priuilegio, tradit Speculat. in §. 1. De Procurat. Verſ. Item quod eſt miles Angel. in. §. illis autem Inſtit. De Teſtam. milit. Panor. in Cap. Raynutius De Teſtam. Et Benedictus ibidem, In Verſ. Matrem inſuper Cleram Num. 10. Nihilo ſeciùs experimento Fori compertum eſt, minùs ſolennia teſtamenta, quæ miles pugnaturus nuncupet, præſentibus commilitonibus, probari ſummo cuique Galliarum Tribunali. Iuxta Fabri ſentẽtiam, Francicæ praxeos, callẽtiſſimi, in Rubr. De milit. teſtã. Lib. 2. Inſtit. ciuil. Et in l. 1. Cod. De iur. & fac. ignor. Quoniam tamen Regia Edicta cuilibet actui vel Pacto fidem abrogant, niſi quorũ intereſt, manu ſubſignato, mota eſt in Senatu de viribus militaris teſtamenti contentio, quod IN PROCINCTV factum fuerat ſine ſcriptura, cùm teſtator ad prælium faciẽdum in aciem vocaretur. Dicebat enim legitimus hæres patria Foreſius, nullas controuerſi facti aſſertiones in iure admittẽdas, niſi obſignata charta muniantur: ſi modò litis pretium centenas Francici æris libellas exuperet. artic. 54. Edicti Molinis Boiorum lati Februar. Menſe. an. 1566. E diuerſò autẽ, diſſerebat hæres ſcriptus in Foreſia prouincia Iuris, generali Gallorum Conſtitutione dempta videri priuilegia, quæ Romanis quoque Legibus excepta ſint: Militaria nempe, aut Pupillaria, quæ perpetuo Edicto cõtrario nõ ſolent includi. Faber ad l. 2. Cod. Quæ ſit long. cõſuet. Atquin militibus liberam teſtamenti factionem primus conceſſit D. Iulius Cæſar, & quia conceſſio hæc temporalis erat, poſtea Diuus Titus dedit, poſt hos Domitianus: tum Diuus Nerua pleniſſimam indulgentiam in milites contulit, eamque Traianus ſecutus eſt. Hi enim militum ſimplicitati conſulendum exiſtimarunt, vt quoquomodò ſuprema ſua ordinaſſent, rata eſſet eorum volũtas, nec ad diligentiam Legum & obſeruãtiam reuocaretur. Vt inquit Vlpianus. l. 1. ff. De milit. teſtam. l. 1. ff. De bonor. poſſeſſ. ex teſtam. milit. Imò & ſi quid in vagina, aut clypeo literis ſanguine ſuo rutilãtibus adnotauerint milites, aut in puluere inſcripſerint gladio, ſub ipſum tempus quo præliaturi vitæ diſcrimen ſubeunt, huiuſmodi elogium conſtans fixúmque manere iuſſit Imperator Conſtantinus. l. Milites. §. vlt. Cod. De Teſtam. milit. Vtcunque ſit, PATRES LVTETIANI hanc caſtrẽſis teſtamenti quæſtionem conſilio permiſerunt, quòd ad exemplum, & interpretationem Edicti Frãcici pertineret. Sexto Iduum Februar. an. 1582. cùm Chauuelinus, appellantis à Præfecto Foreſiorum, & Seua, aduerſæ partis cauſam oraſſent. Tholoſanus autem Senatus identidem, ſecundùm militis ſuprema Mãdata, licet ἄγραφα*, pronuntiauit: Romanis priuilegiis nequicquam derogante Gallica Lege Regia. Vt memoriæ prodidit Gerard. Maynardus. ibidem ſenator, Quæſtion. Iur. Lib. 5. Cap. 93. Planè militaris teſtamenti formam ac typum exprimit graphicè Plutarchus in Coriolano: nec alia concepta ſpe fieri ſolitam à milite, ait Velleius Paterculus, quàm vt certam ad

Aurelianen. Conſtitut. lat. an. 1560. art. 83.

Molinenſe regium Edictum. ne allegatæ à partibus conuentionis probatio per teſtes admittatur à Iudice ſi de re centũ libras Turonen. excedente agatur.

Verbis generalibus Regiæ Ordinationis exorbitantis à Iure communi nõ continentur Priuilegiati priuilegio clauſo in corpore Iuris. niſi de illis expreſſa mentio fiat. Bart. in l. 2. §. legatis. Et in l. Hæres abſens. ff. De iudic. Cap. Cum ordinem De Reſcript.

Appoinćté au Conſeil. die. Iouis 8. Februar. an. 1582. *ſur l'appel du Bailly de Foreſts ou ſon Lieutenant à Chauſſour touchant les teſtamens militaires nuncupatifs.*

* non ſcripta.

mortem properans, viuis vltimam illa mentis ſuæ teſtationem relinqueret, mandarétque exequendam. Lib. 2.

Executores teſtamentorum.

Art. 274. Andeg. Leg. *Les executeurs d'vn teſtament ſont ſaiſiz dedãs l'an & iour du treſpas du teſtateur des meubles & acqueſts s'il y a patrimoine, pour l'accompliſſement du teſtament, & par faute de meubles & acqueſts, de la tierce partie du patrimoine, &c.*

PROIN Gallicæ etiam Conſuetudines, rei Teſtamentariæ curatores adhibent, normámque officij dictam procuratoribus ſupremorũ mãdatorum. §. 274. 275. Andeg. Conſuet. Nam, Senecæ verbis, interit omnis teſtamentorum poteſtas, ſi viui neglexerint imperia mortuorum. Lib. 3. Cõtrouerſ. Atque adeo Pauli I.C. ſententia, publicè expedit, poſtrema hominũ iudicia exitum habere. l. Vel negare D. Quemadm. teſtam. aper. Neque enim aliud (inſit Quintilianus) videtur ſolatium mortis, quàm volũtas vltra mortem. Alioquin poteſt graue videri ipſum quoque patrimonium, ſi non integram legem habeat: & cùm omne ius nobis in id permittatur viuẽtibus, auferatur morientibus. Declamat. 308. Ea de cauſa mulieri fas eſt, adimplendi teſtamenti delegatam ſibi curam ſuſcipere. Vt Scæuola reſpondit l. A filio. ff. De alim. & cibar. legat. Et l. filio. §. matri. ff. De adim. legar. Bald. in l. Id quod pauperibus Cod. De epiſc. & cler. Ecquid verò ſi fœmina cõnubij vinculo adſtricta ſit, eine licebit, inuito marito, legatũ accipere, & Teſtamẽtariæ ſimul curationis munus aggredi. Haud licere putes initio forsã, cùm Tutela pariter virile officium ſit, & ad ſolos virilis ſexus liberos maturę ætatis legitima Tutela deſcẽdat. l. antepenul. & l. fœminę. ff. De tutel. l. Scire oportet. ff. De tutorib. & curat. dat. Præterea Frãcicis Moribus fœmina ſic trãſit in poteſtatem viri, vt niſi eo auctore, aliena negotia gerere non ſinatur. §. 510. Andeg. Conſuet. SENATVS tamen Pariſiorum, in cognitione Teſtamẽtaria, quam pleniori cõmiſit cõſilio, præiudicauit ſecundùm muliebrem explendi teſtamenti functionem ac procurationem. Decreto palàm prolato in cauſis orandis Pridie Nonas Ianuar. an. 1590. inter Dionyſ. Rubentellum, ſenatorem, pro quo Chauuelinus: & Carolũ Sacazinum, pro quo Marietus, dixere. Huic conſonat Bartoli opinio (in cit. l. A filio) alieni teſtamẽti procurationem minime ſolui nouo mulieris coniugio, ac Tutelã quidem deportatione finiri, vt & muliebri ad nuptias tranſitu: Executionis autem, miniſterium, electionisvè, non idcirco deſinere. Argum. l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. De legat. 2. Nec diuerſum ſenſit Baldus de Teſtamenti curatrice vidua, ad alias migrante nuptias. In Authent. Iiſdem pœnis Cod. De ſecund. nupt. Decius in Reſponſo. 91. 4

Appointé au Conſeil en plaidoyrie die. 4. Ianu. an. 1590. Et interim ordinatum, quod pia legata ab executrice Teſtamenti Franciſca *Colleſſe* Caroli *Sacazin* vxore præſtarentur.

Mulier renubens remanet Executrix teſtamentaria.

De vltimarum volũtatum Executoribus clauſulã hanc ſubiicit Cenomanus Mos quę Andegauo ſupprimitur. *Mais ſi tel executeur n'eſt recean̄t du Pays, ſeront les meubles inuentoriez, & mis en depoſt, pour en eſtre diſpoſé par l'executeur.* art. 291.

Curatus *de S. Iacques de la Boucherie, à Paris.*

PARI ſtudio ac feruore poſtremi cuiuſque iudicij exequendi, deligit teſtator identidem virum probum, cuius fidei nũmos ſuos committat, piam in cauſam diſpenſandos: cum ea conſtanti integritatis illius opinione, vt & rationes fideicommiſſæ pecuniæ ab eo exigi vetet moriẽs, & quem in vſum illa collata ſit, ſcrupuloſiùs exquiri. Sic Lutetianus quidã ſupremis verbis iuſſit, aureorum numum millia bina deponi penes curionem ſuum Fani Iacobi, cognomine Peleterium: vt quibus ei ſecreto mandarat, grande iſtud æs erogaret, nec vlli mortalium eius negotij geſti ratiocinia edere cogeretur. Sed nummos petẽti Parocho 5.

ti Parrocho opponit agnatus defuncti heres fraudem Legi factá coniugalium donationum prohibitoriæ: quaſi ſacerdos Templi fidem incapaci accommodarit coniugi, ſpecie depoſiti pij. Mox proinde Iudicantis officio interrogatur in iure ſequeſter pecuniæ, cuius vulgò ſpectata probitas erat: Vidua necnon mulier à Prætore interpellata & iurata, dixit, nullam ſibi eius ſummæ particulam tacito fideicommiſſo legatam, eaque penitùs cedere ſe, ac renunciare. Cauſa diligenter explorata, Præfectus Vrbi dãnauit hæredem, nummos Curioni tradere pro voto teſtantis: cui ille tacitam fidem interpoſuerat, vt alteri legatum reſtitueret. Quam Sententiam Ordo Ampliſſ. vocati denuò iuratíque Sacerdotis religione motus, confirmauit. Decreto aduerſus N. Fortinum prouocantem, lato circa Natalitia Chriſti an. 1580. Quod Thuanus Curiæ protopræſes ſoléni ritu pronuntiauit. Quinimò Scæuola I.C. reſpondit, Theopompi liberos, nedùm cognatos, Polliani vnius fidé, cuius dicto arbitrióque ſtari teſtator præcepiſſet, omninò ſequi compellendos. l. 14. ff. De dote prælegata. In eadem ſententia eſt Iuuentius Celſus I.C. ad explãdam teſtantis voluntatem, qui ita cauiſſet. QVEM HÆREDI MEO DIXERO VELLE ME LIBERVM ESSE, LIBER ESTO: CVI VT DARE DAMNAS SIT HÆRES MEVS, DIXERO, EI HÆRES MEVS DAMNAS DARE ESTO. l. 25. ff. De reb. dub. Neque ab iis prorſùs abhorrét, quæ teſtator poſtremo iſto elogio ſignificauit. IMPRIMIS SCIANT HÆREDES MEI, NVLLAM PECVNIAM ESSE PENES VXOREM MEAM: SED NEC ALIVD QVICQVAM: IDEOQVE HOC NOMINE EAM INQVIETARI NOLO. De quo Herennius Modeſtinus, l. Titia cùm teſtamento. §. Gaius. ff. De legat. 2. Item licet in arcanam alicuius fidem conferri non debeant teſtatorum iudicia. l. captatorias. ff. De hæred. inſtit. l. captatoriæ. ff. De legat. 1. Hæc tamen regula ceſſat in relictis ad pias cauſas. Cap. Cùm tibi De Teſtã. Bartolus nominatim in cit. l. 14. De dot. præleg. Num. 4. 5. Et in l. Si ita ſcripſero. ff. De condit. & demonſtrat. Quinetiam eò ſtrictiùs oneratur apud honeſtiores, quò liberiùs quiſque ſuo arbitrio exequẽdum ſumpſerit pium teſtatoris elogiũ. Vt Flacci verſus innuit, Serm. Lib. 2.

Senatuſconſultum Pariſien. publicè recitatum die. 23. Dec. an. 1580.

Teſtamentarij quondam Executores, hæredum arbitrio cogi poterant, iis dare præceſſoris ſui teſtamentum adimplendum, præſtita modò cautione id exequẽdi. Lib. Conſuetudinario Andium & Cenomaniæ impreſſo Pariſiis die. 4. Febr. an. 1498. Parte. x.

Sepulchrum
Commiſſum arbitrio, ſine ſordibus extrue: funus
Egregiè factum laudet vicinia.

6. MERITÒ igitur talia nummorum depoſita vel fideicommiſſa à morientibus iniunguntur, vt extremę ipſorum teſtationes celeriùs ad effectum perducantur. Eadem ratione, teſtantes ſupremæ voluntatis ſuæ inſtrumentum totum deponunt in Æde ſacra, & apud Æditúos. Vt refert Papinianus in l. Cùm pater. §. donationis. ff. De legat. 2. l. locum. §. 1. Ver. & ſi cuſtodiam tabularũ Æditúus vel tabularius ſuſcepit. l. vlt. ff. De tabul. exhib. l. 1. §. ſufficit. ff. De bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. Virgini pariter Veſtali maximæ Iulius Cæſar reliquit commendauitque iudiciorum ſuorum teſtationem vltimã. Vt eſt in Iulio Trã-

De fida Teſtamentariarum tabularũ cuſtodia. l. §. ſi quis tabulas teſtamẽti apud ſe depoſitas. D. depoſ. l. ſi quis tabulas. ff. De dolo.

quilli. Cap. 83. Veſtalium itidem virginum cuſtodiæ creditum fuit Au-guſti teſtamentum. Suetonio auctore in Octauio, Cap. 101. Neque ab iis longè diſcrepat ciuica Bononieſium Lex Hetruſcorum. §. præterea De teſtā. Rurſùs ne poſtremæ huiuſmodi tabulæ interciperétur, cautio fuit veteribus complures eodem exemplo ſcribendas curare, & in publico deponere. Vt inquit Papinianus l. vlt. ꝑ. De his quę in teſtam. delen. Illuſtriores quoque, vt extremis ſuis mādatis accederet auctoritas maior, ius publicum inuocarunt, & Principem adeo, vel eius Senatum nuncuparunt priuati ſui Teſtamenti curatorem honorariū. Qualem Biterréſis Epiſcopus vltimæ voluntatis executorem ſcripſit Franciæ regé, eiuſque *Parlamentum* Pariſienſe. Vt de eo traditum eſt, Iuris Reſpon. 1. Ægidij Bellameræ. Sacroſancta quippe eſt Regum noſtrorum poteſtas ac dignitas, neque à quoquam violāda ſancitur Eccefiaſticis Galliæ Comitiis. Meldéſi enim Concilio Francici Cleri attexuntur. 4. Capitula in Synodo acta, quæ habita fuit *apud Lauriacum in Pago Andegauenſi* an. 843. Octobri Menſe, Cap. 15. in hunc modum. SI QVIS POTESTATI REGIÆ, CONTVMACI AC INFLATO SPIRITV, CONTRA RATIONEM PERTINACITER CONTRADICERE PRÆSVMPSERIT, ET EIVS IMPERIIS OBTEMPERARE NOLVERIT, ANATHEMATIZETVR. Extat & altera apud ciuitatem Andegauam Synodus Gallica, in ordinatione Theraſij Epiſcopi coacta, Anaſtaſio Romani Orbis principe, ſub annum. 500. Hanc P. Pithœus Synodum calamo exaratam nobis oſtendit. Tantùm debent Andium populares mei Eccleſiaſtico Ordini primario, vt publici quoque Muſæi ſua in Vrbe inſtitutionem acceptam ferant Marbodo Rhedonum Antiſtiti, qui in noſtrate dehinc B. Albini Cœnobio cucullatus obiit an. 1123. Ex patriis Andium Chronicis, Parte. 2. Cap. 44. Proin Reges noſtri viciſſim Andegaua Fana priuilegiis cumularút, à Me ſparſim alibi decātatis. Nec ita dudū Franciſcus. 1. Rex Epiſcopo Andium, & Mauritiano ſacrorum Sodalium Collegio Epiſcopali irrogauit tutelare Diploma rerum ſuarum, mādatæque de iis Iuriſdictionis eximiæ Præfecto Andeg. in Vrbe, non in minoribus Prouinciæ Oppidis regiis: quorum Magiſtratus, de Pótificalis eiuſce litibus Eccleſię ius dicere vetantur. Reſcripto Maij Menſ. an. 1515. quod propalàm lectum fuit recitatúmque in foréſi Andium Auditorio ſuperiori, Octauo Calend. Octob. Eod. an. Hoc quoque Reſcriptum probarunt ſeriatim poſteri Reges, Erricus. 2. Ianuario Méſ. an. 1547. Franciſcus. 2. Februario, an. 1559. Et Karolus. 9. Codicillis. 6. Iduū Octob. an. 1561. qni in Acta Lutetiani Senatus regeſti ſunt, Quarto Kal. Decembres proximè ſequentes. Regiam denique Maiorum pietatem æmulatus Henricus. 4. auguſtus Princeps noſter ſanxit Fori ius ſingulare iſtud Andegaué. Tépli ſacratiſſ. Tabulis ſolennibus Iun. Menſ. an. 1594. quas Pariſiéſis Curia ſubinde promulgari iuſſit Quinto Kal. Iulias poſteriores. Ne obiter inſalutatum prætereá ſummæ illius Andium Ædis patronum. B. Mauritium, ſacro Venantij Fortunati poëmate, huc, pro officij noſtri religione, tranſcripto.

Quod quis ſecretū manere velit teſtamentum ſuum ſanus deponat eiuſvè procurator, apud Sacriſtiam Fratrum Prædicatorum de bononia, vel Minorum, vel Fratr. Heremitarum, vt Fratrū de Carmelo, vel Seruorum S. Mariæ de ſtrata Maiori. Lib. 4. Statutor. Bononien. Italiæ.

Epiſc *de Beſiers.*

Andegauēſes Synodi Frācicæ duę. Quarū altera, Concilij *de Meaux* Capitibus inſeritur, & in Cócilioriū Tomo 3. reperitur. Altera tantum manuſcripta legitur.

De Andegauæ autē Eccleſiæ Regalia, vide noſtro Lib. 2. Doman. Franc. (Tit. 9. art. 6. Nullum certè in Claromontanam Aruerniæ ius Regaliorum eſſe, conſtat Areſto Parlam. viſis Inqueſtis & antiquiſſ. Regeſtis) lato Menſ. Mart an. 1309. Cuius exemplar habeo. At de Tutelenſis Lemouicum Eccleſiæ Reg. l a Interlocutus eſt Senatus die. 15. Febr. an. 1603. Epiſcopū, & Capitulū vocari debere in causā priuatorum litigantiū Ioh. *de Caen* regaliſtæ, pro quo Mareſcotus; & Martialis Maiſtrat, pro quo Auguſtinus filius meus, dixerāt publice die. 10. Ianuar an. 1602.

An. 493. Anaſtaſius in Oriente imperare cœpit, & Imperium tenuit annis. 26.

Andegaua S. Albini Abbatia.

Supra Libr. Cap. 37. art. 6. Cap. 42. art. 8. Et Volum. 1. Sacrę Polit. Tit. 3. art. 4.

Hæ Literę *en forme de Garde gardienne* pro bonis in Andegauia ſitis. De aliis autem cauſæ cognitio delegata eſt maiori cuiuſque Seneſchaliæ Iudici.

Die. 24 Sept. an. 1515.

Die. 10. Octob 28. Nouemb. 1561. Die. 27. Iunij. 1594.

Quò,

Quò, piè Mauriti, ductor Legionis opimæ,
Traxiſti fortes, ſubdere colla, viros?
Quos, poſitis gladiis, armaſti dogmate Pauli,
Nomine pro Chriſti, dulcius eſſe mori.
Pectore belligero, poterant qui vincere ferro,
Inuitant iugulis vulnera chara ſuis, &c.

Lib. 2. ſacror. Poëmatum, cap. 15 De Sanctis Agaunenſibus, præcipuèque de Andium tutelari Diuo Mauritio.

Ac Fortunatus idem, alterius res geſtas executus eſt patroni Templorum Andegauen. Præſulíſque Maurilij: vt Gregorius Turonenſis, Albini Andium epiſcopi. Cap. 96. De gloria Confeſſor.

Lib. 1. Epiſtol. ad diuerſos.

De S. Albini Andium Epiſcopi miraculis.

7. Attius Ruffinæ dedit, legauit Mouentia ſua omnia, acquiſitos fundos, & hærediorum partem tertiam, î. quantum plurimum illa per legem capere poterat Andenſis Municipij. Tabellis teſtamẽti an. 1560. Duodetriceſimo pòſt anno, idem agens animam parat exemplum teſtamenti noui, vocãtur teſtes ſignatores, quorum duo chartæ ſubſcribunt iamiam exaratæ, generatímque derogantí aliis teſtamentis. Sed antequàm tertius teſtis rogatus eòdem appuliſſet, teſtator obmutuit, effiauítque extremum halitum: Quo nec ſubſignante, actui adhibitus Tabellio negauit pariter, ſuum ſe nomen tabulis adſcribere debere. Nihilominùs legitimi hæredes hoc qualicunque freti teſtamento, ius ſuum tuentur aduerſus Ruffinam, quæ apud Iudices legati præſtationem vrgebat. Iſthęc quidem inſuſurrabat, ſemel perfectum teſtamentum, decenni curriculo ſolo minimè tolli: niſi trino ſaltem teſte, vel in Actis mutata teſtantis voluntas perſpicuè doceretur. Iuſtinianea lege Sancimus Cod. De Teſtamentis. Ad hæc, patrio Andium ritu authenticum hoc modò teſtamentum haberi, quod Notarius trino teſte exceperit. §. 276. At hæredes, contrà, eum, qui condiderit teſtamentum, deinde aliud facere inſtituerit, etſi perficere non potuerit, tacitè videri ademiſſe legata priori teſtamento, & legatarij petitionem per doli mali præſcriptionem elidi. Reſponſo Æmilij Papiniani in l. Ex partes hæres ff. De adim. legat. Eidem Papiniano placuit, nuda voluntate nouum vtique teſtamentum non conſtitui, ſed exceptionem quæri, legatario prioribus Tabulis agenti opponendam. L. qui ex liberis §. vlt. ff. De bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. Exin facilè refellitur, quod de Teſtamentorum iuſtis Solennibus apud Andes præfinitum ſit. d. artic. 276. Nec hæredum cauſæ aduerſatur Cæſarea Lex Sancimus De teſtam. Quando enim Iure Quiritum teſtamenta ſepteno teſte fiebant, ad ea ſubuertenda opus fuit trium, ad minus, teſtium, numero, cum decennij interiectu. At ciuicis Andium Moribus iuſta teſtamenta egent trino duntaxat teſte, cum publico Scriba, vel profano, vel Eccleſiaſtico (d. §. 276.) Vnde minori teſtium numero aſſeritur firmatúrque prioris reuocatoria, voluntas teſtatoris, vnà cum diuturno medij temporis interuallo. Quamobrem Lutetiana Curia pro hærede in legatarium iudicauit. Extemporaneo Areſto. 5. Kalend. Iulias ann. 1588. ſecundùm appellantem à Suppræfecto Andium, pro quo

Prius teſtamentũ ſolenne reuocatur poſteriori imperfecto, cum longa ſimul tẽporis inter vtrumque diſtantia.

§. 276. And. Conſ. *Les teſtamens redigez par eſcript ne ſont valables ne authetiques, ſinon qu'ils ſoient faicts deuant vn notaire & trois teſmoins, ou le Curé, ou ſon Vicaire, & trois teſmoins, ou que le teſtateur l'ait eſcript & ſigné de ſa main.*

Parlamentaris Senatus decretum in publica actione cauſarũ die 27. Iunij an. 1588. *en plaidant du Roolle de Poitou, ſur l'appel du Lieutenant du Seneſchal d'Anjou à Angers.*

Chauuelinus:contra eius aduerſarium,pro quo Robertus,orarunt. In Volumine cauſarum Pictauenſium.

Teſtamentum factū coram Curato Parochiæ, vel eius Vicario generali.

Mechlinienſi Brabātiæ Conſ. Teſtamenta coram binis Duodecimuiralibus iudicibus,aut coram Notario & teſtibus fieri debent. Tit. De Teſtam.

OMNES fermè Conſtitutiones municipales Galliæ ſanxerunt Teſtamentorum formulam,quæ coram Preſbytero Eccleſię,ſeu eius Vicario conderentur.cita.§.276. Andeg.§.289.290.291. Pariſien. Conſ. Cum aliis compluſculis.Ex Pontificio Alexandri.3.Canone Cùm eſſes De Teſtam.Ibi,*quæ paræciani coram Presbytero ſuo,& tribus,vel duabus aliis perſonis idoneis in extrema fecerint voluntate.* Quidam verò nec parœciaci Templi Rectores ſunt, nec Vicem eorum gerentes, ſed qui priuatorum teſtamentorum ſcriptionem ſibi à Curione mandatam aſſerant: Valebitnè,quod eo modo exceperint iſti, teſtamentum? Non valere procliuiùs opinantur Iurecoſſ. noſtrates. Nec enim, gregarij cuiuſuis ac circumforanei ſacerdotis accitu, ſatisfit patriæ Legi teſtamentariæ, quæ parochum, eiuſvè generalem Vicarium iubet vocari Teſtamenti ſcriptorem & auctorem. Vt notat expreſſim Panor.in cit. Cap. Cum eſſes Num.6.12.17. Poſt Speculat.in Tit.De inſtrum. edit.§.compendioſè.Verſ.Item per Ius canonicum. Id quod Gallico etiam Vſu vulgatum,perhibet Burdigalen. Deciſio Nic. Boërij. 228.(Num.xi). Secundùm Phil.Cornei I.C.Reſponſum.77.(Lib.1.) Curio námque cenſetur myſticus pater ac ſpiritalis paræcorum ſuorum, coram quo nil præpoſterum admitti, falſumvè & adulterinū nihil facilè ſuſpicamur. Vt Symmachus P.P.ait,Can.omnes Cauſa.30. Quæſt.1.Can. denique Cauſa.14. Quæſt.5. Item obuio cuique delegari nequeunt, quæ Iuris publici, & in quibus lecta ſit hominis tum induſtria, tum auctoritas. Ex Bonifacio.8.Pontif. in Cap.Is cui De offic. deleg.Lib.6. Poſt Gregorium.9.in cap.vlt.§.vlt.Eod.Tit.In Antiq. 8.

Burd.Deciſ. Verſ.Et videtur neceſſarium, quod fiat teſtamentū per parœcialem Rectorem ſeu Vicarium perpetuum,& nō per alium presbyterum, etiam habentem cōmiſſionem ad id faciendum per Curatū ipſum conceſſam.

Error communis facit ius in pleriſque.

SI tamen priuatus aliquis ſacerdos publicè profeſſus ſit in variis vltimarum tabularum codicibus,queîs adhibitus ſcriptor fuerit,eam prouinciam ſibi à parocho creditam, quid dicemus? an quæ excepit teſtamenta, quæ ſcripſit, nullius fore momēti? An fore,propter vtilitatem eorum qui apud illum egerint vel lege,vel quo alio iure? Et verū puto, nihil eorum reprobari. Hoc enim humanius eſt, ſingularíque poſtremarum teſtationum fauori dandum, ac bonæ fidei ipſorū, qui ita Teſtati moriantur. Quo pariter argumēto impulſus Vlpianus exiſtimat, infirmari non debere acta decretáque à Barbario Philippo Romæ Prætura functo, tametſi ſeruo fugitiuo, cuius ſtatum Romani ciues diu ignorarint. In idem redit Cæſarea Antonini Lex. 2. Cod. De ſenten.& interloc. Et Hadriani l.1.Cod. De teſtam. Vbi inconcuſſa manēt quæ ab incapacibus,vtpotè ſeruis,geſta ſint,qui in libertate,ſpectante Populo,morabantur. Nil diuersū de publico Tabellione,quamuis infamia notato & damnato,qui tamen id muneris obierit idētidem,variáque priuatorum Pactorum inſtrumenta ſcriptis redegerit. Vt ſenſit Bartol. in l. 6.§.1. D. Ad Leg.Iul.repet. Neque hinc longè diſſidet Vidi Papæ Deciſio Gratianopol. 173. de negotiorum geſtore, qui citra mandatum aliena debitorum nomina exegerit,quùm vulgi opinione 9.

Notarius.etſi condēnatus à iudice, & infamis, ſi maneat in poſſeſſione Notariatus, & bonæ famæ, tunc propter multitudinem geſtorū per eū,debet valere quod confecerit inſtrumētum.

procu-

procurator domini crederetur, eiúſque rationum ordinarius diſpenſator. Argum. l. 3. D. Ad S.C. Macedon. Can. turbatur. 1. Quæſt. 5. Verum enimverò publicæ diſciplinæ vigor poſtulat, priuato illi clerico pœnam indici, qui ementita Parœciaci Rectoris procuratione teſtanti Plebi impoſuerit, ne in poſterum commentitia hac auctoritate abutatur. Inſtar eius, qui ſe pro milite geſſerit, illicitíſve Inſignibus ſit vſus, vel falſo diplomate vias commearit. Quorum meminit Paulus I. C. l. Impuberem §. vlt. D. Ad l.. Cornel. de falſ. Populo autem ne fucus fiat eiuſmodi præſtigiis, expedit, parochos, Vicariæ functionis quas dederint literas, referre in Acta ciuilis cuiuſque locorum Magiſtratus, iiſque inſcribendas curare: antequàm Vicarius Templi ſacerdos plebeiis teſtamentis publicam manum auctoritatémque adhibeat. Vt Pariſienſi Lege ſtatutum eſt, art. 290.

Literæ Vicariatus Parochiæ debēt Curati diligentia regiſtrari in Regiſtris Greffariatus proximæ Iuriſdictionis Regiæ, vel Subalternæ.

10. Reciproca donatio contrahitur inter virum & vxorem. Ille poſtmodùm lethali febre correptus, teſtamentum fecit donationis reuocatorium, adſtante coniuge & tabulis ſubſcribente. Quæritur, an reuocatio vires habeat. Quidni, inquies? Nam quod duorum conſenſu tractatum ſit, diſſenſu mutuo diſtrahi quid vetat? l. ſi ea quæ Cod. De donat. l. ſi diuerſa Cod. De tranſact. Verùm arbitror, reuocatoriam clauſulam vxorio aſſenſu non conualeſcere. Quod enim More Andiũ fertur, reciprocam coniugum liberalitatem contraria amborum voluntate diſſolui: (§. 329.) Id ciuiliter accipiendum, ſi vtérque integra tùm fuerit ac proſpera valetudine, quali eſſe debet, in celebranda vltrò citróque donatione. Si námque donantium viciſſim coniugum alter lethifero morbo conflictetur, inutilis fit donatio: tãquam ſimplex, ac verbis tenus vtrinque collata. §. 331. Andeg. Conſ. Tunc quippe moribundus ſolus propriè donat, purè, nec reciprocè. Vt colligitur ex Vlpiani. l. filiæ meæ D. ſolut. matr. Idem ergo ius de reſoluenda, quod de contrahenda donatione. Quandoquidem viro mortem oppetente, proximum eſt, vt ſuperſtes coniunx mutuò donatis liberè potiatur: Quibus proinde ſi mulier renunciaret in medio ægri viri Teſtamentario codice, tantumdem ſola eius hæredibus de ſuo erogaret, cõtemplatione mariti. Hoc autem ipſum Andegaua Lex reprobat, nec vllam admittit rei vxoriæ in virum largitionem, niſi & in vxorem maritus ſoſpes ſanúſque tes totidem munificè contulerit, art. 325. 327. & 328. Eòdem recidit Ludou. Romani Conſilium. 476. & B. Chaſſenei ſecúdum, Burgundis coniugibus dotali Pacto receptam, ſibi inuicem donandi facultatem non porrigi ad relicta teſtamento. Sic, verſa pagina, teſtanti viro non licet, communibus de rebus muliebri detrimento ſtatuere, nec Quæſtuum ſoli vſumfructum, lucrumvè Mobilium ſuperfuturæ coniugi poſtremis tabulis præripere: Quod viuo tamen illi, & viuorum diſpoſitione interdictum non erat, l. Viuus D. ſi quid in fraud. patr. l. ſeruum meum. ℼ. De hæred. inſtit. Inde coniugum ſuperſtiti nobili delatum Moribus lucrum Mobilium, non poteſt alterius præmorientis in extraneum legatum præocupari, Fructuariumvè

Similiter iudicatum Areſto die 10. Febr. ann. 1582. infirmante ſententiam Baillivi Dunenſis latam die 17. Iunij 1579. & confirmatam à præſidali Bleſorum Iudice pro Roberto More *donatario* par don mutuel de feu Marie Deſgroux ſa femme. *Quòd donatio mutua inter coniuges patria Dunenſes, & Bleſenſes non valet, quando tũc alteruter ægrotat morbo, ex quo poſtea decedit, ſed vtrumque pariter ſano corpore eſſe expedit die ipſa donationis. Idémque à Curia definitũ die 15. Mart. an. 1586. in 3. Camera Inqueſtarũ, inter Bleſenſes litigatores, quorum alter Iohannes* Counet *appellarat à Præpoſito Aurelianen. Conſeruatore priuilegiorũ Vniuerſitatis Aurelianen. Frãciſc. Tiraquello litis relatore.*

pecuniarij Reditus, legatis nummis conſtituti à quodá debitore. Poſt. modùm teſtatore vita functo, vertitur quæſtio, legatum necne valeat. Ratio dubitandi eſt, quòd Andium Mos nothis legata ad irritum perducat, niſi res ipſæ legatario poſſidendæ tradantur, viuo teſtatore, aut donatore. §.345. cuius contextum ſuperiùs recitaui (Tit. De parentú in liberos donatione artic. 14.) Id quod de propria, naturali, ac genuina donatarij poſſeſſione accipi debet, non de ficta, ciuili, imaginaria. Vt demonſtrauimus, cita. art. 14. Sed quoad pecuniæ legatum attinet, quę nothi alimoniæ deſtinatur, eius vſuræ vicem fructuum obtinent, nec debent à fructibus ſeparari. Verbis Vlpiani in l. Vſuræ ff. De vſur. Vnde quamprimùm nummi abiêre creditum, & fœnebrem in vſum collocati ſunt titulo ipſius legatarij, hic ſubinde rem legatam dicitur poſſidere cœpiſſe. Haud ſecus, ac fundi dominus pér conductorem, qui pro tempore fruendum agrum ſuſceperit, céſetur poſſeſſionem retinere. Imò & tantumdem virium habet in nominibus debitorum ceſſio, quantum in rebus corporeis traditio. Vt notat. in l. vlt. Cod. De hæred. vel act. vend. Nec verò teſtatori viuo interdictum eſt, quæ teſtamento reliquerit, legatariis dare, præſtare. Attamen prępropera hac rei traditione, relictum tranſit in donationem inter viuos: niſi legati commemoratione res manu porrigatur, pecuniavè commodo legatarij tranſcribatur alicui, fœneratitio commercio. Baldus ad l. Lucius In fi. ff. De legat. 2. Et in Cap. 1. De confirmat. vtil. vel inut. Poſt Bartolum in l. legatum ff. De legat. 2. §. 341. Andeg. Conſuet. Ac Neapolitanæ Curiæ Sententia terminatum idem fertur à Conſcripto eiuſce Ordinis Matth. Afflicto, in Deciſ. Neapolit. 275. Quòd ſi Renatus Andiú Dux Marchiam Pontis-Moſonij, vti legauit nothæ ſuæ Palamedis Forbini coniugi, ita reapſe ei viuus fruendam prębuiſſet, vacuam haud occupaſſet ademiſſétque teſtatoris nepos ex filia, Princeps Lotharingus. Hic enim, ſemel præcepta clanculùm poſſeſſione cedere noluit, hoc colore, quòd Forbinus, Maſſilienſis Prouinciæ Prætor, ac Ratiociniis Præfectus, ſuis aduerſas Karoli Andegaui partes tutaretur nepotis ex fratre teſtatoris: quî cum, de auita huius hæreditate, Lotharingus diſceptabat.

Item Andegaua Lege. *tout donataire, & legataire doit eſtre ſaiſi par les mains de l'heritier du donneur, &c* art. 341.

Conſ art. 341. verſ. *ſinon que le donneur luy en ait baillé la poſſeſſion ſa vie durant, & en pleine ſanté.*

Legatum Marchionatus *du Pont à Monſon*, in naturalē filiam teſtatoris Renati Andegaui Siciliæ regis, vxorem Palamedis *Fourbin*, Seneſchali Comitatus Prouinciæ, & Præſidis. 1 in Camera computorū Prouincialium. Vltimis tabulis an 1473. die 9. Octobr & ann. 1474. die 22. Iulij.

NOTHAM ſuam pater donauit quadringentis Libellis prouentus 14
annui, cum lege alienandi prohibitoria, ſi modò, antequàm compleſſet maturam ætatem, fatis concederet. Donataria moritur infra viceſimum quintum ætatis annum. Eius in bona ſucceſſor Fiſcus ſibi aſſerit nummarium illud Vectigal defunctæ donatum, quaſi iuſtos hæredes nullos reliquerit. At pater donator cum Fiſco decertat, donationi impoſitas leges, conditioneſque diſtrictè ſeruandas. l. legem, quam rebus tuis donando dixiſti. Cod. De Donat. l. legem Cod. De Pact. conuent. Atqui interdictio alienationis nominatim cauta, porrigitur etiam ad exteri hæredis inſtitutionem: multò magis Fiſci, anomali, odipiſque in vacantia ſucceſſoris. Iuſtinianea leg. ſi quis prioris. §. certum eſſe ſancimus Cod. De ſecund. nupt. Poſt Æmilij Papiniani reſponſum

Sic teſtatore hæredē ſcriptum teſtari pròhibente pronūtiauit Antoninus Imp. fideicommiſſum hęredis fratri ex ea ſcriptura deberi, quaſi teſtator petierit, vt ſcriptus fratrē ſuum hæredem ſuum faceret, eique hæreditatē reſtituere rogatus ſit. l. Qui filium in prin. D. Ad Trebell.

ponſum l. peto §. fratre. ff. De legat. 2. Quin & clauſula rerum alienationem vetans inducit tacitum fideicommiſſum, vt ille res in familia permaneant. cit. l. Peto. §. fratre. l. Vnum ex familia. §. ſed ſi fundus Verſ. quod ſi talis. ff. De legat. 2. Vidus Papa nuncupatim in Gratianopol. Deciſ. 469. de tacito fideicommiſſo, ex quibus verbis inferatur. Sed iſthæc procedunt in legatariis, qui familiam, genus & gentem ciere poſſint. Quod non ſimiliter nothis adplicatur. §. 343. & 344. Andegauen. Morum. Hinc quoque Iuſtiniani ſanctio, qua res filio datæ redeunt ad patrem ſuperſtitem, ceſſat in patre naturali, cui tale ius patriæ poteſtatis minimè ſuffragatur. l. Conſtitutionis nouæ capitulum Cod. De bon. quæ liber. Verſ. Sed vt his poteſtatis iure ad parentes reuerſis. l. 3. ff. De his qui ſunt ſui. §. 1. Inſtit. De patr. poteſt. §. vlt. Inſtit. De nupt. Eapropter Senatus pro Fiſco aduerſus donatorem pronuntiauit. Lutetiano celebri Areſto. 7. Idus Septembr. ann. 1584. Nothi tamen viduæ mulieri integra manet donatio propter nuptias, & coniugalium quæſtuum communicatio, vnà cum ſolido ipſorum vſufructu. §. 315. Andegau. Conſuet.

Iudicium Curiæ ſolenniter à primo Præſide Harleyo recitatum die 7. Sept. ann. 1584. *entre les Alegrains, & le Procureur du Roy.*

15. SECVS autem de illegitimo natalibus reſtituto à Principe, qui legitimis æquiparatur. Hoc ita, ſi Regium diploma natalibus reſtitutorium, viuo parente, regeſtum ſit in Acta Principalium Ratiociniorum. Nam alioqui nec filius in iura legitimorum adſciſcitur, nec vi patriæ poteſtatis, bona ei donata ad patrem reuertuntur. Sicuti bino Curiæ Decreto admonemur, priore lato profeſtis diebus Natalis Dominici ann. 1584. Poſteriore, in Lugdunenſibus cauſis agendis 10. Kalend. Sextiles ann. 1585. Quùm Buyſſonius pro eo dixiſſet, qui à Lugdunenſi prætore Senatum prouocarat: Arnaldus, contrà, pro notho legitimis adſcripto à Principe, cuius Codicillos, mortuo iam patre, rationales comprobarant. In promptu ratio eſt, Actum, niſi quo tempore geri potuerit, ratum haberi nequiſſe. Africani. I. C. leg. Bonorum D. Rem. rat. hab. Atquin regia nothi in ſtatum legitimorum allectio ſera eſt poſt mortem patris naturalis, nec retrò flectitur ad diem paterni obitus præambulum, quò agnatis interim quæſita hæreditas auferatur. Bartolus diſertè ad l. Gallus. §. 3. Num. 14. ff. De liber. & poſthum. Idem ergo ius de talis Reſcripti comprobatione ſanciendū. Vnde nec, exprompta viui patris voluntate tentatum prodeſt, quod ſublato demùm ipſo, beneficium rex irrogarit, natalitias eluens filij ſordes, ad paternam hæreditatem capeſſendam. Vtcūque diuerſum Boërius ſenſerit, Burdigalen. Deciſione. 122. Si tamen Chriſtiano ſolenni nuptiarū titulo editi ſint liberi ex ſacerdote, & ignara ſacrę huius cōditionis muliere, tunc legitimus ſuſtinetur cōmunis proſapię ſtatus bona fide ignorationéque probabili cōiugis alterius. Detecto autē poſtmodū vxori Eccleſiaſtico viri Inſtituto, ſubortas modò filias, nothas pronūtiauit ſupremus Rothomagi Neuſtriæ Conſeſſus Iuridicus: qui ex trino Galliarum Senatu, delegante Rege, eò cōuenerat. Poſthabita

Parlamēti decretum die 22. Dec. an. 1584. *entre les Paulmiers heritiers collateraux d'vn homme de Blou, & le Maçon mary de la Baſtarde legitimee. Iugé ſur vn appel des Requeſtes du Palais.*

Areſtum Curiæ die 23. Iulij an. 1585. *en plaidant du Roolle de Lyon,* inter Marcellinū *Boget,* & Petrum *Blache* appellātes ab Interlocutoria *d'informer:* Et Marcellinū *Guyton,* filium naturalem legitimatum defuncti Marcellini *Guyton,* intimatum.

Quia pater poſt impetrationem Reſcripti potuit pœnitere, *n'ayant faict verifier le Reſcript de legitimation de ſon viuant.*

Decision. Num. 4. verſ. Patre ratum habente, vel etiam poſt mortem de eius voluntate.

Vicit tamen iudicio cauſa nouercæ, quæ contra ciuicam Legem proprios fundos oppignerarat in coniugis gratiam: cuius partes erát, ſuo ac peculiari ære filiabus dotem exhibere. l. Obligamur. §. lege. ff. De Oblig. & action. l. vlt. Cod. De dot. promiſſ. S. Cóſulto Pariſien. Nonis Iuniis an. 1584. inter Cenomanos Municipes quorum appelláti alteri patrocinium præbuit Boſſantius, alteri Chauuelinus.

Decretũ Curiæ die 5. Iunij an. 1584. de interpretatione art. 340. Cenom. Cõſuet. ſimilis Andegauæ, in §. 328. de quo, paulò ſuperius.

Tit. IIII.

DE LEGATIS PRÆSTANDIS.

1. *In* acqueſtibus *connumerantur legata alijs, quàm proximis hæredibus.*
2. *Teſtamentorum ſolennitates variæ, quibus ad vnguem non ſeruatis, illa corruunt.*
3. *Militaris teſtamenti priuilegia, & an huius ſeculi milites ijs fruantur.*

   Ea certè Militibus, priuilegia à Tholoſano Senatu adiudicantur.
4. *Fœmina, quamuis nupta, alieni teſtamenti executrix eſſe poteſt, ſi eam executionem acceptare velit.*
5. *Secretæ amici fidei teſtatorem committere poſſe pecuniarum ſuarum diſpenſationem & diſpoſitionem.*
6. *Tabulas teſtamenti in loco ſacro deponi olim conſueuiſſe.*

   Reges aliquando, vel ſummæ eorum Curiæ Teſtamentorum executrices nominatæ.

   Forenſe priuilegium Cathedralis Andium Eccleſiæ, de temporalibus *eius bonis controuerſis.*
7. *Perfectum Teſtamentum, ab imperfecto ſequenti, cum longiſſimi temporis interuallo, reuocatur.*

8. 9. *An valeat Teſtamentum factum coram presbytero, qui talibus negotijs à* Curato *commiſſum ſe in eo teſtamento dicat.*

10. *Coniugum mutua donatio non poteſt Teſtamẽto alterius, altero etiam præſente nec diſſentiente, reuocari.*

    Multa licent diſponentibus inter viuos, quæ teſtantibus interdicuntur & econtrà.
11. *Illa tamen donatio ſequenti Pactitia reductione ad vſumfructum, nouari poteſt.*
12. *Bona* collateralis *propinqui, teſtamento, vel inter viuos donatione, ad ſubſtitutos ibidem veniunt, ſine onere dotis, vel* doarij *viduæ primi donatarij.*
13. Baſtardo *legati nummi, pro traditis habentur, ſi in eius alimenta vſumque annuum fœnori dentur, ac deponantur.*
14. *Fiſcus donatori præfertur in rebus* baſtardo *donatis etiam cum prohibitione alienandi.*

15. *Literæ*

15. *Litera* legitimationis baſtardi, *poſt mortem patris* verificatæ *in Camera* Computorum, *non valent.*

16. *Clauſula derogatoria, primo Teſtamento inſerta, obſtat quò minùs iſtud ſecundo teſtamento infirmetur, niſi ſecundum illius clauſulæ ſpecialem mẽtionem fecerit.*

Fauorabilis & commoda hæredi ex Inuentario, iuris ceſſio creditorum hæreditariorum, non prodeſt legatarijs.

17. 18. *Onus ferendi nominis, hæredi ſcripti hæredis ſub conditione impoſitum*, ſi quem ſcriptus inſtituere hæredem vellet, *non inducit fideicommiſſum in fauorem maſculorum ſcripti hæredis liberorum inteſtatò ſuccedentium, ad excluſionem filiarum.*

Parlamenti *de eo Areſtum notabile.*

19. *Filiæ* Statuto *excluſæ hæredis inſtitutio valet iure legati.*

20. *Nobiles Andegaui, &* Cenomani, *iunioribus liberis partem bonorum licitè donant.*

Alia eſt diſponendi Lex de Ducali Andegauiæ feudo, aut Cenomani *Comitatus, inter filios Ducis, Comitiſuè, Regum fiduciarij, quàm inter Nobiles inferiores vtriuſque Municipij.*

Teſtamentariæ hæredum inſtitutiones variæ de Andegauen. Ducatu & Cenomaniæ Comitatu.

21. *An dementis teſtatoris legatarij, qui & eius bona clanculum ſuppilaſſe dicuntur, à legatis reppellantur.*

Num ijs ſaltem, lite pendente, legata per modum prouiſionis *adiudicanda ſint.*

1. INTER ACQVISITA Rerum dominia deputantur, quæ Teſtantium lagitate cuiuis obueniunt, non minùs quàm viuorum donatione, de qua proximè à Nobis eſt actum. Nam bona legantur benè merentibus extraneis, nedùm propinquis ac neceſſariis. Vlpiani l. 9. D. Pro ſoc. Et Iuliani I. C. l. 9. D. Si quid in fraud. patroni. Quinetiam L. Valerius, præteritis omnibus amicis ſuis, vltrò ſcripſit hæredem togatum hoſtem ſuum Cornelium Balbum, à quo fuerat capitali iudicio accuſatus. At Tullius in 2. Philipp. grauiter inuehitur in Marcum Antonium, qui alienas hæreditates occupabat, quaſi hæres inſtitutus: cùm ipſe plerúnque defunctis ne notus quidem fuiſſet, nec eos ipſe nouiſſet.

Legata ab eo, cui quis ſucceſſurus nõ ſit, in acquiſitis bonis computantur.

2. NE autem ſubiiciantur Teſtamenta, vel malis artibus exprimantur, variæ cautiones adiectæ ſunt illorum cõſcribendorum. Nam vt ſtatos ſolenneſque poſtremarum teſtationũ ritus prætermittam, quos Romana Prudẽtia excogitauit, Scæuola inteſtatum vocat eum, qui ſolam animi ſui rationem ſecutus, abſque Iuriſperito teſtamẽtum condiderit. l. penul. §. vlt. ff. De legat. 2. In Galliis verò, nuda ſcriptura à ſolo

And. Conſ. art. 276. Verſ *ou que le teſtateur l'ayt eſcript, & ſigné de ſa main.*

Holographum teſtamentum, quod manu ſua ſcripſerit teſtator. Iſidorus appellat. Lib. 5. cap. 24.

teſtatore cōfecta & ſubſignata, vim habet ſupremi iudicij. §. 276. Andeg. Conſuet. Cuiuſmodi HOLOGRAPHVM teſtamentum memorat Plinius, Epiſt. 16. Lib. 2. Et Seruidius Scæuola. l. Cùm quis decedens. §. Titia. ff. De legat. 3. Ac tales adeo, ſua cuiuſque de re, Actus* ὁλογράφως cum Die & Anno, comprobat Lex Vviſigothorum, Lib. 2. Tit. 5. art. 16. Satis enim viſum eſt, ſi conſtet de voluntati defuncti: quam etiam deprehendi poſſe ex teſtamēto minùs ſolenni, Leges Romanæ fatentur. l. vlt. ff. De reb. cor. l. In teſtamento. ff. De fideicomm. libert. Quod ſi Tabellio, vel parochus teſtamento adhibeatur, id pluſcularum Regionum More fit irritnm, niſi eo apertè feratur teſtator, & dictaſſe ipſum, & clara voce bis lectum probaſſe. Sicuti ex Pictonum Cōſuetudine Senatus pronuntiauit. Areſto. 3. Idus Februar. an. 1584. ſecundùm Catharinam *Rat* viduam Nicolai *Roy* tutricem filij ſui: cōtra Annam *Roy* filiā & hæredem Renatæ Iuuinæ, vxorem Renati Preuoſti, quæ à Sententia regij Pictonum Iuridicj prouocarat Curiam Pariſienſem. Sic Diuus Pius reſcripſit, firmius videri teſtamentum, cui teſtator hac formula ſubſcripſerit. SE ID DICTASSE ET RECOGNOVISSE, l. 15. §. Et quatenùs D. Ad. L. Cornel. de fal. Atque adeo omnem falci ſuſpicionem pœnámque adimit ſpecialis hæc vltimarum Tabularum ſubſcriptio, QVAS ILLI DICTAVI ET RECOGNOVI. Martiani I. C. iudicio, Senatuſconſultum de Leg. Cornelia interpretantis. l. 1. 5. inter filiū D. Ad. L. Corn. de fal. Huc quoq; refertur Papiniani de Liboniano S. C. reſpōſum, in l. 29. ff. De teſtam. tut. In Verſ. hoc ipſum manu ſua declarantis, &c. Cum Iulij Pauli lege, Lucius Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictauit. ff. De Teſtam. milit. Liberam verò teſtamenti factionem permiſit olim Andegauis noſtris Erricus Andium Comes, qui titulum præferebat Regis Angliæ, Normanorū Ducis, & Aquitanorū. Vſqueadeo, vt is ſuorum Andegauiæ popularium libertatem illam Fiſcalibus cōmodis propriis antepoſuerit, hoc modo. *Henricus &c. Archiepiſcopo Turonenſi, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iuſtitiarijs, Vicar. & omnibus Miniſtris, & Fidelibus ſuis totius Andegauiæ & Cenomaniæ ſalutem. Sciatis, me conceſſiſſe, & præſenti Charta confirmaſſe ciuibus meis totius Andegauiæ, quod quicunque de illis, confeſſus & teſtatus deceſſerit, diuiſa ipſius rata ſit, & ſicut eam fecerit, firmiter teneatur. Si verò aliquis eorum colli fractione, vel ſubmerſione, vel aliquo alio caſu ſubita morte præuentus fuerit, & ſpatium confitendi non habuerit, concedo, quòd ſecundùm rationabilem diſpoſitionem, & conſiderationem parentum & amicorum ſuorum, res ſuæ diſtribuantur, & eleemoſynæ fiant pro anima ipſius,* &c.

* diſponentis manuſcriptos ſubſcriptoſque.

Vviſigoth. Lege. Vbi nō poſſunt facilè inueniri teſtes, olographa ſcriptura diſponētis valet cum Die & Anno expreſſo ibidem, vſque ad. 30. annos.

S. Conſultum Pariſien. die. 11. Febr. an. 1584. ex prouocatione à Sententia Seneſchali Pictauenſis abſolutoria à petitione legati *des meubles, & acqueſts faict à Anne le Roy fille & heritiere en partie de Damoiſelle Renée Iuuin. La d. Sentēce donnée au proffit de Damoiſ. Catherine Rat veufue de Nicolas le Roy tutrice de ſon fils nepueu en directe de lad. Iuuin teſtatrice.*

Teſtamentum corā Notario factū apud Pictones, debet continere expreſſam clauſulam. *Dicté ou nommé ſans ſuggeſtion de perſonne.* art. 268. Picton. Conſuet.

De Regio Angliæ titulo muliebri Andegauis Comitibus accedente diximus ſupra Lib. 1. Partis. 1. Cap. 2. Tit. 1. art. vlt.

Inde Teſtamentorū cognitio, Regia purè fit per præuentionem Areſtis Parlamenti an. 1322. pro Religioſis de Vaucellis, aduerſus Comitiſſam Atrebatū. Et die. 2. Ianuar. an. 1355. Hunnorum tamen Iure Conſuetudinario, Teſtamentariæ cauſæ iudicantur à Iudice ſpirituali, ex Edicto Vladiſlai regis.

SOLENNIVM obſeruatio teſtamenti condendi præfigitur Andegaua Lege, (§. 276.) Quę diſtrictè nè exigatur à milite in caſtris agente, dubitatur. Teſtamenta enim, quæ in PROCINCTV olim ſine Libra atque Tabulis fiebant, Cicero ait ſuis etiamnùm temporibus periiſſe, & in deſuetudinē abiiſſe: cum iam auſpiciis bella adminiſtrari, & Perennia vel ex acuminibus ſeruari deſiiſſent. Lib. 2. De Legib. & 1. De Orat. 3.

Verum militaria Teſtamenta nuncupatiua, Francico Iure adprobentur.

Orat. Noſtrorum quoque temporum milites, nó vtì priſco illo liberè teſtâdi priuilegio, tradit Speculat. in §. 1. De Procurat. Verſ. Item quod eſt miles Angel. in. §. illis autem Inſtit. De Teſtam. milit. Panor. in Cap. Raynutius De Teſtam. Et Benedictus ibidem, In Verſ. Matrem inſuper Cleram Num. 10. Nihilo ſeciùs experimento Fori compertum eſt, minùs ſolennia teſtamenta, quæ miles pugnaturus nuncupet, præſentibus commilitonibus, probari ſummo cuique Galliarum Tribunali. Iuxta Fabri ſentētiam, Franciciæ praxeos, callētiſſimi, in Rubr. De milit. teſtā. Lib. 2. Inſtit. ciuil. Et in l. 1. Cod. De iur. & fac. ignor. Quoniam tamen Regia Edicta cuilibet actui vel Pacto fidem abrogant, niſi quorū intereſt, manu ſubſignato, mota eſt in Senatu de viribus militaris teſtamenti contentio, quod IN PROCINCTV factum fuerat ſine ſcriptura, cùm teſtator ad prælium faciēdum in aciem vocaretur. Dicebat enim legitimus hæres patria Foreſius, nullas controuerſi facti aſſertiones in iure admittēdas, niſi obſignata charta muniantur: ſi modò litis pretium centenas Francici æris libellas exuperet. artic. 54. Edicti Molinis Boiorum lati Februar. Menſe. an. 1566. E diuerſò autē, diſſerebat hæres ſcriptus in Foreſia prouincia Iuris, generali Gallorum Conſtitutione dempta videri priuilegia, quæ Romanis quoque Legibus excepta ſint: Militaria nempe, aut Pupillaria, quæ perpetuo Edicto cōtrario nō ſolent includi. Faber ad l. 2. Cod. Quæ ſit long. cōſuet. Atquin militibus liberam teſtamenti factionem primus conceſſit D. Iulius Cæſar, & quia conceſſio hæc temporalis erat, poſtea Diuus Titus dedit, poſt hos Domitianus: tum Diuus Nerua pleniſſimam indulgentiam in milites contulit, eamque Traianus ſecutus eſt. Hi enim militum ſimplicitati conſulendum exiſtimarunt, vt quoquomodò ſuprema ſua ordinaſſent, rata eſſet eorum volūtas, nec ad diligentiam Legum & obſeruātiam reuocaretur. Vt inquit Vlpianus. l. 1. ff. De milit. teſtam. l. 1. ff. De bonor. poſſeſſ. ex teſtam. milit. Imò & ſi quid in vagina, aut clypeo literis ſanguine ſuo rutilātibus adnotauerint milites, aut in puluere inſcripſerint gladio, ſub ipſum tempus quo præliaturi vitæ diſcrimen ſubeunt, huiuſmodi elogium conſtans fixúmque manere iuſſit Imperator Conſtantinus. l. Milites. §. vlt. Cod. De Teſtam. milit. Vtcunque ſit, PATRES LVTETIANI hanc caſtrēſis teſtamenti quæſtionem conſilio permiſerunt, quòd ad exemplum, & interpretationem Edicti Frācici pertineret. Sexto Iduum Februar. an. 1582. cùm Chauuelinus, appellantis à Præfecto Foreſiorum, & Seua, aduerſæ partis cauſam oraſſent. Tholoſanus autem Senatus identidem, ſecundùm militis ſuprema Mādata, licet ἄγραφα*, pronuntiauit: Romanis priuilegiis nequicquam derogante Gallica Lege Regia. Vt memoriæ prodidit Gerard. Maynardus. ibidem ſenator, Quæſtion. Iur. Lib. 5. Cap. 93. Planè militaris teſtamenti formam ac typum exprimit graphicè Plutarchus in Coriolano: nec alia concepta ſpe fieri ſolitam à milite, ait Velleius Paterculus, quàm vt certam ad

Aurelianen. Conſtitut. lat. an. 1560. art. 83.

Molinenſe regium Edictum, ne allegatæ à partibus conuentionis probatio per teſtes admittatur à Iudice ſi de re centū libras Turonen. excedente agatur.

Verbis generalibus Regiæ Ordinationis exorbitantis à Iure communi nō continentur Priuilegiati priuilegio clauſo in corpore Iuris, niſi de illis expreſſa mentio fiat. Bart. in l. 1. §. legatis. Et in l. Hæres abſens. ff. De iudic. Cap. Cum ordinem De Reſcript.

Appointé au Conſeil. die, Iouis 8. Februar. an. 1582. *ſur l'appel du Bailly de Foreſts ou ſon Lieutenant à Chauſſour touchant les teſtamens militaires nuncupatifs.*

* non ſcripta.

mortem properans, viuis vltimam illa mentis ſuæ teſtationem relinqueret, mandarétque exequendam. Lib. 2.

Executores teſtamentorum.

Art. 174. Andeg. Leg. *Les executeurs d'un teſtament ſont ſaiſiz dedãs l'an & iour du treſpas du teſtateur des meubles & acqueſts s'il y a patrimoine, pour l'accompliſſement du teſtament, & par faute de meubles & acqueſts, de la tierce partie du patrimoine, &c.*

PROIN Gallicæ etiam Conſuetudines, rei Teſtamentariæ curatores adhibent, normámque officij dictam procuratoribus ſupremorũ mãdatorum. §. 274. 275. Andeg. Conſuet. Nam, Senecæ verbis, interit omnis teſtamentorum poteſtas, ſi viui neglexerint imperia mortuorum. Lib. 3. Cõtrouerſ. Atque adeo Pauli I.C. ſententia, publicè expedit, poſtrema hominũ iudicia exitum habere. l. Vel negare D. Quemadm. teſtam. aper. Neque enim aliud (inſit Quintilianus) videtur ſolatium mortis, quàm volũtas vltra mortem. Alioquin poteſt graue videri ipſum quoque patrimonium, ſi non integram legem habeat: & cùm omne ius nobis in id permittatur viuẽtibus, auferatur morientibus. Declamat. 308. Ea de cauſa mulieri fas eſt, adimplendi teſtamenti delegatam ſibi curam ſuſcipere. Vt Scæuola reſpondit l. A filio. ff. De alim. & cibar. legat. Et l. filio. §. matri. ff. De adim. legat. Bald. in l. Id quod pauperibus Cod. De epiſc. & cler. Ecquid verò ſi fœmina cõnubij vinculo adſtricta ſit, eine licebit, inuito marito, legatũ accipere, & Teſtamẽtariæ ſimul curationis munus aggredi. Haud licere putes initio forsã, cùm Tutela pariter virile officium ſit, & ad ſolos viriles ſexus liberos maturę ætatis legitima Tutela deſcẽdat. l. antepenul. & l. fœminę. ff. De tutel. l. Scire oportet. ff. De tutorib. & curat. dat. Præterea Frãcicis Moribus fœmina ſic trãſit in poteſtatem viri, vt niſi eo auctore, aliena negotia gerere non ſinatur. §. 510. Andeg. Conſuet. SENATVS tamen Pariſiorum, in cognitione Teſtametaria, quam pleniori cõmiſit cõſilio, præiudicauit ſecundùm muliebrem explendi teſtamenti functionem ac procurationem. Decreto palàm prolato in cauſis orandis Pridie Nonas Ianuar. an. 1590. inter Dionyſ. Rubentellum, ſenatorem, pro quo Chauuelinus: & Carolũ Sacazinum, pro quo Marietus, dixere. Huic conſonat Bartoli opinio (in cit. l. A filio) alieni teſtamẽti procurationem minimè ſolui nouo mulieris coniugio, ac Tutelã quidem deportatione finiri, vt & muliebri ad nuptias tranſitu: Executionis autem, miniſterium, electionisvè, non idcirco deſinere. Argum. l. cùm pater. §. hæreditatem. ff. De legat. 2. Nec diuerſum ſenſit Baldus de Teſtamenti curatrice vidua, ad alias migrante nuptias. In Authent. Iiſdem pœnis Cod. De ſecund. nupt. Decius in Reſponſo. 91. 4

Appoinctẽ au Conſeil en plaidoyrie, die. 4. Ianu. an. 1590. Et interim ordinatum, quod pia legata ab executrice Teſtamenti Franciſca *Colleſſe* Caroli *Sacazin* vxore præſtarentur.

Mulier renubens remanet Executrix teſtamentaria.

De vltimarum volũtatum Executoribus clauſulã hanc ſubiicit Cenomanus Mos quę Andegauo ſupprimitur. *Mais ſi tel executeur n'eſt receant du Pays, ſeront les meubles inuentoriez, & mis en depoſt, pour en eſtre diſpoſé par l'executeur.* art. 291.

Curatus *de S. Iacques de la Boucherie, à Paris,*

PARI ſtudio ac feruore poſtremi cuiuſque iudicij exequendi, deligit teſtator identidem virum probum, cuius fidei nũmos ſuos committat, piam in cauſam diſpenſandos: cum ea conſtanti integritatis illius opinione, vt & rationes fideicommiſſæ pecuniæ ab eo exigi vetet motiẽs, & quem in vſum illa collata ſit, ſcrupuloſiùs exquiri. Sic Lutetianus quidã ſupremis verbis iuſſit, aureorum numum millia bina deponi penes curionem ſuum Fani Iacobi, cognomine Peleterium: vt quibus ei ſecreto mandarat, grande iſtud æs erogaret, nec vlli mortalium eius negotij geſti ratiocinia edere cogeretur. Sed nummos petẽ- 5

ti Parocho

ti Parrocho opponit agnatus defuncti hęres fraudem Legi factá coniugalium donationum prohibitoriæ: quaſi ſacerdos Templi fidem incapaci accommodarit coniugi, ſpecie depoſiti pij. Mox proinde Iudicantis officio interrogatur in iure ſequeſter pecuniæ, cuius vulgò ſpectata probitas erat: Vidua necnon mulier à Prætore interpellata & iurata, dixit, nullam ſibi eius ſummæ particulam tacito fideicommiſſo legatam, eaque penitùs cedere ſe, ac renunciare. Cauſa diligenter explorata, Præfectus Vrbi dánauit hæredem, nummos Curioni tradere pro voto teſtantis: cui ille tacitam fidem interpoſuerat, vt alteri legatum reſtitueret. Quam Sententiam Ordo Ampliſſ. vocati denuò iuratíque Sacerdotis religione motus, confirmauit. Decreto aduerſus N. Fortinum prouocantem, lato circa Natalitia Chriſti an. 1580. Quod Thuanus Curiæ protopræſes ſolẽni ritu pronuntiauit. Quinimò Scæuola I.C. reſpondit, Theopompi liberos, nedùm cognatos, Polliani vnius fidẽ, cuius dicto arbitrióque ſtari teſtator præcepiſſet, omninò ſequi compellendos. l. 14. ff. De dote prælegata. In eadem ſententia eſt Iuuentius Celſus I.C. ad explãdam teſtantis voluntatem, qui ita cauiſſet. QVEM HÆREDI MEO DIXERO VELLE ME LIBERVM ESSE, LIBER ESTO: CVI VT DARE DAMNAS SIT HÆRES MEVS, DIXERO, EI HÆRES MEVS DAMNAS DARE ESTO. l. 25. ff. De reb. dub. Neque ab iis prorſùs abhorrẽt, quæ teſtator poſtremo iſto elogio ſignificauit. IMPRIMIS SCIANT HÆREDES MEI, NVLLAM PECVNIAM ESSE PENES VXOREM MEAM: SED NEC ALIVD QVICQVAM: IDEOQVE HOC NOMINE EAM INQVIETARI NOLO. De quo Herennius Modeſtinus, l. Titia cùm teſtamento. §. Gaius. ff. De legat. 2. Item licet in arcanam alicuius fidem conferri non debeant teſtatorum iudicia. l. captatorias. ff. De hæred. inſtit. l. captatoriæ. ff. De legat. 1. Hæc tamen regula ceſſat in relictis ad pias cauſas. Cap. Cùm tibi De Teſtá. Bartolus nominatim in cit. l. 14. De dot. præleg. Num. 4. 5. Et in l. Si ita ſcripſero. ff. De condit. & demonſtrat. Quinetiam eò ſtrictiùs oneratur apud honeſtiores, quò liberiùs quiſque ſuo arbitrio exequẽdum ſumpſerit pium teſtatoris elogiũ. Vt Flacci verſus innuit, Serm. Lib. 2.

Senatusconſultum Pariſien. publicè recitatum die. 23. Dec. an. 1580.

Teſtamentarij quõdam Executores, hęredum arbitrio cogi poterant, iis dare præceſſoris ſui teſtamentum adimplendum, præſtita modò cautione id exequẽdi. Lib. Conſuetudinario Andium & Cenomaniæ impreſſo Pariſiis die. 4. Febr. an. 1498. Parte. x.

Sepulchrum
Commiſſum arbitrio, ſine ſordibus extrue: funus
Egregiè factum laudet vicinia.

6\. MERITÒ igitur talia nummorum depoſita vel fideicommiſſa à morientibus iniunguntur, vt extremę ipſorum teſtationes celeriùs ad effectum perducantur. Eadem ratione, teſtantes ſupremæ voluntatis ſuæ inſtrumentum totum deponunt in Æde ſacra, & apud Æditu os. Vt refert Papinianus in l. Cùm pater. §. donationis. ff. De legat. 2. l. locum. ff. 1. Ver. & ſi cuſtodiam tabularũ Ædituus vel tabularius ſuſcepit. l. vlt. ff. De tabul. exhib. l. 1. §. ſufficit. ff. De bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. Virgini pariter Veſtali maximæ Iulius Cæſar reliquit commendauitque iudiciorum ſuorum teſtationem vltimá. Vt eſt in Iulio Trá-

De fida Teſtamentariarum tabularũ cuſtodia. l. 9. ſi quis tabulas teſtamẽti apud ſe depoſitas. D. depoſ. l. ſi quis tabulas. ff. De dolo.

quilli. Cap. 83. Veſtalium itidem virginum cuſtodiæ creditum fuit Auguſti teſtamentum. Suetonio auctore in Octauio, Cap. 101. Neque ab iis longè diſcrepat ciuica Bononieſium Lex Hetruſcorum. §. prætereà De teſtā. Rurſùs ne poſtremæ huiuſmodi tabulæ interciperētur, cautio fuit veteribus compluřes eodem exemplo ſcribendas curare, & in publico deponere. Vt inquit Papinianus l. vlt. ff. De his quę in teſtam. delen. Illuſtriores quoque, vt extremis ſuis mādatis accederet auctoritas maior, ius publicum inuocarunt, & Principem adeo, vel eius Senatum nuncuparunt priuati ſui Teſtamenti curatorem honorariū. Qualem Biterrēſis Epiſcopus vltimæ voluntatis executorem ſcripſit Franciæ regē, eiuſque *Parlamentum* Pariſienſe. Vt de eo traditum eſt, Iuris Reſpon. 1. Ægidij Bellameræ. Sacroſancta quippe eſt Regum noſtrorum poteſtas ac dignitas, neque à quoquam violāda ſancitur Eccleſiaſticis Galliæ Comitiis. Meldēſi enim Concilio Francici Cleri attexuntur. 4. Capitula in Synodo acta, quæ habita fuit *apud Lauriacum in Pago Andegauenſi* an. 843. Octobri Menſe, Cap. 15. in hunc modum. SI QVIS POTESTATI REGIÆ, CONTVMACI AC INFLATO SPIRITV, CONTRA RATIONEM PERTINACITER CONTRADICERE PRÆSVMPSERIT, ET EIVS IMPERIIS OBTEMPERARE NOLVERIT, ANATHEMATIZETVR. Extat & altera apud ciuitatem Andegauam Synodus Gallica, in ordinatione Theraſij Epiſcopi coacta, Anaſtaſio Romani Orbis principe, ſub annum. 500. Hanc P. Pithœus Synodum calamo exaratam nobis oſtendit. Tantùm debent Andium populares mei Eccleſiaſtico Ordini primario, vt publici quoque Muſæi ſua in Vrbe inſtitutionem acceptam ferant Marbodo Rhedonum Antiſtiti, qui in noſtrate dehinc B. Albini Cœnobio cucullatus obiit an. 1123. Ex patriis Andium Chronicis, Parte. 2. Cap. 44. Proin Reges noſtri viciſſim Andegaua Fana priuilegiis cumularūt, à Me ſparſim alibi decātatis. Nec ita dudū Franciſcus. 1. Rex Epiſcopo Andium, & Mauritiano ſacrorum Sodalium Collegio Epiſcopali irrogauit tutelare Diploma rerum ſuarum, mādatæque de iis Iuriſdictionis eximiæ Præfecto Andeg. in Vrbe, non in minoribus Prouinciæ Oppidis regiis: quorum Magiſtratus, de Pōtificalis eiuſce litibus Eccleſię ius dicere vetantur. Reſcripto Maij Menſ. an. 1515. quod propalàm lectum fuit recitatúmque in forēſi Andium Auditorio ſuperiori, Octauo Calend. Octob. Eod. an. Hoc quoque Reſcriptum probarunt ſeriatim poſteri Reges, Erricus. 2. Ianuario Mēſ. an. 1547. Franciſcus. 2. Februario, an. 1559. Et Karolus. 9. Codicillis. 6. Iduū Octob. an. 1561. qni in Acta Lutetiani Senatus regeſti ſunt, Quarto Kal. Decembres proximè ſequentes. Regiam denique Maiorum pietatem æmulatus Henricus. 4. auguſtus Princeps noſter ſanxit Fori ius ſingulare iſtud Andegauē. Tēpli ſacratiſſ. Tabulis ſolennibus Iun. Menſ. an. 1594. quas Pariſiēſis Curia ſubinde promulgari iuſſit Quinto Kal. Iulias poſteriores. Ne obiter inſalutatum prætereā ſummæ illius Andium Ædis patronum. B. Mauritium, ſacro Venantij Fortunati poëmate, huc, pro officij noſtri religione, tranſcripto.

Quò,

Quod quis ſecretū manere velit teſtamentum ſuum ſanus deponat eiuſvè procurator. apud Sacriſtiam Fratrum Prædicatorum de bononia, vel Minorum, vel Fratr. Heremitarum, ve Fratrū de Carmelo, vel Seruorum S. Mariæ de ſtrata Maiori. Lib. 4. Statutor. Bononien. Italiæ.

Epiſc *de Beſiers*.

Andegauēſes Synodi Frācicæ duę. Quarū altera, Concilij *de Meaux* Capitibus inſeritur, & in Cōciliorū Tomo 3. reperitur. Altera tantum manuſcripta legitur.

De Andegauæ autē Eccleſiæ Regalia, vide noſtro Lib. 2. Doman. Franc. (Tit. 9. art. 6. Nullum certè in Claromontanam Aruerniæ ius Regaliorum eſſe, conſtat Areſto Parlam. viſis Inqueſtis & antiquiſſ Regeſtis) lato Menſ Mart an. 1509. Cuius exemplar habeo. At de Tutelenſis Lemouicum Eccleſiæ Reg. I a. Interlocutus eſt Senatus die. 15. Febr. an. 1603. Epiſcopū, & Capitulū vocari debere in causā priuatorum litigantiū Ioh. *de Caen* regalitæ, pro quo Mareſcotus; & Martialis Maiſtræi, pro quo Auguſtinus filius meus, dixerāt publicè die. 10. Ianuar an. 1602.

An. 493. Anaſtaſius in Oriente imperare cœpit, & Imperium tenuit annis. 26.
Andegaua S. Albini Abbatia.
Supra Libri Cap. 37. art. 6. Cap. 42. art. 8. Et Volum. 1. Sacrę Polit. Tit. 3. art. 4.
Hæ Literę, *en forme de Garde gardienne* pro bonis in Andegauia ſitis. De aliis autem cauſæ cognitio delegata eſt maiori cuiuſque Seneſchaliæ Iudici.
Die. 24 Sept. an. 1515.
Die. 10. Octob 28. Nouemb. 1561. Die. 27. Iunij. 1594.

Quò, piè Mauriti, ductor Legionis opimæ,
Traxiſti fortes, ſubdere colla, viros?
Quos, poſitis gladiis, armaſti dogmate Pauli,
Nomine pro Chriſti, dulcius eſſe mori.
Pectore belligero, poterant qui vincere ferro,
Inuitant iugulis vulnera chara ſuis, &c.

Lib. 2. ſacror. Poëmatum, cap. 15. De Sanctis Agaunenſibus, præcipuèque de Andium tutelari Diuo Mauritio.

Ac Fortunatus idem, alterius res geſtas executus eſt patroni Templorum Andegauen. Præſulíſque Maurilij: vt Gregorius Turonenſis, Albini Andium epiſcopi. Cap. 96. De gloria Confeſſor.

Lib. 1. Epiſtol. ad diuerſos.

De S. Albini Andium Epiſcopi miraculis.

7. Attivs Ruffinæ dedit, legauit Mouentia ſua omnia, acquiſitos fundos, & hærediorum partem tertiam, ĩ. quantum plurimum illa per legem capere poterat Andenſis Municipij. Tabellis teſtaméti an. 1560. Duodetriceſimo pòſt anno, idem agens animam parat exemplum teſtamenti noui, vocãtur teſtes ſignatores, quorum duo chartæ ſubſcribunt iamiam exaratæ, generatímque deroganti aliis teſtamentis. Sed antequàm tertius teſtis rogatus eòdem appuliſſet, teſtator obmutuit, efflauítque extremum halitum: Quo nec ſubſignante, actui adhibitus Tabellio negauit pariter, ſuum ſe nomen tabulis adſcribere debere. Nihilominùs legitimi hæredes hoc qualicunque freti teſtamento, ius ſuum tuentur aduerſus Ruffinam, quæ apud Iudices legati præſtationem vrgebat. Iſthęc quidem inſuſurrabat, ſemel perfectum teſtamentum, decenni curriculo ſolo minimè tolli: niſi trino ſaltem teſte, vel in Actis mutata teſtantis voluntas perſpicuè doceretur. Iuſtinianea lege Sancimus Cod. De Teſtamentis. Ad hæc, patrio Andium ritu authenticum hoc modò teſtamentum haberi, quod Notarius trino teſte exceperit. §. 276. At hæredes, contrà, eum, qui condiderit teſtamentum, deinde aliud facere inſtituerit, etſi perficere non potuerit, tacitè videri ademiſſe legata priori teſtamento, & legatarij petitionem per doli mali præſcriptionem elidi. Reſponſo Æmilij Papiniani in l. Ex partes hæres ff. De adim. legat. Eidem Papiniano placuit, nuda voluntate nouum vtique teſtamentum non conſtitui, ſed exceptionem quæri, legatario prioribus Tabulis agenti opponendam. L. qui ex liberis §. vlt. ff. De bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. Exin facilè refellitur, quod de Teſtamentorum iuſtis Solennibus apud Andes præfinitum ſit. d. artic. 276. Nec hæredum cauſæ aduerſatur Cæſarea Lex Sancimus De teſtam. Quando enim Iure Quiritum teſtamenta ſepteno teſte fiebant, ad ea ſubuertenda opus fuit trium, ad minus, teſtium, numero, cum decennij interiectu. At ciuicis Andium Moribus iuſta teſtamenta egent trino duntaxat teſte, cum publico Scriba, vel profano, vel Eccleſiaſtico (d. §. 276.) Vnde minori teſtium numero aſſeritur firmatúrque prioris reuocatoria, voluntas teſtatoris, vnà cum diuturno medij temporis interuallo. Quamobrem Lutetiana Curia pro hærede in legatarium iudicauit. Extemporaneo Areſto. 5. Kalend. Iulias ann. 1588. ſecundùm appellantem à Suppræfecto Andium, pro quo

Prius teſtamentũ ſolenne reuocatur poſteriori imperfecto, cum longa ſimul temporis inter vtrumque diſtantia.

§. 276. And. Conſ. *Les teſtamens redigez par eſcrips ne ſont valables ne authetiques, ſinon qu'ils ſoient faicts deuant vn notaire & trois teſmoins, ou le Curé, ou ſon Vicaire, & trois teſmoins, ou que le teſtateur l'ait eſcript & ſigné de ſa main.*

Parlamentaris Senatus decretum in publica actione cauſarũ die 27. Iunij an. 1588. *en plaidant du Roolle de Poicton, ſur l'appel du Lieutenant du Seneſchal d'Aniou à Angers.*

Chauuelinus:contra eius aduerſarium,pro quo Robertus,orarunt. In Volumine cauſarum Pictauenſium.

Teſtamentum factũ coram Curato Parochiæ, vel eius Vicario generali.

Mechlinienſi Brabãtiæ Conſ. Teſtamenta coram binis Duodecimuiralibus iudicibus,aut coram Notario & teſtibus fieri debent. Tit.De Teſtam.

OMNES fermè Conſtitutiones municipales Galliæ ſanxerunt Te- 8.
ſtamentorum formulam,quæ coram Preſbytero Eccleſię,ſeu eius Vicario conderentur.cita.§.276. Andeg.§.289.290.291. Pariſien. Conſ. Cum aliis compluſculis.Ex Pontificio Alexandri.3.Canone Cùm eſſes De Teſtam.Ibi,*quæ paræciani coram Presbytero ſuo,& tribus,vel duabus aliis perſonis idoneis in extrema fecerint voluntate.* Quidam verò nec parœciaci Templi Rectores ſunt, nec Vicem eorum gerentes, ſed qui priuatorum teſtamentorum ſcriptionem ſibi à Curione mandatam aſſerant: Valebitnè,quod eo modo exceperint iſti, teſtamentum? Non valere procliuiùs opinantur Iurecoſſ. noſtrates. Nec enim, gregarij cuiuſuis ac circumforanei ſacerdotis accitu, ſatisfit patriæ Legi teſtamentariæ, quæ parochum, eiuſvè generalem Vicarium iubet vocari Teſtamenti ſcriptorem & auctorem. Vt notat expreſſim Panor.in cit. Cap. Cum eſſes Num.6.12.17. Poſt Speculat.in Tit.De inſtrum. edit.§.compendioſè.Verſ.Item per Ius canonicum. Id quod Gallico etiam Vſu vulgatum,perhibet Burdigalen. Deciſio Nic. Boërij. 228.(Num.XI). Secundùm Phil.Cornei I.C.Reſponſum.77.(Lib.1.)Curio námque cenſetur myſticus pater ac ſpiritalis parœcorum ſuorum, coram quo nil præpoſterum admitti, falſumvè & adulterinũ nihil facilè ſuſpicamur. Vt Symmachus P.P.ait,Can.omnes Cauſa.30. Quæſt.1.Can. denique Cauſa. 14. Quæſt. 5. Item obuio cuique delegari nequeunt, quæ Iuris publici, & in quibus lecta ſit hominis tum induſtria, tum auctoritas. Ex Bonifacio.8.Pontif. in Cap.Is cui De offic. deleg.Lib.6. Poſt Gregorium.9.in cap.vlt.§.vlt.Eod.Tit.In Antiq.

Burd.Deciſ. Verſ.Et videtur neceſſarium, quod fiat teſtamentũ per parœcialem Rectorem ſeu Vicarium perpetuum,& nõ per alium presbyterum, etiam habentem cõmiſſionem ad id faciendum per Curatũ ipſum conceſſam.

SI tamen priuatus aliquis ſacerdos publicè profeſſus ſit in variis vlti- 9.
marum tabularum codicibus,queîs adhibitus ſcriptor fuerit,eam prouinciam ſibi à parocho creditam, quid dicemus? an quæ excepit teſtamenta, quæ ſcripſit, nullius fore momẽti? An fore,propter vtilitatem eorum qui apud illum egerint vel lege,vel quo alio iure? Et verũ puto, nihil eorum reprobari.Hoc enim humanius eſt, ſingularíque poſtremarum teſtationum fauori dandum, ac bonæ fidei ipſorũ, qui ita Teſtati moriantur. Quo pariter argumẽto impulſus Vlpianus exiſtimat, infirmari non debere acta decretáque à Barbario Philippo Romæ Prætura functo, tametſi ſeruo fugitiuo, cuius ſtatum Romani ciues diu ignorarint. In idem redit Cæſarea Antonini Lex. 2. Cod. De ſenten.& interloc.Et Hadriani l.1.Cod.De teſtam.Vbi inconcuſſa manẽt quæ ab incapacibus,vtpotè ſeruis,geſta ſint,qui in libertate,ſpectante Populo,morabantur.Nil diuerſũ de publico Tabellione,quamuis infamia notato & damnato,qui tamen id muneris obierit idẽtidem,variáque priuatorum Pactorum inſtrumenta ſcriptis redegerit. Vt ſenſit Bartol. in l. 6.§.1. D.Ad Leg.Iul.repet. Neque hinc longè diſſidet Vidi Papæ Deciſio Gratianopol.173. de negotiorum geſtore, qui citra mandatum aliena debitorum nomina exegerit,quùm vulgi opinione procu-

Error communis facit ius in pleriſque.

Notarius,etſi condẽnatus à iudice, & infamis, ſi maneat in poſſeſſione Notariatus, & bonæ famæ, tunc propter multitudinem geſtorũ per eũ,debet valere quod confecerit inſtrumẽtum.

procurator domini crederetur, ciúſque rationum ordinarius diſpenſator. Argum. l. 3. D. Ad S.C. Macedon. Can. turbatur. 1. Quæſt. 5. Verum enimverò publicæ diſciplinæ vigor poſtulat, priuato illi clerico pœnam indici, qui ementita Parœciaci Rectoris procuratione teſtanti Plebi impoſuerit, ne in poſterum commentitia hac auctoritate abutatur. Inſtar eius, qui ſe pro milite geſſerit, illicitíſve Inſignibus ſit vſus, vel falſo diplomate vias commearit. Quorum meminit Paulus I. C. l. Impuberem §. vlt. D. Ad l. Cornel. de falſ. Populo autem ne fucus fiat eiuſmodi præſtigiis, expedit, parochos, Vicariæ functionis quas dederint literas, referre in Acta ciuilis cuiuſque locorum Magiſtratus, iiſque inſcribendas curare: antequàm Vicarius Templi ſacerdos plebeiis teſtamentis publicam manum auctoritatémque adhibeat. Vt Pariſienſi Lege ſtatutum eſt, art. 290.

Literæ Vicariatus Parochiæ debẽt Curati diligentia regiſtrari in Regiſtris Greffariatus proximæ Iuriſdictionis Regiæ, vel Subalternæ.

10. Reciproca donatio contrahitur inter virum & vxorem. Ille poſtmodùm lethali febre correptus, teſtamentum fecit donationis reuocatorium, adſtante coniuge & tabulis ſubſcribente. Quæritur, an reuocatio vires habeat. Quidni, inquies? Nam quod duorum conſenſu tractatum ſit, diſſenſu mutuo diſtrahi quid vetat? l. ſi ea quæ Cod. De donat. l. ſi diuerſa Cod. De tranſact. Verùm arbitror, reuocatoriam clauſulam vxorio aſſenſu non conualeſcere. Quod enim More Andiũ fertur, reciprocam coniugum liberalitatem contraria amborum voluntate diſſolui, (§. 329.) Id ciuiliter accipiendum, ſi vtérque integra tũm fuerit ac proſpera valetudine, quali eſſe debet, in celebranda vltrò citróque donatione. Si námque donantium viciſſim coniugum alter lethifero morbo conflictetur, inutilis fit donatio: tãquam ſimplex, ac verbis tenus vtrinque collata. §. 331. Andeg. Conſ. Tunc quippe moribundus ſolus propriè donat, purè, nec reciprocè. Vt colligitur ex Vlpiani. l. filiæ meæ D. ſolut. matr. Idem ergo ius de reſoluenda, quod de contrahenda donatione. Quandoquidem viro mortem oppetente, proximum eſt, vt ſuperſtes coniunx mutuò donatis liberè potiatur: Quibus proinde ſi mulier renunciaret in medio ægri viri Teſtamentario codice, tantumdem ſola eius hæredibus de ſuo erogaret, cõtemplatione mariti. Hoc autem ipſum Andegaua Lex reprobat, nec vllam admittit rei vxoriæ in virum largitionem, niſi & in vxorem maritus ſoſpes ſanúſque res totidem munificè contulerit, art. 325. 327. & 328. Eòdem recidit Ludou. Romani Conſilium. 476. & B. Chaſſenei ſecũdum, Burgundis coniugibus dotali Pacto receptam, ſibi inuicem donandi facultatem non porrigi ad relicta teſtamento. Sic, verſa pagina, teſtanti viro non licet, communibus de rebus muliebri detrimento ſtatuere, nec Quæſtuum ſoli vſumfructum, lucrumvè Mobilium ſuperfuturæ coniugi poſtremis tabulis præripere: Quod viuo tamen illi, & viuorum diſpoſitione interdictum non erat, l. Viuus D. ſi quid in fraud. patr. l. ſeruum meum. ¶. De hæred. inſtit. Inde coniugum ſuperſtiti nobili delatum Moribus lucrum Mobilium, non poteſt alterius præmorientis in extraneum legatum præoccupari, Fructuariumvè

Similiter iudicatum Areſto die 10. Febr. ann. 1581. infirmante ſententiam Balliui Dunenſis latam die 17. Iunij 1579. & confirmatam à præſidali Bleſorum Iudice pro Roberto *More* donatario *par don mutuel de feu Marie Deſgroix ſa femme*. Quòd donatio mutua inter coniuges patria Dunenſes, & Bleſenſes non valet, quando tũc alteruter ægrotat morbo, ex quo poſtea decedit, ſed vtrumque pariter ſano corpore eſſe expedit die ipſa donationis. Idémque à Curia definitũ die 15. Mart. an. 1586. in 3. Camera Inqueſtarũ, inter Bleſenſes litigatores, quorum alter Iohannes *Connet* appellarat à Præpoſito Aurelianen. Conſeruatore priuilegiorũ Vniuerſitatis Aurelianen. Frãciſc. Tiraquello litis relatore.

Baronia *de Mirebeau*, intra quam nobilium coniugum ſuperſtes cuncta lucratur Mobilia.

Vide ſupràſcripta lib. 1. cap. 40. artic. 8. An Pactitiæ alienationis ſeu donationis prohibitio extendatur ad Teſtamentariam.

ius in parta Immobilia minui. De illo quippe fatali Mouentium commodo intra Mirebellum Baronatum, Andenſem, extat peculiaris articul. 238. Andegau. Leg. ſicuti de Fructuaria immobilium poſſeſſione, artic. 283. Vteruis autem coniunx, alteri ſupremis mandatis liberè gratificatur bonorum nomine, quæ eidem viuus, niſi reciproco munere, liberaliter erogare nequiiſſet. Molinei iudicio ad §. 340. Cenoman. Conſuet.

11. PORRÒ ſi coniuges ambo ſani & incolumes, à mutua priori donatione abierint, & quod perpetuò viciſſim datum ſit, conſenſu redigatur in temporarium Vſum ac fructum, eo caſu anterior donatio corruit: licet eius derogatoria poſterior, minimè Actis inſerta reperiatur. Edo facti ſpeciem. Vilhelmus *Boart*, & Renata *Gaulais*, qui connubio iuncti erant, mutuam ineunt donationem mouentium omnium, acquiſitorum, & trientis hærediorum: Ita, vt ad eum, qui viuus ſuperforet, omnia lege mancipi peruenirent. Triennio pòſt, mutatis calculis, pactum eſt inter eos, donationem illam, quę Actis publicata fuerat, ad merum vſumfructum reuocari, quæque purè dari conuenerat, fructuario tantùm iure ſuperſtitem poſſeſſurum. Vidua mulier iudicio experitur, rerum priùs donatarum nomine, in Pregentium *Boart*, & I. *Nicolon* tranſuerſarios mariti ſucceſſores. Contendit enim, priorem liberalitatem, ſecunda actis improfeſſa, quaſi inutili, ſublatam non fuiſſe. Nec enim impedimento ſunt, quæ Legibus cunque improbantur. Regula non præſtat lib. 6. Decretal. Epiſt. At defendit hæres, actũ donationis reuocatorium nulla egere monumentorum obſeruatione, inſtar nouæ cuiuſdam donationis: quùm rem ipſam in priſtinum modò ſtatum reſtituere videatur. Vt innuit Cæſarea lex Si ea, quę donaueras, poſteriore placito qui acceperat, dono tibi reddidit, &c. Cod. De donat. Huic ſubnectitur, inteſtatę Actis donationis exceptionem donatrici non competere, ſed eius vel creditori, vel hæredi. Quemadmodùm multis Curiæ decretis conſtitutum eſt, ex regio Edicto ann. 1549. Rurſus vtì ſtipulatione fundi continetur vſusfructus, tanquam ipſius fundi portio: Sic publicæ *Inſinuationis* ſolennitas donationi fundorum adhibita, producitur ad ſequentem vſusfructus agri donationem. Cognita cauſa, viduæ, quæ petierat, addixit minor Andium Iuridicus. Superior autem Præfectus Prouinciæ, qui ab hærede appellatus eſt, cenſuit rectè prouocatum, & viduam vſufructu poſteriùs dato contentam eſſe iuſſit. Senatu, ad extremum, partes ſuas interponente, ſuperatur denuò vidua, eique vltrò oblatam ab hærede ſatis grandem pecuniam accipere damnata eſt, in omne ius, quod ſiue pro donato, ſiue pro ſocio capere poſſet ex bonis à marito relictis. Areſto Pariſienſi. 7. Idus Iunias ann. 1585. in quinta Curiæ Inquiſitionum Claſſe, vbi Gaſto *de Grieu* regius ſenator controuerſum negotium explanabat.

Vtile per inutile non vitiatur.

Donator ipſe nõ poteſt obiicere defectũ inſinuationis donationis apud Acta. Vt ſuprà Tit. De parent. in libert. donat. artic. 10.

Iudex Præpoſituræ Andegau.

Seneſchalus Andiũ.

Senatus decretũ die 7. Iunii an. 1585 in 5. Camera Inqueſtarũ.

12. DOS ex fideicommiſſo detrahi ſolet, nec, quæ reſtitutioni ſubiecta ſunt auito inter poſteros iudicio, minùs propterea alienare licet dotis nomine,

nomine, vel donationis propter nuptias. Non enim poteſt dici in euerſionem fideicommiſſi factum, quod & mulieris pudicitiæ, & parentum voto congruat. Inquit Vlpian. in l. Mulier. §. cùm proponeretur D. Ad S.C. Trebell. Cum Iuſtinianea Nouella Res quæ Cod. commun. de legat. Iuxta quæ, pronuntiatum eſt à Lutetiana Curia. Poſtridie Idus Quintiles an. 1558. inter Stephanam *de Martine* viduam Claudij Sanguini tutricem liberorum ſuorum, & Florentiam *de Creſſon* Dionyſij Sanguini viduam mulierem. Nimirum publicè refert, mulieres dotes, ſaluas habere, propter quas nubere poſſint. l. 2. π. De iur. dot.

Iudicium Curiæ Pariſien die 16. Iulij an. 1558. approbãs Doarium Conſuetudinarium de media parte nobilium Ditionum, in agro Pariſienſi. quæ ſubſtitutæ erant. Pro reliquo autem Doario, quod matrimonij contractu præfixum fuerit, doariæ regreſſus in alia bona non ſubſtituta datus.

Aſt ſi propinquus quidam ex tranſuerſa linea, ſuas largiatur opes longa ſubſtitutionum ſerie, donatarij coniunx eas nequicquàm ſibi vindicarit iure donationis propter nuptias, aduerſus ſubſtitutos. Sicuti nominatim cauetur in Authent. De Reſtit. fideicomm. Bart. in cit. Authent. Res quæ Num. 4. Nam vt tranſuerſo gradu agnati non tenẽtur propinquas ſuas dotare, ita nec credibile eſt, cognatum donatorẽ voluiſſe, gradatim ſubſtitutos, muliebri dote, vel donatione propter nuptias onerari. Ex notatis in l. Non omnium Cod. De adminiſtr. tutor. l. Cùm plures §. penul. π. eod. Sed donatarij, aut poſterorum filiæ, quibus aſſignata dos, viduæ necnon mulieres, queîs propter nuptias donatum ſit, ſubſidio agent in promiſſoris hæredes, vel liberorum fundorum poſſeſſores, quos eam in cauſam à parẽte, maritovè pignori acceperint. Sicuti PATRES CONSCRIPTI eximio decreto cenſuêre. 6. Kal. April. an. 1584. in tertia Senatus decuria Inquiſitoria, pro Frãciſco *de Monteil*, & Antonia *de la Balue* coniuge, ſubſtituta Claudio *de la Balue*. Victa eſt enim Martha *du Tinet* Claudij vidua, quæ Moribus debitum ὑπόβολον ſeu *Dotalitium* perſequebatur in fundum nobilem *de Villepreux*, reſtitutioni obnoxium vetuſta fratris in fratrem ac poſteros donatione collata. 12. Kal. Apriles an. 1514. Imò & nonnullis vſquequaque placuit, res alienari vetitas Pacto conuento, in dotem dari non poſſe. Accurſ. & Bald. ad l. Nulla In fi. Cod. De iur. dot. Conuentionalis planè ſubſtitutio, quę donationis legi adſcripta ſit, vt alienandi prohibitionem includit, ſic impedit tranſlationem dominij in emptorem, aliumvè in rem ſucceſſorem. Ex Imperatoria Valerian. & Galieni. l. 3. Cod. De condict. ob cauſ. dat. Vbi Faber etiam nuncupatim. Vnde conſecutum Curiæ Iudicium luculentum. 10. Kal. Ianu. an. 1586. ſecundùm Claudiam *Deſcouſu* vxorem Nicolai *Iacquet*, quæ prouocarat à Matiſconenſis Prætoris Sententia dicta pridie Idus Nouembres an. 1583. Aduerſus Karolum *Deſcrimeul*, regium apud Matiſconem cauſidicum, qui prædia nonnulla pactitiæ fratrum ſubſtitutioni addicta coëmerat. De vi autem contractus alienationum prohibitorij, volue ſupraſcripta Lib. 2. Tit. De fundis prædiarij Reditus lege alienatis, articul. 3.

S. Conſultum Pariſien. in 3. Camera Inqueſtarũ die 27. Mart. an. 1584. de doario ſuper ditione *de Villepreux, ſize en la Preuoſté de Paris*, ſubſtituta per donationẽ M. Iohan. *de la Balue* Curati S. Euſtachij Pariſien. in fratrem ſuum & poſteros die 21. Mart. an. 1514.

Areſtum Curiæ *ſur proces par eſcript du Bailliage de Maſcon*, die 23. Dec. an. 1586. infirmãs Sententiam Bailliui *de Maſcon* latam die 12. Nou. an. 1583.

Renta fundiaria.

13. LEGATVM eſt naturali filio ingens auri pondus, quod fœnori ſtatim dari iuſſit pater, vt annua fœneratitij æris penſione nothus aleretur. Exin nothi ilicò ſtipulatione ac nomine conficiuntur tabulæ

pecuniarij Reditus, legatis nummis conſtituti à quodã debitore. Poſt-modùm teſtatore vita functo, vertitur quæſtio, legatum necne valeat. Ratio dubitandi eſt, quòd Andium Mos nothis legata ad irritum perducat, niſi res ipſæ legatario poſſidendæ tradantur, viuo teſtatore, aut donatore. §.345. cuius contextum ſuperiùs recitaui (Tit. De parentũ in liberos donatione artic. 14.) Id quod de propria, naturali, ac genuina donatarij poſſeſſione accipi debet, non de ficta, ciuili, imaginaria. Vt demonſtrauimus, cita. art. 14. Sed quoad pecuniæ legatum attinet, quę nothi alimoniæ deſtinatur, eius vſuræ vicem fructuum obtinent, nec debent à fructibus ſeparari. Verbis Vlpiani in l. Vſuræ ꝟ. De vſur. Vnde quamprimùm nummi abiêre creditum, & fœnebrem in vſum collocati ſunt titulo ipſius legatarij, hic ſubinde rem legatam dicitur poſſidere cœpiſſe. Haud ſecus, ac fundi dominus pér conductorem, qui pro tempore fruendum agrum ſuſceperit, cẽſetur poſſeſſionem retinere. Imò & tantumdem virium habet in nominibus debitorum ceſſio, quantum in rebus corporeis traditio. Vt notat. in l. vlt. Cod. De hæred. vel act. vend. Nec verò teſtatori viuo interdictum eſt, quæ teſtamento reliquerit, legatariis dare, præſtare. Attamen prępropera hac rei traditione, relictum tranſit in donationem inter viuos: niſi legati commemoratione res manu porrigatur, pecuniavè commodo legatarij tranſcribatur alicui, fœneratitio commercio. Baldus ad l. Lucius In fi. ꝟ. De legat. 2. Et in Cap. I. De confirmat. vtil. vel inut. Poſt Bartolum in l. legatum ꝟ. De legat. 2. §.341. Andeg. Conſuet. Ac Neapolitanæ Curiæ Sententia terminatum idem fertur à Conſcripto eiuſce Ordinis Matth. Afflicto, in Deciſ. Neapolit. 275. Quòd ſi Renatus Andiũ Dux Marchiam Pontis-Moſonij, vti legauit nothæ ſuæ Palamedis Forbini coniugi, ita reapſe ei viuus fruendam prębuiſſet, vacuam haud occupaſſet ademiſſétque teſtatoris nepos ex filia, Princeps Lotharingus. Hic enim, ſemel præcepta clanculùm poſſeſſione cedere noluit, hoc colore, quòd Forbinus, Maſſilienſis Prouinciæ Prætor, ac Ratiociniis Præfectus, ſuis aduerſas Karoli Andegaui partes tutaretur nepotis ex fratre teſtatoris: quî cum, de auita huius hæreditate, Lotharingus diſceptabat.

Item Andegaua Lege. *tout donataire, & legataire doit eſtre ſaiſi par les mains de l'heritier du donneur, &c* art. 341.

Conſ art. 341. verſ. *ſinon que le donneur luy en ait baillé la poſſeſſion ſa vie durant, & en pleine ſanté.*

Legatum Marchionatus *du Pont à Mouſſon*, in naturalẽ filiam teſtatoris Renati Andegaui Siciliæ regis, vxorem Palamedis *Fourbin*, Seneſchali Comitatus Prouinciæ, & Præſidis. 1. in Camera computorũ Prouincialium. Vltimis tabulis an. 1473. die 9. Octobr & ann. 1474. die 22. Iulij.

14 NOTHAM ſuam pater donauit quadringentis Libellis prouentus annui, cum lege alienandi prohibitoria, ſi modò, antequàm compleſſet maturam ætatem, fatis concederet. Donataria moritur infra viceſimum quintum ætatis annum. Eius in bona ſucceſſor Fiſcus ſibi aſſerit nummarium illud Vectigal defunctæ donatum, quaſi iuſtos hæredes nullos reliquerit. At pater donator cum Fiſco decertat, donationi impoſitas leges, conditioneſque diſtrictè ſeruandas. l. legem, quam rebus tuis donando dixiſti. Cod. De Donat. l. legem Cod. De Pact. conuent. Atqui interdictio alienationis nominatim cauta, porrigitur etiam ad exteri hæredis inſtitutionem: multò magis Fiſci, anomali, odipiſque in vacantia ſucceſſoris. Iuſtinianea leg. ſi quis prioris. §. certum eſſe ſancimus Cod. De ſecund. nupt. Poſt Æmilij Papiniani reſponſum

Sic teſtatore hæredẽ ſcriptum teſtari próhibente pronũtiauit Antoninus Imp fideicommiſſum hęredis fratri ex ea ſcriptura deberi, quaſi teſtator petierit, vt ſcriptus fratrẽ ſuum hæredem ſuum faceret, eique hæreditatẽ reſtituere rogatus ſit. l. Qui filium in prin. D. Ad Trebell.

ponſum l. peto §. fratre. ☩. De legat. 2. Quin & clauſula rerum alienationem vetans inducit tacitum fideicommiſſum, vt ille res in familia permaneant. cit. l. Peto. §. fratre. l. Vnum ex familia. §. ſed ſi fundus Verſ. quod ſi talis. ☩. De legat. 2. Vidus Papa nuncupatim in Gratianopol. Deciſ. 469. de tacito fideicommiſſo, ex quibus verbis inferatur. Sed iſthæc procedunt in legatariis, qui familiam, genus & gentem ciere poſſint. Quod non ſimiliter nothis adplicatur. §. 343. & 344. Andegauen. Morum. Hinc quoque Iuſtiniani ſanctio, qua res filio datæ redeunt ad patrem ſuperſtitem, ceſſat in patre naturali, cui tale ius patriæ poteſtatis minimè ſuffragatur. l. Conſtitutionis nouæ capitulum Cod. De bon. quæ liber. Verſ. Sed vt his poteſtatis iure ad parentes reuerſis. l. 3. ☩. De his qui ſunt ſui. §. 1. Inſtit. De patr. poteſt. §. vlt. Inſtit. De nupt. Eapropter Senatus pro Fiſco aduerſus donatorem pronuntiauit. Lutetiano celebri Areſto. 7. Idus Septembr. ann. 1584. Nothi tamen viduæ mulieri integra manet donatio propter nuptias, & coniugalium quæſtuum communicatio, vnà cum ſolido ipſorum vſufructu. §. 315. Andegau. Conſuet.

Iudicium Curiæ ſolenniter à primo Præſide Harleyo recitatum die 7. Sept. ann. 1584. *entre les Alegrains, & le Procureur du Roy.*

15. Secvs autem de illegitimo natalibus reſtituto à Principe, qui legitimis æquiparatur. Hoc ita, ſi Regium diploma natalibus reſtitutorium, viuo parente, regeſtum ſit in Acta Principalium Ratiociniorum. Nam alioqui nec filius in iura legitimorum adſciſcitur, nec vi patriæ poteſtatis, bona ei donata ad patrem reuertuntur. Sicuti bino Curiæ Decreto admonemur, priore lato profeſtis diebus Natalis Dominici ann. 1584. Poſteriore, in Lugdunenſibus cauſis agendis 10. Kalend. Sextiles ann. 1585. Quùm Buyſſonius pro eo dixiſſet, qui à Lugdunenſi prætore Senatum prouocarat: Arnaldus, contrà, pro notho legitimis adſcripto à Principe, cuius Codicillos, mortuo iam patre, rationales comprobarant. In promptu ratio eſt, Actum, niſi quo tempore geri potuerit, ratum haberi nequiiſſe. Africani. l. C. leg. Bonorum D. Rem. rat. hab. Atquin regia nothi in ſtatum legitimorum allectio ſera eſt poſt mortem patris naturalis, nec retrò flectitur ad diem paterni obitus præambulum, quò agnatis interim quæſita hæreditas auferatur. Bartolus diſertè ad l. Gallus. §. 3. Num. 14. ☩. De liber. & poſthum. Idem ergo ius de talis Reſcripti comprobatione ſanciendū. Vnde nec, exprompta viui patris voluntate tentatum prodeſt, quod ſublato demùm ipſo, beneficium rex irrogarit, natalitias eluens filij ſordes, ad paternam hæreditatem capeſſendam. Vtcūque diuerſum Boërius ſenſerit, Burdigalen. Deciſione. 122. Si tamen Chriſtiano ſolenni nuptiarū titulo editi ſint liberi ex ſacerdote, & ignara ſacrę huius cōditionis muliere, tunc legitimus ſuſtinetur cōmunis proſapię ſtatus bona fide ignorationéque probabili cōiugis alterius. Detecto autē poſtmodū vxori Eccleſiaſtico viri Inſtituto, ſubortas modò filias, nothas pronūtiauit ſupremus Rothomagi Neuſtriæ Conſeſſus Iuridicus: qui ex trino Galliarum Senatu, delegante Rege, eò cōuenerat. Poſthabita

Parlamēti decretum die 22. Dec. an. 1584. *entre les Paulmiers heritiers collateraux d'vn homme de Blois, & le Maçon mary de la Baſtarde legitimee. Iugé ſur vn appel des Requeſtes du Palais.*

Areſtum Curiæ die 21. Iulij an. 1585. *en plaidant du Roolle de Lyon*, inter Marcellinū *Beget*, & Petrum *Blache* appellātes ab Interlocutoria *d'informer*: Et Marcellinū *Guryton*, filium naturalem legitimatum defuncti Marcellini *Guryton*, intimatum.

Quia pater poſt impetrationem Reſcripti potuit pœnitere, *n'ayant faict verifier le Reſcript de legitimation de ſon viuant*.

Deciſion. Num. 4. verſ. Patre ratum habente, vel etiam poſt mortem de eius voluntate.

Areſtũ in Curia Scacarij Normanici, latũ die 19. Febr. an. 1507. inter Catharinã, Frãciſcam, Leonoram, & Margaretã, filias Iani *de Ferrieres*, Magnatis Normanici & Aymaræ Gaufredę, Delphinatis: Quam ille vxorem in Delphinatu duxerat, tacita Sacerdotali ſua vitæ profeſſione. Verũ eodem Areſto iuſſæ sũt legitimæ duæ, aliis competẽtem dotem conſtituere pro dignitate familiæ.

enim Codicillari Venia ac Indulgentia vſquequaque, tum Pontificia, tum regia, decreuêre ſelecti illi Iudices, (in quibus erat Benedictus, ſenator Tholoſanus) nouum partum illum, paternæ hæreditatis incapacem, iuſtiſque natabus aliis ſolidam ipſam addixêre. Iudicato, 11. Kal. Martias an. 1507. Quod idem Benedictus ſigillatim percenſuit, in Repetit. Cap. Raynutius De Teſtam. Ad verb. Raynutius de clera, Num. 17. Secundùm protritas Romanæ Sedis Conſtitutiones, in cap. 2. ca. ex tenore cap. referente cap. peruenit. Rubr. Qui fil. ſint legit.

GALLIS ſuſpectior eſt quodammodò teſtamenti captatio, quàm 16.
Romanis Iurecoſſ. Illi enim variis ſparſim Municipiorũ Legibus non admittunt legatarios ſimul & teſtes ſignatoréſque teſtamenti. §. 289. Pariſien. Conſuet. Hi, contrà, eoſdem ad vltimas tabulas adhibebant teſtes, ſiquidem aliud ipſos nihil impediret. Vlpiani l. Qui teſtamento ff. De Teſtam. Quod & Martianus I. C. aſſeuerat. l. ſi quis ita ff. De reb. dub. Huic conſentaneum eſt Zenonis Imp. reſcriptum l. dictantibus §. vlt. Cod. De Teſtam. Cum Iuſtinianea Conſtitutione in §. legatariis Inſtitut. Eod. Tit. Extat quoque Plinij exemplum de Regulo quodam, teſte ad ſignandum adſcito teſtamentum, quo ei legabantur veſtimenta. Lib. 2. Epiſtol. Rurſus ciui Romano licuit, de omnibus fortunis poſtremo elogio liberè decernere: Gallis autem, non niſi de triente, vel quincũce patrimoniorum, in omnibus ſaltem Prouinciolis, quæ More ac Inſtitutis regũtur ciuilibus. Quandoque etiam iuſto metu ſubiiciendi, aut ſuggerendi Teſtamenti, noſtri homines clauſulam interſerunt tabellis ſuis Teſtamentariis, ne vlla poſteriorum ratio habeatur, niſi certa dictionum formula, quam prioribus adſcripſerint, in ſequentibus repetita inueniatur. Vtputà ex facto propoſitum eſt, quendam teſtamento cauiſſe, ne ſubſequenti alij haberetur fides, niſi cui talis clauſula intexeretur, vernaculo ſermone, *l'entendez vous bien*. Aliud dehinc promitur eiuſdem teſtamentum nouiſſimum, generatim quidem derogans prioribus, ſed in quo, de prædicta clauſula, mirum ſilentium. Quærebatur, vtra defuncti voluntas Teſtamentaria iure ſubſiſteret. Placuit Senatui, anterius teſtamentum ſecundis tabulis minimè infirmari. Decreto in peruigiliis ſanctæ Pentecoſtes ann. 1580. Inter Catharinam *de Laube* coniugem Iani *de Burin*, præſidalis apud Lugdunum Conſiliarij, quæ à Boiorum proprætore Curiam appellarat, & Ianam *Regnier* vxorem Vilhelmi *Faure*, ediuerſò, altercantes. Pari modo, dictante hæc teſtatore, CVI BIS LEGAVERO, SEMEL DEBERI VOLO, reſpondit Hermogenianus, eam ſupremę voluntatis teſtationem poſteriore non retractari: niſi teſtator ſpeciatim edixerit, prioris ſe volũtatis pœnituiſſe, & voluiſſe, vt legatarius plura legata accipiat. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. De legat. 3. Et Pomponius I. C. l. ſi mihi & tibi §. vlt. verſ. Interdũ tamen in legatis non poſterior, ſed pręcedẽs ſcriptura valet. ff. De legat. 1. Quòd ſi legatario non multiplices quidem teſtamẽti tabulæ faceſſant negotium, ſed potiores eo, defuncti creditores: Cedò, an cum his vtiliter

In captatorias teſtãtium diſpoſitiones, Martialis ita. Scis te captari, ſcis qui captat auarum: Et ſcis qui captat, quid Mariane velit. Tu tamen hũc tabulis hæredẽ ſtulte ſupremis Scribis, & eſſe tuo vis furioſe loco, &c. Epigrammat. lib. 6. ad Marianum.

Parlamentare decretum die 20. Maii ann. 1580. Ad relationem Dn. *du Refuge* ſenatoris. in 4 Camera Inqueſtarũ Curiæ Pariſien. *Sur l'appel du Seneſchal de Bourbonnois.*

An gratioſa hæredi ex Inuentario creditorum conuẽtio, proficiat legatariis.

transacta

tranſacta res à Codicillari hærede, proſit legatario: Ita, vt modico præſenti dimiſſis ab illo creditoribus, legatū ſibi præſtetur ex reſidua hæreditate legatis idonea? Huius vtique partes legatarij iuuare videtur Tranſactio in rē ſcripta, & hæreditatis liberatrix, omnium compēdio, quorum interſit. l. ſi tibi decē §. pactū conuentū l. ſi debitor. ff. De pact. l. controuerſia. ff. De tranſact. Aſt hęres, contrà, ſe Principali beneficio *Inuentarij* ſubnixū, onéroſam adiiſſe hæreditatē, ingentíque æris alieni mole obrutā. Hinc, mutuò ſūpta fœnebri pecunia, ſic egiſſe cū creditoribus hęreditariis, vt ſua quiſq; Nomina ſigillatim tranſcriberet ſibi: Nō autē vt ſuo periculo hęreditatē liberaret, quæ minùs ſoluēdo erat, quámq; propterea ex Reſcripto agnouiſſet. Paratū ſe, legatario ratiocinia edere Hæreditariarū rerū, quas ſolenni Repertorio adnotandas curarit, & creditoribus debito ære ſubducto, cuius tranſcriptitio iure vtebatur, reliquū ex hæreditario Aſſe, ſi quid ſuperforet, legatario tradere. Alioquin Iul. Paulus cenſuit, eius, qui de tenui, multa legaſſit, hęredē, ſi cū creditoribus deciderit, ne ſolidum ſolueret, ob eámq; deciſionem factum ſit, vt aliquid retineret, nihil legatariis debiturū: quia eam pecuniam non ex hæreditate, ſed ex deciſione haberet. l. ſi hæres inſtitutus §. ſed & is. D. ad Leg. Falcid. Similiter hæreditate, quæ ſoluēdo non erat, diuēdita, nil legatariis debebitur: Quia magis ex ſtultitia emptoris cōſecutus putatur hæres venditor, quàm ex bonis defuncti. Nam vt ſi malè diſtraxerit hæreditaria bona, ſuum ipſius eſt, non legatarij detrimentum: Sic commodum vnius eſt hęredis, ſi bene res adminiſtrarit. l. 3. ff. Ad L. Falcid. l. libertus, qui ſoluendo. ff. De bon. libert.

Legatarij, in ea tantū parte, quæ de bonis ſeruari potuit ære alieno ſoluto, pignoris cauſam habent. l. 4. & 6. ff. De ſeparat. l. vlt. §. licentia Cod. De iur. delib.

17. QVIDAM teſtamento hæreditatis ſuæ dominū ſcripſit Iuniū Simonidem, impoſito onere, vt ſi hic moriens aliquos inſtitueret hæredes, iis ſuum ipſius teſtantis nomen ferre præciperet. Iunius, adita hęreditate, obiit inteſtatus, ſuperſtite virili prole, ac fœminea. Mares actutū teſtatoris bona ſibi omnia arrogāt, quaſi oneris illius implēdi capaces ſoli, ĩ. ferēdi nominis, cuius cōditio adiecta inſtitutioni hęredis videbatur. Etſi enim ille hęredis arbitrio reliquerit teſtamēti factionē & nūcupationē hæredis, cui oneroſa nominis latio connexa eſt: creditur tamen oblique futuros hæredis ſucceſſores vocaſſe, velut ipſi ſubſtitutos, qui ad teſtantis nomen ferendū habiles idoneíq; exiſterent, Argum. l. Titia Seio §. Seia. ff. De legat. 2. Quibus enim onus iniunctū ſit, iiſdē collatus honos ſubſtitutionis exiſtimatur. l. cohęredi §. cū filię. ff. De vulg. & pupill. l. legatū ſub conditione ff. De cōdit. & demonſtrat. Ex cōque legū cōtextu Bartolus accuratè, in l. Centurio ff. De vulg. & pupill. Vidus Papa in Delphinatiū Deciſione. 39. & 184. Sinuoſo quoq; huiuſmodi verborum anfractu, fideicōmiſſa bona intellexit Seruidius Scæuola in l. Lucius §. vlt. Ibi, Peto, vti velis, cohæredē tibi recipere in fundo Iuliano meo, quem ampliùs te recipere iuſſi, Clodium Verum nepotem meum, cognatum tuum. ff. De legat. 3. Idem peræquè Scæuola in l. Epiſtolam §. mulier. Verſ. rogo te, vt id quod ad te ex bonis meis peruenerit, facias peruenire ad filium tuum. D. ad S. C. Trebell.

Teſtamentaria hæc conditio, *ſi N. hæres inſtituatur*, deficit, eodē legitimo hærede ab inteſtato relicto.

Liberi in conditione poſiti, qui ſunt grauati, cenſentur etiam in diſpoſitione vocati, honorati, & ſubſtituti. l. ſi ita ſtipulatio ff. De oper. libert. Bald. in l. Ab eo Cod. De fideicom. Boërius in Deciſ. 155.

Gaius I C. de huiuſce cōditionis decore & dignitate, in l. 63. §. ſi ſub conditione ver. ſi verò nominis ferendi ff. Ad Trebell.

De gentilitij nominis per Adoptionem conſeruatione Vide. infra Tit. De fructuario Parentum iure, &c. art. 13.

Præterea ferendi nominis conditio perquàm honeſta ac decora eſt, quam multi paſſim Romani ciues in ſupremarum voluntatum codicibus vſurparunt. Ita Baſilius M. Satrium ſororis filium, nomen ſuum ferre iuſſit, eúmque fecit hæredem. Vt refert M. Tullius Lib. 3. Offic. Octauius necnon Cæſar hæredes inſtituit primos, Tiberium ex parte dimidia & ſextante: Liuiam ex parte triente: quos & ſuo nomine titulíſque voluit inſigniri. Quemadmodùm in Octauio Tranquilli perſpicere eſt, Cap. 101. Idipſum Naſonis carmine hoc indicatur,

Nec viri tantum, ſed fœminæ etiam aliquãdo nomen ſuum ferre iuſſerunt eos. quos heredes poſtrema teſtatione nũcupabant. Liuia quippe cum Dolabellam ex parte ſcripſiſſet heredem, eum nomẽ mutare iuſſit. Teſte Cicerone lib. 7. Epiſt. ad Atticum, Epiſt. 8.

Inque futuri
Temporis ætatem, venturorúmque nepotum
Proſpiciens, prolem ſancta de coniuge natam
Ferre ſimul noménque ſuum, curáſque iubebit.

Lib. 15. Metamorphoſ.

Inde & hæredes teſtamento in bona, noménque ſimul adſciſcebãtur, adoptabantur. Suetonij verbis in Galba, Cap. 17. Senecæ itidem lib. de Breuitate vitæ. Indictum pariter hoc nominis armorúmque geſtamen vocat Dion Hiſtoricus (lib. 45.) τὴν τοῦ ὀνόματος καὶ τῆς οὐσίας διαδοχὴν. Neque alienum eſt ab eo Cornelij Nepotis exemplum, in vita Attici, cui adoptato à ſe, Cæcilius moriens, nominis ferendi conditionem impoſuit. Sed, miſſis externis, patrium domeſticúmque promo Andegaui Reguli teſtimonium Renati: in quem propatruus Cardinalis Ambarrus donatione cõtulit Barrenſem Ducatum, ſimul & Marchiam Pontis Moſonis, condicta nominatim hac lege, vti Renatus nomen donatoris, gentilitiáque aſſumeret Inſignia. Tabulis obſignatis Idibus Sextilib. & pridie Kal. Nou. an. 1419.

De Familiari nomine iſto, gentilitiiſq; Armis geſtẽdis, Appianus. lib. 2. Bellor ciuil. Et Ouidius, 15. Metamorph. de Cæſaris Apotheoſi.

Donationes *du Cardinal de Bar*, die 13. Auguſ. & vlt Octob. 1419 *à René d'Anjou lors Comte de Guyſe, fils de la fille d'Yolant de Bar, ſœur dud. Cardinal.* Ex Inuentario *de la Chambre d'Anjou, en la Chambre des Comptes.*

A PARTE autem filiarum, econtrariò, allegatur, nullam purè & ab- 18.
ſolutè conceptam fuiſſe ſubſtitutionẽ in maſculos, alioſvè ſcripti hæredis ſucceſſores: At liberum diſponendæ hæreditatis arbitrium collatum in primum hæredem. Dextro nimirùm teſtatoris cõſilio, qui hæredem ſuum coactum noluerit, liberos ſuos æqua naſcendi ſorte coniunctos, inæquali bonorum conditione ſeiungere inuicem: ſed qui paterno potiùs iudicio permiſerit, nũm quaſi debitam hereditatem liberè ſuis relinqueret ille, an aliud quicquã certi hæredis inſtitutione moliretur. Argum. Florentini I.C. l. Vel ſingulis ff. De vulg. & pupill. Secus vtique, ſi teſtator bona ſua vetuiſſet abalienari: ex quo, non dubiè fiduciarium hæredem feciſſet, fideíque commiſſo oneraſſet. Vt rectè diſtinxit Bartolus in cit. l. Vel ſingulis, eam concilians cum d. l. Titia §. Seia De legat. 2. Addito iis, haud facilè ſubſtitutionem coniectionem, vel protractionem fieri Iure, niſi de teſtantis ſententia apertè liqueat. Putà, in ſubſtitutione impuberis, quiſquis mihi hæres erit, idé filio heres eſto: Vbi hæres hæredis non continetur, quia incertus eſt. l. ſciendum ff. De verb. ſignif. l. qui liberis §. 1. ff. De vulg. & pupill. Denique teſtamenti, quo de agitur, verbis modeſtè veritus eſt defunctus, hæredi, quos nollet, ſucceſſores bonorum ſubiicere, ac præſcribere. Argum.

Substitutiones non facilè à Iure præſumuntur, vel extenduntur.

L. 12.

l.12.§.medio tempore.D.de captiu.& poſtlim.reuerſ.l.apud Iulianum §.ſcio ℟.De legat.1.Quamobrem PATRES CONSCRIPTI ſecundùm filias iudicarunt, ad appellationem ex Prætura Lugdunenſi. Celebri Areſto diebus Reſurgenti domino profeſtis,ſeu 16.Kal.Maias an.1585. Perſimilem vtique controuerſi iuris quæſtionem memorat Tholoſanus ſenator Gerardus Maynardus, ita ab ſe deciſam Honorario arbitrio,ex vnanimi conſultiorum Tholoſæ, Burdigalæque patronorum ſententia. Lib.5.Quæſt.Iuris,cap.82.

S.Conſultum Pariſien. *à la prononciation ſolennelle de Paſques*.ſeu die 16. Aprilis, ann. 1585. Ex appellatione à Seneſchalo Lugdunenſi.

Arbitraria ſententia, *ſur l'appel du Seneſchal de Quercy, au ſiege de Martel.*

19. SVMMVS nempe fauor eſt partium adæquationis inter liberos,paríſque rerum diuiſionis hæreditariarum.Ac licet filię,quæ patriis Conſtitutionibus excluſa ſit ſucceſſorio iure,ſeruari nequeat legitima portio hæreditatum (Bart. & Bald. ad l. vlt. Cod.De Pact.) Hæres tamen inſtituta, ad legatum petendum admittitur, quantum ei per legem Municipij capere liceat.Exempli gratia,puellæ dotatæ in Aruernis,exhæredes Lege ſcribuntur, ſalua tantùm ſpe recipiendi à parentibus, cognatiſvè legati,aut donationis ſingularis,citra reſeruationem futurarum hæreditatum.§.25.& 30.Tit. De Succeſſion. Hæſitatum eſt, an propterea gnatæ hæredis nuncupatio in paterna teſtamenti Chartula, omninò vitiaretur.Senatui certè, benigna Conſuetudinis explicatione,placuit,inutilem hęredis inſtitutionem in legato valere,& quatenùs illi à patre legari potuerit, eatenùs à iuſto hærede dari, præſtari oportere.Decreto pridie Nonas Sextiles ann. 1577. in prima claſſe Inquiſitionum Curiæ. Prudenter ædepol, quùm & priſcos inter Romanos, queîs Ælia Sentia lege adimebatur inteſtati hæreditas, ij hæredes inſtitui poſſent, & ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionem accipere. Vt Modeſtinus I.C. tradit.l. ſi patronus non aluerit libertum ℟. De bon.liberr. Quamuis, ad hæc, Aruerni Mores talem hæredis adſcriptionem teſtamento improbent, legata vtique, & fideicommiſſa patiuntur.cit.§.30. Si igitur recta hæredis inſtitutio non teneat, obliquè ſaltem,iure legati ſuſtinebitur. Opinione Scæuolæ I.C.in l. Cùm quis §.Seiam.l.Pater filium §.vlt.℟.De legat.3.Et in l.76.D.ad S.C.Trebell. Reliqua ad hanc rem percurre, in noſtro libro.3. De PRIVIL. RVSTICOR. Ac volumine.2. PARISIEN.MORVM.

Filiæ Statuto excluſæ. *le rappel à la ſucceſſion s'il Ka lieu.*

Conuentionalis excluſio à iure ſuccedendi, excludit tantum cauſam inteſtati, non autẽ teſtati. Bart. & Bald. in l.fin. Cod. De Pact. Georg. Natta in Repetit. Cap. Quamuis De Pact. In 6.

Placitum Curiæ Pariſien. die 4. Auguſti an.1577.ad prouocationem ex Aruernia. *Et ordonné que led. Arreſt ſeruiroit de Loy pour l'interpretation de la Couſtume d'Auuergne.*

Apud Aruernos inſtitutio hæredis teſtamentaria valet iure legati, ad quartam vſque bonorũ partẽ.

Lib.3. De Priuil Ruſtic. Tit. De vltimis voluntat, art. 1. & 2. Et lib.2. in Pariſien. Conſues. Tit.4.art.8.

20 IN noſtra autem Andegauia, Equeſtri tantùm Ordini,nec Plebeio, inualuit donationũ vſus in liberos natu minores, vel conſanguineos, etſi legitima ſpe vocatos ad donatoris hæreditatem. §.247. 260. 321. And.Leg.Ampliùs,principi Andegauenſium Ducum Familię inueteratus obtinuit Mos,ſummæ bonorum primigeniis Teſtamento deferendæ,ſalua aliis Naturæ portione leuiuſcula.Noſtratibus enim priſcę memoriæ Archiis conſtat, Ludouicum.1. Ducem, in procinctu Neapolitanæ ſuſceptę militiæ,vltimas tabulas condidiſſe Sexto Kal.Octobr.an.1383.Quibus tabulis,Ludouicum.2.maiorem natu filium,hæredem ſcripſerit Andegaui & Turonen. Ducatuum, Cenomani, Stampenſis,& Genabi Aurelienſis,Comitatuum,vnà cum Talemóteo, Pictonũ,fundo pręnobili.Eadem Charta,teſtator ſecundonato Karolo,

Die 26.Sept.an.1383. Talemontis domina & Thoarcij Viceccomes Yſabella *d'Amangeour* die 25. Februar. ann. 1372. da-

velut ſupremi iudicij diuiſione, addixit Ruſſiacum Comitatum, Guyſianam ditionem, aliáſque nonnullas. Sed & ſi, Italicum in Siciliam bellum aggreſſus tùm ipſe, eam armis expugnaret, protogenium illum nuncupat in Sicula regna ſucceſſorem, ſimul & in Comitatum Maſſilienſis prouinciæ. Atqui patrio Andium Ritu, nec hæredis inſtitutio recepta eſt, (artic. 271.) nec genere claris indultum, grandiori filio prærogare quicquam: præter id quod natalitij primatus Iure, illi ſit cumulatè tributum, artic. 320. Enimverò Regia primi nominis Beneficia indiuidua, (quales Andium & Cenomaniæ primores Dignitates) aliter diſpenſantur inter Heroum filios, quàm inferiora Magnatum feuda ſubditorum: quæ, prædiaria ac indigena Lege ſua, diuiduas in partes diducuntur. Quemadmodùm olim Forenſi in controuerſia Armorici Ducatus hæreditarij propoſitum fuit, Principalis tituli quęſtiones, populari Municipum Conſtitutione non dirimi, ſed Regia Lege auguſtiori. ann. 1341. quo, certabant inuicem de Britonico Ducali imperio Ianus Montisfortis Comes, & Iana Karoli Bleſenſis, Reguli coniux. Id quod temporum illorum æqualis ſubnotauit Ioh. Faber, ad ciuiles Iuſtiniani Inſtitutiones §. ex non ſcripto De Iur. natur. gent. & ciu. Atque adeo primariæ Gallici Sceptri Dynaſtiæ, quæ maribus Regiæ ſtirpis liberis fiduciariæ mancipantur, alieno à priuatis iure poſſidentur, primigeniumque vnum ſucceſſorem admittunt. Sicuti à Nobis fuſiùs demonſtratum eſt, Lib. 2. FISCALIS GALLORVM PATRIMONII. Spectata igitur regiæ Fiduciæ conditione *feudalium* Dignitatum illuſtriorum, ſolent fiduciarij Reguli, eas ipſas, Principalibus ſolùm auſpiciis, inter progenitos diſponere, diſpenſare. Ita Ludouico. 1. Duci, (de quo ỿ.) teſtandi poteſtatem ac copiam fecit Karolus. 5. frater, Galliarum rex. Diplomate, 4. Kalend. Octob. an. 1372. Et Gregorius. xi. R. Pontifex, qui Neapolitano regno pręerat ſuperiore dominatu: Reſcripto Apoſtol. 8. Iduum Ian. an. 1374. Secundùm hæc deinceps, Ludouicus. 2. Andium Regulus teſtamento, hæredem inſtituit ſeniorem maſculæ prolis, Quarto Idus Febr. an. 1410. tali verborum dialecto. *Nos illuſtrem Ludouicum primogenitum noſtrum chariſſimum in omnibus & ſingulis regnis, terris, & bonis noſtris mobilibus & immobilibus præſentibus & futuris vbilibet exiſtentibus, exceptis iis de quibus pro dote chariſſimæ conſortis noſtræ Yolandis Reginæ in præſenti Teſtamento & per alias literas noſtras aliter per nos diſpoſitũ eſt, facimus & inſtituimus hæredem & ſucceſſorem noſtrum principalem & vniuerſalem. Eidem autẽ primogenito noſtro, ſi abſque prole legitima de ſe vel natis ſuis procreata decedat, Renatum illuſtrẽ natum noſtrum ſecundogenitum, aut ab eo legitimè deſcendentes ſubſtituimus. Ipſũ inſuper Renatum in terris & Baroniis noſtris de Guyſia, de Danneriis, de Challyaco, de Longo Iemello, de Berra, & de Martigua, cum ipſarum iuribus & pertinentiis vniuerſis, noſtrum inſtituimus ac facimus particularem hæredem. Volentes, ipſum pro parte & portione ſibi in terris & dominiis noſtris infra Gallias, tam in Regno Franciæ, & Prouincia, quàm alibi conſtitutis competente, prænominatis terris & Baroniis eſſe contentum.* Queîs conſequenter, Ludouicus. 3. Andium

dit Ludouico. 1. Andium Duci & Mariæ Britonicæ vxori, donatricis nepti Caſtellanias *de Talmont, de La Chaiſe le Viſcomte, de Curzon, de Brandois, &c.* Ex Inuentario Cameræ Rationum Andegauen.

In narratiuis Areſti Parlamenti Regij, apud Conſtantium, De ducali iure Britanniæ die 7. Sept. an 1341. clauſula hæc legitur. Nec debet regi & iudicari Ducatus ſecũdùm Conſuetudines ſubditorum, ſed capitis ſui, ſcilicet Franciæ. Vt in Ducatu Burgũdiæ & pluribus aliis caſibus fuerat obſeruatum: Et quod inter Ducatum & ſubditos erãt quàmplures diuerſitates, &c.

Carol *de Chaſtillon dit de Blois* frater Ludou. Comitis Bleſenſis.

Tit. 1. De Panagio in ſecũdogenitos Regũ.

Die 28. Sept. 1372.

Die 6. Ianuar. 1374.

Die 10. Febr. 1410.

Andium Princeps hæredem ex aſſe nũcupauit Renatum fratrem, Ambarrorũ & Lotharingiæ Ducem: Iuniori autem Karolo fratri Cenomaniæ Comitatum reliquit. Poſtrema teſtatione ſolenni Idibus Nouemb. an. 1434. Denique virili extincta Andegauorum Heroum proſapia, rediêre in ius Francici Diadematis fiduciariæ Ditiones inclytæ Andium & Cenomanorum.

Die. 13 Nouẽb. 1334.

Reliqua de Comitatus Cenomaniæ titulis in hunc Carolum vide in noſtra Præfatione ad lib. 1. huius Conſuet. Parte. 3. art. 2. Et in Inuentario Chartarũ *de la Chambre d'Anjou.*

21. CÆTERVM teſtanti optanda eſt mens ſana in corpore vel ſano, vel ęgro: ſic, vt qui mentis compos, is demùm faciundi teſtamenti capax ſit. Quo de negotio in Senatu dixi nuper pro hærede legitimo, in domeſticos defuncti legatarios quoſdam, vilia nempè mancipia & mulierculas contubernales parùm integræ famæ, quæ aureorum numûm millia multa ſibi ab illo relicta ſcripto oſtendebant. Proponebam enim, teſtatorem ſęuiſſimo morbo, cum ęſtu febrique, iactatum, antequàm ſuprema ſua chartis mãdaret, in delirium, furorémque incidiſſe. Vti vitia corporis nonnulla vſque ad animum penetrant, & quos febris inuaſit, ſæpè loquuntur aliena. Vlpiani l. Ob quæ vitia. ff. De Ædil. edic. Vnde Põponius rectè putat, in aduerſa corporis valetudine mente captos teſtamentũ condere non poſſe. l. filiusfamil. & l. ſeq. ff. De Teſtam. Cum Iuſtinianea leg. furioſum Cod. Qui teſtam. fac. Quòd ſi nòdùm plena teſtium fide pateret defuncti amentia, legatariis tamẽ adſcripta, ideo negabam interim tradi debere, quòd pluſculas res illi domo furtim amouiſſent, ſurripuiſſent. Ex antonini Imp. ſanctione, Non eſt dubium Cod. De legat. Imò & quod quis legatorum nomine, nõ ex voluntate hæredis occupari, id reſtituere hæredi iubetur confeſtim Prætorio interdicto QVOD LEGATORVM. Siquidẽ æquiſſimum Prætori viſum eſt, vnumquémque non ſibi ipſum ius dicere occupatis legatis, ſed hæc ab hærede petere. Sicuti eius Interdicti Vlpianus interpres animaduertit, iuxta Ariſtotelis ſententiam. Lib. 3. Polit. Cap. 6. Sed legatariis rurſùm obiecta inficiantibus, ac interea dũ factorum probatio excuteretur affirmationibus teſtiũ, legati præſtationem vrgẽtibus oblata cautione, Defendebam, rei ſubiectæ vel ſpeciem ipſam veritate factũ ſuum præbere, ac manifeſtò prodere. Quippe quùm in ſeruos, domeſticum malum, facilè cadat furti ſuſpicio, & expilationis bonorũ heriliũ. Vlpian. l. vn. D. furti aduerſ. naut. Quod & Iuuenalis innuit, Saty. 6.

In eo, qui teſtatur, eius temporis, quo teſtamentum facit, integritas mentis, non corporis ſanitas exigenda eſt. Leg. 2. ff. Deteſtam.

Legatarius rem ſubtrahens, cadit iure ſuo.

Vlpian. l. 1. D. Quod legator. Et Diocletian. ac Maximian. Impp. l. vn. Cod. Quorum legator.

Adde ſeram, cohibe: ſed quis cuſtodiet ipſos
Cuſtodes?

Præterea HODIE CONSTAT, HODIE AGAMVS (inquit ille) quis propitiis auribus exaudiet vulgaria ſeruitia, & concubinas, teſtãtis ſubſtãtiam exhaurientia petentes legata? Metellus prætor vrbanus bonorum poſſeſſionem ſecũdùm tabulas teſtamenti non dedit Vetilio lenoni, nec factum illius comprobare voluit, qui fortunas ſuas in ſtabulum contaminatum proieciſſet. Vt eſt apud Valerium Max. Lib. 7. Cap. penul. Sicuti ergo Teſtamentum quodvis ſummatim exequẽdum eſt, QVOD NVLLA SVÆ FORMÆ PARTE VITIATVM, SED

Vlpian. l. ſi is à quo D. Vt in poſſeſſ. legat.

Iuſtiniani verba, in l. vlt. Cod De Edic. Diu. Adr. toll.

Appoincté au Conſeil dedans 3. iours, Die. 27. Mart. 1591. Inter Nicolam Hæbertã pro qua egi, & Balthazarem Cremilliũ, aliosque legatarios.

PRIMA FIGVRA SINE OMNI VITVPERATIONE APPAREAT. : Ita nec ſatiſdatò præſtanda legata, quorum antè de vitio, quàm de ſatiſdatione conſtiterit. l. 3. D. Vt in pſſeſſ. legat. l. 5. 3. §. cauſæ cognitio. ꝟ. De carbon. edic. Tandem Senatus Pariſien. decreuit, ſe controuerſa de re perendino die deliberaturum. Sexto Calend. Apriles an. 1591. Nauarroto pro legatariis orante.

Tit. V.

DE PRÆSCRIPTIONIBVS TEMPORVM.

1. *Publica Vſucapionum vtilitas.*
   Fundi vſucapti, cenſentur acqueſtus, *non autem patrimonia.*

2. Decennalis *præſcriptio Reſtitutionis in integrum aduerſus venditionem à non domino factam, incipit tantum à die ratihabitionis poſterius facta à vero domino.*

3. *Muliebris fundi à viro alienati Præſcriptio, non currit aduerſus mulierem, niſi à die ſoluti matrimonij.*
   Aſsignati ſpecialiter fundi mariti pro dote vxoria, nihilò magis poſſunt ab eo alienari, quàm muliebris fundus, ſine expreſſo coniugis aſſenſu.
   Quinquennalis *Præſcriptio actionis hypothecariæ, emptori competens, incipit tantùm à die finitæ gratiæ redimendi, venditioni appoſitæ.*

4. *Sed dicta Præſcriptio currit in eandem mulierem ſecundò nuptam, fundorũ nomine à priori marito diſtractorum.*
   Voluntariæ alienationis rerum vxoris interdictio facta marito, ad neceſſariam non porrigitur, ex cauſa nempè æris alieni hæreditarij mortuorum parentum mulieris.

5. *Mariti incuria neglectæ actiones & iura vxoria, per. 30. annos extinguntur.*

6. 7. *Præſcriptio temporis non procedit in filios ex* doario *proprietarios mediæ partis bonorum paternorum, quandiu eorum venditores parentes viuunt.*

8. *Actioni, alienatorum à patre reuocatoriæ, quæ filio hæredi competit, nõ præſcribitur ante mortem patris.*

9. *Idem de donatis à matre vni futurorum hæredum, ſimulata venditione in fraudem alterius hæredis.*

10. Omologatæ *in iudicio Tranſactionis reſciſſoria actio non tollitur decennij ſilentio, ſi neceſſaria* omologatio *fuerit: De voluntaria ſecus.*

11. *An contra maiorem. 14. vel. 20. annis currat Præſcriptio, apud Andes.*

12. *In eiuſmodi maiores, quoad mobilia, præſcribitur: non quoad immobilia, niſi ſaltem cum ſpe reſtitutionis.*
   Minor. 25. *annis, etſi* Statuto *maior factus in vicennio ætatis, facilè*

reſtituitur aduerſus fideiuſsionem, ſeu in rem alterius, Obligationem interpoſitam.

13. *Veterum Vſucapionum tempora varia, tam de mobilibus, quàm rebus ſoli.*

14. *Duplicatum tempus requiritur ad præſcribendum contra abſentes è Prouincia.*

An Præſcriptio quinquennij, tertio poſſeſſori Moribus data, procedat contra Fiſcum.

15. *Præſentia, vel abſentia perſonarum, qua, Vſucapionis tempora diſtinguntur, intelligitur vtriúſque reſpectu, in quem, & pro quo præſcribitur.*

16.17. *Emptor ex pigneratitio fundi contractu, iuuatur quinquennij Præſcriptione contra anteriores creditores, ſi tanto tempore debiti ipſi Reditus poſſeſsionem habuerit.*

18. *Qui autem verè fundum emit ſub pacto redimendi infra decennium, quinquennio non præſcribit hypothecis creditorum.*

19. *Simplex citatio pro reliquis annui Reditus hypothecarij, quam creditor proſecutus non ſit, minimè interrumpit quinquennem eorum reliquorum præſcriptionem.*

20. *Iudiciaria chirographi recognitio, quæ parit hypothecam, non extendit tricenam actionis perſonalis Præſcriptionem, ad quadragenariam quaſi hypothecariæ actionis.*

21. *Agri Eccleſiæ recens parti conceſſio facta* laico *in reditum perpetuũ, reſcindi poteſt intra* 40. *annos.*

Eccleſia, in acquiſitis quadrageſimum abhinc annum, Iure priuatis communi vtitur, non ſuo, ac priuilegiario.

Iuris priuilegium aduerſus Præſcriptionem rerum Eccleſiæ, intelligitur de Menſalibus *bonis, & Eccleſiaſticæ menſæ olim adſcriptis: non autem de nouis ac recèns partis.*

22. *Filius in purganda patris ex crimine damnati memoria cunctator, poſt tempora repellendus.*

23. *A Fructuario, vel Colono emens bona fide, præſcribit.*

24. *Vxorij fundi hypothecam maritus donatarius non vſucapit conſtante matrimonio.*

25. *Prædiariæ Seruitutes quę, & quomodò vſucapiantur.*

26. *Deſtinatio patriſfamiliæ, æquipolet iuſto titulo Seruitutum vrbanarum.*

27. *Procurationes ad* reſignanda *Beneficia præſcribuntur, expirántque lapſu Anni.*

Vſucapio, Modeſtini verbis, eſt adiectio dominij per continuationẽ poſſeſſionis temporis lege definiti.

PRÆCEDENTES RERVM quærendarum cauſæ non præbent dominum ſolidum, niſi e veſtigiò ſequaci poſſeſſione adiuuentur. l. Traditionibus Cod. De Pact. l. ſi ager. ✠. De rei vindic. l. ſi ſeruum Cod. Eod. At præſcriptio temporis vtrúmque amplectitur, ius ſcilicet in fundum, cum poſſeſſione, dominij coniunctim tranſlatitium. cit. l. Traditionibus l. 3. ✠. De vſucap. Notat. in l. ſi quis emptionis Cod. De præſcript. 30. vel. 40. ann. Proin. Tullius in Orat. pro Cæcinna, Vſucapionem dixit finem eſſe ſollicitudinis ac periculi litium. Et Appollinaris Sidonius diſertè ait, præſcriptionum rubricas omnem abolere mortalium controuerſiam. Ob id quoque patronam generis humani præſcriptionem vocauit Aurelius Caſſiodorus in Lib. Variarum. Diu enim, ferèque incerta rerum dominia manerent, niſi auctoritatem Vſucapionis Iudices tuerẽtur. Quẽadmodùm Thucidides Lib. 1. teſtatur, Græciam olim male excultam fuiſſe, quòd iuſti rerum domini ignorarentur, & dominia potentiorũ iniuriis obnoxia nutarent, *οὐδὲ (infit) γῆν φυτεύοντες, ἄδηλον ὂν, ὁπότε τις ἐπελθὼν (καὶ ἀτειχίστων ἅμα ὄντων) ἄλλος ἀφαιρήσεται. Verum Auguſti Imperio, cùm in Vrbe plura loca eſſent iuris ambigui, quæ alij publica, alij priuata contenderent, quia ſibi vel à Senatu, vel à Pompeio, vel Cæſare donata eſſent, poſſeſſoribus adiudicata ſunt, Octauio ipſo Aug. cognoſcente. Ac voluitur etiamdùm Traiani Imp. plena æquitatis ad C. Plinij relationem reſponſio (Lib. 10. Epiſtol.) qua vetat, poſt definita tẽpora moueri cuiquam de publicis Rationibus actiones: quia ſic futurum ſit, vt multorum ſecuritas conuellatur. Imò & iuſtas Fiſci actiones Conſtantinus Cæſ. vult intercidere, ac poſtulationes cõcremari, ſi ſuis temporibus propoſitæ non eſſent: vt eo ſaltem exemplo priuatorũ calumniæ conticeſcerent, quòd Fiſcales actiones ſilere præciperẽtur, quę eſſent tempore abolitæ. l. Iuſtas De Iur. fiſ. Lib. 10. Cod. Quam legẽ de ὀπισθολοίποις, ĩ. reliquiis Fiſcalium rationum Harmenopulus intelligit. Sed, vt inſtitutum noſtrum propiùs attingam, quæ ceperimus vſu, Acquiſitis potiùs adnumerantur, quàm Patrimoniis. Vt de feudali beneficio vſucapto tradit Baldus, illud minimè patrimonij vicem obtinere, at nouum & acquiſititium eſſe. In l. vlt. Verſ. quæritur de eo qui præſcripſit Cod. De oper. libert. Idem Bald. ad l. vlt. Cod. De liber. cauſ. Nã & Flacci verſu, 1.

Præſcriptiones ſecura dominiorum patrocinia.

* Neque terram colẽtes, cum ſit incertum, quando aliquis aduenerit (& cum hæc infirma ſimul ſint) alius auferet.

Octauij Auguſti decretum.

Feudum tempore præſcriptum, cenſetur acqueſtus, non antiquum patrimonium.

Quędam, ſi credis Conſultis, mancipat vſus.

Remedium integri reſtitutorium aduerſus venditionem à nõ domino factam, ratificatam à vero domino, currit tantũ à die. ratificationis.

CONTRACTVVM reſciſſoria actio, quæ tricennio durat Andegaua lege (§. 432.) tollitur præſcriptione decennij, ex regia Cõſtitutione Municipalium derogatoria an. 1512. Hoc poſito, Theodotus fraternum Caſſij prædium diſtraxit. Vertente anno, Caſſius ratam gratamque habuit venditionem. Sed paulò ante decẽne ſpatium à die ratihabitionis, implorat reſtitutionis auxilium contra eam alienationem. 2.

Reus

Reus porrò emptor obiicit, feras petitoris preces minimè audiendas, qui ante decennium contractam venditionem reſcindi poſtulet. Eius quippe ratihabitionem, etſi citeriore die peracta ſit, in tempus venditionis retrorſum excurrere, ac pari iure & tempore, quo venditio, metiúdam. Vulgata Regula, Ratihabitionem, Lib. 6. Decret. Epiſt. Replicat actor, ratihabitioné demum abhinc annum pactá fuiſſe, nec priùs tranſlatum in emptorem dominium, quàm antiquus proprietatis dominus probaſſet venditionem ab alio initam. Proinde nec vſu ré capi, nec actionem cœpiſſe niſi à die ratihabitionis. Perȩquè enim, ſi pater filiæ donarit, quæ in poteſtate eius erat, ipſamque exhæredarit, ſi id hæres eius ratú habeat, exin modò vſucapione ſuá faciet illa ré donatam, quùm hæres donationem comprobarit. Pomponij reſpóſo. l. 4. D. pro donato. Præterea ratihabitio, quatenùs trahitur retrò, eſt fictionis genus quoddá, potiuſquá veritatis: eòque in *Statutis* locum nó obtinet. Bart. & Iaſ. ad l. Si is qui pro emptore. ff. De Vſucap. Idé Bartol. ad l. per fundú. ff. De ſeruitut. ruſtic. præd. Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſtum. ff. De acquir. hæred. Tiraquellus in Retractu lineari. §. 1. Verſ. *dedans l'an.* (Glo. 10. Num. 70. 71. 72. 73. 74.) Atque vt ſummatim rem abſoluam. PATRES PARISIENSES reum obiecta temporis præſcriptione depulerunt. S. Conſulto Calend. Sextilibus an. 1583. ad prouocationem à minore Iuridico Aurelianen. Buiſſone prouocantis cauſá orante.

Vt Ratihabitiõ actus non retrotrahitur in prȩiudicium tertii, qui priore in Actu non contraxerit: Ita ciuilis interruptio præſcriptionis non extenditur in tertium poſſeſſorem, qui conueniretur hypothecaria. Alexand. in Conſil. 98. Volum. 6.

Iudiciũ Senatus die 1. Auguſti an. 1583. *ſur l'appel du Preuoſt d'Orleans Conſeruateur des Priuileges ſcholaſtiques: plaidé par du Buiſſon.*

Maritus propria vxoris bona alienare ſine ipſius conſenſu non poteſt. §. 516 & 445. Andeg. Cõſuet.

3. DIVTINÆ rurſùs poſſeſſionis exceptio non perimit vxorij fundi vindicationem, à marito diuenditi. §. 445. Andeg. Leg. 457. Cenomanæ, 4. Lotharingiæ, Tit. De præſcription. Vtputà, Cartilius Fauiæ coniugis prædium venundedit: ex ea die emptor ipſum adprehendit, ac poſſedit triceno annorú curriculo, donec auctoris ſui cum vxore connubium morte diremptum ſit. Eo igitur ſoluto, vidua mulier in rem agit, & perſequitur emptoré dotalis fundi nomine. Hic cauſam tuetur præſcriptione lógiſſimæ poſſeſſionis. Sed quia vſucapio aduerſus mulierem nó procedit, quæ in aliena poteſtate cùm eſſet, iudicio experiri nequiuerit, decretum fuit à CLARISS. ORDINE, in rem actionem ab ea inſtitutam, triceni ſilétij exceptione non ſummoueri. Areſtis Paſchalibus ſeu Nonis Aprilis an. 1583. quæ Briſſonius Præſes purpurea in Toga recitabat. Quibus conſentanea eſt Iuſtiniani ſanctio In rebus Cod. De iur. dot. l. 1. Cod. De annal. except. Faber núcupatim ex Gallico fori vſu, ad l. 1. Cod. De bon. matern. Tum Boërius in Deciſ. Burdigalen. 328. & Molineus ad §. 28. Borboniæ Conſuet. Id quoque in Neuſtria producitur ad fœminas, quȩ, conſtante matrimonio, fundos ſuos vnà cum maritis alienarint: Iuxta patriam iudiciorum Formulam *du Bref de mariage encombre.* Nam Rothomagenſi Areſto deciſum eſt, rei vxoriæ longa poſſeſſione capionem non protrahi in coniugé ipſam, quádiu nuptiali iugo diſtringatur. xj. Kalend. Iunias an. 1523. Inter Mariam *de Vaſouye* viduam Antonij *de Cauchois* petitricem, & Iohannem Grádinum, reum. Huic affinia legi Normanicæ Curiæ Decreta. 11. Kalend.

Conſuet. Lotharingiæ, *es Bailliages de Nãcy, Voſges, & Allemagne.*

Decretũ Curiæ ſubfeſta Paſchalia die 5. April. an. 1583.

Areſta Parlamenti Normaniæ die. 22. Maii. an. 1523. Et die. 13. Auguſti an. 1566. Inter Iac. *du pont* ciuẽ *de Giſors*, & Iaquellinam *Conet* vxorẽ appellantes à Bailliuo *de Giſors*. Et Chriſtophorum *Robart* & Iohan. *Tirepray* intimatos. Sed hoc Areſto *la recompenſe prealable de la valeur de l'heritage iugée ſur les biens du mary decedé, & ſubſidiairement le regrez en l'heritage aliené eſt adiugé à lad. femme.*

De Normanicæ huius Cõſuet. interpretatione ex rebus iudicatis. Vide Terrienũ in Cõmentar. Et nouatam illam, quæ alienanti vxori dat tãtum ſubſidiariam in tertium, emptoré. §. 526. & 528.

Varia Normanicæ Curiæ decreta conſimilia, die. 22. Augu-ſti. 1539. *Entre Chreſtien Trinite deffendeur au principal, & appellãt du Bailly d'Eureux, ou ſon Lieutenant en la Viſcomté d'Orbec, & Steuenot du Bailleul demãdeur intimé*

Item die. 28. Mart. 1549 *entre Marion Sauuage appellant du Bailly de Caux ou ſon Lieutenant a Monſtieruiliier. Et M Nicol. de Mer intimé.*

Adhæc, die. 26. Nouemb. 1576. *entre E. Toustain appellant du Lieutenant du Bailly d'Eureux à Orbec, & la Veufue de Eſtienne du Marchis intimé, & demandereſſe en reſciſion.*

Inſuper die. 21. Febr. 1577. inter Petrum Fabrum. & Michaẽlem *Picquet* garendũ *de Vincent le Moine.*

Poſtremo die. 13. Augusti an. 1585. *entre Perrine Quillet femme ſeparee de biens de Michel le Conte appellant du Bailly d'Alençon, & François Bunaiche intimé.*

Septembres an. 1539. inter Chriſtiernum *Trinité,* & Steuenotũ *du Bailleul.* Tum. 5. Kalend. Apriles an. 1549. pro Maria *Sauuage* vidua Petri *du Hamel,* contra Nicolaum *de Mer.* Rurſùs Sexto Kal. Decembr. an. 1576. inter Euſtachium *Touſtain,* & Margaretam *de Beauuais* viduam coniugem Stephani *du Marchis.* In Andibus planè, ac Cenomanis, quoties muliebre prædium vænierit, abſente, vel tacẽte muliere toties ei datur viduæ, eiuſvè hæredibus Interdictum Vtì possidetis, intra annum à die diſtracti cõiugij. §. 272. 445. Andegauen. Morum. 289. 457. Cenoman. Queîs Lotharingius congruit ſ̃citatus. Cum Italica Felſinæ Bononien. Lege municipali: quæ perdiu etiam, poſt ſolennes fundorum auctiones licitationéſque publicas, admittit Viduã de ſuo in illos iure conteſtantem, intra annum à die ſoluti, eiuſdem, connubij. §. Hæc autem tempora In Rubr. De modo et forma alienation. vltimor. bonor. et eor. secvritate. Nec diuerſum reor de proprio mariti latifũdio, cui adſignata *ſit nummaria* dos muliebris, in comparationem deſtintata prædiorum. Pacta enim deſtinatione, à viro non impleta, nihilò iuſtiùs hic fundum ſuum, quàm vxorium, inſcia coniuge, diſtraxerit. Quippe qui, vel dotali aſſignatione ipſa trãſierit in rẽ vxoriam nexu ac mancipio, vel in ius ſaltem pro dote hypothecariũ. Cui nouus emptor, quinquẽni poſſeſſione, efficaciter non præſcribit: ſalua nempè mulieri aduerſus eam reſtitutione in integrum, quod viuo marito lege agere tutò nequierit. l. Fabri iudicio, ad l. Res quæ Cod. De bon. matern. Idémque de pigneratitia fundorum viri alienatione ſtatuendum multò magis. Nec enim hypothecarius emptor, ceu merus creditor, ſibi poſſidet, eòque nec ſine poſſeſſione præſcribit, licet coram Tabellione fundum ingreſſus. l. emptione pignoris cauſa facta Cod. Plus val. quod agit. Cap. illo vos De pignor. l. ſciendum. §. creditor D. Qui ſatiſd. cogant. l. Officium. ᵜ. De rei vindic. l. Cùm legatorũ D. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Quinimò legitimus prædij cõparator ſub temporaria redimendi facultate, non iuuatur eadem luſtri completi poſſeſſione, ac præſcriptione, intra nouennium etiam fundi redhibitoriæ legi præfinitum: Longè minùs ergo pigneratitius emptor. §. 477. Andegauæ, & 483. Cenom. Conſtitutionis Municip. Sicuti de his Nos accuratiùs poſthac. art. 16. 17. 18.

Bononien. Statut. lib. 4. In Verſ. Similiter non currãt mulieribus nuptis, & quandiu mariti vixerint poſt quorũ mortem audiantur, ſi infra annũ à die præd. mortis numerãdum querimoniam in iudicio propoſuerint. &c.

Aſſignatio ſpecialis & annua, pro dote, habet vim immobilis. Molin. ad §. 17. Niuernen. Legum. Tit. De iurib ad cõiuges ſpectantib.

Tempus ſecũdi matrimonii vxoris, cuius fundos prior maritus alienarit, non interrumpit præſcriptionem temporis contra eam currere incipientis à die ſoluti primi matrimonii.

Temperatvr autem prædicta Fori ſententia in ſecundo mulieris matrimonio, cuius bona prior coniunx venditione aliis tranſcripſerit. Nam ex quo primæ nuptiæ alterius morte cõiugis deſierint, viduaſtatim res ſuas repoſcere debet à nouo poſſeſſore, alioqui iam tum præſcriptioni temporis obnoxia. Nec enim altero connubio, in quod ſe ipſa vltrò coniecerit, eximitur periculo vſucapionis, nec, contra Ius Commune ſemel indultum, priuilegiũ denuò repetitur. Sic Modeſtino placuit, ſtipulationem de dote reddũda, quæ ab extraneo interpoſita ſit, facto diuortio protinus committi, nec, redintegrato matrimonio, actionem ſtipulatori quæſitã excidere. l. ſtipulatio de dote. ᵜ. De iur. dot. 4

iur.dot. Et hoc patrij Moris ſermone, DVM NVPTA ERIT, primæ nuptiæ ſignificantur. d. §. 445. Andeg. Legis. Cui ſuccinit Articulus. 244. eiuſd. Conſuet. ac Iuſtinianea lex. 30. Cod. De iur. dot. §. Omnis Verſ. Ea temporis exceptio mulieribus ex eo tempore opponatur, ex quo poſſint actiones mouere, id eſt, opulentis quidem maritis conſtitutis, poſt diſſolutum matrimoniũ: minùs autem idoneis, ex quo hoc infortunium eis illatum eſſe claruerit. Ciuilis inſuper Andium Conſtitutio, rei vxoriæ vindex à marito clàculum diſtractæ, non procedit in alienatione hæreditarij fundi neceſſariò cõtracta, ad hæreditariũ mulieris debitum æs diſſoluendum. Leg. alienationes D. famil. herciſc. l. Diuus Pius. ff. De petit. hæred. l. 1. In fi. Cod. com. diuid. Nam eo caſu, auctore Prætore diuẽditum prædium, quod vxori hæreditate obuenerit, vindicare ius non erit poſtmodùm ipſi, nec ſuæ rei alienatæ penſationẽ à marito, pro More Armorico, (qui noſtrate etiam fortiùs vrget) poſtulare. Vt Senatorio decreto Pariſien. definitum fuit, tertio Nonas Quintiles an. 1597. Dn. Vilmerco litis expoſitore, inter Franciſ. Mailleum, Claudiam *de Kaermã* vxorem, actores, hinc & Iuſtum Pontalierum, cum Diana Lucemburgia, cõiuge, reos. In prima Senatus, Inquiſitoria Claſſe, ita temperàtis rigidam, ſeuerámque in viros muliebris Hæredij vẽditi rependundi Sanctionem patriam Gallicæ Britanniæ. art. 438. & ſeq.

Art. 445. Verſ. *l'effect du contract tiendra le mariage durant tant ſeulement. Mais apres le decez du mary, ſeparation de biens, ou diſſolution de leur mariage, la femme, ou ſes hoirs, s'ils ne ſe ſont portez heritiers du mary, viendront à ſon heritage.* art. 244. Ibi, *tant comme le mariage dure, elle ne peut autre choſe demander, ne ſon mary à cauſe d'elle, que ce qui luy aura eſté promis en mariage par ſon frere aiſné noble Et en ce cas ne court point preſcription contre elle, ſon mariage durant.*

Lutetianæ Curiæ Areſtum, in 1 Camera Inqueſtarum, die. 5. Iulii 1597. inter Frãciſ. *de Maille, ſieur de Liſiette*, & coniugem hæredem fratris Dn. *de Caerman. Et Iuſt de Pontailler Baron de Pleurs, & ſa femme, veufue dud. de Caermã.* Quo Areſto, placuit, hæreditarios fundos conſultis propinquis *de Caerman*, publicè diſtrahi pro modo debitorum viduę iurium matrimonialium. Quo caſu hæredis maritus liberatur pẽſationis onere propriorum vxoris venditorum. nonobſtante Britonum Cõſuet.

5. ITEM quod Andium Conſtitutionibus fertur, muliebre ius, alienatorum à marito, reuocatorium, vſu non capi manente coniugio, ceſſat in vxoriæ rei, vel actionis præſcriptione, quam deſes ignauuſque maritus pertulerit. Nam alienationis quidem verbũ etiam vſucapionem cõtinet, videtúrque alienare, qui ſinit, longo tẽpore aliis acquiri. l. 28. ff. De verb. ſignif. Iaſó copioſè ad l. vlt. Cod. De iur. emphyt. Col. 29. Eum quoque alienare dicimus, qui non vtendo amiſit ſeruitutem. Vt Paulus I.C. ait l. alienationis. ff. De verb. ſignific. Seu qui petendæ bonorum poſſeſſionis tempora elabi patiatur. l. 1. Cod. Qui admitt. ad bonor. Sed quemadmodũ Templi Præfectus, cui expreſſa alienatio lege interdicta eſt, nocet Eccleſiæ tacita ſacrorum fũdorum alienatione, diutina nempè ac inerti alienæ poſſeſſionis patientia. (Authent. Quas actiones Cod. De ſacroſan. Eccleſ.) Ita maritus coniugis prædia quæ alienare nequit triceni temporis ſilentio abdicat, amittítque, perpetuo vxoris detrimento. Vt Cenomana Conſuet. cauetur, Andegauę affinis interprete. §. 458. Eo modo rei litigioſę alienatio illicita, præſcriptio licita habetur. l. 1. Cod. De præſcript. lõg. temp. Quòd ſi ante triceſimum alienæ poſſeſſionis annum dirimantur venditoris nuptiæ, ius erit ipſius viduæ mulieri, poſſeſſoriam in emptores Formulam intendere, modò intra annuum ſpatium à die ſoluti matrimonij. artic. 272. patriæ Leg.

Suprà de alienatis à marito rebus vxoris, hîc de vſucaptis à tertio ſine facto mariti, qui tamen vſucapionem non interrupetit

Cenom Conſuet. §. 458. Ibi *pourueu que ce ſoit dedans. 30. ans d'icelle ſucceſſion aduenue.* Andeg. Cõſuet. verba (§ 272.) *Car la fẽme mariée, ou ſes heritiers dedans l'an & le iour du mariage diſſolu, s'en pourra enſaiſiner & dire ſaiſie de ſa portion:*

Cæteri autem, vel Eccleſiaſtici etiam, poſſeſſoria quærela excluduntur fundo, cuius annalem poſſeſſionẽ aduerſarius pacificè adeptus ſit. §. 234. & 426. Andeg. Leg.

6. FILIORVM, ad hæc, fauore laxatur identidem rigor temporariæ pręſcriptionis. Verbi gratia, in multis Galliæ Municipiis, quę peculiari Cõſuetudine reguntur, coniugum liberis adplicantur ſenæ bonorum

Multiplici Gallicarũ

ſegionum Conſuetudine, *Doarium* eſt proprium liberorum id eſt, media pars bonorum immobilium, quæ pater habebat tẽpore cõtracti matrimonii, ex quo liberi progeniti ſint: Sed eius Doarij vidua habet vſumfructum.

vnciæ immobilium, quæ pater die nuptiarũ poſſederit. Iam ppone, illa, conſtante matrimonio, à patre diſtracta, quorum reditus emptor, illo viuo, dudum perceperit. Tractatum eſt, an poſt viceſimũ quintũ contractæ venditionis annum mortuo patre, filius admittatur ad venditorum ſemiſſem vindicandum. Et pluſculis Senatus Præiudiciis decretum fuit, admitti eum debere: cùm viuo patre, filius actione caruerit, nec, niſi vita defuncto illo, huic rerum proprietas, quaſi bonorum portio Legitima, purè attribuatur. Vt Syluanecti Moribus diſertè cõtinetur. §.187. Nequaquã enim Iudex beneuolè audiiſſet filium dicentem, cur pater fundum extero mancipaſſet, aut acriùs vrgentem emptores, qui patris auctoris, quaſi mala fide rem alienam vendidiſſet, pudorem & exiſtimationem, ſtimulante filio, vellicarent. Argum. l. ſi extraneus. ff. De iur. dot. Sed quia pauidi nonnulli priuatas emptiones acceſſione muniunt publicæ Addictionis prædiorum, ac vtroque iure freti, poſſeſſionem retinuêre vigintiquinque annis, altercatum eſt in ſummo Lutetiæ Tribunali, filiis necne poſt tanti temporis ſilẽtium liceat, ab auctione decretóque adiudicationis fũdorum Curiam appellare. Quo in negotio, Mangotius aduocatus Fiſci appellatoriæ querelæ adhæſit, remque in licitationem temerè deductã grauiter aſſeruit. Senatus demùm quæſtionem reiecit in plenius deliberãdi conſilium. Quarto Nonas Maias an. 1587. Loyſello, prouocantium: & Paſquerio, emptoris cauſam agentibus.

Senlis.

Appoincté au Conſeil en Parlement die. 4. Maij. an. 1587.

IVDICANDVM vtique pro liberis, perſuadet æquiſſima Lutetianæ 7.
Curiæ Sententia anterior, quæ ſolenni ritu prolata eſt, Poſtridie Iduum Sextilium an. 1577. Putà, maritus patrimonium ſuum cũ vxore diſtraxit. Mortuo illo, hæc ſubticuit, nec *Dotalitij* ſui ius fructuariũ proſecuta eſt in emptorem: ne ipſamet, de euictione, velut ſecundus auctor, teneretur. Inter moras, coniugum liberi dubij ancipitéſque hærebant, nũm aduerſus poſſeſſorẽ de fundi dominio contenderẽt. Paterno quidẽ obitu, res *Dotalitio* adſcriptæ, liberis competiêre nexu ac mancipio, quùm ex paternis fundis *Dolalitia* iſthæc delibentur. Aſt ſeriò verebãtur liberi, illam Fori aleam experiri: ne ſi quid humanitùs venditrici matri cõtingeret, cuius forſan hæredes liberi forent, auctoritatis manerent obnoxij, & ita ab iis in iudicio facta, infecta omnia redderentur. Vindicantem enim venditoris heredem ſubmouet exceptio doli mali, quamuis alio pacto dominium quæſierit. Interim igitur liberorum iure probabili ratione ſuſpẽſo, ij legibus ſoluentur præſcriptionis temporum: Quàmlibet viua matre, emptor viceno, & ampliùs, annorum curriculo fundis incubuerit. Verùm hac in parte, filiis quùm actio iamdudum prodita ſit, conſultiùs cenſuerim, Principale reſtitutionis beneficium implorare aduerſus temporis lapſum, ab vulgari clauſula, SI QVA MIHI IVSTA CAVSA VIDEBITVR. Secundùm ea, quæ adnotantur l. ſcriptus. ff. De Carbon. edic. l. ſi locus D. quemadm. ſeruit. amit. l. Etſi fortè D. ſi ſeruit. vindic. Nec inſulſè his aptatur Bononienſis Italorum Cõſtitutio, quæ de proſcriptis Auctionibus

Areſtum ſolenniter pronuntiatum à Preuoſto Curiæ Præſide die. 14. Auguſti an. 1577. Cui alterũ cõſimile latum die. 10. Februar. an. 1590. M. Proſpero Bouino litis relatore in 5. Camera Inqueſtarum Curiæ, *entre Iehan Godey, & Catherine Bezart ſa femme demãdeurs, & appellans d'vne Sentence de decret du 5. Iuin. 1546. intimez. Et Claude de Lange, Michau du Lyon, & Iehanne d'Eſtau ſa femme appellans de pluſieurs Sentences des Requeſtes du Palais.*

Doarium eſt paternũ. & ex paternis bonis proli Moribus attributum.

Auctoritatem Venuleius I.C. interpretatur, actionem pro euictione. l. vlt. D. de euiction.

nibus pigneratorum Agrorum lata eſt. §. *Poſt Cridas autem ſeu terminos Cridarum, venientes, ad contradicendum nullatenus audiantur: Niſi, &c.* Verſ. Hæc autem. Pluſcula in hanc partem comperies noſtro Volum. 2. & 3. PARISIEN. MORVM.

Verſ. Hæc autem tẽpora currere non volumus pupillis, nec adultis, vſque ad. 25. annum ſuæ ætatis incluſiuè, ſed præd. Anno completo, audiantur, ſi querelam illam proponant, & ius ſuum in iudicio deducant infra centum dies, &c. De modo & forma alienation. &c. Volum. 4. Statutor. Bononien.

8. ALIO dehinc iure liberis ſuccurſum eſt aduerſus longæ poſſeſſionis præſcriptionem, ex his circunſtantibus cauſis. Pater nobilis primigenium ſuum in bona ſucceſſorē deſignauit nuptiali eiuſdem filij Inſtrumento. Mox paternam hanc futuri hæredis profeſſionem filius Actis publicauit, de More patrio Andegauenſi (§. 245. Ne quis deinceps prædia vlla à patre mercaretur in fraudem paterni de hærede filio elogij, quod tacitam alienandi interdictionem complectitur. Nihilò ſeciùs pater opima latifundia vendidit, eoque viuo ac ſpirante, emptor fundos poſſedit duodeuiginti annis. Poſtmodùm viuis ſublato patre, grādior filius hæres condixit ex lege Andium, perperam diſtracta, quæque ciuicum Ius alienari vetuerit in ludibrium paternæ illius de præcipuo hærede filio teſtationis. cit. §. 245. Ac ne paternæ vēditionis exceptio obſtaret hæredi, hic obiter reſciſſorium Contractus diploma impetrauit à Principe. Emptor, ediuerſò, cōtractus reſciſſioni poſt decennem poſſeſſionem locum non ſupereſſe, Regia Lege à Ludouico. 12. edita, an. 1512. Hæredem rurſùs minimè ferendum defuncti iudicia impugnantem, ac venditiones, quarum nomine ipſemet euictionem præſtaret. Sed binum emptoris argumētum ita refutat Actor, nullum ad ſe ius agendi ſpectaſſe, niſi tanquam patris hæredem, qualem pater eum connubialibus Tabulis prædicaſſet, eaque ſolenni prædicatione ſibi ipſi bonis interdixiſſet. Atquin hæredibus negatur alienatorum reuocatoria actio, niſi à morte paterna. Improbū enim Iulianus I.C. exiſtimat eum, qui de viui hæreditate ſollicitus ſit. l. Moribus. §. 2. ff. De vulg. & pupill. Idque Andium Lex quodammodò ſignificauit. d. §. 245. Ex quibus efficitur, prædium ab emptore vſucapi nequiiſſe cōtra non valentem agere, aut priuſquàm certè ipſi hæredi facto experiūdi iuris copia ſuppeteret. Argum. l. 1. Cod. De annal. except. Præterea ſuggerit Actor, nomen hæredis nequaquàm officere illiciti Pacti retractationem poſtulanti. Nam hæredis ipſius, Legiſque fraudandæ animo diſtracta reuocat hęres perinde, ac quiuis alius. l. defūcto Cod. Si quid in fraud. patr. Bartol. ad leg. vlt. §. in computatione Cod. De iur. deliber. Et in l. Cū à matre Cod. De rei vindicat. Vbi bonorum ſubſidium, quod filio Lege arrogatur, nō poteſt vltronea alienatione paterna minui, vel onerari:

Lib. 2. Tit. 2 art. 7. Ac Lib. 3. Tit. vlt. art. 7.

Poſtquam pater in contractu matrimonii primogeniti ſui nobilis eum declarauit principalem ſuum hæredem præſumptiuum, non poteſt alienare ex ſuis bonis quantum primogenito Moribus competiiſſet, ſi pater mortuus fuiſſet tempore dicti matrimonij contracti.

Conſuet. Andeg §. 245. Ver. *Nepeut apres led. contract fait en faueur de mariage viens vendre ne aliener de ſon heritage de telle portion, cōme il ſeroit eſcheu aud. heritier principal, ou heritiere principale, au tēps dud. mariage, &c.*

Parentibus non licet, aliquem ex futuris hæredibus maiori, quam alios munere donoque afficere directo, vel obliquè.

9. NIL abſimile conſtituendum puto in hæredis fratrem, cui communis mater ſimulata venditione donatum voluerit. Cùm enim Gallici Mores prohibeāt inæqualem inter futuros hæredes parentum liberalitatem, ſi aliter fit, præſtò noxa, videturque ſtrui fraus Legi, ſi obliqua bonorū diſpoſitione fiat hæres, qui capere immodicè ex cauſa hæreditaria non queat. Proinde nec reſcindendæ donationis tēpora labūtur, matre viua, aduers⁹ donatarij cohæredē, nec poſterior hæreditaria

Si autem parēns extraneo vendidiſſet, preſcriptio actionis reſciſſoriæ venditionis ob læſionē enormem, cōputaretur à die ipſa venditionis, non à die mortis patris vel matris vēdentis.

ſors & conditio nocet reſciſſionem perſequenti. Id quod nominatim Andegaua Lege ſancitum eſt, §. 425. iuxta Pauli. I.C. leg. 2. §. filium D. Pro hærede. Secus in fratre maternos fūdos propalàm licitante, aut extero alio, qui à patre nobili primigenium hæredé profeſſo emerit publicè. Nam eo caſu vix eſt, vt filius, poſtmodùm mortui patris hæres, cōuellat publicam auctionem, cui nunquam interceſſerit: etſi ob æs alienū paterna illa profeſſione recentius fuerit excitata. Demus enim, paternā eiuſmodi declarationem hæredis, antea promulgatam fuiſſe, & Actis conſignatam, (vt exigit Andium Mos) nullum etiam filio ius præſens in res paternas tali declaratione quæſitum, donec vita functi patris hæres extiterit. Ei tamen licitum fuit, qualiſcúque illius iuris ſui teſtationé in iudicio interponere, ac niſi ſaluo eo iure, publicam emptioné præpedire. Vt Faber opinatur, ad l. ſi eo tempore. Cod. De remiſſ. pign. Ex. l. creditoribus. ff. De ſeparat. & l. In poſſeſſioné D. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Longè aliter, ac Bononienſi Hetruriæ Conſtitutione dictatū ſit, in. §. Hæc auté tempora Verſ. NEC CVRRANT LEGATARIIS, NEC FIDEICOMMISSARIIS, VEL ALIIS CREDITORIBVS EX QVACVNQVE CAVSA, IN QVORVM PERSONAS NONDVM TEMPORE CRIDARVM CESSERIT DIES VEL CONDITIO LEGATI, VEL FIDEICOMMISSI, SEV CREDITI PETENDI, &c. In Rubr. DE MOD. ET FORMA ALIENAT. VLTIMOR. BONOR. ET EOR. SECVRITATE.

Pro futuro etiam, ac conditionali iure debet quis opponere ſe cridis & proclamationibus fundorū publicè venalium.

Baroniæ Italicæ Statuta, de Cridis & proclamationibus fundorum.

Tranſactio, vel diuiſio hæreditatis à Iudice omologata, ſeu auctorizata.

EXIN commodè ad iudiciaria Pacta gradum moueamus, ſeu Iudi- 10
cio comprobata. Si enim trāſactæ litis inſtrumentum à Iudice confirmetur, liberum erit integri reſtitutionem petenti aduerſus tranſactionem, Senatum appellare à iudiciaria illius Comprobatione intra tricénium. Nudi quidem Contractus reſciſſoria actio non conceditur maiori annis poſt decénium à die ipſius celebrati contractus. Vt ex Francicis Edictis ſuprà relatum eſt. Nec inficior, Quiritum Lege tempora prouocationis exercendæ anno cōcludi. Cœptam, ad hæc, appellationis cauſam intra annum eſſe finiendam. Authent. Ei qui l. vlt. §. *illud* Cod. De tépor. appell. l. vlt. Cod. Theod. De reparat. appell. At Gallica fori Obſeruatione prouocādi ius ad tricenum vſque annum porrigitur. Vnde ſi paciſcétes aditum Iudicem ſuę Pactionis auctorem eſſe voluerint, à forenſi eius Cōfirmatione licebit appellationem introducere, multò poſt decénium reſcindendo Contractui præſtitutū. Qua in re tamen ne hallucinemur, hac diſtinctione vtendum puto. Aut enim neceſſaria eſt, Legibúſque præſcripta contractuū Sāctio iudiciaria: qualis, tranſactę cum pupillo liti vulgò interponitur, vel hæreditatis cum eo diuiſioni. Aut verò ſpontanea fit, merèque volūtaria Conuentionum in iure probatio, vtpote inter maiores. 25. annis. Illo caſu, publica auctoritas, quæ contractui adhibetur, huius partem conſtituit, aliàs mutili ac imperfecti. Indéque actio integri reſtitutoria aduerſus Cōtractum, non tollitur minori annorum ſpatio, quàm prouocationis querela in eiuſce contractus Decretum probatorium. Sicuti PATRES CONSCRIPTI Areſto definierunt pridie Idus Ianuar. an.

Contractuum Omologatio ſeu confirmatio per Iudicem.

an. 1585. in ſumma ac Tribunalitia Curiæ claſſe. Inter Renatam *de Meurdrac* viduam mulierem Antonij *de la Cheſnaye*, communium liberorum tutricem, quæ à Tranſactione, Andium Iudiciis firmata Curiam appellarat vndetriceſimo pòſt anno: Et Gabrielem *d'Apchon* aduerſarium, nepotem, mediúmque hæredem Renati *de la Iaille*, & Magdalenæ *de Montgommery*, queîs Renatus *de la Cheſnaye* minor annis, Antonij deceſſor Tranſactione illa gentilitiam Ditionem tranſcripſerat. an. 1550. Enimverò ſi maiores annis, tranſactæ controuerſiæ tabulas conſenſu proferant in ius, ex vulgari formula ſanciendas, tunc eiuſmodi Tranſactionibus nec cauſæ cognitio, nec Iudicis partes adijciuntur vllæ, ſed illarum duntaxat Cautiones in Acta regeruntur. Eoque caſu paciſcentium alterutri neceſſe eſt, intra decennium Tranſactionis reſciſſionem petere, ſimul & à forenſi eius Confirmatione ſuperiorem appellare Iuridicum, tanquam ab vltronea Contractus appendice, acceſſione. Sicuti & Karoli Mag. Cõſtitutionibus adnotatur, quas Anſegiſus Abba collegit Litigatorem quidẽ tranſactiones haud priùs ratæ erant antiquitùs, quàm ſi petita à Prætore venia inirẽtur, eidemque placuiſſet* ὁμολογεῖν. At poſterior Gallici Fori praxis aboleuit Solennia iſthæc componendarum litium, non tam neceſſaria, quàm quæſtuaria, & inani cuidam ſuperſtitioni coniuncta. Quorum priſca Solennium veſtigia extant, S. Cõſulto an. 1387. quod Ioh. Gallus citat, Quæſt. 128. Ibi, *quia licet retinuiſſent partes licentiam Curiæ, nondum erat accordum per Curiam paſſatum.*

Iudicium Curiæ Pariſien. die. 12 Ianuar. an 1585. in magna Camera *ſurun appointé au Conſeil, Touchãt la terre de la Cheſnaye ſiſe en Lodunois.*

* ὁmologare, approbare.

Hæc maiores noſtri vocabant *Concordata in Curiâ*.

11. PVBES ephebus Mouentia ſua libero Pacto diſponit, exephebus ſeu maior. 20. annis, etiam res ſoli. Andeg. Conſuet. §. 444. Cui Pãnoniæ Mos ritè adplicatur, ita Latino ſtylo exaratus. MASCVLI, ÆTATIS ANNO. 12. PROCVRATOREM CONSTITVERE POSSVNT, 16. DE DEBITIS ET IVRIBVS PIGNORATITIIS, 18. DE REBVS MOBILIBVS, 24. DE IVRIBVS POSSESIONARIIS TESTARI. Vt tripartito Opere iuris *Conſuetudinarij* Hungariæ cõtinetur. At non ſatis exploratum eſt, an vicennij ætas, quam Mores Andium Conuentioni idoneam ſtatuũt, ad Vſucapionem producatur, vt in eos qui viceſimum annũ expleuerint, temporis præſcriptio inchoetur. Pro vſucapione depugnat notum Iuris argumẽtum à contractu ad præſcriptionem diutinæ poſſeſſionis, de quo, in l. vlt. Cod. De ſacroſ. eccleſ. Et in l. Nã ſatis D. Quemadm. ſeruit. amitt. Quos item Lex capere vetat, eoſdem vſucapere prohibet. cita. l. vlt. l. Nõ ſolùm Cod. De præd. minor. Ibi, nec alio quoquo modo ea transferre. l. vlt. Cod. In quib. cauſ. in integ. reſtit. Rurſùs in multis Legũ articulis, viceſimo anno præfinitur matura ętas atque perfecta. Nam S.C. Claudiano, qui maior eſt, 20. annis, ſi vænire ſe patiatur prætij partiundi cauſa, ſeruus fit, nec manumiſſus recipit ingenuitatem. l. 1. D. Quib. ad liber. proclam. Ad hęc, lege Ælia Sentia, minor. 20. annis nõ poteſt ſeruum manumittere, niſi vindicta cauſa probata apud conciliũ, ad quã pertinet l. 1. D. de manumiſſ. l. 4. ℳ. De ſeru. export. Cui tamen Legi poſtea derogatum eſt Iu-

Hunnorum Conſuetudines per. 160. annos neglectas ſedulò collegerunt, redegeruntque in ordinem Stephanus Vverbevvczius Iudicis regiæ Curiæ protonotarius, & Hieron. Balbus Præpoſitus, Latinèque ſcripſerũt & publicarunt Anno Domini. 1490 auctoritate Ladiſlai regis.

ſtinianea Conſtitutione.§.vlt.Inſtit.Qui, & quib.ex cauſ. manumitt. non poſſ.Rurſus lege Iulia,minor annorum. 20. nó cogitur iudicare. Calliſtrati.l.Cùm lege.ꝟ.De recept.& qui arbit.recept. Datur & nonnúquam ac ſeligitur Iudex, dúmodò ſit exephebus,iamq; adoleuerit. l.quidá conſulebant.ꝟ.De re iudic. Quinetiá Italica Venetorú Cóſtitutione, QVICVNQVE SEV MASCVLVS SEV FEMINA, POST. 12. ANNOS COMPLETOS, ÆTATEM CONGRVAM HABERE CENSETVR IN CONTRACTIBVS ET IVDICIIS. Atrebatica verò Belgarú Conſuetudine,mares vieeſimo ætatis anno,fœminæ decimo ſexto,maiores annis habétur,ad ſua etiam patrimonia alienanda.§.154.Hannonibus certè idcirco additur vnus cum viceſimo, ad res ſoli efficaciter diſtrahédas.Hánoniæ Legis Cap.77.Itaque prima fronte reſpódeas,maiori.20. annis integram ætatem patrio Ritu attribui in bonis Vſucapione peræquè, ac Pacto,alienandis.

Venetor.Statut.Lib. 2.Cap.1.

Artois.

Hhynaut.

BENIGNIORI tamen opinioni aſſentior,vſucapionem in mino- 12.
res.25.annis effectu ipſo non excurrere,licet vicennium prętergreſſos. Nam.25.annorum ætatem plenam iuſtámque decernit Lex Lætoria, vt conſtat ex.l.2.Cod.Theod. De donat.Et in eam vſque ætaté homines curatorum auxilio reguntur.l.1.ꝟ.De minor. Quanquá enim Andium Cóſuetudo ſubmonet,maiores.20.annis præſcriptioni temporis,vt Pactis,alligari.§.443.(verb.*contre mineurs*) per ſequétem explicito.Minoris tamen ætatis,maiorı́ſque interpretatio,quam patria Lex ſubiicit,ad Cótractus pertinet expreſſim, potiùs quàm ad Vſucapionem §. 444.Cuius verbis elicitur,plebeiæ ſortis puberes ſuo quidem iuri perſequendo aptos habiléſque fieri,ſed bonorum alienatione eis interdici,præterquàm mobilium. Idem ergo de immobilium vſucapione dicendum.Maiori autem.20.annis laxantur habenæ diſtrahendorum Contractu fundorum,nulla iſthîc Præſcriptionis temporum commemoratione. In ambiguo certè,humanius eſt, Iuriſque Ciuilis æquitati conuenientius,maioré ætatem,quam Andium Mos induxit, ſuis contractuum finibus arctari, non autem effuſè vagari ad téporis præſcriptionem.Ex artic.442.Andeg.Leg.Integri ſaltem reſtitutioni locus relinquitur in fúdorum vſucapionem æquè, ac pactitiá alienationem: quæ ætatis beneficio retractatur alienatio,quoties maior. 20. annis re ipſa captus ſit ac circumuétus,vel infra dimidiam iuſti prætij. Vt admonuimus Lib.3.DOMANII Gallici Tit. 19. artic.12. Eò pertinet Iaſonis Itali dictum, Tranſalpinos non ſeruare Cęſaream Friderici.1. Ænobarbi Cóſtitutionem Sacramenta puberum Cod.Si aduerſus védit.Vbi Iaſon.Molineus pariter, Gallicæ forenſis diſciplinæ peritiſſimus ſenſit, alienatori infra quinum & vicenum ætatis ſuæ annum, ſaluam manere cótractus reſciſſoriam actionem,vt ſuprà,communiſque Iuris remedium.Ad §.154.Arteſien.& §.444.Andegauen. Morú. Omnimodò autem reſtituitur in integrum,qui,vicennio ętatis,non è re ſua,ſed aliena ſe obligarit,fideiuſſorio putà nomine, quaſi perditurus.l.Ait prætor.§.non ſolú.ꝟ. De minor.25.ann.l.1.Cod.De filiofam. minore.

Non curritcum effectu præſcriptio contra minorem.25.annis, licet maiorem 20.niſi in rebus mobilibus.

§.442.Andeg.Conſuet.Verſ. *Mais apres iceux dix ans il n'eſt plus tenu de les rẽdre aux heritiers,&c. S'il n'eſtoit ainſi,que les heritiers fuſſent mineurs,ou inſenſez au temps de la ſucceſſion à eux eſcheue: Auquel cas ils reuiendront à leur heritage.*

Ciſmontani, quos Iaſon. Mediolanenſis Vltramontanos vocat, non obſeruãt Authẽticam, Sacramenta puberũ ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractãdis, inuiolabiliter cuſtodiantur,&c.

Statutaria maioritas in caſu alienationis, intelligitur de alienatione tantum, vel hypotheca in facto proprio,&in rẽ ſuam nõ in alienam. Quia tunc Actus ipſe manifeſtam læſionem inducit.

minore. l. ſi verò non remunerãdi §. ſi adoleſcens luxurioſus D. Mand. De quo, Nos pleniùs, in calce huius Operis.

Infra Tit. vlt. art. 14.

3. Demvntvr hinc tantùm res mobiles, de quibus pubes adoleſcens liberum ſolutúmque habet arbitrium ſeu priuato Pacto, ſeu Forenſi earum perſecutione, quæ alienam poſſeſſionem interpellare poſſit. De immobili actione non item, qua experiũdi, poteſtas deſit maiori etiam. 20. annis abſque curatore. Quo minùs nouum ſit, mobiles vſu res capi, faciliùs quàm immobiles in maiorem. 20. annis: cui ſi curator deſit, deeſt quoque facultas interrumpendæ per Iudicem præſcriptionis rerum immobilium. Italis necnon olim annus duntaxat in Mouentibus, ſed biennium in Rebus ſoli, conſtitutum fuit tempus vſucapiendi. Ex Iure vetuſtiſſimo. 12. Tabul. quo iure Romana Reſpub. ad Ciceronis & Iulij Cęſ. tempora, ac Iuſtiniani ętatem vſa eſt. Quod Cicero in Orat. pro Cæcinna indicans, Lex, inquit, iubet vſum & auctoritatem fundi, eſſe biennij. Idem in Topicis tradit ex eadem Lege, vſum & auctoritatem fundi biennio abſolui, cæterarum rerum vſum eſſe annuum: quibus locis vſus ſumitur pro poſſeſſione. Sed ad Plinij etiam tempora duraſſe hoc genus vſucapionis, arguit ipſius Epiſtola quædam, Lib. 5. epiſtol. Primus igitur Iuſtinianus eam ex annali triennem fecit, ex bienni decennem. l. 1. Cod. De Vſucap. transform. l. Corruptionem Cod. De vſufr. Ratio verò tam contractæ Præſcriptionis temporum repeti poteſt ex Varronis ſcriptis, quia frugi patremfamil. altero quoque Anno rerum ſuarum rationẽ inire oporteret, ac ſecundo anno quærere, quod priore amiſſum eſſet. Ne huc Platonis Nomotheſiam adducamus, qui vſucapionem ſtatuit anni, & triennij in Vrbe, in Agris quinquennij, & decennij: prout clandeſtina, aut publica fuerit poſſeſſio. Lib. 12. De Legib.

De antiqua illa rerũ Italicarum præſcriptione, Frontinus pariter, & Iul. Paulus in Recept. Sentent.

Platonica Legiſlatio.

4. Sic pariter Diocletianus & Maximianus Augg. diſtinxerunt publicam & notam ab ignota, vel occulta fundorum poſſeſſione diuturna, Nempe vt in præſentes creditores decennio, abſentes vicennio præſcribatur hypothecariæ actioni à tertio pigneratitij fundi poſſeſſore. l. ſi debitori Cod. Si aduerſ. credit. Quod & Iuſtinianus poſtea ſanxit de prædiorum dominio indiſcriminatim, vt de hypotheca. l. Cùm in longi Cod. De præſcript. long. temp. Quæſo ædopol, quid de vſucapione quinquennij, in hypothecas prodita Moribus Andium? §. 422. 427. 428. 475. 476. 485. 487. Puto ſimili Iuris ratione, in abſentem è Prouincia creditorem opus eſſe duplicato quinquennij tempore vſucapienti. Nam præterquàm quòd huiuſmodi quinquennis hypothecarum præſcriptio pugnat cum Iure communi. (l. vlt. Cod. Si aduerſ. credit. l. vlt. Cod. De præſcript. long. temp.) Lex noſtra Mucipalis vult, quinquennem hypothecarij agri poſſeſſionem publicam eſſe, nec clancularium: Ita, vt cuiuis alij vel creditori, vel emptori indubiè pateſiat. §. 429. Atquin eadem lege, non cenſetur aliena poſſeſſio ad notitiam, quorum interſit, peruteniſſe, niſi Municipes ſint ipſi, eiuſdémque incolant Municipij domicilium. Pari enim modo, de fun-

Præſentes, qui in eadẽ prouincia degunt, interpretatur lex vlt. Cod. De præſcr. long. temp. Faber autem in d. l. vlt. ſic ſcribit, *In regno Franciæ, vbi ſunt Seneſchalli, & Balliui, videtur eadem prouincia quælibet Seneſchalia, vel Balliuia, nec attendgem Caſtellaniæ, nec Comitatus per hanc L. ſed ſolum Balliuiam.*

§. 208. Turon. Conſ. Et 479. 490. Cenom. Introducta eſt quinquennis præſcriptio hypothecariæ actionis contra creditores.

Apud Lodunenſes idem, ſed hi forenſes etiã tali præſcriptione ligant. Vt hic in Textu.

dorum proprietate vſucapienda, noſtrates ſecernunt abſentem à præſente, ſeu eiuſdem Prouinciæ incola. §. 430. Andegau. Conſuet. Nil ergo diuerſum de hypotheca probandum apud Andes, Turones, Cenomanos, qui ſubſimili de ea More gubernantur. Vt Molineus apertè ſenſit in Annotat. §. 478. Cenoman. Leg. Idque Andium Ritu ſpeciatim cauetur, de hypotheca annui Reditus ante tricennium fundo impoſiti. §. 437. 503. Iulioduni non item, cuius lege Oppidi ac Territorij, quinquennis vſucapio rectè procedit non minùs in abſentes, quàm præſentes, artic. 1. Tit. De Præſcriptionibus. Haud ſecus Armorici Celtæ peculiarem obſeruant noui dominij Aſſertionem, vulgò *Approprimenta*, quibus in fundos ſolenni præconiorum formula peractis tenentur abſentes, ſimul ac præſentes: *niſi è totius Britanniæ huiuſce*, nedum vnius Municipij, finibus abfuerint. Quo caſu exteris, peregrevè degentibus annale ſpatium indulgetur à die iudicialis renunciationis, quæ *Approprimentum* abſoluit: vt iis pro ſuo iure intercedere liceat publico programmati, edictíſque noui dominij aſſertoris, artic. 274. Britonicæ Conſuet. Quali Britonum *Approprimento* conſimile fertur Mediolani *Statutum*, in Catell. Cottæ Memorialib. Ver. ſtatuto, vel decreto. Nec ab his longè recedunt forenſia quædam priſcarum Politiarum Inſtituta, queîs res venales per præconem diſtrahi iubebãtur, proſcripta plures ante dies venditione, vt intelligerent omnes, quid cuiuſque intereſſet. Sicuti è Theophraſti ſcriptis excerptum viſitur in Stobei Collectaneis. Atque illud ſalubre inuentum eſt ad dominia rerum ſtabilienda commerciis. Enimverò ſi, arborum furtim cæſarum nomine in Regia Silua, actum ſit à Procuratore Fiſci aduerſus Seium, qui lite pendente fundum ſuum diuendat, emptor quinquenni ſe poſſeſſione tueri nequit contra Fiſcum: Quò minùs in fraudem litis, mulctatitiæque in auctorem Sententiæ alienata reuocentur, aut hypothecę nexu poſſeſſor ad mulctam æris ſoluendam adigatur. Nam Vt minori annis nulla opponitur diutinæ poſſeſſionis præſcriptio: *ciuica Andium Lege*, (§. 272. 443. & 457.) Ita nec aduerſus Fiſcum vſucapio procedit. l. quamuis l. Vbi lex. ff. De vſucap. l. 2. Cod. commun. de vſucap. In omnibus ſaltem Fiſci quæſtionibus, ſola. 20. annorum præſcriptio cuſtoditur: ſepoſitis modò cauſis, in quibus breuiuſcula tempora ſeruari, disertè conſtitutum ſit. Hermogeniani leg. 9. ff. De diuerſ. & temporal. præſcript. Regius quippe Fiſcus populari Municipum Conſtitutioni non alligatur, aut ea certè, quàmlibet generatim concepta ſit de quinquenni hypothecarum præſcriptione, demuntur Priuilegia corpori Iuris incluſa. Cap. cùm ordinem De Reſcript. Et ibi Panormit.

Annuus Reditus ante. 30. annos creatus præſcribitur à tertio per decennium: Sed Reditus purè fundiarius vel debitus domino feudi, præſcribitur tantum. 30. annis. d. d. §. 437. 438. 503. Andeg. Leg.

Appropriances d'heritages par Bannies, en Bretaigne. Britonicæ Cõſ. Tit. *Des appropriances, &c.*

Bononienſi item Statuto Italico, poſt Cridas ſeu terminos Cridarũ audiuntur, antea abſentes à Ciuitate & territorio Bononien. Nempè intra 100. dies à die ſuę reuerſionis computandos. §. Poſt cridas Tit. De mod. & for. alienat. vltim. bonor. &c.

Nulla in minores, furioſos, vel nuptas mulieres actionum præſcriptio, prætérquàm annalium de lineari Retractu.

An Conſuetudo liget Fiſcum, & ſupremum Terræ Dominum, vide, ſuprà lib. 1. Tit. 1. art. 5. 6. 7.

CORAM adfuiſſe in Prouincia eos oportet, inter quos decennis 15.
poſſeſſionis præſcriptio agitetur. At ſi cui talis exceptio temporis opponitur, is ſemper in eodem egerit Municipio, vbi fundus ſit, aduerſarius verò poſſeſſor alibi ſedem locarit fortunarum ſuarum, quæro, canè præſcriptio locum habebit? Quidni reſpondęas. Nam vſucapionum

pionum varietas, decennij, aut vicennij introducta videtur eius fauore abſentis, qui rerum ſuarum iacturam ferret grauiſſimam, ni præſumpta alieni vſus ignoratione excuſaretur, & vſucapionis tempus idcirco diffunderetur. Contrà autem, præſente eo, cuius res alius decem annis vſurparit, iſtius abſentia nihil obeſt tam longæ poſſeſſioni: quam is videlicet ſciens ac prudens interpellare potuerit exprompta in colonum fundi vindicatione. l. ſi quis alterius Cod. Vbi in rem act. Cap. vlt. §. in aliis Vt lit. non conteſt. l. officium. ff. De rei vindic. Illam rurſus opinionem fulcit quodammodò Diocletiani lex. 2. Cod. Si aduerſ. credit. Ibi, *præſentibus creditoribus decem annorum præſcriptionem opponi poſſe.* Verùm, vt æquo Iuſtitiæ pondere tueamur amborum iura litigatorum, vtrobique ſeruatur par vſucapionis regula, decennis ſcilicet inter præſentes ambos, vicenæ inter abſentes. Sic enim indiſtincte prorſus, ac indefinitè concepta eſt Andegauæ Conſuet. ſententia. §. 430. 437. Atque eo ſenſu Iuſtinianea Lex decennij præſcriptionem, & vicennij dilucidè interpretatur. §. ſancimus itaque debere in huiuſmodi ſpecie vtriuſque perſonæ, tam petentis, quàm poſſidentis ſpectari domicilium: vt tam is, qui dominij, vel hypothecæ quæſtionem inducit, quàm is, qui res poſſidet, domicilium habeat in vno loco, i. in vna Prouincia, &c. Et ſi vterque domicilium in eadem habeat Prouincia, cauſam inter præſentes eſſe videri, & decennij magis præſcriptione agentem excludi, &c. Item §. Si autem non in eadem Prouincia vterque domicilium habeat, ſed alter in alia, alius in altera, tunc vt inter abſentes cauſam diſceptari, & locum eſſe. 20. annorum exceptioni, &c. l. vlt. Cod. De præſcript. long. temp. Et Authent. Malæ fidei Eod. Tit. Nec mutat quod ſuprà obiectum eſt, prædij ab alio poſſeſſi conductorem iudicio conuenire licere, ad prius temporis curriculum interrumpendum. Cùm enim ſola domini nominatione apud Acta liberetur colonus, Foróque liber ac indemnis abeat, inanis foret petitoris diligentia, colonum appellantis, niſi nominatum ab eo dominum extra Prouinciam perquireret, quaſique fugientem perſequeretur. Bartol. ad l. 2. Cod. Vbi in rem act. Sicuti etiam adnotauimus lib. 3. De PRIVIL. RVSTIC. Cap. 2. In fi. Specialiter enim fauore agnationis, familiæque receptum eſt Moribus Andium, vt ſi emptor non compareat, eiuſvè domicilium ab eo diſtet Municipio, vbi res emptæ iaceant, hæ tunc, regia manu iniecta, prehendantur, & naturali iſta annalis poſſeſſionis interpellatione, agnato conſulatur rei venditæ redemptori. §. 351. 381. 387. 412.

An poſſidentis per colonũ abſentia præſenti, contra quẽ præſcribitur fundi proprietas, aut hypotheca, proſit, ad duplicatum tempus præſcriptionis neceſſario conſtituendum.

Art. 430. 437. Vet. *Dix ans continuels entre preſens, &c. par vingt ans continuels entre les abſens, &c.*

Hæc tamẽ Authent. Malæ fidei, eatenus non ſeruatur in Francia Conſuetudinaria, quatenus diſponit, malam fidem auctoris impedire præſcriptionem emptoris bonæ fidei breuiorẽ triginta annis.

Nam iſthic titulus, cum decennio, & bona fide emptoris, ſufficiunt ad vſucapionem acquirendam. §. 450. Aud. Conſuet.

16. FAVIVS Ianuarius pigneratitia venditione mancipauit Gaïo prædium, i. diſtraxit, cauta ſibi redimendi poteſtate, ſimul vt prædium interim tanti conductum haberet, quanti legitimæ pretij vſuræ in Prouincia æſtimentur. Inde luſtro conſumpto, antiquior creditor fundum publicè poſſidendum curat, & ſequeſtris committendum. Huic fundi prehenſioni intercedit emptor pigneratitius, tanquam poſſeſſor quinquennis, & ita ſolutus hypothecario fundi onere, nedum iure ſe-

Con[t]ractus pignoratitij, & hypothecarij, in formam venditionis fundorum cõcepti, *Contracts d'engagemens.*

Si tamen in licitatione domus, pupillo cũ maiore cõmunis, dictum ſit, pupillarem pretii partem in Reditum annuum fœnebrẽ conuerſum iri, licitator pupillo maiori facta tenetur reſtituere pretii ſortem cum vſuris, tanquam ex venditione fundi prouenientem, non ex mutuatitia pecunia. Areſto in magna Curiæ Camera die 11. Octobr. 1597. pro Iohan. & Claudio *Bonians*, contra N. Hubertum licitatorem, qui talis Reditus cõtinuationẽ offerebat.

queſtrandi ipſius, ob æs alienum auctoris. Interceſſionem verò creditor oppugnans ait, hoc genus emptionis, quo ille ſe iactabat interceſſor, nudam eſſe hypotecæ conſtitutionem ab annuo Reditu nummis parto, non autem pignerati fundi traditionem, nec poſſeſſionis quidem, multò minùs dominij ac proprietatis. Cap. 4. De Pignor. Cap. 5. De empt. & vendit. l. 3. Cod. Plus valere quod agit. Atquin pignoris nomine fundum dans creditori, intelligitur poſſidere, nec vlla penes eum cui datur, reſidet poſſeſſio. Inquit Iulianus I. C. l. qui pignoris ff. De acquir. poſſeſſ. Vnde nec Interdicta creditori competunt miſſo in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa: quùm non poſſideat. Pauli I.C. reſponſo l. 3. §. ſi creditores D. Vti poſſid. Communi igitur debitore, fundi poſſeſſore manente pluribus oppignerati, cenſetur vbique pignus durare, nec continui luſtri ſilentio poſt hypothecariam emptionem extingui. Nam ſine poſſeſſione vſucapio contingere non poteſt, Licinij Rufini leg. 25. ff. de vſucap.

Du Creancier, qui a poſſeſſion de ſa Rente.

EXISTIMO tamen, pigneratitium emptorem, cui venditor, idémque fundi conductor penſiones exoluerit quotannis, nec interpellata ſit eius poſſeſſio intra quinquennium, totidem annorum præſcriptione tutum eſſe in priores creditores. §. 476. Andegau. Conſuet. Sic Vlpij Marcelli opinione; ſi is, qui hypothecam tradidit, pro colono in agro, in ędibus pro Inquilino ſit, creditor per eum cenſetur poſſidere. l. Re pignoris. ff. De acquir. poſſeſſ. Nec enim nouo aut commentitio Iure vſitata eſt hypothecarum poſſeſſio, vti prædiorum: Ita quidem, vt creditor hypothecis pro tempore perfruatur. Philoten namque ὑποθήκας Cluuio dediſſe refert Cicero, de quibus vt decedat Cluuius, à Philote curandum ſcribit ille, Lib. 13. Epiſt. Talem ἀντίχρησιν, ſeu Hypothecarum vſum animaduertit Cicero ſecunda Catilinaria, ſequaces Catilinæ perſtringens, qui ampliſſima prædia creditoribus fruenda relinquerent in vſuras debiti æris: quæ tamen fructus prædiorum non æquarent. Cautiùs autem Veromandui, Ambiani, Morini, Bononienſes, aliíque Belgæ pluſculi hypothecas petunt, earúmque in poſſeſſionem mitti poſtulant à Magiſtratu: cuius iuſſu pignus conſtituitur, nec aliàs, niſi ventum fuerit in poſſeſſionem. Iuxta Prætorij pignoris formulam, de quo Vlpianus l. 26. ff. De pigner. act. Neque hinc abludit, quod aiunt apud Græcos moris fuiſſe, vt in prædiis oppigneratis erigerentur * ὅροι, indices ipſius obligationis. Et in Libris Iuris Ciuilis, res ſubſignatæ dicuntur, quæ obligatæ ſint. Aſt hoc ſine auctoritate eius, cui concedendi ius poteſtáſque foret, non licuiſſe indicat. Herenn. Modeſtinus l. ſi iniuriæ ff. De iniur. Hoc ampliùs, priſcis mortalibus increbruit Fiducia, i. pignus creditori mancipatum, aut in iure ceſſum, ea lege, vt ſoluta diem pecunia, remanciparetur, non ſoluta, creditori pleno iure committeretur. Cuiuſmodi Fiducia accepta, pecuniam ſub fœnore creditam memorat Tullius in Orat. pro Flacco. Eam certè pignoris, ac fiduciæ differentiam notat Iſidorus Lib. 5. Etymolog. quòd pignoris dominium in creditorem non trans-

17

Vt hypotheca non ſolo Obligationis inſtrumento publico quæritur, *ains par Namptiſſement & realization, ou miſe de faict & decret de droict, és pays de Vermãdois à Laon, Peronne, Reims, Chaalons, ſainct Quentin, Ribemont, Chauny. Item aux Bailliages d'Amiens, Ponthieu, à Boulongne, &c.*

* termini & limites.

De Fiduciario cõtractu veterum Romanorum.

transferatur, Fiduciæ verò transferatur, quaſi commiſſoria pignoris lege. Ex quo, ſeruis à debitore legatis, non debentur fiduciæ dati, quia in creditoris dominio ſunt. Auctore Paulo, Recept. Sentent. lib. 3. Tit. De legatis. Apud eundem Fiduciæ plurima mentio, Recept. lib. 2. Tit. De depoſito, & Tit. De lege commiſſoria. Item Codicis Theodoſiani lege 9. De infirmand. iis quæ ſub tyrann. Cum Langobardorum lege. 3. De Donat. quæ cum thing. l. 2. De prohib. alienat. minor. Denique huiuſmodi Fiduciæ exoleuerunt, quas & Conſtantinus Imp. ſuſtulit. l. vlt. Cod. De pact. pignor.

18. PORRO in propoſita ſpecie quinquennis Vſucapionis, multùm diſcrepat verus ab imaginario fundi emptore, (de quo ℣.) ſeu potiùs hypothecario fœneratore & dynaſta. Si enim ille per venditorem colonum poſſideat, ſiue prædij redemptionem infra decennium illi permiſerit, is inter moras vſu non capit fundi libertatem aduerſus pigneratitia creditorum iura. §. 429. & 477. Andeg. Conſuet. Par vtique eius conditio eſt, cui prædiarius Reditus debeatur, intra nouennium pro debitoris arbitrio redhibendus. Nam pendente nouenni ſpatio, quod redhibitoriæ legi præſtitutum ſit, hypothecariæ actioni non præſcribitur annui Vectigalis. cit. lege Andegau. §. 477. Secus de alio Vectigalium genere pecunia conſtituto: quale ſcilicet longiſſimo temporum decurſu luitur liberè, ac redimitur. Inde etiam percontari ſubit de eo, qui à coniugibus vxorium fundum mercatus, conueniatur à creditore mariti hypothecario iudicio, vt cœptam quinquennij præſcriptionem abrumpat. Senſeris forſan initio, actorem hypothecaria formula cauſáque caſurum, quia maritus ſolus vxorium prædium creditori oppignerare nequiuerit. Arbitror meherclè, hypothecam in annuis fundi huiuſmodi fructibus conſiſtere, qui ad maritum, ſtante matrimonio, ſpectant. Nam fructus rei eſt, vel pignori dare licere. Vt Priſcus Iabolenus ait. l. vlt. ℣. De Vſur. l. fructus. ℣. De regul. iur. Atque adeo pignori vſusfructus obligari poteſt. Cùm enim vſusfructus emptorem tueatur Prętor, cur non & creditorem tuebitur? Vt Martianus I.C. literis prodidit. l. Si is qui bona §. Vſusfructus. ℣. De pignor. Vlpianus. l. Arboribus. §. Vſufructuarius. ℣. De vſufr. Paulus I.C. l. neceſſariò. §. vlt. ℣. de peric. & comm. rei vend. Cum Bartolo ad l. Intereſt Cod. de Vſufr. Sic vectigale prædium, aut ſuperficiarium licitè pigneratur. l. Tutor. §. vlt. ℣. De pignerat. act. Quibus concinnè aptatur Lex iſthæc Andenſis Municipij, de pari iure mariti in res vxorias. §. 445. Adiuncta his leg. In rebus. l. vlt. §. præterea Cod. De iur. dot.

Hæc item hypothecę præſcriptio quinquénnis non prodeſt ſucceſſori particulari obligati, eiuſdémque ſimul heredi præſumpto, art. 423. 424. Andeg. Conſuet.

Rente fonciere.

Renta conſtituta pretio pecuniario, poſt quantumcunque tépus redimibilis.

And. Conſ. art. 445. *Si le mary durant le mariage vend, aliene, & hypotheque l'heritage de ſa femme ſans le conſentement & obligation d'elle, l'effect du contract tiendra, le mariage durant tant ſeulement, &c.*

Arreragia rentæ pretio argenti conſtitutæ, non niſi ex quinq; annis nouiſſime præteritis peti poſſunt à creditore.

An nuda ſûmatione extra iudiciaria interrumpatur pręſcriptio Statutaria.

19. QVINQVENNI pariter fœneratoris mora & ignauia paratur debitori liberatio à reliquis nummarij Vectigalis ære quęſiti, art. 71. Francicæ Conſtitut. regiæ an. 1512. Ponamus nunc, diem à creditore debitori dictum, vt quadriennes Vectigalis reliquias ſibi pendere damnaretur, exin circumductum fuiſſe edictum, litémque trienni ſilentio intermiſſam. Quæſo, nûm citatio illa, quæ, cum lite, mortua ſit, denunciationis ſaltem vim retineat, quinquennem præſcriptionem abrum-

Regiæ Ordinationis verba, *Et ſi outre ceux cinq ans, aucune annee d'arrerages eſtoit eſcheue, dont n'euſt faict queſtion de demande en iugemēt, ne ſeront receux à la demander, ains en ſeront deboutez par fin de non reception.*

Edicti *de Roſſillon* art. 15. Inſtantia cœpta, quamuis ei conteſtatio litis acceſſerit, ſi perpetuo trium annorum ſilentio intermiſſa ſit, nullam vim amplius habere poteſt ad actionem, & cauſam ipſam vltra legitimos terminos protrahendam atque producendam: Sed præſcriptioni locus erit, quaſi lis nunquã in iudicium deducta eſſet.

pentis? Pro creditore allegabitur, præſcriptionem temporis ſola interpellatione, vel extra ius facta, præpediri, interrumpi. l. Alienam Et ibi Bart. D. Pro empt. Cap. Olim De cenſib. Bal. & Alex. in l. vlt. ⁊. De eo per quem fact. At Conſtitut. prædictæ verbis, quæ Iudiciariam petitionem exigunt, in aliam deflector ſententiam. Nec enim iudicio petitum dicitur, etſi eius nomine quis in ius vocatus ſit, & ſatis iudicio ſiſtendi cauſa acceptus, niſi cœpta lis & conteſtata fuerit. Pauli leg. Amplius non peti. D. rem. rat. hab. Præterea citatio, quæ in irritum redacta eſt diuturno ſilentio, non ſuſpendit vſucapionem, nec aliud quicquam operatur. Imò ſemel peremptæ litis conteſtatio anterior nullam vim habet prorogandæ actionis, aut vſucapionis interpellandæ. §. 15. Franciсæ Legis Ianuar. Menſe conditæ, ann. 1563. Aliter verò de conteſtatis ante Regiam Legem controuerſiis, quę eius ſuperuentu non deſinunt ſuum parere effectum, i. vſucapionis curſum abrumpere, & primariam intermortuæ litis actionem longiùs proferre: Iuxta leg. vlt. Cod. De præſcript. 30. vel 40. ann. Quem iudicij conteſtati, licet pereuntis, effectum reſiduum adſtruit Innocent. in Cap. Cauſam De Teſtib. Accurſ. in l. Properandum Cod. De Iudic. Bartol. ad l. Cùm lite D. Iudic. ſol.

Areſtum Curiæ die 19. Mart. an. 1580. in 5. Camera Inqueſtarum. Iuxta aliud ſolenniter de eo pronuntiatum ante Pentecoſten. Die 12. Maij an. 1570.

Atque ita ſecundùm Ius Ciuile, AMPLISS. ORDO Pariſiorum interpretatus eſt Edictum Ruſcinonenſe ſupràcitatum. Inſigni decreto. 14. Kal. April. an. 1580. in quinta Senatus Decuria, ad prouocationem à Iuridico Lugdunenſi, inter Meraldum Carletum, & Vilhelmum *Virieu.* Bouyno litis expoſitore. Cui PATRVM Decreto ſimile alterum ſubiungo, latum Nonis Aprilib. ann. 1583. pro Franciſco à Turre Landrica, petitore, cui publicitùs orator adfueram, quarto Kal. Februar. an. 1580. Contra Iohannem Daumontium, reum, pro quo Buiſſonius viciſſim dixerat. Rudolpho Spifama controuerſum negotium collegis ſenatoribus enucleante. Tholoſana verò Curia ſumma indiſtinctè ſeruat iuris agendi prorogatricem vim conteſtati Iudicij, quàmlibet trienni mora ſuſpenſi, ac intermiſſi. Areſto Mart. Menſ. an. 1581. quod Maynardi ſenatoris relatu, ita definitum teſtatur ipſe, nec Ruſcinonenſem Principis Conſtitutionem eo in Senatu promulgatam. Lib. 2. Quæſtion. Iur. Cap. 82.

Alterum S. Conſultũ die 5. April an 1583. *ſur l'appoinƈté au Conſeil en la grand Chambre du plaidoyé du* 29. Ianu. an. 1580.

Tholoſanum Areſtũ.

DEBITOR in iure interrogatus agnouit ſyngrapham creditæ ei 20
pecuniæ. Ex ea die, quæſita eſt creditori hypotheca in res omnes debitoris. Iudiciaria lege Franciſci. 1. edita an. 1539. Hinc dubium emergit, in actio in perſonam, quæ ſola creditori primitùs competebat, tricennio finiatur, an quæ illi acceſſerit in rem actio hypothecaria ob publicam æris debiti profeſſionem, in quadragenum extrahatur annum. Quiritum certè Legibus expeditum eſt, pigneratitia creditoris iura ad quadragenarium tempus produci aduerſus debitorem, hæredemvè eius, ac poſteriores creditores debitore ſuperſtite. l. Cùm notiſſimi Cod. De præſcript. 30. vel 40. Nec mirum, extincta in perſonam actione, hypothecariam manere. l. Debitor D. Ad S. C. Trebell. l. 2. Cod. De luition. pign. l. qui occidit. §. 1. D. Ad L. Aquil. At

Quibus in Municipiis Gallię, Hypothecaria actio perimatur 30 annis. reſpectu obligati, vel hæredis diximus lib. 2. Pariſien. Leg. Tit. 8. art. 3.

vero

verò noſtræ Gentis Conſuetudine, nomina debitorum, & Actiones omnes. 30. annis perimuntur. §. 431. 439. 440. Multarum inſtar Galliæ Legum Municipalium. Ac ſigillatim vtique Andium Moribus cauetur, hypothecarios creditores à debitoribus triceno depelli ſilentio. §. 447. 488. Vnde excipiuntur duntaxat Templorum fundi dotales, qui quadragena ſola priuatorum poſſeſſione amittuntur. d. §. 447. Nam & ſi minùs Iure Ciuili præſcriptum eſſet, Lege tamen Naturæ, communi Gentium Iure ſancitum eſt, vt nihil mortales à Diis immortalibus vſucapere poſſint. Id quod M. Tullius atteſtatur in Orat. D. Aruſpicum Reſponſis. Verùm (inquies) noua pignoris datio, quam Iudiciaria debiti æris agnitio induxit, remoratur curſum tricenariæ præſcriptionis. Concedo quidem, ex vſu Romano, quem ſcholaſtici Auctores eliciunt ab l. ait prætor. §. vlt. D. Quib. & cauſ. maior. Faber ad l. Cùm notiſſimi Cod. De Præſcript. 30. Poſt Azonem, & Dynum. Exin tamen haud conſequitur, hypothecariam formulam, apud Andes, in quadraginta annos producendam. Nec enim Franci tantum hypothecis tribuimus, quantùm Romani veteres, apud quos nudo etiam chirographo contractum pignus oſtendit Modeſtinus. l. fideiuſſor. §. pater. ff. De pignor. Et Paulus in l. vlt. §. Latinus. ff. De except. rei iudic. Nam plerunque tùm debitores inſtrumentum chirographi manu ſua perſcribebant ſub commemoratione prædij, aut domus pignori dandæ. Apud Gallos non ita, donec priuatæ cautionis & ſyngraphæ ſcriptura propalàm in Iudicio agnoſcatur. Vt antedictum eſt.

Andeg. Conſuet.

Antiquę fundationis Eccleſiæ patrimonia, acqueſtus, & incrementa facta ante 40. annos, non præſcribuntur cõtra Eccleſiam, niſi 40 annis, artic. 447. Andeg. Leg.

Simple cedule non recongneue, portant hypoteque, de Droict Rommain.

21. Præsvl Eccleſiæ fundum comparauit, ac biennio pòſt fruendum locauit alicui in perpetuum annua penſione. Locatoris ſucceſſor, poſt tricennium Pactionis reſciſſionem adgreditur ex Canone ſacrarum rerum alienationis prohibitorio. Conductor perpetuus ei opponit tricenæ poſſeſſionis exceptionem, quæ nouis, & quadraginta abhinc annos quęſitis Eccleſiæ fundis in eandem ſufficiat. §. 447. ac ſeq. Andegauæ Leg. Contrà, ſacrorum Antiſtes, tricenariam præſcriptionem à tertio quidem, & extero poſſeſſore obiici Eccleſiæ poſſe, ſed ab eius colono, qui illicitè ab Eccleſia ſtipulatus ſit, non poſſe. Nam legibus nulla & irrita poſſidendi cauſa impedit omnem temporis præſcriptionem: quùm tale rei ius titulúſque facto poſſeſſionis refragetur. Cap. Dudum De decim. Quippe plurimùm ex iure poſſeſſio mutuatur. l. poſſeſſio quoque. ff. De acquir. poſſeſſ. Proinde reor, alienatorum reuocatoriam actionem Templi ſacerdoti competere ad quadraginta vſque annos, à die contractæ perpetuæ locationis. Cæteroquin ſacra Collegia, quæ priuati in locum vendentis, donantiſvè ſuffecta ſunt quadragenum abhinc annum, iure priuatorum vtuntur, paríque his obnoxia fiunt temporum præſcriptioni. Cita. §. 447. 448. Andegauæ, 459. & 460. Cenomanæ Conſuetudin. Haud aliter ac Fiſcus, iiſdem parere conditionibus debet, quibus perſona, à qua ad ipſum, quod relictum eſt, deuoluatur: ſicut etiam cum ſuo onere hoc ipſum vindicat. l. in facto §.

Eccleſiaſtici agri cõceſſio in perpetuum reditũ. poteſt ad 40. vſq; annos retractari ab Eccleſia, licet die ipſa cõceſſionis ager Eccleſiæ recens partus fuiſſet.

Nullitas tituli inficit & annullat poſſeſſionem rei.

fiſcus.ﬀ.De condit.& demonſtr.l.2.§.vlt.ﬀ.De alimen.& cibar.legat.l. Cùm fiſco D.Ad Syllan. Aſt fauorabilius etiam iſthîc, Fiſco, quàm Clero proſpectum videtur: quùm fiſcus, qui in priuati vicem ſucceſſerit, priuati iure, tantùm pro anteriori ſuæ ſucceſſionis tempore, vtatur: ex quo autem die ſucceſſerit, priuilegium ſuum retineat. Vlpiani leg. 6.ﬀ. De iur. Fiſc. Proin ſacratus Ordo Cenomaniæ, mordicùs interceſſit patriæ Legis ſanctioni prædictæ: Qualem, vti Eccleſiaſticæ libertati immunitatíque contrariam, Romani Auguſti abrogarunt.l. Priuilegia §. 1. Authent. Caſſa, & irrita Cod. De Sacroſ. eccleſ. Sed quoniam iſtud antiquis Menſæ eccleſiasticę bonis adſcriptum fuit priuilegium, hęſitabatur, nûm ad noua traheretur, necdum Menſæ coadunata patrimonia Templi. Iuxta Bartoli diſtinctionem, in l. vacantia Cod. De bon. vacant. & incorporat. Lib. 10. Cod. Et Panorm. ad Cap. Vt ſuper De reb. Eccleſ. non alienand. Itaque publica illa Sacerdotij interceſſio, in popularibus Comitiis reſtituédæ patriæ Conſuet. relegata eſt ad Senatum Pariſiorum, iudicio dirimenda. Quemadmodùm liquet ſolenni Actorum renunciatione in emendanda Cenomanorum Lege Prouinciali: Cuius interim Capita illa, cum aliis, purè ſcripta, hactenus permanſêre.

Eccleſiæ bona, alia sũt Menſalia, ſeu quæ ab antiquo ſunt de Menſa Eccleſiæ, alia recẽs acquiſita, necdum Menſæ incorporata.

Proceſſus verbalis Cenomanæ Conſuet. circa art. 459. & 460.

Mvtva vice, profani ordinis viros, agentes repellit nonnun- 22
quam tricena breuior temporis præſcriptio. Verbi gratia, perduellionis damnatus abſens, peregrè moritur, relictis liberis. Hi duodetriceſimo pôſt anno, contumaci patri criminosè intentata diluere contendunt in ſucceſſorem Fiſci, cui, paterna iudicio commiſſa fuerant. Semper enim hæredis intereſt, defuncti exiſtimationem purgare. l. vlt. §. de illo. ﬀ. De bon. eor. qui ante ſenten. l. 1. §. quoties. ﬀ. De iniur. Nec deſunt exempla reſtitutorum poſt mortem, qui iniquè damnati eſſent. Teſtis Lollia Paulina, cui, quòd de matrimonio Claudij Imp. cum Aggrippina certaret, hæc ſubornauit accuſatores Magicæ ſuperſtitionis, exprobrantéſque interrogatum ſuper Cæſaris nuptiis ſimulachrum Clarij Apollinis. Vſqueadeo, vt Claudius inauditam ream, publicatis bonis, iuſſerit Italia cedere. Quod grauius eſt, Agrippina Tribunum ad Lolliam miſit, à quo ad mortem adigeretur. Tandem verò ſub Nerone conceſſum fuit, Lolliæ cineres reportari, ſepulchrúmque extrui. Liberis igitur condemnati, è diutino velut ſomno excitatis, reſpondet emptor ſeu donatarius Fiſci aliam cauſam eſſe bonorum, aliam honoris & exiſtimationis rei damnati. Nam quoad bonorum quæſtionem, regreſſus nullus in ſucceſſorem Fiſci reo ſuppetit: huius hæredibus, multò minus. Lege Conſtantini, & Zenonis. l. 2. Cod. De quadrien. præſcript. Galli necnon homines, qui per contumaciam rei criminis peracti ſint, fortunis neutiquàm reſtituuntur poſt quinquennium: licet ſe iudicio ſiſtant, vitæque innocentiam Iudici probaturos obteſtentur. Molinenſis Edicti artic. 28. quem diſtrictè in Foro ſeruari, patet exemplo Senatorij decreti, quod publicitus latum fuit in Auditorio cauſarum criminalium Pridie Idus Quintiles. an. 1582.

L'enfant du condamné par contumace pour crime de leze Maieſté non receuable, 28. ans apres à purger la memoire de deffunct ſon pere, nonobſtant ſa minorité, idque *contre le donataire ou tiers ſucceſſeur du Fiſque.*

Pariſienſe Areſtum à *l'audiẽce de la Tournelle* die 14. Iulij an. 1582. *Sur l'appel du Bailly d'Iliers, en Beauce, ſouchans.*

an. 1582. Imò & Romę poſt annum, contumacis rei bona in Fiſcum cogebantur. Vt Diuos Seuerum & Antoninum ſanxiſſe, refert Modeſtinus in l. vlt. ꝟ. De requir. reis. Capitalis tamen pœna abſenti irrogari non poterat: Verríque M. Tullius pro ſummo probro obiecit, quòd in abſentes multos dixiſſet capitis ſententiam. Act. 4. in Verrem. Deniq; PATRES PARISIENSES contumacis damnati liberos tempore excluſos pronuntiarunt. Areſto. 5. Kal. Apriles an. 1583. quùm Rapouelus, prouocantis: & Amelotus, aduerſarij cauſam peroraſſent. In Catalogo litium Ambianarum.

Catherine Brebier veuue de l'accus. & heritiere de ſon pere Mathieu Brebier homicidaire cõdamné a mort par contumace.

Decretum Curiæ Pariſien. die 28 Mart. an 1583. *en plaidant du Roolle d'Amiens.*

23. TERENTIA clerico dedit prædij ſui vſumfructum, cum lege Diuini cultus quotannis ab eo celebrandi in gratiam donatricis. Ille paulò pòſt fructuarium fundum pro ſuo diſtraxit, ludificatus auctorem. Emptor bona fide eum poſſedit decem annis. Sacerdote dehinc mortem obeunte, donatrix prędium condixit, quaſi ſoluto vſufructu reſtituendum. Ex diuerſo, poſſeſſor ſe tuetur diutinæ poſſeſſionis præſcriptione, emptionis tabulis munita, cum optima fide. Clamitat verò actrix, dominicam poſſeſſionem euertere Fructuario non licere, nec longo tempore rem capere in perniciem domini proprietatis. l. Neque vſufructuarium Cod. De vſufr. l. Malè agitur. Cod. De præſcript. 30. vel. 40. l. vlt. Cod. De acquir. poſſeſſ. l. ſi quis domum. D. Locat. Nam vt lege Attinia rei furtiuæ æterna eſt auctoritas, ſic fructuario, vel colono vendente, res cenſetur affici vitio furti, ob idque nulli vſucapioni obnoxia. l. vitia poſſeſſionum Cod. De acquir. poſſeſſ. l. 1. Cod. De ſeru. fugit. Hoc quoque nomine colonum, quia fundos venundediſſet, furti damnatum narrat Sabinus, apud Gellium Lib. 17. Cap. 7. Surripi enim ac condici poſſeſſio poteſt, quemadmodùm mobili re ſurrepta. Verùm meo quidem iudicio, poſſeſſor bonæ fidei, emptione ſubnixus, vſu rem capit, & acquirit decennio: tametſi non alium, quàm Fructuarium auctorem cieat, vel colonum. Accur. & Bart. in l. Cùm nemo Cod. De acquir. poſſeſſ. Ibi, quid ſi aliquis emit à colono. Idem Bartol. ad l. Cùm ſolus. ꝟ. De Vſucap. Num. 4. Res necnon alienari prohibita, vſucapitur ab emptore ignaro conditionis ei rei appoſitæ, nec fraudis conſcientia notato. Bartol. ad l. filiusfamilias. §. Diui. ꝟ. De legat. 1. Et in l. Vbi lex. ꝟ. De vſucap. Hæc pariter Pomponij reſponſo confirmantur. l. Non ſolum. §. quod vulgò. ꝟ. De Vſucap. Id quod non ſimiliter in iis cuſtoditur, qui Fructuario per vniuerſitatem, nec in rem modò ſucceſſerint. Illorum enim poſſeſſioni malam defuncti fidem obeſſe, nequicquàm ambigitur, & à Nobis ſuprà demonſtratum eſt.

Vſufructuarij, vel coloni fundũ vendentis ſucceſſor particularis cũ bona fide præſcribit decennio.

Malæ fidei poſſeſſoris ſucceſſor vniuerſalis non præſcribit, ſingularis præſcribit.

24 HAVD eadem cauſa eſt donatarij prædiorum, quæ pignori nexa creditori, donator promiſcuè cum donatario tenuerit quindecim annis. Putà, ſi vxor viro nuptiali Chartula fundum dederit, nummarij Reditus vinculo obſtrictum creditori. Quamuis enim, ſtante matrimonio, vir donatarius re fruitus ſit vltra decennium, & donationem in Actis publicandam curarit: Communis tamen ac promiſcua debitricis

Alterutter coniunx alterius donatarius non præſcribit hypothecas fundi donati conſtante matrimonio aduerſus creditorem.

coniugis, vt viri, poſſeſſio iuſtam mutati dominij ignorationem adfert creditori, quo minùs in eum pigneratitij fundi libertas vſucapiatur. Ac ſuperuacaneum eſt quærere, agrum ſpeciatim pignori obligatum permiſſu creditoris væniiſſe, ſi ipſe debitor rem poſſideat. Vt inquit Martianus Lib. ſingulari ad formulam hypothecariam. l. ſicut. §. ſuperuacuum. D. Quib. mod. pign. Inde etiam continuata debitoris poſſeſſio, creditori excuſationem pręſtat à neglecta Monumentorum inſpectione, quibus adſcripta donatio apparebat. Proinde Lutetiana Curia fundum hypothecis liberatum non eſſe pronuntiauit, nec connubialium fundi poſſeſſionum tempora donatario coniugi prodeſſe ad decennij præſcriptionem ſtabiliendam. Areſto. 14. Kal. Febr. an. 1590. ſecundùm N. *Deſcordes* regium Amanuenſem, pro quo Leueſtus: contra Ianum *le Muſnier*, pro quo Langleus, egêre.

Iudicium Curiæ Pariſien die Veneris 19. Ianu. an. 1590. litigãdo hoſtiis clauſis in magna Curiæ Camera.

De incorporalium iurium præſcriptione.

CORPORALIVM rerum vſucapionem, & Nominum, ſequuntur incorporeæ ſeruitutes prædiariæ, quæ longa quaſi poſſeſſione & vſu acquiruntur. Primitus certè Lex Scribonia prohibebat ſeruitutum vſucapionem. l. ſequitur. §. libertatem ff. De Vſucap. At Prętores deinde, & Romani Prudentes eam inſtituerunt: exemplo rerum corporalium, ad quarum ſimilitudinem vſucapio ſeruitutum redacta eſt. l. ſi quis diuturno D. Si ſeruit. vindic. l. 1. §. vlt. De aq. pluu. arcen. l. 2. Cod. De ſeruit. & aq. Haud aliter de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum ſtatuit Andegauus Mos. §. 449. & 454. Ab iis verò latè diſcrepant vrbanæ ſeruitutes, quæ nullo tempore citra pactiones, aut legata comparantur. §. 450. Andeg. Conſuet. Imò nec centena poſſeſſione vrbanam ſeruitutem quæri, decretum. Celebri Patrum Conſulto. 4. Nonas Maias ann. 1570. comprobantium Sententiam Præfecti vrbi Lutetianæ: quæ dicta fuerat pridie Idus Maias ann. 1569. pro Roman. Sarazino, qui negatoriam actionem intenderat, aduerſus Vilhelmitanæ ſectæ cœnobitas. Diuerſa libertatis ratio eſt ſeruitutum eiuſmodi, quæ ſine titulo vſucapitur apud Andes. §. 453. ac Lutetiæ. §. 186. Pariſien. Conſ. Libertatem enim ſeruitutum capi vſu poſſe, notat Iulius Paulus: quia eam vſucapionem ſuſtulit Lex Voconia, quæ ſeruitutem conſtituit, non etiam eam, quæ libertatem præſtat ſublata ſeruitute. l. 4. §. vlt. ff. De vſucap. l. ſi ædes meæ. ff. De ſeruit. vrban. præd. Quod ciuili ſanè modo accipiendum, non quaſi pereat ſeruitus non vtendo, niſi vicinus ſimul à die prohibitionis ſibi aſſerat libertatem. Veluti, ſi ędes tuæ ędibus meis ſeruiant, ne altiùs tollantur, ne luminibus mearum ædium officiatur: & ego per ſtatutum tempus feneſtras meas præfixas habuero, vel obſtruxero: ita demùm ius meum amitto, ſi tu per hoc tempus ædes tuas altiùs ſublatas habueris. Alioquin ſi nihil noui feceris, retineo ſeruitutem. Caij I. C. l. Hæc autem iura. ff. De ſeruit. vrban. præd. Vlpian. in l. Et ſi fortè. §. 1. D. Si ſeruit. vindic. l. 1. Et ibi Glo. Cod. De ſeruit. & aq. Accur. & Bartol. ad l. Qui luminibus. ff. De ſeruit. vrban. præd. 25

Placitum Curiæ die 4. Maii an. 1570. confirmans Sententiam Præpoſiti Pariſien. dictam die 14. Maij an. 1569. pour Romain Sarrazin, cõtre les Guillemins, aliàs les Blancs-manteaux.

Art. 453. And. Conſ. Exemptions contre ſeruitutes perſonnelles ſe acquierent par preſcription de dix ans continuels ſans tiltre: Mais pour acquerir leſdites ſeruitutes par tenement de 10. ans, eſt tiltre neceſſaire.

Seruitutum vſucapio currere incipit à die contradictionis.

Sine titulo nulla ſeruitutum præſcriptio procedit, earum præſertim, quæ latentem vſum habent, & clam poſſeſſæ videri poſſũt. Sed ad tituli ambigui & obſcuri interpretationem poteſt admitti factum poſſeſſionis.

QVANQVAM nulla temporis præſcriptione obtinetur ſeruitus in Vrbe, ac ſuburbiis abſq; interpoſita ſtipulatione: patris tamen familiæ deſtinatio, 26

deſtinatio, quæ titulo æquipollet ſeruitutis, præbet eiuſce cauſam vſucapiendæ. l. Binas quis ædes. π. De ſeruit. vrban. præd. Bartol. ad l. 1. π. De ſeruit. leg. Et in l. Quod conclaue. π. De dam. infec. Admittamus enim, Conſtitutiones Andium vt certis verbis adſtrictas, ſic anguſtè ſumi, nec familiaris iſtius deſtinationis nominatim meminiſſe: Hæc vtique ſatis Iure Ciuili ſuppletur, dubiorum *Statutorum* interprete. Verbi gratia, vnus idémque duas ſibi ædes extruxit, quarum altera alteri ſeruiret domeſtico patrisfamilię vſu, conſilio, ac iudicio. Quemadmodùm oculis ſubiecta re, arbitrati ſunt periti rerum æſtimatores. Quodnam inde reſtat iudicanti munus, niſi vt confeſſoria agentibus ſeruitutem addicat? In hanc certè ſententiam promo S. Conſultum Pariſienſe. 3. Nonas Dec. ann. 1580. ſecundùm Carolum *Maheut*, & cucullatos ſacerdotes Crucigeros, vulgò *de la Bretonnerie* apud Lutetiam, qui à Præfecto Vrbi ſupremam Curiam prouocarant: aduerſus Nicol. Durandum, qui negatoriam illis iudicio dictauerat. Petro *d'Amours* litem Senatui exponente, in prima eius Inquiſitionum Decuria. Neque ab his alienum eſt, quòd ſi ſacerdos Templi contiguas ædes priuato in annuum Vectigal conceſſerit, ab iſto inquietari non debeat ex proſpectu & luminibus Eccleſiaſtici proximi ædificij: quæ ante perpetuam vicinæ domus locationem, vti erant, ita manere ea oportet. Idque generatim procedit in ſeruitutibus cauſam habentibus continuam, vt quo iure, quaque conditione prædia hodie ſunt, ita væneant, itaque teneantur. (Bartol. ad l. quicquid D. commun. præd.) Dempto, ſi venditor, ſeruitutis nomine, aliquid ſibi expreſſim receperit: Quo caſu, in aliis non exceptis, fundum, vti optimus maximúſque ſit, videtur tradidiſſe. Vlpiani. l. ſi arborem. §. vlt. π. De ſeruit. vrban. præd. l. Cùm venderes fundum. π. De contrah. empt. l. Non tantùm. l. ſi cùm fundum. π. De verb. ſignif. Iuxta quæ, Neapolitanus Senatus pro emptore pronuntiauit. Teſte Matth. Afflicto in Neapolit. Deciſ. 298. Rectiùs autem venditori cautum fuerit, vt captiunculæ omnes præcidantur, ſeruitutes expromere ſpeciatim, quæ vel diſtractis ædibus, vel ſuis ac propriis debeantur. §. 215. Pariſien. Conſuet. Qualis excipiendarum ſeruitutum formula patet ſparſim apud IVRECOSS. l. Quæro. π. De action. emp. l. ſeruitus. l. eum debere. π. De ſeruit. vrban. pręd. l. qui duo. π. De ſeruit. ruſtic. præd. l. ſi partem D. quemad. ſeruit. amitt. l. venditor. De commun. præd. l. In vendendo. π. De contrah. empt. l. Tenetur. §. ſi tibi. π. de action. empt. Cæterùm venditionis lege condictam ſeruitutem ſic intelligi par eſt, ne fallacem in ſenſum callidè torqueatur. Sicuti in M. Bucculeium domus venditorem vafrè interpretatus eſt L. Fuſius emptor venditionis legem de ſeruitute luminum: quæ in mancipio lumina, vti eſſent, ita recepiſſet. Fuſius enim, ſimulatque ædificari cœptum eſt in quadam parte Vrbis, quæ modò ex illis ædibus conſpici poſſet, egit ſtatim cũ Bucculeio: quòd cuicunque parti cœli officeretur, quamuis eſſet procul, mutari lumina putaret. Vt eſt apud M. Tullium, lib. I. De Orat.

Prouincialia Statuta ſtrictè in ſuis terminis intelligenda.

Areſtum Curiæ die. 3. Dec an. 1580 *que deſtination de pere de famille vault tiltre en matiere de ſeruitutes de ville, ſans autre tiltre eſcript.* Pro Religioſis S. Crucis *de la Bretonnerie* Sed in poſterum. talis deſtinatio ſcriptis præciſe doceri, & probari debet. §. 216. Pariſ. Conſuet.

Neapolitani Senatus decretum.

Cõſuetudo Pariſien. ita ſcripta, *Quant vn pere de famille mect hors ſes mains partie de ſa maiſon, il doit ſpecialement declarer, qu'elles ſeruitutes il retient ſur l'heritage, qu'il mect hors ſes mains, ou quelles il conſtitue ſur le ſien, & les faut nommément declarer tant pour l'endroit, grãdeur, hauteur, meſure, qu'eſpece de ſeruitute. Autrement toutes conſtitutions generales de ſeruitutes, ſans les declarer comme deſſus, ne valent.*

SACRARVM rerum Vſucapionem profanis hiſce non miſcebo, 27
contentus & pauculis ſuprà delibatis de præſcriptione bonorum Eccleſiaſt. & quæ alibi plenius de ea ſcripſimus Lib. 3. DOMANII Gallici Tit. 9. tum Lib. 3. SACRÆ POLITIÆ FOREN. Hoc modò ſubtexam obiter, quod recèns occurrit in Iudiciis certamen ingens de annali præſcriptione mandati & Procuratorij muneris in alieno Sacerdotio eiurando. Cautum eſt Lege Regia, procurationem alicui mandatam à beneficiario Eccleſiæ, vt ſuum ipſius Sacerdotium dimitteret penes Sedem Pontificiam, anni decurſu, re integra, perimi, & in irritum reuocari, art. 10. Francicæ Conſtitut. editæ Iunio Menſe an. 1550. quam PARLAMENTARIS Curia iuſſit promulgari Nono Kal. Sextiles Eod. ann. Ex facto ferebatur, Ianam Rogeriam, quæ Lilij cœnobij Magiſtra erat, Ciſtercienſis ordinis, per procuratorem ceſſiſſe hac Cœnobiarchia *Karolæ de Cluyz.* 6. Iduum Quintilium ann. 1588. Illa verò negabat, ſe talis mandati Literis ſubſcripſiſſe: eas item Literas, quæ tertio Idus Martias. 1587. ſcriptæ proponerentur, annali tempore periiſſe, ante collatã Cœnobiarchiam procuratoria eius ceſſione. Quum igitur Præfecta Monaſterij abuſus ergò prouocaſſet ab executione Pontificiæ collationis in Prætorianum Conſilium, dicebam imprimis, eiurandi Sacerdotij mandatum annale Edicto conſtitui, non in rem ſolùm alterius cuiuſquam competitoris ſacerdotij, verùm & ipſius mandatoris. Nam vt verbis generalibus conceptum eſt Edictum (cita. art. 10.) ſic generaliter accipiendum. Quinetiam Edicti Scholiaſtæ ſentiunt, annale ſpatium maxime præfinitum fauore & commodo beneficiarij cedentis, nedùm noui cuiuſque captatoris ſacri Beneficij: quùm tanto tempore, mutatam cedentis voluntatem præſumptum ſit. Argum. l. Peregrè. ff. De acquir. poſſeſſ. Nec enim facile quis abdicare ſe creditur velle Eccleſiaſtico beneficio, quod non abſque ſudore ſibi parauerit. Cap. ſuper hoc De renunc. Cap. Quia non eſt viriſimile De Præſumpt. Ideóque Gloſſematarius in Regula Romanæ Cancellariæ. 43. teſtatur, Officinam hanc Diplomaticam non admittere procuratorias ceſſionis Sacerdotij tabulas, quæ ante annum exaratæ ſint. His ritè congruit Tholoſanum S. Conſultum ann. 1544. Regiúque Codicilli. 13. Kal. Maias an. 1551. queîs, Sacerdotalia eiuſmodi mandata, poſt annum irrita omnimodò declarantur. Sicuti Rebuffus memoriæ prodidit, in Praxi Benefic. De Procurat. ad reſignand. conſtitut. Num. 18. Molineus quoque nominatim in Commẽtario ad Edictum an. 1550. Alia multa protuli in medium apud Prætorianos Senatores, quibus aduerſariam Pontificia collatione abuſam eſſe conſtaret, veluti Regiis Franciæ Legibus contraria, & Ciſtercienſis Ordinis Conſtitutionibus, quas ſupremi Galliæ Conſeſſus Iuridici comprobaſſent. Vtvt ſit, poſt triduanam noſtram Actionem in Prætoriano Senatu, res conſilij eſſe pronuntiatur. Quinto Nonas Martias an. 1590. Loyſelio aduerſæ partis cauſam agente.

Eccleſiaſt. Polit. Lib. 3. Tit. 4. art. 19. Et Tit. 6. art. 2. 3.

Edictum Henrici. 2. *De la Reformation des prouiſions des benefices.* Verificatum in Parlamento die 24. Iulij an. 1550.

Procuratoria Reſignatio Abbatiæ Monialium *du Liz, prés Melun, Dioceſe de Sens,* facta Romæ, die 6. Iulij an. 1588. Procuratio autem ad reſignãdum die 13. Mart. an. 1587. Hoc cœnobium à D. Ludouico fundatũ ſcribit Ioynuilla in vita Diuiregis cap. 85.

Artic. 10. Edicti. *Item deffendons aux Iuges de n'auoir eſgard, en iugeãs le poſſeſſoire du benefice, aux prouiſions qui ſont, ou ſeront expediees ſur procurations ſurannees, & au ſi ſur procurations generales, & non ſpeciales pour les benefices denommez eſd. prouiſions.*

Patentes Regis literæ die 19. April. ann. 1551.

Areſtum *d'appoinctẽ au Conſeil* in magno regis Conſilio, poſt forenſem ac publicã tridui diſceptationẽ. Die vlt. Febr. 2. & 3. Martij an. 1590.

LIBRI

LIBRI IIII.

DE VTILI RERVM DOMINIO.

CAPVT III.

DE POSSESSIONE FVNDORVM TEMPORARIA.

Tit. I.

DE MVLIEBRI DOTALITIO.

Doarium Viduarum.

1. *Summa tertij* Capitis *Lib.3.*
2. Doarium *apud Andes, vſusfructus tertiæ partis immobilium mariti.*
   Dotalitium *apud Saxones, & Siculos.*
3. *Reditus annuus fundo in* doarium *adſignatus, importat vſumfructum fũdi* doariæ *viduæ pro Reditu adſcriptum, nedùm annuam Penſionem ex fundo præſtandam.*
4. *Heroidum viduarum, Andegauiæ Ducum,* Comitũque *Cenomaniæ* Doarium *vetus* Conſuetudinarium.
   Doario *viduarum non ſubijciuntur, quæ* viris *à Rege donata ſint.*
5. *Mortua* doaria *in medio Anni ante collectos fructus, eius hæres illos nec diuidet cum hærede* viri*, nec percipiet pro rata anni, qua,* doaria *vixerit.*
   Bona reſtitutioni ſubiecta, in ſubſidium tantùm obligătur pro dote, vel doario *vxoris deſcendentium à teſtatore, non* collateralium.
6. *Nobilis primogenita hæres, in* Statuto doarij *viduarum, intelligitur tam de præſumpta, quàm de præſenti, puráque iam hærede progenitorum.*
   Ignobilis filia, antiquorum feudorum præcipua hæres, haud perinde excluditur Doario *in bona mariti, ac nobilis primogenita hæres.*
7. *Medium* doarium, *viduæ filij debetur à parente ſuperſtite, qui illorum nuptijs expreſſè conſenſerit.*
8. *Secus de tacito parentum conſenſu, qui eos non obligat* au Mydoüaire.

9. *Niſi alteruter parens doloſè abſit à contractu matrimonij (alioqui inter pares valde æqui) ne ex* Doario *teneatur.*

10. *Dimidio huic* Doario *obligantur parentum bona, non ſolùm præſentia tempore contractus matrimonij filiorum, ſed & futura, & pòſt acquiſita.*

11. *In bonis à patre diuiſis inter liberos, quorum alteri coniugato pater ſuperuixit, eius præmortui vidua* Doarium *non capit.*

Dos filiæ conſtituitur de communi parentis vtriuſque ſubſtantia, in Cõſuetudinariis *Franciæ regionibus.*

Domus habitanda, cum Doario, *datur nobili viduæ.*

12. *Paterna in filium, tãquam hæredem præſumptum, donatio in contractu matrimonij facta, ſuperuiuente patre, non corruit reſpectu* Doarij *viduæ filij in res donatas exequendi.*

13. *Filij vidua, præmortuo ſocero, in huius bonis pleno* Doario *potitur, nonobſtante ſocrus vſufructu* Statutario *in communibus cum viro Acquiſitionibus.*

14. Doarium *viduæ filij extenditur etiam ad acquiſita à ſocero, vel ſocru poſt mortem mariti, vt ijs, mortuo acquiſitore, illa pro parte fruatur.*

Conquiſita in matrimonio, non veniunt in Doarium *mulieris, ſed Propria mariti duntaxat.*

Conuentionali *autem Dotalitio æquè obligantur parta à marito, ac ipſius patrimonia.*

15. *Actio reciſſoria propriorum mariti, ante matrimonium venditorum, cenſetur eodem iure, quoad* Doarium *vxoris inde ſumendum.*

Conſuetudinarium Doarium *ſuper Reditibus hypothecarijs, quos ſolos maritus die contracti matrimonij habebat ijſdem redemptis conſtante matrimonio, rependitur & ſuppletur ex alijs viri bonis, renunciante vidua Communitati bonorum coniugali.*

16. *Bona reſtitutioni ſubiecta faciunt partem in computatione quantitatis* Doarij, *licet non veniant in partem* Doarij, *niſi in defectum aliorum.*

17. *Viduæ potior eſt hypotheca pro dote, quàm pro* Doario, *quod eius liberi tãquam proprietarij petunt.*

18. *Sed* Doarium, *tanquam ſimplex vſusfructus vxoris, poſtponitur Legitimæ liberorum ipſius.*

Vſusfructus omnium bonorũ filio relictus à patre, qui nepotibus ex eo proprietatem illorum dederit, eſt aliquando pro Legitima d. filij, nec eiuſdem creditoribus, vltrà vſumfructum, ſupplenda.

19. *Directarum hæreditatum repudiatio à marito facta non præiudicat vxorio iuri* Doarij *in partem hæreditariam mariti.*

20. *Vxor, concubitu cum viro, nulla etiam* carnali *copula, lucratur* Doarium.

Viduæ non licet, vtrúnque retinere, donationẽ à viro, & Doarij *aſſignationem à ſocru.*

21. Doaria,

21. Doaria, *vſufructu, abutendo, priuatur.*

22. *Molendino fructuario exuſto, & refecto ab hærede, remanet eius vſusfructus.*

23. *Filij non poſſunt ſimul eſſe* doarij, *& hęredes patris cum inuentario.*

24. *Pecunia ſemel ſoluenda pro* doario, *eſt etiam poſt viduæ mortem reſtituenda.*

Poſt ceſsionem debiti ſocero Reditus hypothecarij, factam nurui pro Doario, *ſuperueniens, ex Edicto, talium Redituum diminutio, vtrique nocet,* Doariæ *nempè, vita durante, & proprietario, in poſterum: Neque hic, illam, emergente eo caſu immunem, indemnemque præſtare tenetur.*

25. *Perſonalia ſimul & hypothecaria debita non minuunt* Doatium.

26. *Vſusfructus coniugalium Acquiſitionum (qui per ſecundas ſuperſtitis coniugis nuptias, extantibus liberis, expirat) non ceſſat per tertias eiuſdem nuptias liberos habentis ex alio, quàm acquirentis, matrimonio.*

Deficientibus autem liberis, idem ſuperſtitis vſusfructus ſecundo coniugio non tollitur apud Andes: Nec qualicunque extante præmortui coniugis hærede, apud Cenomanos.

1. PROPRIETATI FVNDORVM ſubiungitur nuda quædam poſſeſſio in ſtatutum tempus occupanda: Vt nobis præſcripti ordinis ratio dictat. POSSESSIONEM verò duplicem fecimus; FRVCTVARIAM alteram, quæ viduis mulieribus patrio Iure tribuitur, aut parenti filiis ſuccedenti in res ſoli: Alteram HYPOTHECARIAM, quæ in partes tres diducitur, totidem Rubricis explicandas. Sicuti huius Lib. initio ſummatim, velut in tabella ſpectandum, propoſuimus. Delibata pudicitiæ præmium, *Doarium.*

2. TRIENS immobilium mariti bonorum, viduæ coniugi adplicatur, cum Ædificio quodam Nobilibus dãdo Fructuaria nimirùm poſſeſſione, quam Harmenopulus Hypobolon, Germani *dotalitium* appellant. artic. 299. 305. 309. Andeg. Conſuet. Saxonum vtique Moribus comparatum eſt fœminam, diuortio inter coniuges celebrato, dotalitium, (i. *vitæ prouiſionem*) ſibi in proprietate viri donatum cõtinere. Vt loquar cum Saxonico Speculo (Volum. 3. artic. 74.) Haud ſecus adſignatum à Vilhelmo Siculorum rege *dotalitium* reginæ vxori, perhibet Sigeberti Hiſtoria, An. milleſ. centeſ. & duodeoctogeſ. Neapolitana turſùs Conſtitutione mulier cogitur, iuratæ fidelitatis obſequio ſe ei deuincire, qui proprietarius feudi permanſerit. Lib. 13. Neapolit. Conſtitut. Tit. 13. Et Tit. 15. 16. Plerũque autem coniuges dotali inſtrumẽto aliter paciſcuntur de muliebri *dotalitio*, quàm lege Municipij ſtatutũ ſit. l. vlt. Cod. De pact. conuent. Maſuer. in Tit. De Societate. In prin.

Plebeia etiam mariti nobilis vidua debet iure *doarij* habitatione frui nobilibus viduis debita, More Andium. Quia vir nobilitat vxorem art. 253. Andeg. Leg. Dempto, quod fauore æqualitatis inter liberos hi pro prima vice ignobiliter ſuccedunt in bona plebeiæ matris, licet nobili viro nuptæ. d. §. 253.

Brienne.

Verbi cauſa, Franciſc. Lucemburgius vxorem duxit N. *de la Marck*, eique donatione propter nuptias cauit, de fundo Briennei Comitatus terna millia libellarum Turonenſ. quotannis præſtatuîri. Defuncto marito, ſuperſtes fœmina iniit ſecũdas nuptias cum Baufremontio toparcha: Mox à liberorum ſuorum tutore Briẽneum Comitatum petiit fruendum in annuos prouẽtus trium millium æris libellarum iure * τῆς ἀντιφερνῆς.

* Doarij.

Si nobili cõiugi, cum vidua erit, habitatio præcipuæ Domus in doarium promiſſa ſit nominatim, ea danda eſt, vt hic in Textu: Niſi Conſuetudo prohibeat, vt Pictonica, in §. 262. At ſi generaliter tantum habitatio vxori Pacto nuptiali adſignata ſit, quancunque ipſa vellet optare, nõ poteſt eligere præcipui Caſtri habitationem Vt Mario, Mẽque dicentibus, iudicatũ eſt Areſto die 26. Januar. an. 1580. pro Georgio *de Vauldray* Dn. *de Sainphale*, & ſororibus intimatis, contra Annam *de Montgommery* matrẽ viduam Dn. *de Sainphale* Bailliui *de Troyes* in Campania.

Nos verò pro tutore in Senatu defendimus, multùm intereſſe vsũfructumne, an reditus prædij Æbutiani maritus vxori, quoad viuet, dari voluerit. Nam illo caſu, fundi ſolida poſſeſſio viduæ attribuitur: Hoc autem, mera hypotheca in adſignationem annui Reditus pecuniarij. Cuiuſmodi adhibetur diſtinctio à Scæuola I.C. in l. fundi Æbutiani. l. patrimonij. ff. De Vſufr. leg. l. 6. l. ſed & ſi quid. l. hactenus. l. defuncta. §. vlt. ff. De Vſufr. Tunc enim fundum, eius rei nomine, quam quis ſuper illum in ſingulos annos reliquerit, pignus fore deſignauit. Vt à Scæuola quoque reſponſum eſt, l. Codicillis. §. inſtituto Ver. fœnerari ſuper eas. ff. De legat. 2. l. liberto Ver. ex quorum reditu. ff. De ann. legat. l. 9. Eod. Viduæ igitur *Doariæ*, cui nummarius Reditus in fundum adſcriptus ſit nuptiali donatione, annuam æris Penſionem ex prædio ſufficere, nec prædij vſumfructum ipſum addicendum. Subdebam his, Lucemburgiæ gentis inclytæ Arcem ditionemque præcipuam filio hæredi minimè auferẽdam, vt in exterum viduæ maritum transferretur, qui ea ſe in Aula iactaret. Cùm autẽ Marius, ediuerſo, viduæ partes in Foro tueretur, CONSCRIPTI CVRIÆ cenſuerunt pleniùs deliberandum. 17. Kalẽd. Iulias an. 1582. in Tribunalitia Senatus decuria. Tandem iudicio damnatus eſt hæres, Briẽnei fundi vſumfructum matri præſtare, quatenùs ille, ſolẽni æſtimatione habita, par foret annuo Reditui penſitando. Decreto pridie Kalend. Quintiles an. 1582. 3.

Appointé au Conſeil en la grand Chambre du Plaidoyé à huis clos. die. 15. Iunij an. 1582.

Areſtum Curiæ Pariſien die vlt. Iunij an. 1582. inter Nic. Brulartum Præſidẽ in 1. Curiæ Inqueſtarum Camera, tutorẽ honorarium liberorum Comitis *de Brienne*, & eorum matrem ſecũdò nuptam Domino *de Baufremont*, *Qu'elle aura l'habitation du Chaſteau de Brienne ſuiuant ſon contract, ores que ce ſoit la principale maiſon, & qu'elle aura 3. mil liures de rẽte de douaire prefix en aſſiette commune de terre par les mains de proche en proche.*

Exin animaduertendnm, quod Bartolus perbellè diſtinxit in cita. l. fundi. ff. De Vſufr. leg. Aut enim dominus proprietatis, qui in annos ſingulos aliquid dat, legat, verba ſua dirigit ad hæredẽ ſuum, quaſi ab eo annuum prouentum tradi velit: Quo caſu, non intelligitur, fundi vſum ac fructũ dediſſe, verùm annuam modò quantitatem ex reditu fundi redigẽdam. Aut verò ad eum, cui datur, ſpondeturvè, ſermo dirigitur, tunc annui nomine vſusfructus fundi tranſit in donatarium: perindèque putat accipiẽdum Labeo Antiſtius, ac ſi fructuaria poſſeſſio Agri relicta eſſet. l. Cùm ita legatũ. ff. De Vſufr. legat. l. ſi quis ita legauit, fructus annuos fundi Corneliani, &c. ff. De Vſufr.

NOSTRATES porrò Andium & Cenomaniæ Reguli quondam, fruendos purè adſignabant coniugibus inſigniores Baronatus, & Caſtellarias ditiones, Dotalitio iure. Penitioribus enim Andium Scriniis teſtatum eſt, andegauenſem & Cenomaniæ Principem Ludouicum. 1. ſibi cõiugio deuinxiſſe Mariam Britonicam, Karoli Bleſenſis filiam, qui Armorici Ducis titulũ præferebat Obſignatis literis Sextili Mẽſ. an. 1360. Quibus idem Literis, fructuarium vxori adſignauit bini Principatus 4.

Ex Inuentario Titulorum *de la Chambre d'Anjou*. Vbi & Rena-

cipatus

cipatus trientem Dotalitio nomine, ex patrio Ritu: illiúſque ergo *Doarij*, prærogauit Caſtrũdulerium Cenomaniæ Baronatum, vnà cũ Arce Oppido, & Caſtellaria Rupiſſuryonæ Pictonum dynaſtia. Ætatum dein interiecti, Ludouicus. 2. Andegauiæ Dux, Dotalitium in vſumfructũ dedit Yolantillæ Tarraconenſi, coniugi Meduanum, Sableyum, Firmitatis Bernardi. Caſtrumdulerium, Mirebellum, Salmurium Baronatus, Cenomanæ & Andium Prouinciæ. Tabulis exaratis poſtridie Nonas Sextiles, & ſeptimo Kalend. Februar. an. 1405. Nam ſacri quidem & inalienabiles erant ambo regiæ Fiduciæ Principatus Andium, & Cenomanorum: ſed in mares Principum ipſorum liberos Fiduciaria lege trãſitorij, cõiugibus itidem fructuaria poſſeſſione cedi potuêre, traſcribíque, Regiis pręſertim auſpiciis. Vt copioſiùs tractatũ eſt noſtro Lib. 2. GALLICI FISCI, Rubr. De Panagij ſucceſſione. Cæteroquin muliebri *Doario* nõ ſubijciũtur, quæ viro purè à Regibus data, erogata ſint. Id quod in viduam pariter hæredis donatarij, qui Regiæ ſimul verbis donationis vocatus erat, pronũtiatum legimus in vetuſtis Curiæ Actis. Decreto *Parlamentari*, ad Pentecoſtes. an. 1271. ita concepto. *Inclytæ recordationis rex Philippus dedit Iohanni de Porta militi, & hæredibus ſuis ex vxore ſua deſponſata Villam de 4. maris. Eidem Iohanni ſucceſſit vnicus hæres Stephanus de Porta miles, filius ſuus de vxore ſua deſponſata, & tenuit d. terram per totum curſum vitæ ſuæ. Ipſo demùm defuncto, nullis liberis ſuperſtitibus de vxore ſua procreatis, dictáque terra in manu Regis capta, relicta ipſius Stephani, in d. terra ſuum Dotalitium repetente: Auditis eius rationibus, & domini Regis defenſionibus, pronuntiatum fuit per ius, quòd d. relicta Dotalitium in terra præd. non haberet, ſed domino Regi quitè & liberè remaneret.* Haud aliter planè, Armoricarum Dux Ianus. 5. Epiſtola aperta profeſſus fuit. 14. Kalend. Martias an. 1424. ſplendidas Pentebriæ gentis clariſſ. Ditiones, quas Fiſco ſuo commiſſas, variis ſigillatim largitus eſſet, minimè ad eorum hæredes tranſlatum iri, & ſi fortè donationum quarũdam verbis hæredes adiicerentur, mares ſolos, nec fœminas vllas Ducali ſuo munere fruituras. Ex Nannetenſi chartarum Armario Britãniæ continentis. Nec abſimilem huic Legem ſcripſit vniuerſæ Galliæ Franciſcus. 1. Princeps noſter Maio Menſe an. ſequimilleſ. 39. Ne regiũ quoduis Munus ad donatarij liberos, hæredeſvè alios protenderetur vſpiam, ſed ab eius ſtatim obitu, in corpus Francici diadematis perpetua vnione referretur.

natus Andeg. Dux aſſignauit Ianæ Lauuall;..coniugi, pro Doario,..partê Andium Pacto nuptiali, die 3. Septemb. an. 1454.

Chaſteau du loir, La Rocheſuryon.

Yolant d'Arragon.

Moyenne la Iuhez Sabl.. La ſerte Bernard, Chaſteaudulcir, Mirobeau, Saumur,

Die 6. Auguſti & 26. Ianuar. an. 1405.

Areſtum in Parlam. Pentecoſtes an. 1271.

De Regiis donis minimè Doario ſubiectis, nec vxori communibus, volue à Nobis tradita Lib. 3. Doman. Franc. Tit. 12. art. 11. & 13. Ac Lib. 2. Pariſ. Mor. Tit. 1. art. 12.

Declaratio Ducis Britãniæ, die. 16. Feb. 1424. *touchant les biens confiſquez de ceux de Blois Cotes de Pontdieuvre.*

Inuentarium Literarũ Nannetenſis Theſauri in Tornella Caſtri Nannetum.

5. SENSIM inde quæritur, an ſi vidua prædij fructuaria deceſſerit Sextili Menſe, eius hęres faciat fructus ſuos toto eo anno colligendos, an pro rata ſaltem ipſius parte anni, qua fuerit in viuis. Neutrum ſanè Romani I. Coss. placuit, ſed fundi reditum nullum ab vſufructuario percipi, niſi ſpica aut fœno cæſo, vua adépta, vindemia coacta, aut excuſſa olea, Itaque fructibus nõdùm per colonos omninò ſublatis Mẽſe Auguſto, tantùm ex iis redibit ad fructuarij hæredes, quantùm die obitus fructuariæ demeſſum ſit, terráque teneri deſierit. Reſpõſo Scæuolæ. l. 58. De Vſufr. Ac Molinei Scholiis in Cãpanos Tricaſſium Mo-

Viduæ doariæ hæres ſuos nõ facit fructus prædij *Doario* obnoxij, niſi tanquam purè fructuarij hæres, nempè collectis iam antea fructibus mortui. Iuxta leg. Defuncta de vſufr. & non ſecundum leg. Diuortio. 7. ſolut. matrim.

Decretũ Parlamenti in profeſto Pentecoſtes ſolenniter recitatũ Die.19 Maii an. 1589 *ſur vn procez des heritiers de la douairiere de la maiſon de Premont en Bourgongne, euoqué au Parlement de Paris.*

res,artic.86.Secundùm quæ, LVTETIANI PATRES iudicarunt: S. Conſulto.14.Calend.Iunias an. 1589. aduerſus hæredes Viduæ fructuariæ nobilis domus *de Premont*, in Burgundio Ducatu: ex quo, Princeps litis cognitionem in Senatum Pariſiorũ trãſtulerat. Item & viduæ fructuariæ nõnunquàm in arctum cogitur donatio propter nuptias ſeu *Doarium*, ne ad bona videlicet reſtitutioni ſubiecta trahatur quatenùs aliúde expleri poſſit. Quod locum obtinet, etiam ſi die ipſa Pacti dotalis haud aliæ marito ſuppeterent facultates, quàm ſubſtitutionum ſerie multis deſtinatæ. Propono ſpeciem facti. Karolus *de Cruſſol* Antoniũ filium teſtamento ſcripſit hęredem ex aſſe, reliquos filios ei gradatim ſubſtituit ima cera, vetuitque hæreditatis quadrãtem vllum ab hęrede retineri. an.1546. Antonius deinde ſibi connubio iunxit Ludouicam *de Clermont*, quo tempore paterna ſola poſſidebat, ſubſtitutis reddunda, ſi quidem liberis orbus è vita excederet. Poſtmodùm aliis opibus alicũde partis, quæ mutua coniugum donatione in ſuperſtitem collatę ſunt, vir obiit, relicta coniuge. Hæc quæſitas defuncto fortunas ſibi arrogat peculiari donatione inter viuos: paterna verò & antiqua patrimonia, dotalitio vſufructu. Quod enim iactitát, res fideicõmiſſas ita demũ Dotalitij lege teneri, ſi aliæ deſint, ex quibus fructuariæ mulieri ſuum tribuatur. (Authent. Res quę Cod. cõmun. de legat.) Id fructuaria interpretãdum aſſerit, metiendúmque ex die ipſa contract[illegible] matrimonij: Vt ſi nullas tùm facultates maritus obtineret, quá alienari prohibitas, tũc eaſdem donatione propter nuptias rectè adprehendat. Indéque nullam ſuperuenientium marito opum habendam rationem eſſe contendit. Nã in iis, quæ nuptiali Conuentione debentur, eius ſolũ celebratæ tẽpus ſpectandum monet Vlpianus. l. Exigere doté. ff. De iudic. Aſt contrà, Iacobus *de Cruſſol* defuncto ſubſtitutus frater, ſe non vtique inficiari, teſtatoris liberis, (potiuſquàm agnatis) licitá eſſe bonorum, quæ reſtitutioni obnoxia ſint, alienationem pro dote, vel donatione propter nuptias. Sed hoc ita, niſi alię iis ſubſint copiæ, ex quibus vxori ſatis cumulatè fiat. Vt notat. in l. Mulier. §. Cũ proponeretur D. Ad. S.C. Trebell. Cùm ergo maritus bona alia ſibi pararit, manente matrimonio, quæ abundè vxorio iuri reſpondeant *Dotalitij*, in eo tẽpus mortis mariti inſpiciendum eſſe, quo deberi cœperit Dotalitium, non autem pacti Coniugij, quo paterna duntaxat maritus detinebat. Quid plura? Sanè ardua quæſtio paribus iudicium ſententiis anceps hæſit in primario Curiæ auditorio. 7. Cal. Sextiles an.1584. At paulò pòſt dirempta eſt aduerſus viduam fructuariam. Decreto Pariſienſi. 7. Idus Septemb. Eod. an.

Teſtamentum *du Viſcomte d'Vzes, en Lãguedoc.*

Trebellianica quarta.

Hæc Authent. (Res quæ ſubiacent reſtitutioni.) deſumpta eſt ex Iuſtiniani Nouella.39. De Reſtitutionibus Cap. 9. Et Nouella. 108. Cap. 1.

Bona ſubſtitutis ſpe debita, poſſunt obligari pro dote, vel doario vxoris deſcẽdentium à teſtatore, non vero collateralium.

Procez party en la grand Chambre du Plaidoyé Die. 16. Iulii an 1584. *Depuis departy* die. 7. Septemb. *Pour le Sieur de Cruſſol Duc d'Vzes.*

A N D I V M inſuper More, fructuarium ius in bona viri abnegatur claræ natalibus mulieri, parentum hęredi præcipuæ: Niſi illud dotali cautione nominatim coniugi pactum ſit ac receptum. art. 300. Quid de nobili puella, viuis parẽtibus, elocata viro, necdum hæreditatis domina. Idem quod ſuprà de hærede primigenia, dicendum opinor apud Cenomanos, vt Andes peræquè. Tametſi enim ciuica illorũ Cõſtitutio, 6.

Doarium Conſuetudinarium in fundis mariti vidua ceſſit vni filiarum pro dote ſua. Sed huiuſce præmortuæ coniunx, legatarius Mobilium & Acqueſtuum, impedit ceſſi Doarii reuerſionem ad ma-

ſtitutio, de primaria tantùm hærede loquatur, excluſa *doario* (§. 314. & ſeqq.) Eius tamen Conſtitutionis interpres Andegaua confinis ſanxit, grandiorē natu filiam, quæ, nulla virili prole, deſignata ſit, ſpeque præſumpta genitorum hæres, eodem iure, cum præſenti in bona ſucceſſore, metiūdam. §. 301. In ver. *heritiere principale, ou preſumptiue de terre.* Leg. de quibus. ff. De legib. Cap. cùm olim De conſuet Cap. ſuper eo De cēſib. Nam optimum eſſe Pedius ait, non propriam verborum ſignificationem ſcrutari, ſed imprimis quid Lex demonſtratum voluerit: deinde qua in præſumptione ſint, qui in quaq; Regione commorantur. l. Cùm de lanionis. §. aſinam molēdinariam. ff. De inſtruc. & inſtrum. leg. Imo Quiritū etiam Iure ipſo, Prouinciali deficiente, ſuppletur hæredis maximæ natu ſenſus ac explicatio. Quùm in ſuis hæredibus continuatio dominij rem eò perducat, vt viuo quoque patre, domini illi quodammodò exiſtimentur, nec poſt eius obitum videantur hæreditatem percipere, ſed magis liberam bonorū adminiſtrationem conſequantur. Paulina leg. xj. ff. De liber. & poſthum. Aſt obiter aduertendum, plebeij ordinis mulierem, quæ militares parētum in fundos ſuccedat ætatis priuilegio, haud propterea, Nobilium ritu puellarum, cōiugali donatione propter nuptias ſūmoueri. Doris enim pēſatrix donatio eiuſmodi, nō tam liberaliter cōfertur, quàm Lege debita agnoſcitur, ſoluitur. Authēt. Dos data Cod. De donat. propt. nupt. Hinc tale dotis augmētum, connubiali cautū Pacto, non egere publica in Acta relatione, (donationū inſtar) cenſuit Senatus, quarto Idus Apriles an. 1598. Itaque ſcriptus Mos Prouinciæ, qui, in primigenias hæredes genere cōſpicuas, derogat Romano Iuri donationū propter nuptias, ad ignobiles produci nō debet, quamuis hæredes primarias feudaliū Beneficiorum. Eandem hanc in ſeriem relego Decurionum Vrbis filias: Quorum Ordini tributam ſparſim à Regibus priſcis Nobilitatem interpretatus eſt Senatus nuper, de perpetua quidem ac hæreditaria Plebeiorum onerū Immunitate, ſed nulla hæreditaria bonorum, liberos inter ipſos, quaſi Nobiles, prærogatiua. Decreto Lutetiano, de paterna Rupellani Ædilis hæreditate: Septimo Idus Septemb. an. 1602. Sicuti antea vrbani Turonū Decurionis in bona ſucceſſionem iudicio diremerat Curia Max. inter hæredes. Annum circiter. 1597.

7. Rectissime viduis mulieribus proſpectum eſt Andegaua, & vicinarum Lege regionum, quæ mariti ſuperſtites parētes dimidij *Doarij* pēſitatione onerarit. §. 303. Andeg. Cōſuet. 317. Cenom. 260. Pictauēſis, 354. Normanicæ. Quod intellige, ſi modò parētes cōnubialibus filij Pactis auctoritatem cōſenſūmque ſuum accōmodarint. cita. §. 303. Cedò, quid de paterna ratihabitione præcedentium filij nuptiarum. Nonne ea retroducetur ad diē initi matrimonij. Minimè verò, quùm præſēs auctor filio eſſe debeat pater, eiuſq; auctoritas ipſimet nuptiarū Actui interponēda. l. Obligari. §. tutor. ff. De auctor. tut. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. Et ibi Bart. ff. De acquir. hered. Idē Bartol. ad l. qui in

trem alioqui hærē-dem fi... ꝛ immobiliū fructuariam. Quaſi ſeruitutis ſeruitus eſſe nequeat. Cōtrarium tamen rei, vndi, pro materno iure reuerſionis ex l. 2. C. De bon. quæ lib. Et vſuſfructui puro fructuarium ius imponi poſſe pro matre l. 1. ff De vſufr. leg. l. Cū eſſent §. 1. ff. De ſeruit. ruſt. præd. Nec talis vſuſfructus patrimonialium filiæ venit legato mariti, tāquam mobilis, aut acqueſtus ſed in dotem datus filiæ in patrimonio computatur, vti pars fundi l. 4. ff De vſufr. l. dotis fructum § ſi vſusfructus l. cum in fūdo ff De iur. dot l. 4. ff. De pact. dotal.

Pariſien Curiæ Areſtum. in 5. Camera Inqueſtar. die. 10. April. 1598. *au rapport de M. Mareſchal.*

Areſtum Curiæ *ſur procez par eſcript*, die 7. Septemb. 1602. Cōfirmans Sententiam Requeſtar. Palatij dictā die. 16. Octob. 1601. ſecūdum Adamum *de la Barre* Cōſiliarium in Magno Cōſil o, eiuſque vxorem Genouefam *Renault*, ac litis conſortes, intimatos. Contra Mariam *Regnault* Yſaaci Paridis coniugem quæ ab ea Sētentia appellarat.

De Ædilitia huiuſmodi Nobilitate, pluribus egi Lib. 3. De Priuil. Ruſtic. (Cap. 9 Famil. Hercilc. art. 3.) Et Volum. 2. Pariſ Leg. Tit. 5. art. 27.

Droict de My douaire.

Art. 103. Ibi. *qui auroiēt donné leur conſentemēt.*

Hoc intellige de ſimplici ratihabitione matrimonii, ſine expreſſa obligatione paterna *aux conuentions matrimoniales de la bruz.*

aliena.ff.Eod.Id quod ſimiliter Conſcripti Curiæ iudicio definierunt,
inter Toparcham *de Vezins*, in Andegauia,& ſororem Dn.*de la Suze*.
Sub annum.1555.Nihil diuerſum de parentibus, qui poſt clandeſtinas
dotales tabulas,ceu * κλεψιγάμους,adſtiterint epulo nuptiali,honoris er-
gô nurui oſculum præbuerint,eíque donato Anulo,gratulati ſint no-
uæ affinitati·Nam haud ideo aſſenſus matrimonio adhibitus, qualem
Statuta ſtricti iuris exigunt, oſtenditur. Decreto Senatoriæ decuriæ,
quæ etiam ſcriptis mandandam parentum voluntatem admonuit. In
Iuridicis Pictonum conuentibus,Tertio Nonas Nouembres an.1579.
Britone,pro defuncti matre appellāte:Nobis,contrà,pro eiuſdem vi-
dua,dicentibus.

* clandeſtinas nuptias.

Areſtum Curiæ magnorum Dierum Pictauenſium die.3. Nouembr.an.1579. pro Anna *Melſandeau* vidua Ioh *Lebreton* appellante à regio Locumtenente *de Chaſtellerault*, Contra Ludouicam *du Pré* viduā filii dictæ *Melſandeau* intimatam.

QVA in Actione forenſi,diſſerebamus ex Iulio Paulo, nil intereſſe 8.
in ſponſalibus, vtrùm teſtatio interponatur,an aliquis ſine literarum
cōſignatione ſpondeat.l.In ſponſalibus.ff. De ſponſalib. Diocletian.
in l.Neque ſine nuptiis Cod.De nupt.Nuptiales quidē tabulas à priſ-
cis mortalibus confici ſolitas identidem:Ex Tertulliani Lib.De Pudi-
citia,D.Auguſtini lib.11.De morib. Manichęor.Cum Iuuenalis Saty-
ra.11.At nō idcircò tabulas facere matrimoniū,ait Papinianus l.Dona-
tiones in concubinam.ff.De donat.Tacitum item conſenſum expreſ-
ſo adæquari, nec quicquam referre,verbonè,an facto animi noſtri ſē-
tētiam explicemus.l.2.§.voluntatem D.ſolut.matrim.l.qui patitur D.
Mād.Can.1.Diſtinct.43.l.Paulus D.Rem rat.hab. Accedat his menſæ
nuptialis accubitus,ſolennéque nubētium conuiuiū, cui præſtò fuerit
mater:quæ & hanc feſto cōnubio indicant explauſiſſe.Quinimò Per-
ſæ veteres frequenti cōuiuio,velut apud Hoſpitales Deos,fœdera ini-
bāt & pacta,eam fidem ſocialem rati,manſuræq; pacis pignus inuio-
labile.Eòdem conferebam Annulū illū,pronubū, quem ſocrus nurui
dono dediſſet,ſymbolū amicitiæ, & connubialis fœderis arrhabonē
priſcis hominibus vſurpatū.Vt inquit Tertullian.in Apologet.aduerſ.
gent.Cap.6.Et Nicolaus.P.P.ad cōſulta Bulgarorum Can. Noſtrates
Can.fœminæ Cauſa.30.Quæſt.5.Gregorius in Can.ſi quis vxorem.27.
Quæſt.2.Tanta quōdam fuit Anulorum vis, publicáque in rebus ge-
rendis efficacia,vt Legatis ad exteras gētes ituris anulus publicè dare-
tur:quo exterorum honoratiſſimi agnoſcerentur.Plinio teſte, Natur.
Hiſt.Lib.37.Tradit quoque M.Tullius,Romanos Imperatores, ſupe-
ratis hoſtibus,optimè geſta Repub.Scribas ſuos aureis annulis in cō-
cione donaſſe.In.5.Verr.Romæ itidem,anulorum aureorum iure do-
nati cōſequebantur ingenuitatem.Sed ne externa nos morentur exē-
pla,domeſtici Franciæ Annales produnt, Childericum Galliæ regem
coniuratione Procerum ſibi longa fuga conſulere coactum, duas in
partes aureum Anulū diuiſiſſe,alteram ſibi retinuiſſe, alteram amico
tribuiſſe Vidomaro:cum occultis mādatis,vt nulli nuntio fides habe-
retur,niſi qui partem anuli deferret,id documentum, ne capi fraude
aduerſæ factionis poſſet,futurum.Itaque aliquantò pòſt, Vidomarus
cum parte anuli miſit nuncium recōciliati Pop.in Turingiam ad Chil-
dericum.

Satyricus verſus, Signatæ tabulæ : dictū fœliciter Ingens Cæna ſedet. gremio iacuit noua nupta mariti.

Aurum nulla mulier norat,præterquàm vnico digito, quem ſponſus oppigneraſſet pronubo annulo.

dericum. Qui ſubinde à maxima ſuorũ parte ſecundiſſimis animis receptus eſt, Ægidiúmque Regni æmulũ fudit fugauitque. Vt P. Æmilius memorat in Francic. Hiſt. Verùm ne extra propoſitam litis ſpeciem vagemur latiùs, CVRIÆ CONSCRIPTOS nil mouit Anuli porrectio, tacitáque alia id genus probati matrimonij indicia, ab obligatorium *Doarij* onus parenti imponendum: Quod non niſi expromptæ voluntatis teſtationibus conſtituitur. Bald. in cita. l. 2. §. ſi voluntatem D. ſolut. matrim. l. Inuitũ. ff. De ſeruit. vrban. præd. l. filiusfamil. §. inuitum. ff. De procurat. Eapropter, conſimili dehinc ex ſpecie litis, Senatus, præmortui matrem coniugis abſoluit petito à nuru Dotalitio patria Lege ſtatuto: quòd dotalibus Pactis nõ interceſſiſſet illa, cõnubio licet tacitum conſenſum poſteriùs accommodaſſet. Decreto, in ſolenni cauſarum Actione Pictauenſium, Iulij Luce. 6. an. 1599. ſecundùm Franciſcam Dogeriam, quæ ab Andium Suppræfecto Curiam prouocarat: Victa Anna Mairea, Iacobi Maſlei vidua muliere. Quinctiam clãdeſtinum nuptiale, cum concubitu, Pactum exoſa Curia, interdixit nouiſſimè Põtificio Magiſtratui Cenomanorum, ne citationes vllas poſtmodùm admitteret IN CAVSA MATRIMONII INITI ET CONSVMMATI. Quò publici nimirùm ſolenneſque Ritus Eccleſiæ, Coniugiũ, velut auſpice DEO, præirent ex ſanctiori bus Chriſtianorum Patrum Inſtitutis. S. Cõſulto facto. xj. Kalend. Februar. an. 1604. Poſt forenſem patronorum Orationem, Daguei, pro appellante: & Auguſtini filij mei, pro aduerſa parte. Iuxta Apoſtolicum Euariſti, ad Epiſcopos Africæ, canonem Aliter Cauſ. 30. Quæſt. 5. Cùm Synodicis Laterani Decretis an. 1215. Cap. Cùm inhibitio De clãdeſt. deſponſat.

In onere reali imponendo tacitus conſenſus, ex præſentia, taciturnitate, & patientia, non ſufficit, ſed expreſſo conſenſu eſt opus.

Placitum Curiæ, *en plaidant du roolle de Poictou*, die. 6. Iulii 1599. in reformanda Sententia *du Lieutenant d'Angiers*, Bignonio, appellantis Franciſ. *Dogier* cauſidico: & Ærodio Annæ *le Maire vefue de Iacq. Lemaſle intimée.*

Senatus Areſtum die 22. Ianuar. an. 1604. inter Petrum *Leblay* & Franciſcam *del'hõmeau* vxorem prouocãtes ex abuſu ab Officiali Cenomano: & Renatam *Buon*, intimatam.

7. ENIMVERÒ, vt ad rem redeam, ſi mater ſubdolè filij nuptiis adeſſe recuſarit, ne *Dotalitij* lege obligaretur, ſed filio ſeorſùm agros dederit fauore talium nuptiarum, haud eò minùs legitimo *Doarij* vinculo obſtringetur: quùm in mores præſertim conditionémque nurus, parentumvè ipſius, nil cauſificari poſſit. Vtputà, apud Lauallũ Cenomaniæ oppidũ, Claudia *Piuert* mater Ioh. *Rabier* intereſſe noluit filij matrimonio, remotíſq; arbitris, emiſit hãc cõtrariæ volũtatis conteſtationẽ, ſe nurus Dotalitio nõ teneri. Mox ſecretò in filium donatione cõtulit prædiolum ex cauſa eiuſdem matrimonij. Præmortuo dein filio quũ nurus ſocrum iudicio cõueniſſet, hæc negauit, *doarij* titulo quicquã ſe illi debere, aut velle diſſoluere. Vt Comici dicterio, omnes ſocrus ferè oderũt nurus. Actrici verò, fundi donationem in filium, velut rati gratique connubij indicem, obiicienti, Rea viciſſim oppoſuit Principale Reſcriptum integri reſtitutoriũ aduerſus eam liberalitatem, quaſi filij inſidiis, doloque extortam à matre. Hoc demùm prætextu, Iudex Lauallus ſocrũ nurus petitione abſoluit: ſed Curia Pariſiorum ex appellatione cognoſcẽs, ſocrum, iuſti *Doarij* ſemiſſem nurui appendere dãnauit. Iudicato, in 2. Claſſe Inquiſitionum Curiæ lato. 5. Idus Februar.

Quò caſu mater filij nuptialibus chartis non ſubſcribens, nec expreſsè cõſentiens, teneatur de nurus doario Conſuetudinario.

Terent. Hecyra.

Areſtum Curiæ in 2. Camera Inqueſtarum die. 9. Februar.

an.1585. touchant le Mydouaire en la Couſtume du Maine.

an.1585.pro Fráciſco *Sauquet* nurus marito ſecúdo,qui à Lauallo magiſtratu Senatum prouocarat.Roberto *de Gouſſangourt*,regio ibidē Conſiliario,litem appellatoriam collegis ſuis enarrante.

Doarium,pretiū virginitatis in Puella, pudicitię,in Vidua.

Iudicatum Curię ſolenniter prolatū ab Harlevo Præſide die. 14. Auguſti an. 1579.

Doüaire prefix en rente, ou deniers, ſe prent ſur la part du mary ſans aucune cõfuſion de la communauté, & hors part. art.260.Pariſien.Cõſuet.

Placitū Curiæ die. 6. Maii an.1567 *ſur l'appel du Lieutenant de Saumur.*

HOC ampliùs, controuerſum fuit in Curia Pariſien. an dimidiati *Doarij* onus,quod parentibus incūbit,producatur ad Quæſtus vtriuſque parentis,contractum à filio coniugium ſubſequentes.Parentibus quidē ſuffragabatur Iuris axioma in leuiorem cauſam accipi fideiuſſorem,quàm reum,poſſe.l.Græcè.§.illud l.Hi qui. ff. De fideiuſſ. Ob idque celebri S.C.deciſum poſtridie Idus Sextiles an.1579. expromiſſorem númarij,mobiliſque *Doarij*,hoc nomine liberari, quòd vidua mulier,ſoluto matrimonio,bonis ſe communibus miſcuiſſet:Salua huic in coniugis hæredes petitione mediæ partis Dotalitij,quæ cóiugali bonorū communione neutiquàm confuſa & extincta videatur. Rurſus præſenti Pacto futura minimè continentur, de quibus nec actū,nec cogitatum.l.ſi à colono l.ſtipulationes commodiſſimum. ff. De verb.oblig.l.Qui cum tutoribus. ff. De Tranſact.Nihilò ſeciùs placuit ORDINI AMPLISSIMO,quæſita parentibus poſt celebratum à filio connubium,nurus dotalitio obligari.S.Conſulto pridie Nonas Maias an.1567.ad prouocationem à Regio Salmuri Andium Iuridico.Litigatoribus Herueo *de Juglet* marito Franciſcæ *Fouſcher*, Renato *Mango*, qui Vilhelmi Fouloni hæres erat vxorio iure,Et vidua muliere. d. Fouloni,quę iudicio victrix euaſit. Quàm verò religioſe à Senatu decretum ſit,patet,his Andeg.Conſuet.verbis, *C'eſt aſſauoir la moitié du tiers,de ce qui fuſt eſcheu à ſond.mary par leur treſpas.* Vnde totius partis hæreditariæ mariti in bonis parentum, ſi iis ſuperuixiſſet,trientem ferat vidua neceſſe eſt, nec patrimonij ſolùm, ſed & quæſtuum parentis vtriúſque. Verùm vt debita vectigalia,prędiorumque onera extenuát ipſo iure *Doarium* poſt hæc conſtitutum:Ita ratio depoſcit,onera fundorum emptione anteriora,tantùm è muliebri vſufructu, quantùm è proprietate ipſorum,decerpere.Nec enim bona noſtra intelliguntur, niſi quæ,deducto ære alieno,ſuperſint.l.ſubſignatum. §. bona. ff. De verb.ſignif.l.ſucceſſores Cod.Ad Leg.Falcid.l.Si vniuerſę Cod.De legat.Nam licet nomina,ac debita in rem, quæ *Doarij* pollicitationem ſequuntur, ei necquicquàm officiant,aut detrahant:id tamē iuſta interpretatione recipiendum in iis *Doario* obnoxiis facultatibus, quas túm obligatus poſſideret,nó quas poſtea adeptus eſſet. Noua quippe alienatio cúm ſit, rei dominium cum ſua cauſa transfertur ad nouos poſſeſſores.l.Alienatio. ff. De cótrah.empt.Si tamen annua æris Vectigalia,quæ maritus antea deberet,luantur ſtante cóiugio,tunc eatenùs augetur prædiaria vxoris * ἀντίφερνα,quatenùs illo poſſeſſionum onere liberata ſint patrimonia viri.Sed hoc quoq; caſu,nulla mulieri ſupereſt dimidiæ ſortis redemptorum Vectigalium códictio ex Lege Municipali.Vt prudenter Neuſtriæ Moribus cautū fuit,art.381.Poſtremò vidua mulier, ſi pro ſocia gerat fortunarum cum marito cõmunium,

Art.303.huius Conſuet.

Onera realia Doariū precedentia,minuūt illud ipſo iure. art. 242.Melodunē. Cõſuet.163.Senonen.4. Niuernenſ. In Tit. *Des Douaires.* Idem infertur ex §.317.Andeg.Leg.

* doarium.

Ex eadem re duplex lucrum mulier conſequi non debet.

8.

ære alieno tenetur ſocietatis ex parte dimidia, quodcũque vir, manẽte eo matrimonio, conflauerit. §. 319. Andeg. Conſuet.

Cõſuet art. 319. Ver. *Tonteſ-fois ſi apres le decez de ſon mary, icelle femme n'auoit renoncé à meubles & acqueſts cõmuns, faudroit qu'elle payaſt ſa part d'icelles debtes, &c.*

9. Si paterfamil. bona inter liberos diuiſerit, vno ex his præmoriente, dubium, eſt eiuſnè vidua, patre viuo, rectè petat fructuarium triẽtem portionis mariti, quæ paterno familię herciſcundæ Arbitrio ipſi obtigerat. Contendit enim hæc, ius ſibi ex bonorum partitione quæſitum Legitimo vſufructu: vt coniugi, rerum dominio. Etſi igitur humanis erepto iſto, bona ad patrem redierint iure proprietatis, non vtique rediit vſusfructus, qui ad viuam filij viduam pertineat. E contrariò ſocer, ſupremi iudicij diuiſionem illam, qua in liberos vſus ſit, à pura donatione multùm diſcrepare: ſed præmaturo filiorum obitu, vel pœnitẽtia quidem ſola parẽtis reuocari. l. ſi filia nupta. §. ſi pater D. famil herciſc. l. vlt. Cod. Eod. inſtar cuiuſdã donationis cauſa mortis, quæ perfecta nõ videtur, antequàm mors donatoris, ſuperſtite donatario, inſequatur. l. 32. ππ. De donat. cauſ. mort. Proin ſi cui donatũ eſt, fato præuentus ſit, nemo dubitat, in rem actionem ei competere, velut domino plenæ iuſtæque proprietatis. l. Si mortis cauſa. §. vlt. ππ. De donat. cauſ. mort. Tales quippe donationes legatis comparantur, & quodcũque in legatis iuris eſt, id in mortis cauſa donationibus erit accipiẽdũ. l. Illud generaliter. ππ. De ponat. cauſ. mor. Eapropter cenſeo, nurum, cuius cum filio nuptiis ſocer conſenſerit, ſpirãte iſto, nil aliud, quàm fructuarium partis hæreditariæ mariti ſextantem lege condicere.

Portiones futuræ hæreditatis à patre inter liberos diuiſæ redeunt ad patrem liberis ſuperſtitem abſque onere Doarij viduæ filij.

At ſi filius patri præmortuus reliquerit liberos, paterna diuiſio ipſo iure nõ rumpitur, nec [illegible] quẽter maternum Doarium, quod ex portione diuiſa [illegible] Niſi pater & liberi cẽſentur pacisci & cõſulere proli ex iis deſcendenti. l. taie. §. vlt. D. de pact.

10. Alio loco habenda eſt paterna in filium nobilem donatio, tanquam præcipuum hæredem nuptialibus tabulis nuncupatum. Licet enim cui donatũ ſit, nuſquam patris hæres extiterit, eòque inefficax & inanis abeat donatio: eius tamẽ effectus minimè deſinit in vidua filij, cui triens rerum donatarũ vſufructu quæſitus ſit. Ex Iuris rationibus à me alibi congeſtis Lib. 3. DOMANII Gallici (Tit. 12. artic. 14.) Nec diuerſum in patre, qui filium hæredem primarium ſimpliciter profeſſus ſit eiuſdem connubialibus Pactis. Hæc quippe paterna profeſſio continet tacitam ab illo alienandi interdictionem, quæ filio hæredi ſint aliquando obuentura. §. 245. Andeg. Conſuet. Ac tametſi hæredis conditione hac vaneſcente, paterna etiam hæredis agnitio intercidat: Dotalitius certè manet vſusfructus viduæ filij, in eas paterni Aſſis hæreditarij vncias, quas filius à patre agnitus hæres, ſi vixiſſet diutius, ſibi ſũpſiſſet. Ob idque nurus, iure mariti, à ſocero alienata reuocabit: niſi ei pro ſuo modulo fructuaria bona aliunde ſupplcãtur. d. §. 245. Quali tamen ex controuerſia, interlocutus eſt nuper Senatus, publica ciuici Iuris peritorum fide inquirẽdum de vſu Pictonici Moris ſcripti: inter viduam coniugem, & hæredes Dn. *de Villequier.* an. 1600. Diſſimilis verò cauſa eſt hypothecarum, & creditorum filij, quorum cautionibus ſi parentes nõ ſubſcripſerint, res ipſorum ære illo alieno minimè onerantur Quòd ſi nuptiali pariter filij Conuentioni adſtrictus nõ ſit pater, nudumque matrimonio cõſenſum præbuerit, lege quidem tenetur dimidiatim in nurum *Doarij*, ſed reſiduum vxori dare poſtea non

Ceſſante qualitate hæredis, qua filio vxorem ducenti donatum eſt à patre, qui filio ſuperſtes poſtea factus ſit, non ideo ceſſat effectus donationis, quoad doariam filij coniugem.

Filia nobilis hæres præcipua patris, matriſvè, aut agnatorũ excluditur à petitione Doarii Conſuetudinarii, niſi pacto matrimonii reſeruatum ſit. Andeg. Conſuet. §. 300. At ſi filia tempore contracti matrimonii non eſſet hæres præcipua, ſed deinde fratris obitu facta ſit hæres eiuſmodi, non ideo priuatur iure doarii ſemel ei parto per cõſummationem nuptiarum Nam Textus Conſuet. loqui videtur de hærede præcipua tempore nuptiarum. In ver. *au temps de ſes nopces.*

Mydoüaire.

prohibetur,quantum plurimum More patrio conceſſum ſit inter virum & vxorem. Vnde nurus,defuncto etiam poſt maritú ſocero,fruetur tantùm *Semidoario* , & ſocrum à viro donata poſſidere neceſſariò ſinet.Ratio in procinctu,quòd vxoriũ ius *Dotalitij* ad eam ſolùm paternæ hæreditatis portioné pertineat, quæ filio ſucceſſori legibus deſtinetur. Cuiuſmodi ſpes futurę hæreditatis non aufert interim patri liberam ſuis de rebus ſtatuendi poteſtatem:niſi arctiore dotalium Pactorum filij vinculo obligaretur.

Vſusfructus Legalis acquiſitionum communium, qui ſuperſtiti coniugi competit,non minuit Doarium viduæ filij, cuius Pactis matrimonialibus Parentes ſe obſtrinxerint.

His conſequenter,Septitia litem hanc in ſocrum agitauit. Coniu- 11.
ges in filij matrimonio nurui pollicétur *Dotalitium*,quale Ritus patrij nuptę dictabát.Pater vita deceſſit,ſoſpite filio,ac filij matre,quę rebus in commune partis (hoc eſt,omnibus bonis)vtitur ac fruitur ex præſcripto Andeg.Conſuet.§.283.Inde,ſublato viuis filio coniuge,vidua popoſcit à ſocru bonorum partem tertiam, quoad vixerit, fruendam titulo donationis propter nuptias. Socrus tùm nurui obtulit ſextantem hæreditariæ portionis filij in ſuam ipſius, maternáque hæreditaté:quæ,ſi is vita ſuperaſſet,ad eum perueniſſet.Ex paternæ autem hæreditatis parte negat quicquam ad nurum ſpectare,quádiu mater ipſa ſpirarit.Se filij quidem nuptiis ſubſcripſiſſe,iuxta ciuiles Ritus & Inſtituta loci:At nó propterea futuro iure ſuo ceſſiſſe fructuario, quod ſuperſtiti coniugi in Acquiſitis communibus Lege deferretur.cit.§.283. Atque vt maternum Dotalitiũ tempore,iuréque potius eſt, quàm viduæ filij vſusfructus eiuſmodi.(§.308.Andeg.Cóſuet.) Ita quoq; fructuaria Quæſtuũ ſoli poſſeſſio, quæ matri lege attribuitur, prærogatam cauſam habet,nurúſque vſufructu antiquioré: Vi quadam rerum exitum ad ſua primordia reflectéte.Africani l.Qui balneum ex Calendis proximis códuxerat.D.Qui potior.in pign. Adde, quòd vſus fructúſque vſumfructũ,vtì ſeruitutis ſeruitutem, non eſſe innuit Paulus I.C.l.Nec vſus De Vſufr.leg.Replicatur à nuru,idem iuris tota de re, quod de eius parte,ſtatuédum.l.ſi quis cùm totum. ╥. De except. rei iudic.Atqui ſi maritus ante patrem obiiſſet,haud dubiè in ſoceri bona *Semidoario* potita eſſet,nequicquàm repugnáte ſocru. Ergo pari ratione,ſocero priùs defúcto, ſolidum in res ſoceri vſumfructum cóſequi debet.Socrũ item nuptialibus filij Pactis calculos purè adieciſſe,nullo ſibi cauto iure, ac recepto.Eam itaque,vſusfructus quæſitorum obtétu,dotalis Cóuentionis fidem fallere non debere.Nec procul hinc diſtat vetus illa filiæ cũ matre cótrouerſia,de qua Paulus I.C.reſponſum edidit ex facto in cóſultationé ita collato.Priſcillianus,cùm eſſet vxoris ſuæ Honoratæ debitor ſub pignore,ſiue hypotheca prædiorũ , eadem prædia cũ vxore ſua cómunis filiæ nomine Thermo marito eius futuro conceſſit in dotem.Poſtea defúcto Priſcilliano, filia abſtinuit hæreditate paterna.Quęrebatur,matri necne eius hypothecam perſequi liceret.Paulus reſpondit,pignoris obligationem fundorum Honoratam,quæ viro pro filia in dotem ea danti conſenſerit, cùm communis filiæ nomine darétur,remiſiſſe videri.l.11. D. Quib.mod. pign.

Caſualis cōditionis euentus retrotrahitur ad diem contractus conditionalis.

Mydoüaire.

Quò

Quò itidem reſpexit Vlpianus l. ſiue vxor. In ver. vxor paſſa eſt, cum pro communi filia in dotem dare. ꝟ. De donat. int. vir. Subde, quòd mater, quæ connubialibus filij tabulis ſubſcripſit, vnà cum patre, videtur de ſuo iure deceſſiſſe vel hypothecario vel fructuario, communis fauore gnatæ, quæ viro deſponderetur. l. etiam conſtante Cod. Ad S. C. Velleyan. l. creditor §. ſi tecum D. qui potior. in pign. Multò igitur firmiùs hæc obtinent in Gallicis Municipiis Morum ciuilium: quei, nobilem in filiam confertur dos ex communi parentis vtriuſque ſubſtantia: Secus ac Romana Cęſſ. Lege, Neque mater pro filia dotem dare cogitur Cod. De iur. dot. Ad extremum, vt ſolida & indiuidua debentur alimenta, ſic *Doariæ* vſusfructus, qui alimentis æquiparatur, eſt ſolido iure penſitandus. Vlpiani l. 3. Verſ. ne à ſingulis hæredibus minutatim alimenta petentes diſtribuantur. ꝟ. De alim. & cibar. Legat. L. Cùm hi. §. in cauſa. ꝟ. De tranſact. Huc recidit Andium Mos, & Nouioduni ad Ligerim amnem, de fructuario bonorum triente ex vno corpore patrimonij viduis integrè præſtando. §. 307. Andeg. 14. Niuern. Conſuet. Tit. De dotalitiis. Veluti & quotæ bonorum legatarius neceſſe non habet, ſingulis in rebus vindicare portionem. l. Poteſt hęres. ꝟ. de legat. 1. l. poſſeſſionum diuiſiones Cod. commun. vtriuſque iudic. Quamobrem iuſtiùs puto dici, nurum pleno *Doarij* iure in bona demortui ſoceri, fruituram. Vnde hoc pariter Dotalitij nomine, venit habitatio viduæ mulieris natalibus conſpicuæ, art. 309. Andegauæ, *322*. Cenomanæ Leg. Quod exteris necnon populis vſitatum olim, ſubnotat Naſonis epigramma.

Verſ. nequè pàtet dè bonis vxoris ſuæ inuitæ vllam dandi hàbet facultatem.

Si le douaire eſt aſſigné ſur pluſieurs choſes, il ſe doit prendre ſur vne ſeule choſe entiere, & ſi elle n'eſt ſuffiſante, de prochain en prochain.

Sed etſi nobilis vidua habeat tantum conuentionale & præfixum Doarium nummarij Reditus annui, nec Conſuetudinarium, danda ei eſt habitatio quædam fructuaria. Quia conuētionale illud Cōſuetudinario ſubrogatū, eodem iure cenſetur, ac leuius etiam Conſuetudinario apud hæredes viri exiſtimatur.

Per totidem Menſes à funere coniugis, vxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Nec puto, mulieri huic fructuariam Ædium poſſeſſionem, ab ſecundis Nuptiis, adimendam. Nam quod ait Lex eadem, plebeias mulieres, repetitis nuptiis, ſtatim habitatione ſibi relicta excidere, ſubindicat, aliud de nobilis mulieris domicilio Ius vſurpandum. cita. §. 309. Ex vulgata Pauli Leg. Cùm Prætor vnum ex pluribus iudicare vetat. ꝟ. De iudic. Aſt ſi generoſa iſthæc mulier nouo in coniugio prolem ſuſceperit, aliáſve incommodiùs cum prioris thori liberis eorúmque tutore commoretur in paterna ipſorum Domo, Æquum fuerit, illam, cum ſecundo viro, alia oblata habitatione, à pupillari abſcedere: Vt Senatorio iudicio deciſum, ſuprà oſtendimus. Ac ignobilis vtique vidua, defuncti Ædes incolere ſinitur vulgò, quoad diuiſim ipſi, ſeparatímque fruenda dentur prædia Dotalitio iure. Præd. §. 309. & Armoricæ Conſuetud. art. 434. Secundum quem, à Rhedonenſi Britanniæ Senatu pronuntiatum legitur. 4. Kalend. Nouemb. ann. 1565. apud Natalem Failhium in ſuis Decretorum Armoricæ Curię Collectaneis. Cæteroquin communi ferè Gentium Iure, vidua mulier præſtat in domo mariti, continuámque eam domicilij ſedem retinet priuato arbitrio, dotis ſuæ nomine. Vt ait Hippolitus Marſil. in Repetit. Leg. vn.

In Marginali Annotat. art. 2. ſuprà hoc Titulo.

Parlamenti *de Rennes* Areſtū die 29. Octob. 1565.

Cod. De raptor. virg. Baldus ad l. ſi cui Cod. De non muner. pecun. Et ad l. cùm tibi Cod. Qui potior. in pign.

ADMONENDI item ſumus, *Doario* ſubeſſe non ea ſola, quæ, viuo 12
filio, ſed quæ, abſumpto pariter morte eo, parentes coëmerint. Nempe vt vidua filij, huius parentibus dehinc vita functis, vſum ac fructum percipiat abs quolibet iſtorum bonorum genere. Duriuſculum id quidem initio forſitan, binæ fictionis coniunctionem in *Statutis* vſurpari, nec ea modò parentum bona, quæ tempore deceſſus filij extiterint, ipſius viduæ *Doarium* perferre, quaſi in ea tùm filius patri ſucceſſerit, verùm & poſteriùs acquiſita, quorum intuitu continuata defuncti filij vita effingi vix poſſit. Hinc Normanicis etiam Moribus, filij vidua mulier nullum habet ius bonis vtendi ac fruendi, quæ parentes filij poſt eius interitum ſibi compararint. §. 354. In Andibus tamen, viduæ filij vſusfructus vnica Legis fictione trahitur ſimul ad quæſita, moriente filio, & ad quærenda à parentibus ad vltimam vſque vitæ ipſorum periodum. Vt patriæ Conſuet. formula iſthîc adſcripta perhibetur. Artic. 303. Spectato igitur obitus die parentum, quæ interea cunque ab iis parta ſint, nurus *Doario* ſubiiciuntur. Cui nec inſulsè Africani I. C. dictum aptaueris, in mortis cauſa donationibus, ſeu quæ mortis tractu ſuſpenduntur, haud tempus donationis, ſed mortis inſpiciendum, an quis capere potuerit. l. in mortis. ff. De donat. cauſ. mort. Propria autem mariti prędia, non quæ ſimul cum vxore cōparata ſint, muliebri * Ypobolo onerantur. Vt diſertè ſatis noſtrate Andium Lege indicatur. §. 299. 300. 302. 304. 305. & 306. Proin vidua licet coniux abſtineat conſortio bonorum cum viro communium, ex iiſdem dotalitio non fruetur Moribus conſtituto, ſed Pactitio duntaxat: Cui nempè conuento, mariti res omnes, quas habeat habiturusvè ſit, dotalibus Tabulis oppignerentur.

> Duo ſpecialia ſeu duæ fictiones in Statutis an concurrant, abundè diximus ſupra lib. 2.
>
> Artic. 354. Norman. Conſ. Ibi, *Et ne pourra auoir douaire ſur les biens que le pere, la mere, ou ayeul auroient acquis, ou qui leur ſeroient eſcheus depuis le decés du mary.*
>
> And. Leg. §. 303. verſ. *C'eſt* [illegible] *la moitié du tiers de ce qui s'eſt eſcheu à* [illegible] *par* [illegible]*, & apres le deceз de* [illegible] *pere, & mere, ayeul, & ayeule, elle aura tout ſon douaire entier, &c.*
>
> * Doario.
> Art. 299. verſ. *Des heritages & choſes immeubles dont ſondit mary eſtoit ſeigneur au temps de ſon mariage.*
>
> Art. 300. *la tierce partie de l'heritage de ſondit mary, &c.*

RVRSVS ex facto agitatum memini, veniant necne in donationem 13
propter nuptias bona à marito ante eas inutiliter diſtracta, ſed quorum venditionem poſtmodùm is clam vxore, tranſacto litigio, confirmarit. Exempli gratia, Aufidius priuſquàm adoleuiſſet, prædium alienauit: maior factus, & accepta coniuge, petiit integri reſtitutionem aduerſus eum contractum. Inde Forenſis moræ pertæſus, rem compoſuit, ac modico æris ſupplemento ratam habuit venditionem. Eo poſtea diem obeunte, tractatum eſt, nûm quid, & quatenus in fundi emptorem, venditoris vidua fructuaria vindicaret. A partibus emptoris ſtabat venditio, ab homine libero & cœlibe contracta: quam etſi reſcindi cōiunx factus poſtularit, haud ideo decidere de lite ſolus prohibitus ſit, ac ſynceram fidem controuerſi negotij tranſactione agnoſcere. Hæc proinde tranſactio ad diem liberæ ſolutæque venditionis retrorſum flecti videtur ac referri: quaſi illa nouum poſſeſſionis ius cauſámque aduerſario non præbeat. l. ſi pro fundo Cod. De Tranſact. Nihilo minus reor, veritati locum ſupereſſe, ac fundum ipſum, licet die matrimonij iam diſtractum, aut actionem ſaltem venditionis reſciſſoriam, in mulie-

> Propria mariti vendita ante matrimonium quorum reſciſſioni, pendente matrimonio, is renunciauit, aliquo accepto, An veniát in vxoris Doariũ. quaſi fuerint in bonis viri tēpore matrimonij.

muliebre *Doarium* incidere. Nam ius fundi reuocatorium in ea, qua fundus, conditione habetur, perindéque agenti profectitium, patrimoniale, gentilitium. Re quippe excluſus nemo creditur, quem Prætor in integrum ſe reſtituturum pollicetur. l. Nemo. ff. De in integ. reſtit. Ad hæc, reſtitutio, integra eſt priorem in ſtatum, gradúmque reductio. l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. ff. De minor. 25. ann. Et ibi Bart. l. 1. & 2. Vbi D.D. Cod. Si aduerſ. tranſact. Exin res vendita ac recuperata, manet apud venditorem reſtitutum, eodem, quo antea, loco, ſtatu, & qualitate. Vti eruditè Tiraquellus, In Retractu lineari. §. 32. Glo. 1. Num. 70. Quorſum hæc? Vt ediſcamus, talem actionem integri reſtitutoriam vxorium auxiſſe *Dotalitium*, ſiquidem principio irritam venditionem fuiſſe conſtaret. Putà, quùm & minor annis, & vili pretio fundum abalienaſſet, vxori dein alligatus, litem alienatorum reuocatoriam, grandi recepto ære, compoſuiſſet. Aliàs enim *Doaria* etiam ſola talem exercuiſſet actionem dominicam: quùm vel abſque mandato rem vindicent Fructuarij, vt ſuum ex ea re fructum percipiant. l. ſi cuius. §. 1. ff. De Vſufr. Quod & Nos antea Lib. 2. planius excuſſimus.

Actio reſciſſoria cōputatur in eodē bonorum genere, quo fundus, de cuius reſciſſione agitur. Argum. l. Si ad reſoluēdam C. De præd min.

At ſupradicta non procedunt in ambigua, & ancipiti reſciſſoriæ actionis controuerſia, quæ ex æquo & bono maritis interdici non debet: Quibus rei quoque vxoriæ arbitrium, tutela, & adminiſtratio libera Moribus demandatur. Maſuer. in §. Item maritus Tit. De dote & matrim. Alberic. ad l. Maritus Cod. De procur. Rurſus, econtrariò, ſi die initi coniugij, opum ſumma viri nummariis conſtet Vectigalibus hypothecariis, fundorumvè Emptionibus pigneratitiis, Quæritur, muliebre necne in bona illius Dotalitium legitimum perimatur omnino neceſſaria poſteriori talium pignorum luitione. Notum eſt quidem, ſoluta illa hypothecæ Fiducia ſeu Antichreſi, fructuarium in eandem ius, à creditore marito interea condictum vxori, vaneſcere. Leg. 1. Cod. Si pign. pig. dat. ſit l. grege §. 2. ff. De pignor.

Doarium Conſuetudinarium, à viro adſignatum, in bonis tū habente hypothecarios duntaxat Reditus pecunia conſtitutos, ou achapts pignoratifs, & par engagements de terres.

Aſt quæ ſemel nuptialibus tabulis cauta fuit pro Ritu patrio nominatim * ἀντίφερνα ex bonis viri, vt aſſolet, ab huiuſce hæredibus præſtanda eſt, ſupplendavè pro modulo fortunarum, quas ille dotalis Pacti tempore poſſederit. Quippè quùm immobili de re, quacunque fruatur maritus, die nuptiarum, Moribus ſuum coniugi adſignetur Ypobolon ſeu *Doarium*: Cui nec alienatio ſequens à marito contracta obeſſe poteſt. §. 299. & 306. Andegau. Conſuetudin.

** Doarium.*

Art. 299. verſ. ha droict d'auoir la tierce partie en douaire ſa vie durāt des heritages & choſes immeubles, dont ſond mary eſtoit ſeigneur au temps de ſon mariage.

Atquin volatiles Reditus annui, ſeu hypothecarij, rebus ſoli accenſentur Lege Andium, §. 235. & 511. Quales etiam Annonæ, penſiones, ſportulæ habentur Leoni & Anthemio Auguſtis, (in l. Iubemus Cod. De ſacroſ. eccl.) Ac Iuſtiniano Cæſ. in Nouella. 7. De non alienan. reb. eccleſ. Quod ſi, matrimonio ſtante, nummaria eiuſmodi Vectigalia à debitoribus redimantur, ſalua nihilominùs cauſa manet vxorij ſolidi Vſusfructus in extantes reſiduáſque viri facultates, (ex l. Iubemus C. Ad Velleyan.) Quandò & ipſe pretij ſortem redemptorum collocare ilicò debuerit in aliorum comparationem Immobilium (quæ pari anterioribus lege conditionéque ab eo te-

Remploy neceſſaire des deniers du Rachapt des Rentes conſtituees. Alias les veufues renonçans à la communauté demeureroiēt ſans douaire. Sed acceptans communitatem vidua bis caperet, ſi vltra lucrum communionis, en laquelle eſt fondu ledit rachapt des rentes, ex iiſdem Reditibus Doarium perciperet.

nerentur) nec eiuſdem alioqui incuria coniugalibus Pactis officere.

Conſtitutio noua Iuſtiniani, in Authent. Contrà cum rogatus Cod ad S.C. Trebell. Verſ. ex cauſa tamen dotis ſeu propter nuptias donationis, ſeu captiuorum redemptionis, vel ſi non habeat vnde faciat expenſas, huius quartæ permittitur diminutio. Quæ quidã quarta deducitur ex bonis reſtitutioni ſubiectis.

INDICATVM eſt ſuprà, res quæ ſubſtitutis gradatim ſpe deferuntur, ſubſidio adſignari coniugibus poſſe dotis ergô vel donationis propter nuptias à liberis teſtatoris (Iuſtin. Nouella. 108. Cap. 1.) Rogo, cùm maritus immunes pariter ſubſtitutione fundos poſſideat, triens necnè bonorum (qui *Doarij* iure mulieri debetur) æſtimandus ſit, inſpecto cumulo totius patrimonij, ſeu quod optima conditione, ſeu futuræ reſtitutionis vinculo teneatur. Cenſeo planè, vniuerſorum æſtimationem vno caſu ineundam, vt fructuarius rerum triens conſtituatur. Nempè ſi maritus, cui impoſitum fuerit ſubſtitutionis onus ignotum vxori, liberos reliquerit, quorum interuentus ſubſtitutionis euentum remoretur aliquantiſper, Expedit, viduæ mulieri vſumfructum tradi in liberis prædiis, ſeruata bonorum omnium computatione. Nam reſtitutioni obnoxia res, quaſi pars bonorum, auget *Doarium*: ſed quaſi extra partem, à Fructuario non occupatur. Sicuti de iis peræquè liberis dicitur, qui parentum hæreditate excluſi, partem faciunt, licet partem minimè ferant. Id quod ſparſim antea diſtinctione illuſtrauimus. Nonnulli quoque eò progrediuntur, vt quæ iam in exteros ſubſtitutione traducta ſint, bona æſtimanda putent, eorúmque ratione habita, reliquorum trientem ampliandum, in viduæ gratiam, vltimi omnium poſſeſſoris. Sed hæc opinio paucis aſſertoribus innititur. Si enim quod Fructuariæ deſit ex bonis fideicommiſſis, aliorum incremento ſarciretur, conſequens ſimul foret, cuncta rei onera, & annuos Reditus debitos, qui ipſo iure *Doarium* extenuant, vel iſtud ipſum non minuere, vel idcirco cumulatius idem, & auctius viduæ penſitandum. Quod ab noſtro Vſu forenſi cùmprimis abhorret. 14

Bona reſtitutioni ſubiecta faciunt partem in computatione Doarij, licet non veniant in partem, vt Doario ſubſint, niſi in ſubſidium.

CAVSA dotis præſtabilior eſt, quá donationis propter nuptias. Hæc quippe pro illius modulo viciſſim & datur à marito, & taxari ſolet. Leonis Imp. Lege Ex morte Cod. De Pact. conuent. l. pollicitatione Cod. De donat. ante nupt. Eóque Senatus potiorem in pignore habendam cenſuit mulierem ex Dote, quàm *Dotalitio*, cùm de creditorũ ordine ac prærogatiua cognoſceret, in publico pignerati fundi pretio ſingulis tribuendo. Quod vt clariùs eluceat, ſubdá hypotheſin. Antonia *Deſchelles* nupſit Iohanni *Chenu* legibus Pariſiorum, allata per eam dos, & collata à marito viciſſim nummarij Reditus donatio propter nuptias: qualem Reditum Mos Pariſienſis ſanxit communis ſobolis proprium. Conſtante matrimonio, vir cum vxore diuendit Annæ Montmorentio quaſdam Ditiones, quæ *Doarij* titulo obligatæ erant. Marito fatis rapto, publicè væniit eius nobile prædium *du Belloy*, & priuato aliorum emptori addictum eſt, poſtulatu creditorum. Emptor pretium obſignat, ſed venditricis viduæ nomine intercedit, ne alij creditores dotem repetenti ei anteponantur. Contrà autem, venditorum liberi certant de annuo Vectigali pecuniario, quod *Dota-* 15

Douaire proportionné ſelon la Dot promiſe.

Douaire prefix & conuentionnel propre aux enfans, comme le Couſtumier. A Paris. §. 249. & 255. Conſ. Pariſien. Sed Legitimum modò. Norman. liberis proprium eſt. §. 384. ſuæ Conſ.

Rente conuentionnelle de douaire.

litij

litij vice fungatur, & ad eos iure dominij pertineat. Aiunt enim, *Doarium* eò fauorabilius dote, quòd illud patria Lege, hæc Pactione mortalium conſtituatur: Atque adeo conuentum Dotalitium, quod in Legitimi & *Statutarij* locum ſufficitur, eadem cum iſto conditione propemodùm retineri. Sicuti & apud Andes vtrúmque Dotalitij genus ad paria redigi, declarat artic. 312. Andegau. Conſuetudin. qui ſic orditur, *Les fruicts du Douaire, ſoit couſtumier, ou conuentionnel.* Nihilo ſeciùs præualuit dotis cauſa, & donationem propter nuptias priuilegiario creditorum ordine ſuperauit. Decreto Senatus 7. Idus Sextiles an. 1554. Cui appoſitè quadrat Iuſtinianea Lex Aſſiduis Verſ. Hæc autem tantùm ad dotem ſancimus, non ad ante nuptias donationem, quam ſuo tempori ſeruire diſponimus, & habere inter creditores ſui temporis ordinem. Non enim pro lucro fouemus mulieres, ſed ne damnum patiantur, ſuíſque rebus defraudentur, curamus. Cod. Qui potior. in pign. hab.

Doarium cõuentionale ſapit naturam Conſuetudinarij, in cuius locum ſubrogatur

Areſtum Curiæ die 7. Auguſti an. 1514 *ſur la diſcuſſion de l'ordre des creanciers de la terre du Bellcy decretee ſize au Vexin le François.*

16. VBICVNQVE verò *Doarium* vxori ſoli fructuarium datur, non etiam liberis dominicum ac perpetuum, hi non eò minùs in bonis paternis fructuariæ matri præferuntur: præſertim ſi paterna res tenuis ſit, ex qua enutriantur, & mater nouas nuptias petierit. Nam pari in cauſa alimentorum, potior eſt ſobolis educandæ ratio: cùm ad eam procreandam, replendámque liberis ciuitatem, nuptiæ inſtitutæ ſint, Vt Ariſtoteles ſcitè animaduertit, Lib. 2. Polit. Cap. 7. Et Plutarchus in Apophtegmat. Laconicis, de Lycurgo. Huc pertinent. Romana S. Conſulta de agnoſcendis, vel alendis liberis, facetáque Iulij Cæſ. ſententia. Cùm enim Romæ diuites quoſdam peregrinos cerneret, catulos, ac ſimias gremio magna cum oblectatione circumferre, rogauit eos, nunquid eorum mulieres liberos parerent. Qua voce oſtendit, nullas alias delicias, vbi filij adſint, eſſe quærendas. Mutua vice, liberi parentes ſenio confectos alere tenentur. Inde Pelargici nomi, ab Ariſtophane dicti, i. Ciconiariæ leges. Demus ergo, muliebre *Dotalitium* tempore prius eſſe, quàm debitam liberis portionem: Quia tamen genitrix ipſa, geniti altrix eſſe debet, ac educatrix, nullo iure * πρωτοπραξίας in res mariti communibus liberis antefertur, ſaluam ſibi Legitimam poſcentibus. Argum. l. 1. §. Ius naturale. ff. De iuſtit. & iur. In ver. Hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Quemadmodùm & CONSCRIPTI CVRIÆ in forenſibus cauſarum Actionibus iudicarunt pridie Nonas Iunias an. 1585. Roberto, & Gilloto dicentibus. In Catalogo litium Campanarum. Vbiuis porrò *Dotalitium* liberis proprietate competit, (vt viduæ, vſufructu) ac dotali Pacto promiſſum eſt coniugi alterutrú, vel Legitimum, vel Conuentum certo ære *Doarium*. Ambigitur, nùm à muliere conſumpta alterius optio liberis noceat, quominus alterum poſſint eligere. Abſolutum quidem eſt, fructuariæ tum mulieris electionem proprietario non obeſſe, cum nuptiali Inſtrumento mulier *Dotalitium* ſtipulata ſit, vtrum maluerit, Legitimum, aut Pactitium. Tunc enim creditori optione data, ius optandi firmius reſidet penes

Vſufructuarius Legis, non hominis, (qualis eſt doaria vidua, & acquiſitionum cõmunium fructuaria), non tenetur idoneè cauere, vſurum ſe, arbitratu boni viri. l. vlt. §. ſin autem In ſi. Cod. De bon. quæ liber. Secus in vſufructuario hominis. i. per contractum, vel legatum. l. 1. Cod. De vſufr. l. 1. D. Vſufruct. quemadm. cau. Accur. in l. vlt. D. Vt legat. nom. cau.

Leges Pelargicæ, ſeu Ciconiariæ, à ciconiis, quæ parẽtes ſuos ſenes alere ſolẽt, quò infantiæ ſuę vices rependant Vt Ariſtot. De Animal teſtatur.

* prioris exactionis.

Areſtum Curiæ Pariſien. die 4. Iunij ann. 1585 *doarium* viduæ adiudicãs, detractione facta ex eo Legitimæ liberis debitæ in bonis paternis: Tametſi vitricus in iudicio priuignis alimenta obtuliſſet. *En plaidant du Rooll̃e de Champagne.*

dominum proprietatis,quàm fructuarium,aut huius ſaltem optio il-li non præiudicat. Enimverò ſi purè ac ſimpliciter alterutrum in ſti-pulationem deducatur, nec de electione adiiciatur quicquam, vix eſt ſpecie ipſa prima, vt filius maternæ electionis iudicium oppugnet: quùm eo caſu debitor mariti hæres potiùs electionem habere videre-t tur. Vlpiani l.10.ꝶ.De iur.dot. Qua de re in Senatu acriter diſputatum fuit ex prouocatione à liberis facta in decretum adiudicationis fundi Pariſien. *Doario* obnoxij: Cuius venditioni mater conſenſerat, ſaluo iure nummarij *Dotalitij*. Aſt Curia ſumma negotium,amplioris conſi-lij eſſe pronuntiauit. Areſto.11.Kal.Ianu.an.1580.poſt forenſem Ame-loti orationem, prouocantium liberorum cauſidici: & Buiſſonis,cre-ditorum.

Appoinčté au Conſeil die 22.Dec an.1580. Sed noſtram de hac quæſtione ſentẽtiam excipe noſtro Lib. 2. Pariſ. Leg. Tit. 2. art. 27.

Renunciatio à marito facta directis ſucceſſionibus, an impediat executionẽ muliebris Doarii in portionem hæreditariã mariti dictarum ſucceſſionum.

DOTALITII necnon aliæ ſunt remoræ & obſtacula, quùm *illius* 17 ſponſor maritus hæreditatem parentum repudiarit. Sed rem ita diri-mendam opinor, vt ſi diu poſt parentum obitum filius nuptias con-traxerit, ac deinceps illorum bonis vltrò renũciarit, tunc dotales con-uentiones nihil ea renunciatione capiant detrimenti Nam vero ſimi-le eſt, inita coniugalia Pacta contemplatione quæſitarum à marito hæreditatum: Quas etiam coniunx, eiuſque propinqui, teſtes connu-bialis fœderis, pignori eſſe, probabili ratione crediderunt. At verò, ſi viuis parentibus coïtæ ſint nuptiæ, repudiatio hæreditatis ipſorum poſterior impedit, quo minùs in parentum hæredes fratres mariti re-pudiantis, eo mortuo, vidua fructuaria ſuum ius proſequatur. Demp-to, ſi parentes expreſſim cõiugali nurus Pactioni fidem ſuam adſtrin-xerint. Aliàs enim hæreditate abſtinens, ſeu Legitima, ſeu Teſtamen-taria, non videtur fraudem facere, nec pauperior fieri, qui non acqui-rit, ſed qui de patrimonio ſuo depoſuit. Vt Prudentiores identidem reſponderũt.l.5.§.ſi maritus.ꝶ.De donat.inter vir.l.6.D.Quæ in fraud. credit. Neuſtriæ autem populis indiſtinctè ſancita Lex eſt, ne maritalis rectarum hæreditatum repudiatio obſtet mulieri *Doarium* perſequen-ti in hæreditariam partem, qua maritus omninò ceſſerit. §.*366*. Nor-manicæ Conſuet. Cui ſuffragatur Iuſtiniani Cæſ. Reſcriptum, filios delatæ hæreditati renunciantes nil officere paterno iuri fructuario in res ipſorum.l.vlt.§.ſancimus Cod. De bon.quæ liber. Similiter vſum-fructum non perimit noxæ deditio ſerui à proprietario facta: nihilò magis, quàm vſucapio proprietatis, quæ poſt conſtitutum vſumfru-ctum contingit. Vlpiani leg.locum.§.penul.ꝶ.de vſufr. Ponamus iam filium debitorem in paterna bona ſucceſſione abſtinere, haud propria quidem renunciatione, ſed paterna quaſi abdicatione, & tranſlatione bonorum in nepotes: Iſtone caſu, filij, qui inofficioſi querela vti nolit, creditores legitimam detrahent ex toto aſſe hæreditario? Rectè ab his detrahi, Senatus pronunciauit. Decreto.5.Kal.Apriles ann. 1589. ad ap-pellationem ex Præfectura Pariſien. N. Foucaudo, & Fradello litiga-toribus. Cui S. Conſulto apprimè quadrat Normanicus Mos, artic. 278. Nec mirum herclè, quùm auita in nepotes liberalitas eò ſpectarit euidenter,

Iudicatum Curiæ Pariſien. ſolenniter prolatũ diebus Paſchati profeſtis, nempe 28. Mart. ann 1589. Quo filii creditores ſubrogati ſunt in ius Legitimæ debitori ſuo competentis in paterna ſucceſſione.

Neuſtriæ Conſ. *Que le debteur renonçant, ou ne voulant accepter la ſucceſſion à luy eſcheue ſes*

euidenter, ne filij creditoribus ſuum tribueretur, atque is interim nomine beneficióque liberorum veſceretur ex paterna ſubſtantia. Interdum enim haud mala mente parentis, neque notę cauſa filius exhæres ſcribitur: ſed furoris putà, vel profuſionis ergô, vel quia impubes ſit, hæréſque nuncupatus cogetur ei hæreditatem reſtituere. l. ſi patronus §. ſi quis non mala mente. D. de bon. libert. l. Multi non notæ. π. De liber. & poſthum. l. Paulus. 47. π. De bon. libert. Nec longè aliter Tryphoninus I. C. auo, qui nepotes ex filio habebat, hoc dedit conſilium, vt nepotes hæredes inſtitueret, filium exhæredaret, eíque quod ſufficeret alimentorum nomine, ab eis certum legaret, addita cauſa neceſſitatéque iudicij ſui. l. Si furioſo. §. vlt. π. De curat. furioſ. Quùm igitur auitis Tabulis bona ad nepotes transferrentur, eorum patri vſufructu recepto, Quæſitum fuit, huiuſnè creditores ampliorem vſufructu, debitoris Legitimam petere poſſent, qua, indemnitati cauerent ſuę. Haud iniqua certe ipſorum poſtulatio videbatur, quòd fructuaria prædiorum conceſſio, Legitimæ vicem nullatenùs impleat. Iuſtinianea Conſtitut. Nouiſſima De inoff. teſtam. Cod. Vbi Iaſon. Cum Andreæ Barbat. ſcholiis ad Cap. vlt. De pignor. Ac Boërij Deciſione Burdigalen. 147. Prudens tamen Lutetiæ Senatus, ex cauſa illa, Quiritum Legibus prodita, iuſſit, creditores filij, vſufructu à patre huic relicto contentos abire, nec paternas in res liberas hypothecarium ius ſibi arrogare. Decreto in publica litium diſceptatione, 13. Kalend. Martias an. 1601.

ciers ſe pourront faire ſubroger en ſon droict pour l'accepter, & eſtre payez ſur ladite ſucceſſion, ſelon l'ordre de priorité.

Iure communi, vſusfructus nō poteſt pro Legitima relinqui.

Areſtum Curiæ *en plaidāt à la grand Chābre* die 17. Febr. 1601. *Plaidans Lenoir pour l'appellāt, & Lany pour l'intimé.*

18. NVPSISSE in familia Romanis dicebatur, ſtatim atque ducta fuiſſet vxor, quamuis nondùm in mariti cubiculum veniſſet. Vlpiani l. 15. π. De condit. & demonſtr. Decius ad l. Nuptias. π. De regul. iur. Bart. in l. Nihil. D. rer. amot. Quod Plutarchi rationibus potiſſimum adiuuatur, In præceptis connubialibus. At populari Regionum More, vxor ſibi non lucrifacit donata propter nuptias, niſi in domum viri traducta ſit, & cum viro decubuerit. Quòd ſi hic cum illa rem non habuerit, haberéve nequiuirit, haud eò minùs viduæ competet *Doarium*, quaſi ab infœcundo ſteriliique connubio. l. Mulierem l. denique. π. De rit. nupt. Socyn. in Reſpon. 223. Volum. 2. Bald. ad l. Non tantùm Cod. De legat. Can. quidam ſponſauit vxorem Can. ſi quis deſponſata ſibi & tradita, Cauſa. 27. Quæſt. 2. Boërius in Deciſ. Burdigalen. 22. Num. 32. 33. Quare Prætorianum Conſilium mulieri, quam à viro non cognitam concubitu, liquebat, *dotalitium* addixit: fundorum verò donationem aliam, quæ à minori, 25. annis viro in vxorem collata fuerat, infirmauit. Decreto pridie Kalend. Maias ann. 1579. inter dominam *de Soubize*, ſecundo nuptam Rohano magnati, actricem: & Pontis Baronem, in Armorica, mariti prioris hæredem. Cuiuſmodi decretum, exploſa ſupplicantium querela, comprobatum eſt Octobri Menſe ſubſequenti. Planè vt in Britannia Celtica, ſic Andibus vxor alterutro contenta eſſe debet, vel legitimo *Dotalitio*, vel ſpontanea largitate mariti. §. 206. Britonicæ. Et 310. Andeg. Conſuet. Idem Mos Turonibus,

§. 450. Britonicæ Cōſuet. *femme gaigne ſon douaire ayant mis le pied au lict, encores que ſon mary n'ait iamais eu affaire auec elle, pourueu que la faute n'en aduienne par impuiſſance naturelle & perpetuelle de l'vn ou de l'autre des mariez, dont plainte ait eſté faitte durant le mariage, &c.*

Areſtū Magni Conſilij regis die vlt. Apr. ann. 1579. inter Domin. *de Rohan*, ex cauſa vxoris, & Baronem *du Pont*, in Britannia, hæredem primi mariti dictæ mulieris. Quod Areſtum confirmatum fuit *ſur Requeſte ciuile contre icelle obtenue.*

Don de meuble, & Douaire d'immeuble cumulables à la femme.

Douaire, & don d'immeubles incompatible: Tout ainſi que partage, & don d'immeubles incumulable. § 318. And. Leg. Vt Nos ſuprà. Tit. De donat. int. coniug. art. 13 Sed inter Pariſien. cõiuges doarium conuentionale, nedum conſuetudinariũ, rectè concurrit cũ mutua donatione acquiſitionũ immobilium, *ſans aucune diminution, ne confuſion.* § 257. Pariſien. Conſuet.

Donationis & Doarii copulatio, ex perſona duorum diſtinctè promittentium, nihilo magis quàm vnius, ſuſtinetur.

Verſ. *Elle prendra en Douaire la tierce partie de celle portiõ, que le mary euſt prins en la ſucceſſion de ſes pere, ou mere, ayeul ou ayeule.*

Art. 497. Ibi, *en vſant d'iceux, comme vn bon pere de famille & bon adminiſtrateur doit & a couſtume d'vſer, &c.*

De Domanio Franciæ Volum. 3. Tit. 17. art. 1.

Cenomanis, & Pictonibus vſurpatur. §. 337. Turonicæ, 323. Cenomanæ, 266. 267. Pictonicæ Conſuetudin. Verùm apud Andes maximè, ac Cenomanos licita eſt *Dotalitij* cumulatio, & donationis rerum mobilium. cita. §. 310. & 323. Ecquid ſi maritus vltra *Doarium* coniugi dono det tria numûm aureorum millia? Valebitnè donatum huiuſmodi, cum *Doario* capiendum? Donationi quidem fauet rei datæ qualitas conditióque mobilis; immobili *Dotalitio* non iniquè iungenda. Sed diſtinctione opus arbitror. Si enim talis pecuniæ ſumma, quaſi mobilis, manu tradatur, vel ex reliquis colonorum recipienda, tunc non malè cum *Dotalitio* permiſcetur. Sin autem ex immobilium pretio duntaxat redigi poſſit, tunc vtriuſque concurſus minimè toleratur. Exprompto Molinei iudicio, ad §. 310. Andegau. Leg. Nam quod vna via prohibitum eſt, ne res ſoli donatione abalienetur, alia obliquè concedi non oportet. Argumen. Scæuolæ in l. Seius & Agerius D. Ad L. Falcid. Cum Vlpiani leg. Item ſi filiusfamil. §. mutui dationem. ff. De S. C. Macedon. Atquin graue auri pondus in fundos pigneratitios, eorum alienationem exprimit. Vt Scæuola docet. l. 101. ff. De legat. 3. Imò nec *Doarij* mixtura cum vſufructu immobilium donato, procedit. Quippe vſusfructus, pars dominij eſt, nec tantillo amplius cuiquam dare licet vſusfructus nomine, quàm proprietatis, articul. 324. Andegauen. Conſuetudin. Et 338. Cenoman. Ponamus, ad hæc, matrem inopis ex patre filij, Dotalitium nurui de fundis ſuis pollicitam, in contrahendis nuptiis: Coniuges verò ipſos, manente matrimonio, liberalitate ſe mutua affeciſſe in ſuperſtitis gratiam ex Vſu patrio. Nunc percontandum ſubit, an vidua mulier, ab hæredibus viri donata percipiat, ſimul & à ſocru promiſſum *Doarium*. Ita cenſeas forſan prima facie: quum à duobus, & ex diſtinctis duorum patrimoniis vtrúmque delibetur: Nec copulatione Largitatis cum *Doario*, tantoperè duo onerentur, ac maritus vnus, quem gemino onere premi iniquum duxerunt Celticæ præſertim Galliæ Mores. Nihilo ſeciùs opinor, viduæ coniugi ſolam competere vtriuſuis optionem, donationis aut Dotalitij, non amborum mixturam ac poſſeſſionem. Quod enim ſocrus nurui ſpoponderit, id filij intuitu liberandi egit, ſuamque ipſius in partem deducendum futuræ parentum hæreditatis, non in cohæredum portiones. Iuxta ciuicam Andium Conſtitutionem, §. 303. Cui appoſitè quadrat Romanorum Prudentum ſententia, de paterno, auitovè munere in coniunctionibus filiorum, vel nepotum. Iuuentij Celſi Leg. 6. ff. De collat. bonor. Tum Martiani l. Qui liberos. ff. De rit. nupt. Ac Vlpiani l. Et ideo §. vlt. l. ſeq. ff. De in rem verſ.

VIDVÆ mulieris ſegnities *Doarij* amiſſione punitur, quùm vi- 19
nearum culturam neglexerit, fructuariævè domus labentis fulturam, ſiue etiam grandes ſyluæ arbores cædat, quæ in parte fundi cenſentur. §. 117. 311. 497. Andegauen. Leg. Id quod multis ſimul Iuris rationibus adſtruximus in fructuarij fundi poſſeſſores, Lib. 3. DOMANII FRAN-

FRANCICI. Et æquiſſimo fulcitur Alexandri. I. C. Reſponſo. 118. (Lib. 5.) ac Molinei Notis in §. 264. Borboniæ Conſuetudin. Benigna tamen Senatus interpretatione receptum obſeruaui, ne fructuaria anus, quæ fundum à domicilio ſuo longè diſſitum colono locarit, cuius vnius culpa res fructuariæ deteriores factæ ſint, vſusfructus commiſſo plectatur: ſed quanti æſtimetur fundorum deminutio, damnúmque proprietati ſubortum, id reſarciat domino proprietatis.

Fructuaria mulier, ſi abutatur, damna reſarcit. & dotalitij diminutionem patitur pro damni dati æſtimatione.

Salua etiamnùm locatrici in conductorem actione, vt eam indemnem præſtet, qui contra legem conductionis incultas res deſertáſque paſſus ſit. Sicuti CONSCRIPTOS PATRES decreuiſſe ſcio. 18. Kalend. Februar. an. 1583. inter Petronillam *de Meaulne*, Cenomanæ ditionis *de Chaſſilly* fructuariam, quæ ab Andium proprætore in Baugeio foro Senatum prouocarat: & eius priuignum Renatum *de Fay*. Ioh. Cheualiero Principis conſiliario litem explanante, in quinta Senatus Decuria Inquiſitoria.

Decretum Curiæ Pariſien. die 15. Ian. an. 1583. In 5 Camera Inqueſtarum Curiæ, Inter Andegauos quoſdam nobiles, ex appellatione à Sententia 2. Mart 1582. Seneſchali Andiū: eiuſvè Locumtenentis in Baugeia Sede Iuridiciali.

Ibi nimirùm commiſſi pœna ceſſat, vbi nulla delinquendi voluntas ac propoſitum, & in pœnalibus cauſis mitiùs res accipiendæ ſunt, ac molliendæ. l. factum. §. vlt. ff. De regul. Iur. Quòd ſi admiſſum maleficium appareat, vtpotè celatis amotíſque furtim à vidua rebus cum defuncto cõmunibus, tunc delicti pariter pœna tranſit in hæredes amouentis, nec huius morte obliteratur: tametſi viua mulier expilatæ rerum communionis poſtulata non fuerit. Nam ciuilis quidem conſtitutio eſt, pœnalibus actionibus hæredes non teneri, nec cæteros ſucceſſores. l. 1. ff. De priuat. delict. Verùm ex contractibus venientes actiones in hęredes dantur, licet delictum quoque verſetur: Veluti, cùm tutor in tutela gerenda dolo fecerit, aut is apud quem depoſitum eſt. l. Ex contractibus. ff. De oblig. & action. Item commodati, mandati, & negotiorum geſtorum cauſa, ob dolum malum defuncti hæres inſolidùm tenetur. Pomponij l. Ex depoſiti D. Eod. Tit. l. ſi hominem. §. datur D. Depoſ. Nec aliter condictio rei furtiuæ, quia rei habet perſecutionem, hæredem furis obligat, & reliquos ſucceſſores, non minùs quàm furem ipſum. Inquit Domitius Vlpianus, l. ſi pro fure. ff. De condict. furt. Rurſus in hæredem ſocij pro ſocio actio competit, etſi hæres ſocius non ſit. Licet enim minimè ſocius exiſtat, emolumenti vtique ſucceſſor eſt. Dolus inſuper ac culpa, in eo quod ex antegeſto pendet, tam ab hærede, quàm hæredi præſtanda eſt: quùm de re familiari modò ac pecuniaria quæratur. l. Verùm. §. in hæredem. l. Actione. §. morte D. Pro ſoc. Itaque coniugis ſociæ ſuperſtitis, quæ communia bona clanculum abdiderit, ac ſurripuerit, hæredem perſequi ius eſt à die patefactæ fraudis, vt pœnę nomine priuetur rerum cõmunicatione ſurreptarum.

S. Conſultum Pariſienſe die 14. Mai. an. 1580. *ſur l'adpel du bailly de Montargu*. In Camera Inqueſtarū Curiæ.

Atque huiuſmodi mulctatitiam communionis pœnam Senatus hæredi irrogauit. Decreto pridie Idus Maias an. 1580. in 5. Claſſe Inquiſitionum Curiæ. Vbi Montholonius Senator litis ſpeciem recenſebat Iani *le Royer*, cum Mathurina Paride vxore, qui à Montis Argi Præfecto Curiam appellarant: & Iohannis *Robeau* cum litis conſortibus, qui ab illo iudicatum

Pœnalia iudicia ſemel accepta, in hæredes tranſmitti poſsũt De regul. iur.

tuebantur. Quatenùs autem meri flagitij pœna exerceri poſſit in hæredem, tractat. Bartol. ad cit. l. 1. ff. De priu. delict. Et in l. 1. Cod. ex delict. defunct.

Molendino ad bladũ combuſto, & refecto ab hærede, an doariũ viduæ in eo remaneat.

Qui fruendum ad vitam Molendinũ ſumpſerit hoc pacto, vt illud reficeret, ſi refectũ, Bellica dein hoſtilique vi dirutũ ſit, is non tenetur iterum reficere. Bald. in l. licet Cod. De locat. Ex l. fideicommiſſa § ſi quis ita. ff. De legat. 3. Secus, ſi conuentum ſit, vt poſt ſtructuram refectionémve ipſius, poſſeſſor teneatur illud ſartum tectũ tueri, & pari ſtatu reſtituere. Argum. l. Inter Caſtellianum. ff. De recept. arbitr.

S e i a n v m prædium mulier fruendum accepit iure *Dotalitij*. In eo Mola quædam frumentaria caſu deuſta eſt: ſed nouam aliam reſtituit defuncti ſucceſſor. Diſputatum fuit, iſthæcnè *Dotalitij* lege denuò teneatur. In Fructuariam vrgent quæ ait Vlpianus, ſi ædes ad aream redactæ ſint, non modò vſumfructum extingui, verùm etiam, ſi demolitis ædibus, teſtator alias nouas inſtaurarit. l. Quid tamen D. Quib. mod. vſusfr. amitt. Cum Scæuola in l. Tabernam. ff. De inſtruc. & inſtrum. leg. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff. De ſeruit. vrban. præd. Nam. rei mutatione interire vſumfructum placet: Veluti, vſusfructus mihi ædium legatus eſt, ædes corruerunt, vel incenſæ ſunt, dubio procul tollitur vſusfructus. l. Repeti. §. 1. D. Quib. mod. vſusfr. Sed his nequicquàm aduerſantibus, puto, frumentariam Molam, quæ refecta ſit ab hęrede mariti, eadem vſusfructus viduæ cauſa contineri. Vlpian. l. Hactenus. ff. De Vſufr. Quod & Antiſtius Labeo probat in l. Si inſula cóbuſta eſt, deinde à debitore reſtituta. ff. De pignor. Nec enim ſolius Molæ fructuaria poſſeſſio data eſt, ſed totius Ditionis eorum finium. Vnde fundi vſufructu legato, ſi villa diruta ſit, nihilò magis perimitur vſusfructus, quàm ſi arbores deciderint. Vlpiani l. fundi Et l. ſeq. D. Quib. mod vſusfr. amitt. Idem tenendum, ſi qui areæ vſumfructum legauerat, Inſulam ibi ædificarit, quæ viuo eo collapſa, vel igne abſumpta ſit. Vſumfructũ quippe deberi Africanus exiſtimauit. l. Qui vſumfructum. ff. De Vſufr. His adplicatur Iuliani I.C. diſtinctio in l. quoties. §. vlt. ff. De Vſuf. Vbi vniuerſorum, vel quotæ bonorum vſufructu conceſſo, areæ vſusfructus peti poteſt. Quoniam qui bonorum ſuorum, vel quotæ vſumfructum concedit, non ſolùm eorum quæ in ſpecie ſunt, ſed & ſubſtantiæ omnis vſumfructum dare videtur. In ſubſtãtia autem bonorum etiam area eſt. Atquin viduæ mulieri quota bonorum fructuaria adſignatur Gallicis Moribus: aliis quidem, ſemis, vt Lutetiæ, Syluanecti, Stampis, Meloduni Senonum, & in Belgica paſſim: Aliis verò, triens bonorum mariti, vt apud Andes, Cenomanos, Turones, Pictonas, Armoricos. Priſca certè Gallorum conſuetudine, quæ cum Franciſcis ſanctę Militiæ copiis Syriacas in Leges traducta eſt, ita vſurpatum erat. *Caſcune fame a ſon doere la moitié de tout quant que ſon baron a, lore qu'il vait de vie a mort. Mes la Rayne, & les fames des 4. Barons dou Reaulme, ne aucune des 4. Baronnies ne doit eſtre party en douere, ne entre ſeurs.* Ex vetuſto Codice Syriacarum Conſtitutionum, quas Gottofredus Bulionenſis, & Gallici nominis poſteri Solymorum Reges ſanxerunt. Sub annum 1090. hac tituli præſcriptione. *Des Aßiſes, Vſages, & Plais de la haute Cort dou Reiaume de Hieruſalem.* 20

Senlis, Eſtampes, Melun.

Hieróſolymitanę Leges Latinorum Principum.

Nũm liberi poſſint ſimul eſſe doarij, & hęredes patris cum beneficio Inuentarij, Regiis literis impetrato.

V a r i e certatum eſt in luce Fori, nũm Pariſiis, & vbicunque *Doarium* liberis iure dominij competit, ij proprietarij vnà, & hæredes patris ex Inuentario admitterentur. Admitti poſſe hinc apparebat, quod 21

* ſynop-

* ſynopſis rerum hæreditariarum, quàm illi exactè fieri procurarint, inducat bonorum ſeparationem hæreditatis, & propriorum hæredis: Qualia *Doarij* titulo ad eum ſpectant Conſtitutione Municipij. Iuſtinianea leg. vlt. Cod. De iur delib. Plerique tamen meritò in diuerſam ſententiam adducuntur. Vt enim agnoſcamus, ea quæ hominis facto, non legis cuique deferuntur, neutiquam admitti, aut confundi aditione hæreditatis ex Repertorio: In iis certè, quæ ſolo Legis Municipalis beneficio parantur, verius eſt, hanc regulam non procedere. Iſtiuſmodi habetur Legitimæ hæreditariæ ſuccedaneum *Doarium*, quod patrij Mores introduxerunt: vt hominis non frugi patrimonia liberis ex parte dimidia ſeruarentur. Veluti inſtar Quartæ adrogati, quæ Conſtitutione Diui Pij debita erat, nec iudicio adrogatoris peruenire ad illum dicebatur, ſed Principali prouidentia. Vlpiani. l. Si adrogator Vbi Bald. expreſſim. ff. De Adopt. Et ſi quid in fraudem Quadrantis bonorum eiuſce alienatum fuiſſet, quaſi per Caluiſianam, vel Fauianam actionem reuocabatur. Pauli. l. vlt. D. Si quid in fraud. patr. Proin inuerecundè ſibi vtrumque attribui deſiderat filius, & legitimam paternorum bonorum portionem, quæ ſubſidiario quodam remedio Moribus inſtituta ſit, & ius nomenque hæredis patris ſeparatim: quum neceſſariò legitimum *Doarium* hæreditario iure permixtim confundatur, extinguatur. In ſumma, quiſquis iuſto bonorum ſubſidio vſurum ſe profitetur (quale Municipalia *Statuta*, *Doarij* titulo ſuggerunt) neceſſe habet penitus abſtinere paterna hæreditate: ne contraria ſimul poſtulans explodatur. l. 1. Cod. De furt. l. 1. Cod. Si ſeru. ext. Quibus adſtipulatur Meloduni Senonum Conſuetudo, §. 239. Ac ita iampridem à Senatu pronuntiatum fuit aduerſus hæredem, Principis beneficiarium, qui diſtracta à patre latifundia *Doarij* lege petierat. Nam abſolutorium emptor Iudicium abſtulit, victo hærede petitore: Niſi mallet hic imprimis purè cedere bonis hæreditariis, quæ ex Diplomate cœperat, eorúmque ratiocinia proferre, vnà cum reſtitutione reliquorum. Decreto memorabili in Claſſibus Curiæ Inquiſitoriis, 13. Kalend. Septembres ann. 1569. Inter Thomam Bragelonium Iudicem Quæſtionum Pariſienſem, ac Iacob. Montmiralium, qui à Conſiliariis Curiæ Palatinos libellos agentibus prouocarant: Et Franciſ. Montmiralium, econtrà, litigatores. Eorum controuerſiam Ordini Ampliſſ. renunciante Franciſco Brouëo ſenatore. Atque idipſum poſtea, ſubobſcurè tamen, relatum videtur in nouas Pariſiorum Conſtitutiones municipales, articul. 251. veterum interprete, §. 138. Poſtremò, ne qua de eo ambiguitas hæreret deinceps in mentibus hominum, ſolenne. S. C. factum eſt nuperrimè aduerſus liberos: qui ſacro Reſcripto Inuentarij freti, paterna ſimul, & hæreditaria amplexi fuerant, & alienata *Doarij* iure condicebant. Recitante palam in Curia Lutetiana præſide Briſſonio pridianis diebus Reſurgentis Domini, ſeu Quinto Idus Apriles ann. 1591. ſecundùm Iohan. Bahuetum, qui à Præfecto Vrbi Senatum appellarat: Contra Michaël. Sorellum, qui vxorio nomine,

* Index ſeu Speculũ bonorum.

Bona quoque doario ſubiecta prodigente & profundente marito, aut vergente ad inopiam, datur præſens ius agendi pro doario §. 319. Andeg. Leg. Et Areſto die Iouis 19. Dec. ann. 1577. *plaidant Danet, & Chādon* Sed quoad prodigi contractus cũ tertio, valent, etiam ſi illi bonis iudicio interdictum ſit, donec interdictio executioni mandata ſit, & publicata, cum datione curatoris. Vt Senatus Pariſié. iudicauit die 24. Mart an. 1564. inter Ludouicũ *de Bueil*, Comitem Sacro Cæſarienſem, & Nauarræ Regem In interpretatione l. Iulianus ff. De curat. furioſ. l. is cui bonis. ff. De verb. oblig.

Conſ. *de Melun*. artic. 239. Ibi, *Et que pour tout droict de ſa ſucceſſion ſe côtente du douaire*. Nam alioquin liberi deberent doariũ conferre. Areſto in vigilia Natalis Dominici an. 1531. quod citat Molineus in Annotat. Conſuet. Senliten. art. 178.

Areſtum Curiæ Pariſien. In quadam Camera Inquæſtarum, *entre le Lieutenant Criminel, Bragelonne, & autres parties* die 20. Auguſti an. 1569. *Sur vn appel de Meſſ. des Requeſtes du Palais.*

Alterum Areſtũ publicè prolatum *aux Arreſts generaux de Paſques, au 9. d'Auril 1591.*

De douaire en deniers à vne fois payer.

Douaire ſans retour.

& Hugonem Haſſelinum, qui tutorio liberorum defuncti N. *Delaunay*, ediuersò, contendebant.

Si maritus reliquerit tantum bona mobilia, eius vidua capiet ex iis dorium cõuentionale, ipſorũ obligatorium mobilium. De conſuetudinario doario, ſecus, niſi ex ęquitate prouiſio alimentaria ſuper iis viduæ decernatur, intuitu amiſſæ Virginitatis.

Et verò iſthæc maximè procedunt in fundis *Doario* adſcriptis, qui 22
proinde filiorum obitu redeunt ad ſolos ex paterno ſtemmate cõſanguineos, abs quo manarint. Secus autem de *Doario* mobili, ac certa pecunia conſtituto, quod, mobilium rerum more, transmittitur ad proximos liberorum hæredes, ſeu maternos, ſeu paternos. §. 259. Pariſien. Conſuet. Quòd ſi dotali cautione ita conuenerit, FVTVRÆ CONIVGI CESSVRVM DOARII ERGO VEL QVOD MORIBVS INDICTVM SIT, VEL QVINGENTAS ÆRIS LIBELLAS VNICA VICE PRÆSTANDAS, VTRVM OPTAVERIT: Tunc pecunia ſoluta, peræquè reddunda venit poſt fructuariæ obitum, ac prædia ipſa, ſi quæ in vſum ac fructũ ſibi ſumere maluiſſet. Nam vnico caſu nummi, qui *Doariæ* ſemel tradìti ſunt, ac conſumpti, perpetuò manent penes viduam mulierem, & eius hæredes, ſi nempè adiecta ſit *Doarij* ſponſioni clauſula, *abſque reuerſione, vel reſtitutione.* Sic enim *Doarium* ſtipulata coniunx, reſtitutionis onere eximit ſuos hæredes. Suppreſſa autem ea clauſula, non ambigitur, æs numeratum, eodem iure fructuario retineri, & fatis functa *Doaria*, reddi oportere. Quandoquidem *Doarium* conuentum, in legitimi vicem ſubſtituitur, eademque cum ipſo conditione & qualitate eſt, finito vſufructu, reſtituendum. Huc vergunt quæ de conſimili nummorum vſufructu Caius I. C. profert in Romani S.C. explicatione, De Vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum. l. ſed de pecunia rectè caueri oportet. l. Cùm pecunia. Idémque Lutetiani Patres communibus calculis definierunt Pridie Idus Quintiles ann. 1582. In tertia Senatus Inquiſitionum Claſſe, cui litem I. Courtinus Conſcriptus Curiæ denarrauit: & N. Plumeus iudicio obtinuit, aduerſus viduæ mulieris hæredes, qui à Carnutum Iuridico ad Senatum prouocarant. Huic Senatorio decreto conſimile anterius, latum 13. Kalend. Maias ann. 1578. Secundùm hæc, in Foro tractatum eſt, vtri impenderet periculum imminuti caſu Reditus annui, Viduæné ipſius fructuariæ, an proprietario, qui illi nummarium tale Vectigal in reum debendi tranſcripſerit Dotalitio nomine. Nam poſt temporariam eius ceſſionem, extenuatus eſt aliquantulùm Regia lege fœneratitius Quæſtus ex hypothecario Reditu. Mox æris Penſitationem hanc redimente à Fructuaria debitore, cuius ſors anteriori iam fœnori impar facta erat Edicto, appellat in ius vidua ſocerum, vt pecuniæ tantumdem ſupleat in temporariam ſuam rei nummarię Penſionem, quantum ſibi deforet in poſterũ ex antiquo Reditu ſortis pretij ab obærato numeratæ, ac redditæ. Aſt ſocer, contrà, defendit, iuſtum fuiſſe, ac legitimis vſuris comparatum Vectigal, quo ceſſerit *Doariæ* nurui: antequàm Principali Edicto, pigneratitij reditus minorem ad ſummam quotannis redigerentur. Itaque ſubortam dehinc imminuti Reditus aleam damnumque inopinum, ad auctorem ſe non pertinere, ſed ad nouum rei poſſeſſorem. Ex ſententia Pauli I. C. in leg. xi. ℟. De euiction. l. 1. & vlt. Cod. De peric. &

Decretum Curiæ die 24 Iulii ann. 1582. *ſur proces par eſcript du Bailliage, & Bailly de Chartres* In 3. Camera Inqueſtarum Curiæ.

Areſtum Curiæ die 29. April an. 1578. *du Douaire d'vn muy de bled declaré viagier, iaçoit qu'il fuſt dit rachaptable pour deux cens liures Et partãt le rachapt repetible apres la mort de la femme. Entre Vincent Denyſe demandeur originaire, & Guillaume Guyon, & Louys Eſmes deffendeurs.* Dn. *Damours* litis relatore in prima Camera Inqueſtarũ Curiæ, poſtquàm aliis Cameris quęſtionem communicaſſet.

Edictum an. 1601. reductiuum *au denier ſeize* redituum pecunia conſtitutorum. Quod promulgauit Senatus die 18. Febr. an. 1602.

comm.

comm. rei vend. l. 3. Cod. De ædilit. action. Opponenti verò temporariam cauſam ſuá Fructuariæ nurui, & in proprietatis dominum iacturam rei deriuári reſpõdit ſocer, vſumfructum, dominij partem exiſtimari, nec grauiùs æquo *Doariam* mulierem onerari emergẽte incommodo illo, pro tempore: quandiu ſcilicet viua vteretur re, frueretur: Quùm proprietarius, ediuersò, perpetuum inde vilioris Reditus ſui diſpẽdium ferret. Paulino argumento Leg. Quæro. ff. De vſufr. leg. Ver. Indictionis temporariæ onus ad fructuariũ pertinet. Quapropter Senatus, ad quem delatum erat cõtrouerſum negotiũ, petitricem Actione ſummouit, exemplo alioquin periculoſa futura pleriſque. Inſigni Decreto Pariſienſi, quod Harleyus protopræſes ritu ſolenni recitauit. Profeſtis Chriſtiani Natalis an. 1603.

Vſusfructus, in multis caſibus pars dominij eſt. l. 4. ff. De vſufr.

Areſtum Curiæ ſolẽniter prolatum à. 1. Præſide Curiæ die. 21. Decẽb an. 1603. inter Francis Chauuelinum, primi nominis Aduocatum in Curia, & Viduam filij ipſius *Doariam*.

23. Exhinc de oneribus *Doariæ* cognitio vertitur, nûm hypothecaria omnia, reique indicta fructuariæ ſubeat. Annuo quidem Vectigali Fructuaria ſatisfacere cogitur, ſeu prędiario purè, ſeu nummis comparato ante initas nuptias. Sicuti etiam ſcriptus Andium Mos conſtituit, artic. 317. Cum Senonum Lege Prouinciali. §. 165. De quibus Nos antea Lib. 2. Tit. De redemptionalibus feudi art. 4. Sed de ære alieno hæſitatur, quod maritus olim ſub hypotheca prædiorum conflarit. Nam vt marito, qui ex repromiſſione dotis bona retinuit, non plus eſt bonorum eiuſmodi, quàm, ſubducto ære alieno, reſiduum. (l. Mulier. ff. De iur. dot.) Ita, vice verſa, in mulierem Fructuariam dicẽdum videretur prima fronte: quùm æris alieni onus minuat vniuerſum mariti patrimonium. Vt à Nobis aliàs demõſtratum eſt. At mea certè ſententia, Viduæ, quæ coniugum bona vſufructu poſſident, non tenentur, contracta ab iis ſub vinculo pignoris nomina diſſoluere, ſi modò cõnubiali rerum ſocietate communium abſtineant. Creditori vtique pignoris in rem perſecutionẽ dari nemo dubitat: ſed ad mariti quoque hæredes vidua reuertetur, vt ei præſtẽt, liberè frui licere. Alioqui enim cõiunx, latentis æris alieni reticentia futuræ vxori inſidiaretur: Cui nimirùm callida fraude alterutrum præriperet Legis beneficium, *Doarium* putà, quod debiti æris mole euaneſcat, vel repudiationem communiũ fortunarum. §. 238. & 305. Andeg. Conſuet. Viduis quippe mulieribus lege prodita eſt Renũciatio iſthæc, ne virorum ære alieno opprimantur. Itaque prouincialis Andium Cõſuetudo ſanxit, viduas integro *Doario* potiri, nulliſque mariti debitis adſtricto: ſiquidem cõiugali bonorum communione cedere ſe profiteantur. §. 319.

Charges & debtes reelles.

Debte hypothecaire à vne fois payer.

L'vſufruict des conqueſts au ſuruiuant des deux mariez.

24. Longe diuerſa ratio eſt fructuariæ poſſeſſionis rerum à coniugibus in commune partarum. Alter enim ſuperſtes, cui talis Vſusfructus noſtro More tribuitur, eum agnoſcere non poteſt citra ius & nomen ſocij bonorum communium. §. 257. 283. Andeg. Conſuet. Et toto Tit. De fundorum acquiſitione inter virum & vxorem. Planè vno caſu expirat fructuaria Comparatorum huiuſmodi retẽtio, ſi extãtibus liberis, ſuperſtes matrimonium repetierit. cita. §. 283. & 315. Ibi, *à la modification deſſuſd.* Quòd ſi ex nouo iſto coniugio nulla fuerit ſuſcepta ſobo-

Raueſtiſſement de ſang vocatur apud Cameracum, *quand des deux mariez l'vn decede, delaiſſant enfans dud. mariage, l'autre ſuruiuant doit ioüyr de tous les heritages mainfermes ou cottiers,* &c. Ex Codice ſcriptæ Conſuet. *de Cambray, & pays de Cambreſis.*

les,haud ideo ſuperſtiti adimetur vſusfructus eo in coniugio quęſitorum,quòd liberos ex anteriore quodam connubio ſuſtuliſſet. Tunc enim ceſſat LegisMunicipalis ratio,quæ acquirētis liberos ſecūdo ſuperſtitis cōnubio potiores duxit:ne eorum diſpendio ad exterum cōiugem transferretur alienæ operæ quæſtuſque compendium. Quare etiam hoc caſu Lex ipſa talis vſusfructus moderatrix nō procedit. Ex Pauli I.C.leg.Adigere.§.quamuis.ff.De iur.patron.Iiſque adeò argumentis,ORDO CLARISS. viduam hoc vſusfructus genere aliis nuptiis non excidiſſe pronuntiauit. Decreto Pariſienſi.13.Kal.Iunias an.1580. Hieronymo *Dufour* liris expoſitore in *Camera Edicti*, quam vulgò tū nuncupabant. Victrice I.*Felot* tertiò nupta,aduerſus hæredes agnatos N.*Quatrebarbes* ſecūdi mariti:Cuius ante nuptias illa ex primo viro filiam Mariam *Aubry* genuerat. Cenomani verò Municipij Ius peculiare,indiſcriminatim addicit cōiugum alterutri,quivita ſuperaritpartis dimidiæ vſumfructum Quæſtuū ſoli cōnnubialiū,quæ priùs obeūti competiiſſet:qualeſcunque hic hæredes reliquerit. Nec iteratis quidem ab illo nuptiis,qui ſuperfuerit,minuitur fructuaria ipſius poſſeſſio:Emptionum modò communium tabulæ hoc caſu deſcribātur publicitùs,earumque Repertorium foréſia in Acta referatur.§.299. Cenom.Conſuet.Vbi Rouilleus,Interpres expreſſim, de quolibet hæredum præmortui genere,citra delectū.Sed Andegaui ita demùm retinent poſt ſecunda vota vſum ac fructum quæſitorum cum priori cōiuge,ſi nulla ex anteriori cōnubio proles extiterit.§.283. Andeg. Leg. & Migonius ibidem,ſcholiaſtes nuncupatim.

Legis ratione ceſsāre,ceſſat & eius diſpoſitio.

Areſtum Curiæ die 20.Maij an.1580. pro domicella I.*Felot* cōtra hæredes collaterales mariti ipſius.

Vbi Lex non diſtinguit hæredes, nec nos diſtinguere debemus: Et indefinitè concepta Legis diſpoſitio, generaliter eſt intelligenda.

Art.299.Verſ.*Ets'il aduenoit que le ſuruiuāt ſe remarie, en ce cas ſeront inuentoriées les lettres deſd. acqueſtz, dont leſd. heritiers auront les doubles, ſi bon leur ſemble, &c.*

Art.283.Verſ.*Ets'il n'y a aucuns enfans, le ſuruiuant aura tous leſd. acqueſtz, &c.*

Tit. II.

DE FRVCTVARIO PARENTVM IVRE IN FVNDOS PRÆMORIENTIVM LIBERORVM.

1. *Quatenùs in res ſoli, parentes filijs ſuccedant apud Andes, Saxones, Cenomanos.*

Pecuniarium ſupplementum portionis hæreditariæ mariti, ab eo cohæredibus ſuis ſolutum, pro media refundi debet vxori, vel filio matris hæredi.

Sed talis actio de Mydenier, *in patre, morientis poſtea filij hærede mobili confunditur.*

Ex diuiſione hæreditatis cum ſupplemento pecuniæ, nulla debentur laudimia nec Retractus de Mydenier *hæredi coniugi neceſſarius eſt.*

2. *Nūm aſcendentes, deficiētibus* collateralibus *eius lineæ, ex qua bona veniunt, præferantur* collateralibus *alterius lineæ, & domino feudi.*

Prorogatio Coniugalis ſocietatis bonorum, quæ liberis datur ex defectu Inuentarij, non protenditur ad Fiſcum, aut Dominum directum, in bona filij ſuccedentem.

3. *Francicum*

3. *Francicum Edictum, de materno iure ſuccedendi in paterna filij, in Patria Iuris ſcripti.*

Edictum Regium de matribus præmorientium filiorum hæredibus, an ſeruetur in Occitana Galliæ Prouincia.

4. *Mater, filij ſucceſſione capit, inter bona ab eo acquiſita, res ſubſtitutione filio delatas extranei teſtamento.*

5. *Filio extraneum hæredem inſtituente, Legitima matri debetur.*

Niſi acceptauerit legatum ei à filio relictum.

Mater renubens, *tutore liberis non petito, nec redditis rationibus, haud ideo amittit ſibi legata teſtamento mariti.*

6. *Nonobſtante Edicto de matribus, hæ inſtitui à filiis, ſubſtituiuè ipſis heredes poſſunt.*

7. *Pupillaris, ſubſtitutio tacita matrem excludit hodie etiam à Legitima, ſi propinquus alioqui hæres ſubſtitutus ſit.*

8. *Expreſſa pupillaris, vel cõpendioſa ſubſtitutio, an porrigatur ad bona maternæ lineæ, in præiudicium matris filio ſuperſtitis.*

9.10. *Ad refectionem Ædium deſtinata ligna, & aliæ materiæ, tanquam immobiles, cedunt in nudum parentis vſumfructum, nec, tanquam mobiles, ab eo filij hærede perpetuò tenentur.*

11. *Pater filio abſolutè non ſuccedit in res mobiles, quas ex officio vendere, quarúmque pretium in emptionem immobilium conferre debuerit.*

Debiti vſuræ non parantur ſolo præcepto exoluendæ ſortis ab Apparitore facto: niſi debitor in ius vocetur, condemnandus ſoluere debitum, cum vſuris legitimis.

Ex prouiſionali *cõdemnatione debiti æris penſitandi, nullæ ſequuntur vſuræ: niſi poſt longam debitoris morem & contumaciam ſummæ litis ad exitum perducendæ.*

12. *Auus & auia, qui non ſuccedunt apud Andes, matri etiam poſtponuntur in Patria Iuris ſcripti.*

Conſtitutio Regia, de materno in bona filiorum hæreditario iure, non ſeruatur in Burdigalenſi Senatu.

13. Baſtardorum *parentes non ſunt hæredes.*

Illegitimo filio non licet, naturalem patrem hæredem inſtituere.

Adoptionis forma in Gallijs antiquata: niſi de propinquorum aſſenſu, eorũque, quorum interſit.

Hæredes nominantis baſtardum *in contractu matrimonij filium ſuum tenentur, tanquam auctores &* garendi, *eum admittere in partem equalem paternæ ſucceſsionis.*

14. *Num vir vxori ſeparatæ bonis conferre debeat in filij communis præmortui ſucceſsionem, quæ hic patri viuus priuatim dederit.*

An moriente coniugum altero, qui in vſumfructum bonorum immobilium filij præmortui ſucceſſerant, ſuperſtes, eundem totius vſumfructum retineat, an verò pro media tantùm, quaſi altera, fructuarij coniugis obitu, extincta, & conſolidata proprietati.

MATERNÆ RES viui filij, vſufructu queruntur patri Romana Lege mortui verò, Andegauenſi.l.omnem Cod.De bon.matern.§.270. Andeg.Conſuet. At Saxonici quidem patres maternis liberorum prædiis non fruuntur, ſed eorum morte vtuntur, vt ſuis, pro hærede, fratribus excluſis, ac ſororibus. Lib. 1. Different. Iur. Ciuil. & Saxon.Cap.24.Et Lib.2.Cap.31.*Landtrecht* Lib.1.art.11. Deterior planè Cenomani parentis conditio, qui nec ſpirâtis, nec defuncti filij immobilia capit vſu ac fructu: præter ea, quæ liberaliter in illum contuliſſet. Cuiuſmodi donata, vetuſto More Gallico, ad parentes redibant iure dominij, nedùm fructuario. Vt tradidit Petr. Fontanus qui libellos agebat in aulico Diui Regis Conſilio, hac priſca Gallorum phraſi. *Quan li preudom maria ſa fille, & li dona vne piece de terre en mariage,* Ce nee *mie cõtre Coſtume, ſe la terre reuiẽt au pere apres la mort de ſa fille, qui morut ſans hers de ſon corps. Mes ſe denier furent donné en mariage, & la terre baillée à mortguage pour les deniers, Apres la mort la fille, qui n'a point d'hoir de ſon corps, demourra la terre pour la moitié del nombre au mary, ou à ſon hoir, ſelon la conuenance, qui miſe y ſu.* In autographo Codice ſic inſcripto, *Li Liures la Reigne, & enſeignedroit, à faire & tenir Iuſtice treſeſpeciaument.* Sic nummarium portionis hæreditariæ viri ſupplementum, quod is cohæredi ſuo erogarit ex communibus cum vxore loculis, in eodem poſtea cõfunditur, tanquam mobili hærede filij: Cui præmortuæ matris ſucceſſori tale ſupplementum dimidiatim refundendum erat. Tametſi enim hoc pecuniæ additamentum, fundi pretium empti videatur, velutíque immobile: quo, paterna hæreditatis maiorũ portio aucta & ampliata ſit. Spectandum eſt tamen, quod in herciſcunda familia potiſſimùm agitur: nec diuiſioni hæreditatis accedẽs æris penſatio, æſtimatióque facit emptionem vxori communicãdam, ſed partium exæquationem hæredes inter ipſos: Viri autem ſociæ cõiugi parit nudam mediæ ſortis pretij condictionem, purè mobilem. Ac propterea èx ſuppleméto iſto nulla quæruntur laudimia recto Domino, nec gẽtilitius Retractus *de Mydenier* viro in mulieris hæredes Moribus reſeruatur, quaſi ex eo nummorum auctario fundos ille à propinquis ſuis coëmiſſet.§.282.Andeg.Leg. Huc aptè refertur Pontificium Clemẽtis.3.de permutatione, (cuius vicem diuiſio illa obtinet) Reſcriptum, Ad quæſtiones De rer. permut. Ac Vidi Papij Deciſio Gratianopolit. 92. 1.

Ius Saxonicum.

Vſusfructus rerum à parentibus donatarũ, morte donatarij filij ad eos venit. Cenomano More.art. 288.

D.Ludouici Requeſtarum Magiſter P. Fontaine.

De ſoulte pecuniaire de partage de l'vn des mariez, le Mydenier deu à l'autre.

Actus denominatio ſemper fieri debet à digniori, & potẽtiori.l.1.Et ibi Gloz.ff. De verb.oblig.l.queritur.ff. De ſtatu homin.

Verſ. refuſa certæ pecuniæ quantitate, poterit contractus permutationis iniri, &c.

QVANQVAM parentes in filiorum prædia non ſuccedunt, dempto vſufructu: eos certè auſim hęreditatis competitori Fiſco committere, vel adeò pietatis nomine anteferre. Nam vt fateamur, defuncti propinquos alterius ſtemmatis, quàm ex quo bona fluxerint, ſuperari à patrono feudali.§.268.Andeg.Leg. Haud ideo ſequitur, hunc defi- 2.

An pater, matérque defuncti filij, qui extantibus cuiuſque lineæ bonorum conſanguineis, vſumfructum ſolum habent, in ea bona proprietate ſuccedant, quæ ſuæ lineæ conſanguineis hæredi-

cientibus

cientibus tranſuerſo gradu cognatis, potiorem eſſe parente defuncti, aduerſus quem tranſuerſarij hæredes obtinerent. Nec enim rerũ dominio vincuntur parẽtes ab agnatis demortui, niſi qui ex eadem cum fundis gẽtilitia ſtirpe ortum deduxerint. §. 270. Andeg. Cõſuet. Quiritum itẽ Iure Honorario, vxor in ſucceſſione viri anteponitur Fiſco. Idque Saxonicas in Leges traductum oſtendit Liber. 2. Different. Iur. Ciuil. & Saxon. Cap. 29. Quod magis eſt, Vviſigothorum ſanctione, ſuperſtes coniugum ex aſſe hæres ſcribitur alterius, nullo huius propinquorũ ſtẽmate reſiduo intra ſeptimũ gradum. Imo Romulea etiã Lege, Vxor in ſolidùm fuit mariti hæres inteſtati, ſine liberis defũcti: ſin is liberos ſuperſtites reliquiſſet, tantumdẽ vxori, quantũ liberis dabatur. Id quod Dionyſius Græca ſua dialecto expreſſit, in hũc modũ. Τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς καὶ κληρονόμος ἐγίνετο τῶν χρημάτων, ὡς θυγατὴρ πατρὸς εἰ, μὲν ἄπαις τε καὶ μηδένος διαθέμενος ἀποθάνοι, πάντων οὖσα κυρία τῶν ἀπολειφθέντων εἰ δὲ γενεὰν ἔχοι, τοῖς παισὶν ἰσόμοιρος γινομένη. Summa igitur æquitatis ratio præſcribit, vt parẽtes, qui liberorum familiæque auctores ſunt, & affines omnes excludunt hæreditate, Fiſcum pariter expellant. Argum. l. Claudius Fœlix D. Qui potior. in pign. l. De acceſſionibus. ff. De diuerſ. & tempor. præſcript. Fauẽdum enim pio luctui parentum, ac luctuoſæ abreptorum iis natorũ hæreditati, quę ipſis obueniat, triſti rerum cõuerſione: quùm illud, quod communi eorumdẽ voto, & naturæ tridui debebat, hoc parentes à filiis accipiunt. Vnde eſt illa D. Hieronymi ad Heliodorũ de morte Nepotiani querula vox, EN RERVM IN NOBIS ORDO MVTATVS, ET IN CALAMITATEM NOSTRAM PERDIDIT SVA IVRA NATVRA. Per contrarium verò ſuggeretur, Parentes noſtris Moribus non ſuccedere in bona filiorum iure mancipi, ſed tranſuerſo limite conſanguineos, & ſecundùm eos, Fiſcum. Vt inquit Maſuer. in Tit. De ſucceſſ. & vltim. volunt. In prin. & art. Item de Cõſuetudine. Ac fauorabiliùs adeò ij, penes quos rectum Dominium reſidet, capient ſucceſſorio iure quicquid in eorum clientela poſitum ſit, olimvè conceſſum emphyteutica lege. Vt Benedictus tradit In ver. Et vxorem nomine Adelaſiam (Num. 948. 949.) Repetit. Cap. Raynutius De Teſtam. Qua de re Nos obiter Lib. 1. DOMANII Gallici Tit. 12. artic. 9. Placuit autem ORDINI AMPLISSIMO, de prædicta hæreditatis controuerſia inter parentes, & patronum interloqui, dẽque Cenomanæ Conſuet. vſu confuſis Forenſium teſtimoniis inquiri iubere: An parẽtes, nullis ex Familiari ſtipite fundorum hæreditariorum propinquis extantibus, ſuperarent alterius ſtemmatis agnatos, indeq; patronum qui talibus alienæ lineæ conſanguineis ſuperior habeatur. Senatorio decreto (quod percenſuimus antea cum Die & Cõſule) lato inter Dianam Frãcicam, Montis Morentij Ducem heroidem, qui patroni Regis tranſcriptitium ius proſequebatur: & Nicolam *le Roy* quæ Radegundem *de Maridort* filij matrem referebat, de cuius ſucceſſione agebatur. In ſumma, ex prædictis colligitur, Prætorium Ius ſuccedendi VNDE VIR ET VXOR, Andibus inuſitatum eſſe: Vbi nimirùm

bus careant, & itã dominum feudi excludãt, qui deficiẽtẽ ea propinquorum linea, præferretur alteri cognatorum lineæ in ſuccedendo.

Cõſuet art. 270. Ibi. *le ſid. pere & mere, ou celuy qui ſuruiura, en auront l'vſufruict pour le tout, & les plus prochains lignagiers collateraux, chaſcun en ſa ligne, en auront la proprieté.*

Leg. Vviſigoth Lib. 4. Tit. De Succeſſion. art xi.

Romana Lex Romuli apud Halycarnaſſeum.

Sic etiã ſcripta Conſuetudine *de Mante & Meulland*, art. 170. Vteruis parẽs in defectum deſcendentium, & collateraliũ, filio filiævè ſuccedit in patrimonia, & antiqua defuncti bona, excluſo Fiſco.

Ex noto Iuris dogmate. Si vinco vincẽtem te, &c.

Areſtum Curiæ Pariſien. interlocutoriũ de forma, & modo vtendi conſuetudine Cenomaniæ Andibus proximæ (§ 186. 288. 334. In 3. Camera Inqueſtarum Curiæ. *Touchant la Chaſtellenie de Balon ſoubz Luce, au Maine.* De quo vide ſupra Lib. 2. Tit. De Mulctis, art. 3.

Continuatio cōmunionis bonorum inter ſuperſtitem coniugem, & liberos, ex defectu Inuentarij.

Theodoricus, Quia, inſit, caduca bona Fiſco noſtro cōpetere, Legum cauta decreuerunt, ideoque præſentibus Oraculis admonemus, vt ſi reuera nullus ei aut teſtamento hæres extitit, aut proximitatis iure ſucceſſit, Fiſci noſtri ea bona compendiis facias aggregari.

Dominus rectus præfertur alterius etiā lineæ propinquis, (d. §. 268. ac multò magis cōiugum ſuperſtiti, qui ab vtrouis cognatorum genere Honorarius ſucceſſor vinceretur. Argum. Bonifacij. 8. Pontif. in Cap. penul. De Cóceſſ. præben. Lib. 6. Idem planè Boiis Municipibus inoleuit Vſus, ſecundùm ſublimen Iuridicum, aduerſus cognatos diuerſi ſtemmatis, & cóiuges, ſubſidiarios inuicem bonorum poſſeſſores Lege deſignatos. art. 328. Borboniæ Conſuet. Haud puto tamen, patronum, aut Fiſcum, qui perduelli filio in bona ſuccedat, beneficio vti, prorogatæ Moribus ſocietatis fortunarum fauore gnati cum parente ſuperſtite. Familiaria quippe hæc iura conſortij bonorum, quæ perſonalia ſunt nec tráſuerſo quidem gradu propinquis tributa, longè minùs tráſmittútur ad Fiſcum, extraneumvè alium. Ex Cæſarea Antonini Leg. 1. Cod. De libert. & eor. liber. Vbi Doctor. L. Maritú. *L. ſeq.* l. Etiam filios mulieris D. ſolut. matrim. Id quod notatu dignú eſt obiter ad Cenomanæ Conſuet. explicationem. art. 506. de coniugalis opú cómunionis prorogatione, arbitrio relicta & optioni liberorum, Neque ab his longè recedit vetus Theodorici Gottorum Regis ſanctio, de caducis bonis ſuo Fiſco delatis. Caſſiodori Lib. 4. Variar.

Hoc de matribus Edictum quidā aiunt in patre ceſſare, quaſi eius ratione ceſsāte. Quia mulier ſecūdis nuptiis bona transferret in alieni nominis familiam. Paternum verò nomen, & ſic familia ab omnibus liberis retinetur. Item hoc Edictum exorbitās à Iure communi, non facilè extendendum: Vti, contra, Edictum de ſecundo nubentibus feminis ad viros protenditur, quia cōforme Iuri cōmuni. Tamen verius eſt, Edictū de matribus, in patre procedere ob æqualem rationē & fauorem perpetuandorum bonorū in familia, quū alioqui pater filio in materna bona ſuccederet De quo etiam, lege à nobis ſupraſcripta Lib. 1 In Præfat. De commun. Gallic. Conſuet. Præcept. In Margine. pag. 62.

Decretum Senatus Pariſien. die. 25. Ianuar. an. 1578. emendans Sententiā Bailliui *de Foreſtz* latā die. 2. Iulii an. 1575.

Haud ſolo Andium More, ac Cenomanorum, parenti defertur nudus vſusfructus, cognatis proprietas immobilis hęreditatis: ſed etiā perpetuo Edicto in Prouinciolis ſcripti Iuris, Maio Mēſe an. 1567. Etſi enim legitima ipſa hęreditatis portio, ad vſumfructum purum redigi nequeat. §. Prohibemus Nouella Conſtit. De triente & ſemiſſe, Authent. Nouiſſima Cod. De inoff. teſtam. Bonorum tamen vniuerſitas viuo parēti fruēda ſtatui poteſt in omne ius Legitimæ, quatenùs vniuerſorum vſusfructus dominio triētis, vel ſemiſſis, æquipolleat, quod Legitimæ ergo debetur. Vt Iaſon eleganter diſtinxit in cita. Authent. Nouiſſima Per l. Hæreditatū D. Ad Leg. Falcid. Boërius in Deciſ. Burdigalen. 147. Num. 14. 15. Proin Senatus Pariſiorum Margaretæ *du Móncel* agnatæ proximæ adiudicauit paterni ſtemmatis prædia Antonij *de Moncel* demortui: ſalua partis dimidiæ fructuaria poſſeſſione, quam Conſcripti Curiæ addixerunt Iohanni *Pacot*, & Mariæ *Cheuenier*, auo, auiæq; maternæ defuncti. Quibus & reliqua ipſorum bona competere, pronuntiatum. S. Conſulto. 8. Calend. Februar. an. 1578. infirmante Prætoris Foreſiorum Sentētiam poſtridie Kal. Quintiles an. 1575. Iuxta leg. 3. §. vlt. Et ibi Bart. Cod. De bon. quæ liber. Planè Iuſtinianus in Nouella ſua Conſtitut. 18. Fructuarium appellat * τὸν τῆς χρήσεως κύριον. Vſumfructú quoq; nominat, in ſuis paſſim Nouellis χρῆσιν, καὶ ἐπικαρπίαν. Bononiéſis pariter Italica Conſtitutio matrem vocat, auiámq; ſuperſtitem ad merum portionis vſumfructum, Romana Lege iis ſancitę in res vniuerſas filij vel nepotis. Statut. Bonon. Lib. 4. Rubr. DE SVCCESSIONE AB INTEST. ASCENDENTIVM ET COLLATERAL. 3.

* dominum vſus & poſſeſſionis.

Statuta *de Boulogne la graſſe* Cum Annibalis Monterentii Commentariis, editis an. 1582. Quibus etiam Statutis, maternus, auiæque vſusfructus iſte ſecundis nuptiis amittitur.

Tholoſana S. Conſulta.

Francicvm porrò Edictum, Tertylliani. S.C. derogatorium (de quo. 3.) non cuſtoditur in Occitania, Narbonenſis Galliæ at Senatoriis Tholoſæ Decretis, matri vulgò addicitur iuſta bonorum pars filij morte 4.

morte prærepti, ex iure Quiritũ: ſiue is teſtatò, ſiue inteſtatò vita deceſſerit. Qualia multa Tholoſanæ Curię Iudicata recẽſet Gerard. Maynardus, Lib. 2. Quæſtion. Iur. Cap. 84. & ſeq. In his pariter Celticæ, Belgicæque finibus Galliæ, Regium illud Edictum non adimit matri, vel auiæ ius ſuccedendi in aduentitia bona nepotum, & ab iis acquiſita. Verbi gratia, Numphidius filio hæredi ex aſſe inſtituto Gaium ſubſtituit vxoris fratrem, ac ſuos. Gaius ſubſtituttus, paulò poſt teſtatorem exceſſit è viuis. Dehinc teſtantis deleta ſobole, hæreditas peruenit ad poſthumum Gaij, tanquam ſubſtitutionis lege nuncupatum ſecunda cera. Hic poſtmodùm obiit, matre, ac patruo ſuperſtitibus. Inter quos mouetur contentio de bonis ſubſtitutione poſthumo delatis. Patruus enim ita diſſerebat, Fratrem ſuum poſthumi patrem, ſubſtitutum fuiſſe teſtantis liberis primo ordine, eius autem filium vlteriori gradu, quaſi vocatum intuitu ſolo, fauore, ac contemplatione patris, qui arctiſſimo affinitatis vinculo iũctus erat teſtatori. Nec enim diſſimiliter apud Vlpianum adrogator dediſſe coniicitur, id quod eius beneficio adrogatus acquiſierit: putà ſi adrogatoris amicus, vel cognatus ei aliquid reliquerit. l. ſed ſi plures. §. In arrogato. ff. De vulg. & pupill. Itaque paternas id genus poſthumi facultates ad paternũ hæredẽ pertinere. Mater, contrà, defuncti patrem fato ceſſiſſe, antequàm ex ſubſtitutione capere poſſet, eiuſque conditio exiſteret. Inde ſubſtitutionem, quæ nõdùm tunc veniſſet, extra bona paterna fuiſſe, nec patris morte trãſmiſſam ad filium. l. ſubſtitutio. ff. De acquir. rer. domin. Hũc autem filium ſuo iure, tanquam ſecundùm hæredem teſtatoris, & ab eo vno vocatũ in ſpem bonorum, adiiſſe hæreditatem. Cùm igitur ſubſtitutionis ab extraneo factæ compendium numeretur in albo quæſitorum, non eſt, quòd matri filij hæredi illud inuideatur. Secus in ſubſtitutione ab auo, proauo, aut paternis agnatis edita, quæ ſubſtituti patrimonio, hærediiſq; paternis accẽſeretur. Quare matris cauſam æquiorem opinor. Et hàc quidem, licet à ſucceſſione filij repulerit Lex. 12. Tabul. Pittaci ſanctio patri exæquauit: vt parem haberet in hæreditate filij portionem. Sicuti de Pittaco refert Theon Sophiſta in ſuis Progymnaſmat.* φησὶ πιττακὸς, νόμος θεὶς πατέρα καὶ μητέρα τὴν ἴσον· Inde & Gallicis in Regionibus Iuris ſcripti, Lutetiana Curia matrem filij hæredem ex aſſe pronuntiauit Mobilium fortunarum, vndecunque defuncto obueniſſent, nec vllo paternæ originis ipſarũ diſcrimine: Quales tamen profectitias, dominio ipſo. Regia Lex matri abrogarat. Iudicato Nonis Febr. an. 1600. ad prouocationem ex Belliioca Sede forenſi, Lugdunenſis prouinciæ.

Cap. 84. 85. 86. & 87.

Subſtitutio facta ab extraneo teſtãte, cẽſetur ſpecies acquiſitionis, non antiqui patrimonij. Ideoque mater ſubſtituto filio ſuccedit ab inteſtato, tam ex Iure communi quam ex Edicto Franciæ.

Gradibus ſubſtitutionum Edicto Aurelienſi & Molinenſi limitatis non ſe adſtringit Tholoſana Curia, præcipuè in gratiam deſcendentium. Vt dicemus. i. art. 8. Sed Pariſien. Senatus, cõtrà. Areſto die [illegible] April 1601 Dn Iordano relatore in magna Camera inter Claudium *de Leuis* Baronẽ *de Couſans* actorem. & filias hæredes Comitis *de Carlus*, reas. Ac ſimili Areſto die. 30. Auguſti [illegible] ad relationem Dn. Courtini in d. Camera, *entre les ſieurs de Bourſoles, & de Caumont ſur euocation du Parlement de Tholoſe.*

* Inquit Pittacus, patrẽ, & matrem æquales reddi.

Pariſien Senatus decretum, Die. 5. Febr. 1600. *ſur l'appel du Bailly de Beauiolois, (pays de Droict eſcript reſſortiſſant au Preſidial de Lyon.) Au proffit d'Yſabeau Breton veufue de Nicol. Fayart, remariée à N. Liſſon, heritiere iugée de tous les meubles d'vn de ſes enfans, decedé, encores que eſd. meubles ſeuls paternels conſiſtaſt toute ſa ſucceſſion.*

5. Principalis itẽ de matribus Cõſtitutio procedit ſolũ in hæreditate inteſtati filij: quùm ex teſtati bonis delibetur legitima portio matri adplicãda. Quod inibi præcipuè locũ obtinet, vbi coniunx, ſeu quiuis alius exter hæres à filio nominatus ſit: cui teſtantis genitricem ęquitas

Iudicatum Curię Pariſiẽ. die. 28. Nouẽbr. an. 1579. *Sur l'appel de la Seneſchauſſee de Lyon ou Bailliage de Beauiolois.*

ſuadet anteponi. Decreto Senatus Pariſien. 4. Calend. Decemb. an. 1579. ad prouocationem ex Lugdunenſi Prætura, inter Fráciſ. Saladinum, qui ſummam Curiam appellarat, & Yſabellam *Mandart*, edi-ueiſò, litigatricem. Tantumdem & Legibus definitum eſt ſecundum filias, quæ patria Conſtitutione ſummotæ ſint hæreditario iure in gratiam maritum liberorum. Nam ſi pater extraneũ hæredem poſtremis tabulis nuncuparit, filiæ non excludũtur debitæ portionis auctario in corporibus hæreditariis. Alexand. in Reſponſo. 69. Lib. 1. ſecutus Bartoli opinioné in. l. ſuus quoque D. de hæred. inſtit. Benedict. in Cap. Raynutius In ver. duas habens filias Num. 154. Diuerſa cauſa eſt eius ſcripti hæredis, qui aliàs ad ſucceſſionem bonorum lege vocaretur: quum eius fauore ſacratiſſimi Principes noſtri Tertyllianum. S.C. abrogarint. Vt colligere eſt ex Theodoſ. & Valentin. Impp. leg. *Hac* cóſultiſſima. §. ſi quis autem Cod. De Teſtam. Rurſùs ſi mater teſtantis filij iudiciũ agnouerit petitione legati, remouebitur ab inofficioſi querela, tametſi extero hærede inſtituto. Sicuti Paulus I.C. adnotauit. l. vlt. ff. De inoff. teſtam. Et l. Poſt legatũ acceptum D. de his quæ vt indig. aufer. Papinian. in l. Si filius qui patri. ff. De bon. libert. Eóq; modo Iudiciis deciſum fuit aduerſus matrem eius, quæ maritum teſtamento hæredem adſcripſerat. Areſto Senatoriæ Pariſiorum Decuriæ in maioribus Aruernorum Seſſionibus iuridicis, Septimo Kal. Octob. an. 1582. Nec abſimiliter Tholoſanum Senatum pronuntiaſſe, refert Benedictus Ordinis eiuſce collega, ſecundùm Ludouicum de Rupefolio. In cita. ver. duas habens filias Num. 154. Imò & primitùs Conſtitutio Claudij Cæſ. ſimpliciter matri famil. detulit inteſtati filij, ſineq; liberis defuncti ſucceſſionem, ſi modò ea quatuor filios peperiſſet. §. 1. Inſtitut. De S.C. Tertyll. Porro vetuſtiorum Legum voce, mulier liberorum tutrix, quæ ſecúdò nubit, tutore illis non petito, nec reddiris tutelæ rationibus, minime amittit legata & fideicómiſſa ſibi relicta teſtaméto mariti. Iudicio Tryphonini I.C. in l. credendum. §. hæc autem mater D. Qui pet. tut. Ac diuerſum licet poſteriùs ſancitum videatur Cæſarea Theod. & Valentin. lege Omnem matri Cod. Ad S.C. Tertyll. (In ver. ſiue iure ſubſtitutionis) Mitiorem certè in partem illá inclinauit Senatus Pariſiorum, maternîſque ex ſecundo cóiugio liberis hæredib⁹, bona adiudicauit, in quę prior maritus vxoré filiæ ſubſtituerat: etſi huic tutore non poſtulato, mater ſeſe nouas in nuptias cóieciſſet. Decreto in Senatoria prima Inquiſitionũ Decuria. 3. Idus Februar. an. 1584. Sententiam Matiſconenſis Prætoris infirmante. Inter Claudium Godartum tutorem filiæ, actorem: Et Petrum *de Chauanes*. reum conuentũ tutorio liberorum nomine. Iuxta Bartolum ad d. leg. Credendum. §. 1. Ac expromptum in id Franciſ. Aretini Reſponſum. 40. Aruerno autem More ſtatutum aliud de cóiugalibus lucris in matrem, notauimus Volum. 2. PARISIEN. MOR. Hoc ampliùs, Lutetiano S.C. illo deciſum eſt, viduam coniugem, quæ intra annum luctus

Mares tamen ſecundonati nobiles And. & Cenom. ſunt tantum fructuarii parẽtum hæredes ex cauſis à Molineo citatis in §. 239. Cenom Cõſuet Sed illi Reſcriptum Principis obtinuerunt de ſucceſſorio iure in proprietatem, nedũ in vſumfructum. Sub annũ 1561 Procurãte Guillardo Dn. *de Lyſle, & du Mortier*, Conſiliario arcani Conſilii regis, cui pro illis Reſcripti publicationẽ in Senatu curãti acriter obſtitit regius procurator *pour la conſequence que cela pourroit faire contre le Roy au faict des Appennages des fils, ou freres puiſnez des Roys*, idcoque res tota intermiſſa hactenus, ac ſilentio ſepulta eſt.

Areſtum Curiæ Magnorum Dierũ Claromontis Aruerniæ. die 25. Sept. an. 1582.

Mater, quæ non petierit tutorem liberis eorum hæreditate excluditur. l. 2. §. quid, ſi non compulit D. Ad Tertyll l. vlt. D. Qui pet. tutor.

Areſtum Curiæ, die. 11. Febr. 1584. *ſur l'appel de la Sentence du Bailly de Maſcon. du. 2. Iuing. 1582.* Dn. Brulardo litis relatore in. 1. Camera Inqueſtarum.

Tit. De Tutorib. art. 5. Aruernæ Conſuet. Vbi Molineus nominatim.

Art. 9. Tit. 7.

luctus ad ſecunda vota conuolaſſet, haud ideo prioris viri legato, ſubſtitutioniuè Teſtamētaria mulctari. Ex Pontificia Vrbani. 3. & Innocētij. 2. Lege, ciuili Imperatoriæ, deroganti. l. 1. Cod. De ſec. nupt. Cap. penul. & vlt. Eod. Tit. In Decretalib. Epiſtol. Cōtrarium tamē Iudiciis Tholoſanæ Curiæ vſurpari, tradit Ger. Maynardus, ei Conſcriptus Curiæ, Lib. 3. Quæſt. Iur. Cap. 92.

Tholoſana Areſta.

6. MATER, ad hæc, teſtamentaria hæres eſſe non prohibetur, quantúuis luctāte conſanguineo, & Familiaria prædia aliò traduci clamitantē Nam Principali Edicto illo, nemini præripitur ſua de re teſtādi arbitrium liberum ac ſolutum. Vt purà, Vilhelmus *Barrault* ex Iana *Thomas* coniuge filiam ſuſtulit Claudiam *Barrault:* Quam pater ſupremis verbis inſtituit hæredē, eique in bonorum vncias aliquot matrem ſubſtituit. Defūcto eo, materfamil. migrauit ad aliud cum Petro *de Chauanes* matrimonium, ex quo liberos nonnullos progenuit. Dein Claudia *Barrault* impubes obiit, relicta matre: quæ paterna filiæ bona intendit iure ſubſtitutionis ad ſe pertinere. Eò interuenit Petrus *de Chauanes* tutor liberorum ſuorū, qui demortuæ fratres vterini hæreditatem petunt, quaſi anteriore gradu propinqui. At cōtrà nititur Claudius *Godart* Claudiæ filiæ tutor, & paternas defunctæ facultates huic vni paternæ agnatæ deberi contendit. Quam in partem adducit teſtamenti tabellas Vilhelmi *Barrault*, qui hanc in plures hæreditarij Aſſis vncias filię ſubſtituerit. Nec mutat, quòd ſubſtitutionis literę in Foro publicatæ non ſint intra tempus Edictis præfinitum. Eadem quippe, ætatis auxilio reſtituta eſt Diplomate, aduerſus omiſſam forenſium Solemnium obſeruationem. Curiæ tādem Conſcripti res ſubſtitutione matri delatas addixerunt liberis, matris interim mortuæ hæredibus, ſororíſque vterinæ: reliquas paternæ cōſanguineæ eſſe iudicarunt. S. Conſulto Pariſienſi. 3. Idus Februar. an. 1584. in prima Claſſe Inquiſitionū Curiæ: Apud quam, Brulartus ſenator litem recenſebat appellatoriam ex Præfectura Matiſconenſi. Atque adeò Lugdunenſi in Prouincia vniuerſim receptum eſt vulgari Iudiciorum praxi, Regiam in matres Conſtitutionem minimè trahi ad poſtrema puberis etiam filij elogia, matrem hæredem nūcupantis. Vt Claud. Rubiſius. Lugdunen. Magiſtratus refert, in Commentar. nouatæ Burgūdionum Legis Municip. ad art. 9. Franciçę Sanctionis de matribus, derogatorium.

Francica Edicta, quæ de inteſtati ſucceſſione ſtatuūt nō trahuntur ad cauſam teſtati, etiamſi mater filiæ ſubſtituta paternis & pupillaribus tabulis, non petulet ei tutorem, & intra annum luctus ſecūdò nupſiſſet.

Iudicium Senatus in prima Camera Inqueſtarum die. XI. Februar. an. 1584. *Sur vn procés par eſcrit, du Bailliage de Maſcons*

Claud. *De Ru..* Cōſiliarius in Præſidiali ſede Lugdunenſi. (*à laquelle reſſortiſt auſſi le Bailliage de Maſcon.*) Qui ſcripſit in Burgundæ Conſuet. art. XI. reformatos & ita adprobatos Diuionenſi Areſto (*ſur les Oppoſitiōs du tiers Eſtat*) die. 15. Decembr. an. 1575. *pour le Duché de Bourgong. Cōte de Charrolois, & Vicōte d'Auxonne.*

7. PVPILLARIS quondam ſubſtitutio tacita, quæ inerat expreſſæ vulgari, matrem non excludebat filij hæreditate. l. vlt. Vbi Accurſ. & Doct. Cod. De inſtit. & ſubſtit. l. Precibus Cod. De impub. & al. ſubſtit. Bartol. ad l. Moribus. ff. De vulg. & pupill. Sed hodierno Franciæ Edicto matri antefertur qui ſubſtitutus fuerit poſteriore cerā, huicq; bona in ſolidùm reſtituuntur, nullo Quadrāte diminuta: Præſertim ſi ei, qui ſecundis tabulis ſubſtitutus eſt, legibus obueniſſet teſtantis hęreditas, niſi liberos reliquiſſet. Nam vſusfructus, qui Legitimæ portionis vice matri reſeruatur Edicto, decerpitur ex ſola inteſtatorū ſuc-

Diui Marci, & Veri Conſtitutione, vulgaris ſubſtitutio expreſſa continet tacitam pupillarē l. Iam hoc iure ff. De vulg. Sed antea de eo inuicem certarant Mut. Scæuola & L. Craſſus, an M. Curius, Coponii poſthumo ſubſtitutus, ſi is moreretur ante pubertatē, cenſeretur quoque, eo non nato, inſtitutus. Vt ait Cic. 1. De Orat.

Curiæ Pariſien. Areſtum profecto Pentecoſtes die recitatum an. 1588. *Sur l'appel du Seneſchal d'Auuergne ou ſon Lieutenant à Rion.*

ceſſione. Vt Senatus Pariſiorum inter Lugdunenſes ciues maturè decreuit. Areſto Pentecoſtes an. 1588. ad prouocationem ex Ricomagenſi Aruernorum Foro, quam mater emiſerat tutrix liberorum ſuorum, & defuncti Ioh. *Guillen*, Lugdunẽſis Conſiliarij in regia Sede iuridiciali: Campieria, ediuerſò, Antonij *Guillen* vidua altercante. Quoniam tamen iſthîc teſtator aureos numos trecentos vxori legaſſe proponebatur, Senatus cẽſuit, eos matri à ſecundo hærede præſtari debere. Quinetiã Iure Ciuili, peculiariter vxori relictum arguit hanc teſtãtis voluntatem, vt tacita pupillari mater à filij hæreditate repellatur, quam eo legato contentam eſſe præceperit. l. fideicommiſſa. §. ſi quis ita. ꝥ. De legat. 3. Vbi Bart. Et in l. Moribus. ꝥ. De vulg. & pupill. Benedict. in Repetit. Cap. Raynutius De Teſtam. In ver. ſi abſque liberis moreretur. ij. de pupill. ſubſtit. Num. 93.

Huiuſce de matribus Edicti meminimus Lib. 3. Sacræ Politiæ forenſ. Tit. vlt. art. 19.

8. TANTA deinceps Legis Regiæ vis eſt, vt licet expreſſa pupillaris ſubſtitutio, vel compendiaria, quæ illi æquipollet quadantenùs, non trahatur ad res pupillo quæſitas ab materna linea, nihilo minùs eas hodie cõplectatur: ſaluo tãtùm matri, vel auiæ maternę Vſufructu bonorum, quæ ex ſuo ſtẽmate profecta ſint. Vti Ornatiſſ. Curia pronũtiauit. 13. Calend. Sextiles an. 1571. ex controuerſo negotio Laurẽtij, & Catharinæ *Bertault* hinc, ac Ianæ *Mellier* inde: concertantium: Qui à Lugduẽſis Prętoris ſententia dicta. 3. Idus Mart. 1567. Curiam appellarant vtrinque. Subſtitutio quidẽ pupillaris expreſſa porrigitur ſummo iure ad vniuerſas patris ac filij facultates. l. ſed ſi plures. §. Ad ſubſtitutos. ꝥ. De vulg. & pupill. At humanitate ſuggerẽte, materni ſtemmatis bona inde excipiũtur: ne iis mater, pupillaris ſubſtitutionis obiectu, fraudetur. Vt Ioh. Corraſius præfractè aſſerit (in cit. l. Precibus Cod. De impub. & al. ſbuſtit.) pugnantẽſque refellit ſentẽtias Baldi & Alexan. in d. §. Ad ſubſtitutos. Enimverò vbicũq; patriis Cõſtitutionibus pupillaris ſubſtitutio, ſeu quæ cõpendio verborum concepta eſt, tranſit in fideicõmiſſariam, inibi maternũ ius integrum ſeruatur vtẽdi ac fruẽdi ſenis bonorũ vnciis, quod Frãcica Lege proditũ ſit. Quippe quùm fideicõmiſſis & neceſſariò detrahantur hęreditarij Quadrantes, nec alia, quã teſtatoris bona, cõprehendãtur. cita. l. Precibus Et l. Cohęredi §. cùm filiæ. ꝥ. De vulg. & pupill. Cap. Si pater De Teſtam. In. 6. Sic Pariſienſi S. Cõſulto deciſum fuit. 3. Nonas Iunias an. 1588. ſecundũ matrem, de fundis ſitis in Maſſiliẽſi Prouincia: Cuius lege Prouinciæ, qui impuberibus, aliiſvè ſuſtituti ſunt cõpẽdiaria verborũ formula, cẽſentur ad fideicõmiſſum acciti, & ita deductioni Quartarum obnoxij. *Statuto* poſtridie Idus Decemb. an. 1456. (de ſubſtitutione compẽdioſa) quod Phocenſis Prouinciæ Cõſtitutionibus intexitur. Narbonenſi quoque in Gallia Occitanorum, matrem haud prorſus excludit pupillaris tacita, quæ compẽdiariæ includitur, ſubſtitutio: quàmlibet obnitente Bonifacij. 8. Reſcripto Si pater De Teſtam. Quemadmodùm ſumma Tholoſatium Curia iudicio cenſuit, 6. Idus Maias an. 1583.

Areſtum Curiæ die. 20. Iulii an. 1571. ſuper appellatione à Sẽtẽtia Iudicis Lugdunenſis lata die. 13. Mart. 1567.

Guido Papæ in Quæſt. 553. tractat, an pupillaris expreſſa excludat matrem etiam à Legitima, & quomodo intelligãtur illa verba, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.

Cõpendioſa ſubſtitutio, & pupillaris.

Vſusfructus mediæ partis bonorum filii pro matre ſuperſtite, ex Edicto Francico.

Decretum Senatus die. 3 Iunii an 1588. de Statuto Comitatus Prouinciæ, quo ſubſtitutiones pupillares, & compendioſæ transformantur in fideicommiſſarias.

Tholoſanum Areſtum in 2 Camera Inqueſtar. Die. 10. Maii. 1583. Nec in hac Tholoſæ Curia, exactè ſeruatur graduum reſtrictio ſubſtitutionum, facta, Aurelianenſi & Molinen. Edictis,

1583. in Senatoria Inquiſitionum Decuria. 2. Scriptore Ger. Maynardo, Quæſtion. Iur. Lib. 5. Cap. 25.

in fauorem præſertim deſcendentium recta linea Ex Maynardi lib. 5. Quæſtiō. Cap. 86.

9. REDEO ad noſtræ Galliæ Municipia, quæ ciuico ſuo & patrio Ritu gubernātur. In iis quippe, Francicum de matribus Edictum nō procedere, docemur Curię decreto præclaro. 4. Idus Martias an. 1575. ad prouocationem ex Carnutum Sede iudiciali. Tùm enim Leonora Sedilla Gratiani Fornerij vidua mulier euicit Interdicto, VTÌ POSSIDETIS res ſoli quæſitas à Mathurina Forneria filia, (quæ mortem obierat,) vnà cum defunctæ Mobilibus, aduerſùm laterales hæredes patrimoniorum. Prout ſcripto Carnutum More cauebatur, Regia illa Lege nequicquàm refragante. Sed Mouentium nomine, aut immobilium quid veniat, argutè diſceptatum eſt in Foro, ex litis ſpecie infra relata. Filiusfamil. patris hæres, inſigne Ædificium paternum, quod vetuſtate corruebat, demolitur, eiuſque tegulas, lapides, cæmēta, calicē, tigna ſeponit, apparátque in nouam Ædium ſtructuram multò ſplendidiorem. Quùm autem is cœpto Operi inſtaret, fato interceptus eſt, viua matre. Hęc talem extruendæ domus materiem ſibi arrogat pleno iure quaſi mobilē, necdùm fabricæ ædium adhibitam. Ei quippe mobilium hæredi fauet Vlpiani reſponſum, fundi nihil eſſe, niſi quod terra ſe teneat: Item vendito, vel legato fundo, ligna eſſe venditoris, vel hæredis, quia non ſint fundi, tametſi ad eam rem comparata ſint: Et quæ in refectionem Ædium deſtinantur, ea non eſſe ædificij. Quēadmodùm & pali, qui vineæ vſui deſeruiunt, antequàm collocentur, in fundi portione non numerantur. l. Fundi In prin. Et §. vlt. π. De actiō. emp. Nullæ enim ex his rebus, quæ moueri poſſunt, dēptis paucis, fundi appellatione cōtinentur. Pomponij leg. Cùm fundus. π. De inſtructo vel inſt. legat. Et Iaboleni. l. Dolia Eod. Tit. Idem Iabolenus exiſtimat, tegulas, quæ nondùm ædificio impoſitæ ſint, quáuis tegēdi gratia allatæ, in rutis & cęſis haberi. l. granaria D. De act. emp. Ruta enim, quaſi eruta domo dicūtur, vt arena, creta, & ſimilia. Cæſa, vt arbores cæſæ, carbōnes, aliáque id genus. Ea autē recipi ſolita à vēditore M. Tullij ſeculò, teſtatur ipſe in Topic. & Lib. 2. ad Q. Fratrē. Cæteroquin tranſibát ad emptorē. Vt Plinij Lib. 35. perhibetur, cuius tēpeſtate, in foribus, & circa limina, ingentiū animorū imagines ſpectabātur, affixis hoſtiū ſpoliis, quæ nec emptori refringere liceret: Quæ etiá, dominis mutatis, domus ornamēta erant. Mutij autem ſententia deinde obtinuit, nē ruta cæſáque, Ædiū fūdivę eſſe cenſeantur, niſi id ſcriptū ſit. l. in vendendo. π. De cōtrah. empt. Huc redeunt quæ Iulius Paulus de S.C. facto in Auiolæ & Panſæ Cōſulatu, adnotauit, ſi teſtator quædam paraſſet, quaſi trāſlaturus in aliam domum, & hæc legaſſet, legatū valere. Sed ſi ea quæ legarit, ædibus iunxiſſet, extinctum legatum videri. l. Cætera. §. vlt. π. De legat. 1. l. Quæſitum. §. Tegulam autem & tignum D. de inſtructo, vel inſtrum. legato.

Pariſienſe S. Conſultum die. 12. Mart. an. 1575. *Sur l'appel du Bailly de Chartres Pour la mere maintenue & gardée en la poſſeſſion des meubles & acqueſts de ſa fille, comme ſon heritiere.* Tametſi regio de matribus Edicto ita cautū ſit, *Nonobſtant quelques conſtitutions, loix, couſtumes, edicts, ordonnances, vs, ſtils, reſtrictions, mandemens, [illegible], & lettres à ce contraires.*

Si les materiaux d'vn edifice, demoli pour reſtaurer, ſont reputez meubles, ou immeubles.

Ruta & cæſa, de quibus Vlpianus in l. fūdi. § ſi ruta & cæſa. π. De action emp. Q. Mutius l. In rutis & cæſis. π. De verb. ſignif.

Tegula, & tignū domus cauſa pa[illegible] inſtrumento continentur ſi ad huiuſmodi cauſam teſtator habeat tigna parata, ad alios vſus deſeruientia.

10. QVIBVS, ediuerſò, opponūtur ea, quæ ex Ædificio detracta, vt reponantur, ædificij eſſe ait Vlpianus. l. fundi. §. vlt. l. ſeq. §. tegulæ. π. De

act.emp. Ver.aliud iuris eſt in his quæ detractę ſunt, vt reponerentur. Idem de palis,qui vinea exempti ſint hac mente,vt iterũ collocentur. Eodem auctore I.Cõſulto.Is quoque reſpondit, nódùm conciſas Arbores Ligni legato cõtineri,ac lignum adeo,quod necdùm minutim conciſum fuerit,ſi iam cõcidendo deſtinatum ſit. Proinde ſi teſtator ſyluam huic rei deſtinatam habeat,ſylua quidem non cedet, deiectæ verò arbores lignorum nomine comprehendétur.l.ligni.ff.De legat. 3.Rurſùs infecti argenti appellatio rudem materiam complectitur, i. non factam: At ſi cœptum ſit argétum fabricari,nondùm tamen perfectum,facti vocabulo cõtinebitur.l.Cùm aurum.§.infecti.ff.De aur. & arg.leg. Per húc modum cœpiſſe opus ita accipimus cum Vlpiano, ſi fundaméta quis iecit, vel locum purgauit.Sed & ſi locus illi petenti deſtinatus fuerit,magis eſt,vt cœpiſſe videatur.l.1. §. cœpiſſe. ff. De pollicit. Itaque cœpta iam Ædium inſtauratione à filio viuo, & in operis perfectioné adornatis reliquis,palam eſt,hęc, ædium inſtar,rebus ſoli adſcribi debere. Iuxta Græcum Adagium,* Ἀρχὴ, ἥμισυ παντός.

* Principium dimidium totius.

Quin & ſtructuram loci alicuius ex tabulis factam,quæ æſtate tollerétur,& hyeme ponerentur, Ædium eſſe inquit Labeo Antiſtius: quoniam perpetuo vſui parata eſsét, neque ad rem pertinere, quòd interim tollerentur.l. Malum.§.vlt.ff.De verb.ſignif.l.debitor.l.Cùm tabernam.ff.De pignor.l.ſi chorus.ff.De legat.3. Huc refertur Vlpiani dictum,ædibus diſtractis,vel legatis,ea eſſe ædium,quæ quaſi pars ipſarum,vel propter ædes habeantur.l.Iulianus.§.vlt.ff.De action.emp. Atque,vt rem paucis concludam,opinor,reficiendæ domus materié, licet ab ea euulſam,ſed iterum domui iungendam,immobilibus accéſeri, nec à matre mobilium hærede filij rectè vindicari.Nam ex ſubſimili Iuris quęſtione,CONSCRIPTI CVRIÆ talia Ædium ſtructuræ deſtinata,immobilia iudicarunt,& à defuncti vidua muliere, mobilium donataria,improbè peti.Areſto delectorum è Senatu Patrum,qui iuridicis Pictonum Conuentibus præerát,Sexto Cal. Nouemb.an.1579. Victoribus,Franciſco *d'Apeluoiſin*,& N.Tiercelina coniuge fratris hæredibus,quorum cauſam egi:aduerſus Renatam *Girard* Antonij Dapeluoyſini viduam, donatariam, pro qua appellante à Suppræfecto Pictauen.Martinus orauit.

Decretũ Curiæ Magnorum Dierum Pictauenſium die.27. Octob.an.1579.pro Dn.*Dyorts*, in Pictauia,contra viduam fratris, donatariam mobilium & immobilium quoque, ſed quorum præcipuam domũ *du Boiſchapeleau*,de qua tum agebatur,habere nõ poterat vetante Pictonum Conſuetudine,in.§.214.

TVTORIBVS Gallica Lege præcipitur,mobiles res impuberum, 11.
quæ vſu conſumantur,palam diſtrahendas curare,ex iiſque redactum pretium collocare in emptionem fũdi,ſeu nummarij Vectigalis: Pœnæ ſánctione addita,ni faxint,eos pupillariũ rerum pretij vſuras depenſuros artic.102.Aurelianæ Conſtitut.æditæ an.1560. Mater liberorum tutrix ignaua, domi adſeruauit paternam eorum ſupellectilem, Mouétiáque plurima,quæ foras extrudi,venumque exponi oportuit. Sublatis dehinc viua matre liberis,quæſitum fuit,mater necnè,quaſi rerum mobiliũ hæres, in has abſolutè ſuccedat, an quaſi immobilium vſufructu potiatur temporario. Matris cauſę opitulatur pœnalis clauſula Aurelianen. Edicti,de fœnore ſterilium nũmorum à tutore præſtando,

Itẽ vbicunque parẽs liberorũ Cuſtos nobilis, qui lucratur mobilia.(vt Veromãduæ Leg.§ 260.) amittit eam Cuſtodiam per ſecundas nu-

ſtando, pœnæ nomine. Cuiuſmodi mobilem eſſe fœnebrem pecuniam, & eius vſuram conſtat, quæ à deſide tutore pupillo debeatur. Cùm igitur mater filio in Mouentia ſuccedat, videtur eorum quoque æſtimatio, cum vſura, quaſi mobilis, filio debita confundi aditione hęreditatis. Argum. l. ſtichum. §. aditio. ff. De ſolution. l. debitori Cod. De Pact. At iuſtiùs dicitur, matrem huiuſmodi res mobiles fructuario tantùm vſu ac poſſeſſione, velut immobiles, retinere apud Andes. Nam ſi probè officio functa eſſet tutrix, illas per Iudicem plurimo licétiaddixiſſet, indéque illato pretio, fundum, Reditumvè annuum comparaſſet. cita. §. 102. Conſtitut. Aurelianen. Quod autem poſtrema Legis particula adiectum eſt pœnæ cauſa, tutoris ſegnitiem vſuris mulctari pupillaris pecuniæ, quaſi fœnebris, id in eius lucrum aut commodum verti non decet: quaſi rei mobilis debitor liberetur, obuentione mobilis hæreditatis. Qua enim ex re pœnam, ex ea immunitatem ferendam, nemo ſanus prædicarit. Caij I. C. reſponſo, in l. 21. ff. De negot. geſt. Et Pauli leg. 5. §. vlt. ff. De his, quæ vt indign. aufer. Nec verò mutuæ pupillaris pecuniæ fœnori quærendo ſatis cautum eſt, obæratum, curante tutore, interpellari publico Apparitoris iuſſu, vt pupillare ęs illi reſtituat: ni ſimul diem ipſi dicat apud Magiſtratum, diſſoluendi Nominis gratia. Sicuti Edicto ſancitum fuit ſ citato, & iuxta hoc, pronuntiatum ab ORDINE CLARISS. Poſtridie Kal. Apriles an. 1602. ſecundùm Hugonem Clergetum, debitorem: Victo creditore Huberto Moulineto. Per hunc modum, ſi reus debitor, intermedia lite, Vindiciario damnetur iudicio, creditori ſortem dependere, ex talis die Iudicati nullæ debentur vſuræ: donec vltima Sententia, controuerſum æs debitum dirimatur, comprobetur. Vt Senatui placuit. 16. Kal. Quintiles an. 1595. in prima Inquiſitionum Claſſe. Dempto hoc caſu, ſi fiduciaria Sententia condemnatus, ſtudioſè moretur ſummæ litis diffinitionem, nec eam promouerit intra tempus à cognoſcente præſcriptum. Tunc enim deſidiæ contumaciæque pœnali ſortis vſura plectetur, ante definitum etiam purè negotium. Ita LVTETIANI PATRES decreuêre, Ordinis collega Dn. *Deſlandes* litem exponente, tertio Kal. Decemb. an. 1596. Ex Herennij Modeſtini ratione, in l. Tutor §. 1. ff. De vſur. l. vlt. ff. De re iudic. l. Negotiorum geſtor ff. De appell. Vſuras autem rei iudicatæ ſanxerunt Antoninus, & Iuſtinianus Impp. ſeriatim. Leg. 1. 2. 3. Cod. De vſur. rei iudic.

ptias, amittit & tum bona illa, tanquã lucra Statuto quæſita, perinde ac Pactitia, liberis illis à ſecundo nubente reſeruanda. l. Fab. in Authent. In donatione Cod. De ſec. nupt. Imo & adêpta tutela, ſtatim lucrum ei nexum adimitur l. Qui tutelam ff. De teſtam. tut. l. tutor petitus. §. 1. l. Neſennius ff. De excuſ. tut. Secus, vbi pater ex ſecundis nuptiis Nobili cuſtodia non excideret. Vt Nos ſuprà Lib. 2. Tit. De Iure deportus art. 13.

Omnes, qui vt Indigni repelluntur, ſubmouendi ſunt à præmio, quòd ſecundum edictũ Diui Traiani datur his, qui ſe deferunt, Inquit Paulus I. Conſ.

Lutetianum Areſtum in magna Camera die 2. April. 1602. *au rapport de M. de Here:* Non ſufficere publicũ pręceptum ſoluendi, ſine citatione apud Iudicem, vt creditor, debitæ pecuniæ vſuras lucretur.

Curiæ Decretum die 16. Iunij 1595. in 1. Camera Inqueſtarũ pro Pet. Aubino Cõſiliario præſidiali Engoliſmorum appellante à Seneſchalo Angoliſmen. Contra Gregorium Briandũ. *Au rapport de M. de Vilmereau.*

12\. FRVSTRANEA eſt matris, & aui paterni de prærogatiua ſucceſſionum contentio, in Andegauia. Iſthîc enim auus & auia nepotum hæreditate penitus excluduntur. §. 270. Andegau. Leg. Communi etiam Iure mater auo paterno antefertur in ſucceſſione filij. Accur. Bald. Salyçet. & Paul. Caſtrenſis in Authent. Defuncto Cod. Ad S.C. Tertyll. Ex l. vlt. Cod. Eod. Et. §. ſed nos Inſtit. Eod. Tit. Nam in tali hæreditatum genere ſeruandam gradus prærogatiuam, ſanxit Iuſtinianus Auguſtus. §. conſequens Nouella Conſtitut. De hæredibus ab inteſtato venientibus. Quid tamen, ſi filius habeat bona quæſita à patre, vel

Placitum Curiæ, die 29. Nou. 1596. in 1. Camera Inqueſtar.

paterno ſtemmate, ſuperſtitémque matrem, cum auo paterno? Lex Ciuilis matrem, etiam in rebus filio obuenientibus ex paterna linea, anteponit paterno auo.cita. Authent.defuncto,(vbi Accur.Bald.Salycet.)Cod.Ad S.C.Tertyll.Et d.§.conſequens.Hinc ſolùm ab auo donata ſepone,quę filij,ac nepotis obitu ad donatorem reuolui,decreuit Curia Burdigalenſis: ſaluo matri in hoc genus bonorum iure debitæ portionis. S. C. percelebri, quod Præſes *Delalane* clara voce recitauit Poſtridie Idus Sextiles ann. 1582. ſecundùm Ianam *de Saluane* matrem liberorum hæredem, aduerſus paternum auum. Illi quippe, Senatus profectitia omnia, & aduentitia patris, liberorum bona adiudicauit, cum Naturę portione matri competente in res auitæ liberalitatis erga filium: quam Iudices partem legitimam reliquis Rationum quarumdam compenſarunt.Eodem ſpectant dictata,Leg.2.& 3.Cod.de bon. quæ liber.Iſthæc quidem,è Prouincia Iuris. In Andenſi autem Municipio,res prædiarię filij,vſu ac fructu ſolo matri deferuntur,patriuè ſuperſtiti.cita. §. 270. Andegau. Conſuetudin. At Romana Prudentia, viui parentes liberorum hæreditatem partiuntur vnà cum fratribus, aut ſororibus vtrinque coniunctis. §. Si igitur Tit. De hæredibus ab inteſt.venient.Et §.1. Vt fratrum filij In Lib. τῶν Νεαρῶν Iuſtiniani. Hodie necnon Aquitanica in Gallia,quę Burdigalenſi Senatui reſpondet, matres in præmorientis ſobolis bona ſuccedunt libero ſolidóque rerũ dominio, nedùm fructuaria poſſeſſione: Qua, maternum ſuccedendi ius temperatum ſit,ab Regia Conſtitutione an.1567. Quemadmodùm Prætoriani Conſilij Iudices ſummi decreuêre, ex vulgari vſu obſeruationéque Aquitanorum. Suprema ſententia pridie Kal. Octobres ann.1600.inter Aginnenſes Garitum,Municipes,qui ſcripto Iure Romanorum vtuntur, ſuperioremque agnoſcunt Curiam Burdigalenſem.

Arreſt Preſidẽtal de Bordeaux die 14. Auguſti an.1582. (*Sur les appellations du Pays de droict eſcrip:*) pro iure reuerſionis bonorum ad auum donatorẽ, ſalua matri in iis Legitima.

Nouellæ Iuſtiniani.

Magni Conſilij Areſtum die vlt. Septẽbr. 1600. *entre Gabrielle & Marie Alphery demanderesſes, & Bertrand de Loupdat mary ſecond & donataire de Marguerite de Durfort mere de Mariot Alphery, duquel leſd. demanderesſes eſtoiet mediatement heritieres Teſtamentaires, du Pays d'Agenois.*

Senlitenſi Conſuetudine. Baſtardus ſuccedit in mobilia, & acqueſtus filiorũ ſuorum legitimorũ, art. 172. Idémque expreſſim cautum Municipali lege Cameracẽſi omologata die 18. April. an. 1574. ab Archiepiſcopo & Principe Cameracenſi.

Conſuetudo *de Malines, en Brabant.*

Tholoſanum Areſtũ, incapacitatem ſucceſſionis reciprocè induci inter baſtardum, & patrem eius naturalem.

NVLLVM parenti ius eſt,illegitimo filio in bona ſuccedendi, apud 13.
Andes. Vt elicitur ex.§.343.patriæ Conſuetud.Mechlinienſi item Brabantinorum More infraſcripto. AD FISCVM PERTINENT OMNIA BONA SPVRIORVM, ET ADVLTERINORVM SINE LEGITIMA PROLE DECEDENTIVM, NEQVE HIS TESTAMENTI FACTIO CONCEDITVR: IDEM IN NATVRALIBVS LIBERIS, SI TESTATI NON SINT. Imò nec hæredes teſtamento ſcribere,nothis licet patres naturales: quòd damnatus Chriſtiana Lege concubinatus omnis præripiat inter illos viciſſim teſtamenti factionem. Can. nemo ſibi blandiatur Cauſ.32. Quæſt. 4. Vnde Senatorium Tholoſæ decretum aduerſus talem ſupremi iudicij Inſtitutionem,commendat Ioh. Corraſius ibidem ſenator (ad leg. Hæres inſtituta Cod. De impub. & al. ſubſtitut.) & refricat Maynardus, Quæſtion. Iur. Volum. 5. Cap. 31. Enimverò fingamus, patrem notho ſuo filij nomen ſimpliciter nuptialibus eiuſdem Cautionibus adſcripſiſſe. Iſthæcnè filij nominatio pura eum referet in album legitimorum, vt paternam aliquando hæreditatem adeat? Quid enim ſi, illegitimi ortus,ſtatuſque filij reticentia,pater eum ſplendidę inſeruerit

rit familiæ, & honeſtiores ipſi affines matrimonio conciliarit? Iuſtinianea certè Lege, ſi pater nothos ſeria aliqua Chartula ſuos nuncupaſſit, nec adiecerit naturales, legitimos facit, bonorúmque ſucceſſores. Nouella Conſtitut. Si quis liberos Cod. De natur. liber. Quin & ſi dominus inter Acta ſeruum quendam, filium ſuum appellarit, voci eius, quoad liberam conditionem, creditur. Sicuti ex antiquioribus Catonis ſcriptis Iuſtinianus edixit. Imperatoria leg. 1. §. ſimilíque modo, ſi Dominus Cod. De latina libert. tollen. Et §. vlt. Inſtit. De adopt. In alienam quoque familiam, & in liberorum locum ſumebantur extranei à priſcis Romanis adoptione quadam, vel adrogatione: vt gentilitium nomen conſeruarent. Illa per Prætorem, hæc per Populum fieri ſolita deſcribitur à Gellio, lib. 5. Cap. 19. Qui tamen à M. Gallio ſenatore adoptatus fuerat in ſpem futuræ hæreditatis, hanc vtique adiit, ſed ilico nomine abſtinuit: quòd Gallius aduerſarum Auguſto Cæſ. partium extitiſſet. Vt Suetonius in Tiberio atteſtatur. Adoptionis autem vetus Francis Ritus fuit per barbæ tactum. Sicuti ex Aymoino perſpicuum fit, Gallic. Annal. Lib. 1. Cap. 20. Verùm hæc omnia obſoletæ vetuſtatis ſcita inſtitutáque iampridé in vſu eſſe deſierunt. Conſtat enim, illegitimam naſcendi conditionem paterna filij appellatione non elui ac purgari Moribus noſtris, nec qui naturalis ſit, ideo legitimum fieri, & capacem hæreditatum. Ac in vniuerſum quæ de naturalis, aut adoptati ſucceſſorio iure in bona parentum, memoriæ tradita ſunt, apud Gallos exoleuère. Vt ait Maſuerius, in Tit. De Probation. §. Item & ſi defunctus hoc confeſſus eſt Benedict. in Repet. Cap. Raynutius In ver. Et vxorem nomine Adelaſiam Num. 758. 759. In Chartophylacio quidem vicinorum Andegauiæ Britonum comperimus, Gallicæ equeſtris militiæ Magiſtrum, Arturum, adoptionis titulo liberaliter erogaſſe Petro, iuniori Ducis fratris filio, ex Heroïca Ducali Armorices ſtirpe, Ditiones ampliſſimas, Britonici agri, quas in illum Dux Fiduciaria formula contuliſſet: ſimul & ſplendida Pictonum prædia eidem ex fratre nepoti dediſſe, Partenayum, Vouuantem, Meruantium, Secundigneum; Caſtrum Laillonem, & alia: queîs Arturus fuiſſet à Karolo 7. Rege cohoneſtatus. Literis conſignatis 9. Kalend. Nouemb. ann. 1428. Sed prudenter veriti Contrahentes, ne talis Adoptio largitáſque infirmaretur, Efflagitarunt obnixè à Franciſco Iani Ducis primigenio, & Armorices Principe deſignato, REM RATAM HABERI. Nonis Sextil. an. 1437. Eorum verò poſtulatis ita annuit Franciſcus, vt quos Arturus à Iano Duce fratre fiduciarios ſumpſerat, nobiles Britanniæ fundos, lege Fiduciæ dicta, repeteret ipſe quandolibet, ac recuperaret. Attamen, vt ad inſtitutum reuertamur, irrita prorſus & inefficax manere non debet paterna filij aſſertio & nominatio in coniugalibus Pactis: laudante præſertim auctorem, aſſertorémque patrem filij vxore, & affinibus, qui inſidioſo alioquin patris elogio violatam ſacri coniugij fidem quiritentur. Eapropter in iudicio paternæ hæreditatis, cui ſtatus naturalis filij opponebatur, Senatus repulit quidem nothi viduam (quæ libero-

Adoptantur filij, inquit Gellius, cum à parente, in cuius poteſtate ſunt, tertia mancipatione in iure ceduntur: atque ab eo qui adoptat, apud eum, apud quē legis actio eſt, vindicantur. Arrogantur ij, qui cum ſui iuris ſint, in alienam ſeſe poteſtatem tradunt, eiuſque rei ipſi auctores fiunt.

Meſſ. Artus de Bretagne Comte de Richemont, Connêtable de France.

Appennagia iuniorū Britanniæ Ducis filiorum.

Adoptionis & donationis Charta die 24. Octob. 1428.

Ratihabitio Adoptionis die 5. Auguſt. 1437. Ex Inuentario Chartarum Nannetenſis Theſauri Britanniæ.

rum tutrix erat) Carboniana etiam hæreditariæ partis poſſeſſione: Sed ex dolo aui paterni filios legitimos, id quod intererat nepotum, & pro eo, iuſtam hæreditatis portionem dare condemnauit. S. C. eximio quod Preuoſtus Curiæ Præſes de more pronuntiauit. Die profeſto Aſſumptæ Virginis matris, ann. 1582. ad appellationem ex Prætura Pariſiorum.

Areſtum Curiæ die 14. Auguſti an. 1582. *ſur proces par eſcript de la Preuoſté de Paris, dont l'appel eſtoit de la part de la veufue du Baſtard tutrice de ſes enfãs.*

PRÆMORIENS filius patrem accepto liberauit grandi æris ſumma, quam ei crediderat. Mox liberationis legatæ collationem poſtulat mater, quæ à patre diſiuncta fuerat ſeparatione bonorum. At negat iſte, parentes inter ipſos, qui filij hæreditatem amplectantur, collationi locum eſſe. (Bald. Alexand. & Iaſ. ad l. ſi emancipati Cod. De collat.) Quippe quæ inter liberos ſolùm obtineat, nepoteſve, parentum in bona ſucceſſores. l. quoniam nouella Cod. De inoff. teſtam. l. Vt liberis Cod. De collat. Chaſſen. in §. 5. Tit. De ſucceſſion. Burgund. Conſuet. Queîs ſuccinit Molinei opinio, ad §. 313. Borboniæ Legis Municipalis. Proximus item hęres Lege capere vetitus, ad parentes non videtur pertinere, qui præpoſtero fatorum ordine vocantur ad hæreditatem filiorum. §. 334. Andegauen. Morum. Papiniani l. 15 ☞. De inoff. teſtam. Credo tamen, Andegauos parentes, qui liberis ſuccedant, datorum collatione inuicem fungi debere. Iuxta. §. 337. 338. præd. Conſuetud. Vbi generaliter ſtatutum, eundem donatarium ſimul, & hæredem demortui eſſe prohiberi. Sepoſito eo, quòd inter nobiles viros procedit Mouentium donatio, vnà cum ſucceſſorio Immobilium iure. Idem, ex ſubſimili Boiorum More, placuit Molineo, (in §. 321. eiuſce. Conſuet.) ad rectas hæreditates donatarium ſimul & hęredem admitti neminem. Sed huic parentum, de collationibus inuicem, liticulæ ſubiungitur altera, inter ipſorum ſuperſtitem, & agnatos filij hæredes proprietarios rerum ſoli: An obeunte matre, quæ defuncti filij patrimoniis vſu ac fructu inhærebat ex ſemiſſe, pater, qui ei ſuperuixit, totius vſumfructum retineat incremento quodam, an toto eo cedere, parteuè dimidia, compellatur. Dixerit enim iſte, quandiu ſuperſit vteruis parentum, qui in bona filij iure fructuario ſuccedere valeat, eidem cuncta vſu, fructúque tenere licere. §. 270. Andegauen. Leg. Verſ. *leſdits pere & mere, ou celuy d'eux qui ſuruiura, auront l'vſufruict des immeubles pour le tout, &c. Et en deffaut deſdits pere & mere, & de chaſcun d'eux, &c.* Sed quia præmorienti filio genitores ambo ſuperuixère, & viritim diſcretéque fructuariam eius hæreditatem adierunt, ſemel quæſita portio, alteri non aduoluitur iure accreſcendi. l. ſi minor annis. ☞. De acquir. hæred. l. 1. In fi. ☞. De vſufr. accreſ. l. Aquam §. vlt. D. Quemadmod. ſeruit. amitt. Inſpecta præſertim vſusfructus conditione diuidui, quíque pro parte conſtitui poteſt. l. 1. §. ſi vſusfructus D. Ad Leg. Falcid. l. 5. ☞. De vſufr. l. excepta D. Quib. mod. vſusfr. Quocirca ſiue Lex, ſiue donator Titio fundum adſcripſerit, ſalua vſusfructus ſui, & vxorij cauſa, fructuarius ſemis vnius poſtea decedentis, proprietati conſolidatur & confunditur, nec alteri fructuariæ partis poſſeſſori accedit. l. Lucius §. Gaio D. Ad

Ideo aſcendẽtes non conferunt, quia Iure non cauetur.

Inter patrem & matrem filio ſuccedentes collationem locũ habere.

Borbonia Conſuet in ſucceſſionibus directis collationes fieri oportet.

Ad S. C. Trebell. l. vlt. §. filium. ff. De legat. 2. Hanc denique ſententiam complexa eſt olim Gratianopolitana Delphinatium Curia, ſexto Idus Iunias an. 1459. Decretum recitante Vido Papio, ſenatore: in Delphin. Deciſ. 204.

Delphinale Areſtum die 8. Iunij 1459.

Tit. III.

DE PIGNERATITIA FVNDORVM POSSESSIONE.

1. Aſſietta, *ſeu aſſignatio* fundiaria *annui Reditus debiti, non impedit ius eiuſdem perpetuò redimendi, & eo Reditu liberandi fundi.*
2. *Pro ſimplici debito hypothecario, Ethnici creditoribus poſſeſſionem rei obligatæ permittebant, vt eius fructus, cum vſuris debiti compenſarentur.*
   Apud Chriſtianos, non ita.
3. *Poſſeſſoriæ formulæ, cum iure retentionis, quæ creditoribus, pro Hypotheca, Lege competunt.*
4. *An propter ſpecialem dotalis Reditus aſſignationem ſuper fundo Andegauenſi, maritus, idémque fructuarius hæres filij excludat maternos huius hæredes, præſenti maternæ dotis reſtitutione.*
5. *Eatenùs maternæ dotis repetitæ confuſio fit in perſona filiæ hæredis matris, quatenùs ipſa patri etiam ſuccedit cum fratribus conſanguineis.*
6. *Maritus, pecuniarij Reditus vxorij ſortem, quam receperit ex pretio publicæ venditionis fundi obligati, conferre tenetur in emptionem alterius pro vxore Reditus, aut prædij.*
7. *De diuiſione Hypothecarum inter creditores.*
   Inſigne de eo Areſtum Parlamenti.
8. *Creditores defuncti, pro hypothecario ſuo iure petunt ſeparationem bonorum ipſius à bonis hæredis.*
   Is qui habet ſpecialem Hypothecam, cum generali, tenetur prius ſpecialem diſcutere, quàm generalem perſequi in præiudicium aliorum creditorum.
9. *Tertius poſſeſſor rei etiam ſpecialiter obligatæ, non poteſt cogi ſoluere ante diſcuſſum debitorem.*
10. *Niſi, lite pendente inter debitorem & creditorem, res* hypothecata *alienetur à debitore.*
    Item creditor, debitoris bona extra Regnum ſita diſcutere non tenetur, quæ ei tertius hypothecarij agri poſſeſſor diſcutienda indicaſſet.
11. *Non licet externi Regni fundos pro debito* ſaiſire *in vim authentici Inſtrumenti Gallici, niſi ex licentia & Reſcripto Principis locorum.*
12. *Diuerſum de pluribus Prouinciis, quæ vni Principi ſubſunt.*
    Cridæ ſaiſitorum *fundorum intelliguntur*, auec affiches de Panonceaux royaux, *& non inferioris Domini loci.*

13. *In debitoris mobilia, quæ extra manum eius poſita ſint, nulla creditori perſecutio eſt iure pignoris.*

Inceſsionarium nominis & debiti, perſecutorium ius non eſt cedentis creditori.

14. *Mercium venditor, pro earum pretio aliis emptoris creditoribus potior eſt.*

Fundi locati fructus pendentes ſaiſiente *vno creditorum coloni veniunt alij huius creditores in ordinem hypothecarum, tanquam ſuper re immobili: nec ob vnius præuentionem, à ſuo iure excluduntur.*

15. *Deficientibus immobilibus debitoris, mobilium pretium omnibus diſtribuitur creditoribus per contributionem, ſeu per æs & libram.*

In Arteſia Belgica, mulieres, pro dote & dotalitio non ſunt priuilegiariæ: ſed communi cæteris creditoribus iure vtuntur.

16. *Non ſufficit pro debito bona* ſaiſire, *niſi* cõmiſſarius *bonis datus ea poſsideat, vel is qui fruenda publicè locarit.*

17. *Per Sententiam ius Hypothecæ quæritur, & ſi ex appellatione dehinc confirmata ſit, retrotrahitur ad diem Senten. confirmatæ.*

18. *Filius donatarius, etſi poſſeſſor, non impedit miſsionem in poſſeſsionem poſterioris creditoris patris ſui donatoris.*

19. *Quonam caſu effectus* de la Saiſie & Criees *pereat* triennali *ſilentio, & peremptione inſtantiæ.*

20. *Adiudicationum fundi, quæ creditoribus pro debito fiebant, vſus Edicto abolitus.*

Apud Normanos, ex quouis contractu priuatorum manu ſubſcripto nulla contrahitur Hypotheca.

21. *Simplici chirographo debitoris hypothecarius Reditus non conſtituitur.*

22. *Recognitio chirographi debitoris ab vno ex hæredibus facta, non auget eius obligationem hæreditariam perſonalem.*

23. *An pro litis ſumptibus par ſit cauſa Hypothecæ, vt pro obligatione principali.*

Quid etiam de hypotheca pro damnis & intereſſe *creditoris?*

24. *Quatenùs emptori regreſſus ſit in venditorem Reditus annui, conſtituti ſuper Decurionum publica Domo Vrbis Pariſien.*

Art. 492. Si à aucun eſt deu quelque rente, & il requiert que Aſſiette luy ſoit faicte, ou baillee, on luy baillera par aſſiette heritage & choſe immeuble, &c.

FRVCTVARIA VIDVARVM, patrumque L
poſſeſſione diſcuſſa, pergamus ad Hypothecariam creditorum: De qua Mos Andegauus, in Tit. *d'Aſſiette de rente*, ab articul. 492. ad vſque. 501. Nam prædiaria aſſignatio debiti Reditus annui, ſic auocat à debitore fundi poſſeſſionem, vt quaſi alienatum redempturo vtrilibet viam patefaciat, tum cognato, tum patrono debitoris adſignantis. §. 500. Andegauen. Conſuetudin. Haud tamen idcirco ius luendi pignoris auferetur debitori, vel vſu longo capi poteſt: niſi in annui Vectigalis ſolutionem

tionem fundus omninò tranſcribatur creditori, art. 410. Andeg. Leg. Imò & Pauli I.C. verbis, qualiſcunque poſſeſſor auditur, debitum offerens creditori, vt eum pigneratæ rei vindicatione ſummoueat. l. 12. §. vlt. D. Quib. mod. pign. l. prior. Cod. qui potior. in pign. Atque ita de iure offerendi libero, Senatus edixit aduerſus creditorem, qui iamdudùm pignora in creditū poſſederat, & tricenario iam ampliùs ſpatio fundis incubuerat, nummarij Vectigalis nomine aſſignatis. Decreto in Tribunalitia Curię claſſe, an. 1573. Aprilis Luce. 18. Cuius ęquitas Decreti, ſequente perſpicua eſt diſtinctione. Aut enim credita pecunia cauſam dedit adſignationi prædiorum, aut cauta Dos nummaria filię, nepti, vel ſorori. Illo caſu, ius offerendi æris debiti perpetuum manet, indéque pignerati fundi æterna auctoritas: quùm interim proprietatis dominus verè non mutetur. Alio caſu, ſecus: cùm dotales númi, quorum vice prædia adſignantur, iuſti patrimonij locum ſubeant, aut iuſtę ſaltem portionis eiuſdem, quæ filiæ, nata ſecum lege, competit. l. Quoniam nouella Cod. de inoff. teſtam. Quinimò veriti ſút nonnunquàm Conſcripti Curiæ, ex annuo Reditu pecunia creato debitorem certi fundi adſignatione onerare, quaſi improbè fœneratitia. Cēſuerunt enim, talem debitorem, qui prædia ſe creditori, quibus frueretur, ſpeciatim adſignaturū ſpoponderat, ea ſponſione liberari, vel poſt tricennium quidem à conſtituto nummis Vectigali: dummodò Annuum dependeret ſub vinculo hypothecæ bonorum, Vectigal ipſum quantocunque tempore, ſuo pretio redempturus. Sententia Ordinis Ampliſſ. in pomeridianis cauſarum actionibus inter Andegauos litigatores. Pridie Idus Feb. an. 1572. Dogiero, appellantis: & Bonello, aduerſarij cauſidicis. Propter eandem rationem Franciſcus. 2. Galliarum rex ſtatuit, hypothecarios omnes Reditus, in Narbonenſis Gallię Prouincia, quandocunque redimi tantidem poſſe, quāti olim fuerint empti: licet eos vendens debitor, tranſcripſerit pariter creditori rectum pigneratitij fundi dominium, vnà cum honorario laudimiorum iure, ac Dominicæ retentionis prædiorum. Edicto Menſe Quintili. 1560. quod Senatus Aquenſis comprobauit Decimo quarto Kal. Ianu. Eodem Anno.

Iudicium Curiæ Pariſien. in magna Camera, per aſſignationem prædiariam creditori factam debitores rei ſuæ dominio radicitus nō priuari. Qua de re etiā Nos ſuprà lib. 1. cap. 79. art. 8. & Lib. 2 De Priuil. ruſtic. cap. 6.

Dos loco Legitimæ.

Senatus Areſtum die Martis 12. Febr. poſt prandium ann. 1572. *Sur l'appel d'une ſentence des Requeſtes du Palais de l'an 1539. portant condemnation de faire aſſiette de la Rente hypothecaire creee au denier vingt l'an 1535. ô puiſſance de faire aſſiette.*

Literæ patentes regis Franciſci. 2. Verificatæ in Parlamēto Comitatus Prouinciæ die 19. Dec. an. 1560. *Touchant la faculté de rachapt perpetuel des Rentes conſtituees à prix d'argent, encores que par les contracts de la vente, la directe ſoit pareillemet vendue, auec droicts de lods, entrees, & retention par prelation, audit pays de Prouence.*

2. DVPLEX eſt hypothecariæ poſſeſſionis ratio ac conditio, vt altera fructuaria ſit, ſterilis altera, ſed æris debiti vindex, & ſeruatrix. De illa Papinianus, in l. 1. §. pacto. ff. De pignor. conueniſſe nimirùm, vt creditor fructus hypothecarum vſuris penſaret fini legitimæ vſuræ: talémque conuentionem vtilem eſſe ait. Modeſtinus quoque meminit ſimilis Pacti, vt creditor pignus in pecuniæ ſuæ compenſationem certo tempore poſſideat, & fructum capiat. l. 39. ff. De pignerat. act. Paulus item pignus commemorat, quod in vſu creditoris ſit, voluntate debitoris. l. 9. §. vlt. ff. De ſupell. legat. Et l. Cùm debitor. D. Ex quib. cauſ. pign. Præterea in ſacris Reſcriptis Principum aduertimus, poſſeſſionem interdum ea lege creditori obligari, vt annuos eius prouentus in vicem vſurarum conſequatur. Pecuniam, ad hęc, ea pactione

mutuam dari, vt fœnoris loco creditor debitoris ædes incoleret. Alexandri Cæſ. lege. 14. 17. Cod. de Vſur. Tum Valeriani & Galieni Impp. leg. Si ſeruus tuus ſine permiſſu tuo, accepta pecunia mutua, in vſurarum vicem habitandi facultatem creditori conceſſit. Cod. Quod cum eo, qui in alien. Poſtremò Iuſtinianus, Nouel. Conſtit. 120. ſanxit partim eſſe pignus merum & ſimplex, partim * ἀντίχρησιν. Iuſſit quippe, Eccleſiaſticam domum æri alieno obnoxiam, mobilibus rebus excuſſis, creditori oppignerari: Ita, vt fructus partim ſorti, partim vſuris expenſos ferat, ſed quadrantibus duntaxat. Chriſtiana verò diſciplina non admittit fructuariam huiuſmodi creditoris poſſeſſionem, niſi ex cauſa annui Vectigalis debiti, initáque priùs iuſta fundi æſtimatione per Iudicem: ne creditor obtentu liciti fœnoris graſſetur in re debitoris licentiùs, eáque immoderatè fruatur, abutatur. Iuxta ea, quæ Moribus noſtris præſcripta ſunt minutatim, de annua Æſtimatione prędiorum. Tit. *D'aſſiette de rente.*

* Rei viciſſim fruendæ pro pecunia factā traditionem.

En aſſiette de Rente ęſtimatio ſumitur ex cōmuni reditu annuo hypothecarij agri, eique finitimorum. §. 492. Andeg. Moris. Bart. in l. 2. l. ſi quos Cod. De reſcind. vendit. Secus in prædiis vrbanis, quæ magis in ſuperficie, quàm in ſolo conſiſtentia non æſtimantur ex reditu vicini ædificij.

Alterum genus pigneratitiæ poſſeſſionis, nudum quidem, ſed 3. inutile non eſt, ad tutò ſeruandum, quod creditori debetur. Nam creditor iudicio ordinario poteſt rem pignori acceptam perſequi, eiuſq; poſſeſſionem adipiſci. Ex Interdictum, & Actionem Prætores dant. Interdictum hoc appellatur Saluianum, quòd merè poſſeſſorium eſt, actio verò Seruiana. Illud propriè redditur inter dominum, & conductorem tantum: Hæc autem in alios intenditur poſſeſſores rerum coloni, vel inquilini, quas nobis eſſe obligatas conſtat. l. 1. Cod. De precar. l. 1. ff. De Saluiano interd. Sed ad exemplum Seruianæ introductas alias actiones hypothecarias, notat Imp. Gordianus, cita. l. 1. De Precar. Iuriſconſulti etiam in Pandectis plerunque Seruianam vocant omnem hypothecariam, aliquando actionem in rem, atque adeò vindicationem. l. 1. §. cùm prædium. l. ſi ſuperatus. l. ſi ab eo. ff. De pignor. l. 12. D. Quib. mod. pign. Vindicans tamen creditor, & euincens, ſolam poſſeſſionem auocat. Auctore Papiniano, l. ſi cùm venditor. ff. De euiction. Ac magnum vtique poſſeſſionis commodum eſt in creditore. Nam qui pignus poſſidet, non metuit illam interea præſcriptionem temporis, quæ hypothacariæ actioni obiici dicitur & opponi. Deinde ſæpe in pari cauſa creditorum, melior eſt poſſidentis conditio. l. ſi debitor. ff. De pignor. l. ſi tibi notarium Cod. Eod. l. ſi non dominus D. Qui potiores. Ob idque Senatus, Præfecti Vrbi Sententiam comprobauit, qui poſteriorem creditorem ideo anteriori præpoſuerat, quòd merces cōmunis debitoris, quas hic publica manu inuaſerat, ille iam antea occupaſſet iure pigneratitiæ retentionis. Areſto, ex vocali patronorum diſſertatione, Martij Luce. 10. an. 1587. quùm Gottofredus, pro appellante: & Bauſſantius, pro aduerſario egiſſent. In Volumine litiū Pręfecturę Pariſien. Secundum ea, quæ Pariſienſi. More cauentur §. 181. Huc alludit Senecæ dictum, Lib. 7. De Benefic. Cap. 14. Puta, cum captus esses, me pecuniam mutuatum, rebus meis in securitatem creditoris oppositis, &c. Sed & ſi pecunia mea tuum

In pari cauſa poſſeſſor potior haberi debet. De quo inter creditores, Nos latius Volum. 3. Pariſ. Leg. Tit. 3. art. 8. 9.

Decretū Parlamenti Pariſien. die 10. Martii an. 1587. *en plaidant du Roolle de Paris, contre vn nommé d'Argouge, bourgeois de Paris, encores qu'il euſt faict ſaiſir*

tuum creditorem abſoluerim, pignus, quod tu ei dederas, liberatur omninò, nec mihi propterea rurſus obligatur. Verum & ſi hypotheca mihi non competat, retinere rem poſſum, donec mihi nummos reddideris. l. 1. D. Quib. mod. pign. Id quod pariter venditum eſt, nondúmque traditum, venditori pro pretio ſic tenetur, vt detineri poſſit, ſi emptor nec illud petat, nec pretium adnumeret. l. Iulianus. §. offerri. π. De Action. emp. l. Hæreditatis. π. De hæred. vel act. vend. l. ſi id quod purè In fi. π. De reſcind. vendit. Leg. Quòd ſi nolit. §. Idem Marcellus. π. De ędil. edic. Interdum & diſſoluto pignore, manet ius retentionis. Vtputà, ſi mihi centena debeas ex mutuo, & eorum cauſa pignus dederis, itémque ex empto mihi debeas quinquagena: etiam ſi illa centum exolueris, pignus tamen retinere mihi licet, donec & reliqua quinquaginta ſint perſoluta. Tit. Codicis, Etiam ob chirograph. pecun. pign. retin. poſſe.

piſſerie par luy vendue ſur cedulle pour le prix d'icelle à luy encores deu, quod abierat in creditum, *parce que ladite marchandiſe n'eſtoit pas ſaiſie ſur ſon debteur & achepteur, ains ſur vn tiers poſſeſſeur d'icelle.*

Chirographaria pecunia hic vocatur, quæ nullā habet alioqui hypothecam.

4. FARIA Semilla grande æs dotale intulit ad maritum, Andium municipem, eiúſque nomine dotis ſtipulata eſt Reditum annuum de Andegauo quodam fundo præſtandum. Vxor prius marito deceſſit, relicto communi filio, ad quem dotalis adſignatio fundi ſpectabat. Fatis deinde intercepto filio, materni eius hæredes dotale Vectigal depoſcunt à patre ſuperſtite. Hic Vectigal agnoſcit, ſed cum fructuarius hęres ipſe ſit rei prædiariæ filij apud Andes, obnixè contendit, viuum ſe debiti Reditus penſitatione non teneri. Ei quippe ſpeciatim adſignatum fuiſſe prædium Andegauenſe, & ita dotalem Reditum, quaſi prędij portionem, fructuaria hęreditate confuſum ac ſublatum, quandiu pater in viuis ageret. Nam & ſi alius quiſquam maternum filij Vectigal debuiſſet, eo pater hæres fructuario potiretur. Contrà autem, inſtant materni hęredes filij, reum multa in Pictonibus latifundia poſſidere, quæ nuptiali Pactione in cauſam vxoriæ dotis obligarit generatim, vnà cum fundo Andegauēſi. Expreſſam huius adſignationem nil vetare, quò minus creditor ex dote hypothecas prędiorum, quas mallet, inſolidùm perſequeretur. Hypothecæ ius indiuiduū eſſe, in quamlibet etiam aruorum glebam Pictauenſium: Cuius Lege loci, pater in filij patrimonia nullatenùs ſuccedit. Pro rata ſaltē Pictauenſium agrorum portione, (qui & generali dotis hypotheca onerati ſint) patrem dotali Reditui obnoxiū manere. Ad ea verò Pater, quę de vaga & ſolida hypothecæ in rem perſecutione iactantur, ea procedere tantùm in nuda hypothecaria obligatione, quæ perſonali acceſſerit, vel in hypothecario Reditu, qui nūmis cōſtitutus ſit extero creditori. Tunc enim hypotheca promiſcuè in vniuerſam debitoris ſubſtantiam bonáque diffunditur. At longè aliter, de in rem debito purè, dicendum, ſeu de dotali Reditu ex prædiis adſignato: Quippe qui non nudam fundi pignerationem inducat, ſed alienationem pro modo pacti Vectigalis. Sicuti de adſignatione fundorum huiuſmodi toties à Nobis prænotatum eſt. Quùm igitur talis Reditus prædiarius faciat partē fundi Andegauen. qui illi ſigillatim adſcriptus ſit, is tandiu vaneſcit in totum

Aſſignation de Rente, pour le remploy des deniers dotaux, tant ſur les biens d'Anjou ſpecialement, que de Poictou generallement, quæ aſſignatio filio matris hæredi in patrem cōpetebat confuſa nè ſit in patre fructuario hærede immobilium Andegauenſ. filij: ſaltem pro rata eorum bonorum Andegau. Licet in Pictonica filij bona pater non ſuccedat.

Debte hypothecaire, à vne fois payer, ou Rente conſtituee à prix d'argēt.

Rente fonciere, ou dotale pure reelle.

ac confunditur, quandiu vigeat paternus horum filij bonorum vſuſ-
fructus. Atque ita ex facto conſulti reſpondimus forenſi patrono, qui
paternam cauſam in Senatu proximè erat acturus. Tandem vltrò ci-
tróque diſceptatum negotium Curia reiecit in prolixiorem delibera-
tionem. 15. Kalend. Ianuar. an. 1584. ex prouocatione à Pictonum ma-
giſtratu, qui patrem, velut Pictauenſium agrorum poſſeſſorem, in ſo-
lidùm damnarat. Seruino, prouocantis: & Gilloto, aduerſarij cauſam
orantibus.

Appoinctè au Conſeil en Parlement die 18. Dec. an. 1584. *ſur l'appel du Seneſchal de Poictou.*

AGE verò, maritus acceptæ dotis ergô nobilem fundum adſigna- 5.
uit coniugi, luendum intra biennium à die obitus mariti ipſius. Dein
ſuſcepta ex eo connubio filia, maritus, repetitis nuptiis, progenuit ma-
rem, qui patri ſuperuixit. Peto, an hic dotale paterni fundi onus re-
ctè liberet, oblato conſanguineæ ſorori beſſe dotalis pecuniæ, reſi-
duo triente apud eam confuſo aditione paternæ hæreditatis. Soror
quidem oblatos nummos ideo reſpuit, quòd maternũ patrimonium,
cuiuſmodi aſſignata dos eſt, nil affine habeat, permixtúmque pater-
nis hærediis. Matris vtique hæredem ex aſſe, patris ex triente ſe pro-
fitetur: at non idcirco patrimonialia, quæque in rem ſcripta ſunt iura,
ſimul confunduntur. Vt Cynus inquit nominatim, ſecundùm Gloz.
in l. Si vendidiſſet Cod. Si antiq. credit. Bald. ad l. 7. Cod. De bon. au-
ctor. iudic. poſſid. P. Caſtrenſis in l. debitor D. Ad S. C. Trebell. Di-
uerſum de iure mobili, ac in perſonam concepto, quod, ſemel adpre-
henſa hæreditate, funditus perimitur. l. ſi adulta Cod. De hæredit.
action. Item & ſi nummos, qui in fundi adſignati redemptionem ex
Pacto redduntur, mobilibus accenſeas Nominibus, ſolidos reſtituere
tenetur conſanguineus frater nobilis, qui paternorum Mouentium
hæres ſolus lege agnoſcitur. §. 235. Andegau. Conſuetudin. Quiſquis
enim mobilium rerum vniuerſitatem capit, ſolus talia nomina diſſol-
uit, ærîſque alieni ſolutione defungitur. cita. §. 235. 237. 326. 327. An-
degauen. Leg. Nihilo ſeciùs puto, dotales nummos, quibus adſigna-
tum ſit prædium, in rebus ſoli numerari, tanquam maternum Vecti-
gal annuum in mariti fundo æſtimato: Huius verò luitionem fundi
omnes patri hæredes reſpicere, pro hæreditariis ſaltem portionibus,
quêis eum fundum inuicem partientur. l. Hæredes. §. idem iuris D. fa-
mil. herciſ. Quoties enim debitor creditori ſuccedit, tunc hæreditatis
aditio, cenſetur debiti æris confuſio potiùs, quàm ſolutio quędam. Iu-
lij Pauli l. ſi ei, cui. §. ſi is, qui. ff. De euict. Sin autem creditor ſuccedat
debitori, tunc ſolutione actio tollitur, quaſi ipſe ſibi creditor anteà
ſoluiſſe videatur ex bonis hæreditariis. Argum. l. 1. §. ſi debitor D. Ad
Leg. Falcid. l. Venditor §. cùm quis. ff. De hęredit. vel act. vend. Tamet-
ſi igitur diſtincta ſint materna, de quibus hîc agitur, filiæ patrimonia à
paternis, in quibus ea fratrem habet cohæredem: Quatenùs tamẽ ipſa
matris hęres partẽ capiet paternę hęreditatis, eatenus materni Reditus
dotalis deductionẽ patietur. Quò relabitur etiam Neapolitanæ Curiæ
Sententia à Matthæo relata, in Deciſ. CCXXXVII. Atquè omninò præ-
diorum

In filia matris hærede vnica cõfunditur realis maternæ dotis reuocatoria actio pro ea parte, pro qua patri debitori ſucceſſerit cum aliis ex ſecundo patris coniugio natis fratribus, & ſororibus.

Mobilia & perſonalia debita ab eo vno ſoluuntur, qui bona mobilia capit titulo vniuerſali, ſiue tanquam hæres mobiliũ ſolus, ſiue tanquam donatarius vniuerſalis, apud Andes, & Cenomanos.

Neapolitani Senatus Areſtum.

diorum onera ſuſtinentur à ſingulis poſſeſſoribus, liberantúrque pro modo compendij, & partis dominij cuiuſque.

6. Pvpillæ tutor interceſſit proſcriptæ auctioni fundorum publicè venalium, qui nummario Vectigali in eam obligati erant. Pendente eo iudicio, nupſit puella, & connubiali lege cauit, quę maritus cumque vxoria diſtraheret, ea nouis emptis poſſeſſionibus ſuppleri ab eo, ac penſari debere. Poſtmodùm fundus ille væniit Haſta publica, eiúſque pretium viro traditum, vt muliebre Vectigal lueretur: cuius nomine tutor interceſſerat promercalis fundi præconiis. Dubitatum eſt, nunquid maritus, quaſi immobilem coniugis Reditum alienarit, parem ipſi rependere compellatur. Non cogendũ dixeris ſpecie ipſa prima, quùm die celebrati matrimonij, talis Reditus vix iam ſuperforet: ſed mobile in pretium redactus tùm, proximéve redigendus eſſet ex pignerati fundi licitatione. Argum. l. cętera. §. vlt. ꝟ. De legat. 1. l. penul. ꝟ. De Teſtam. milit. Hoc ampliùs, prædiorum, quæ æſtimata ſint, & vendita ab alterutro coniugum ſub Pacto redhibitorio ante cõtractas nuptias, redemptorum pretium, tanquam mobile, communicatur ſociis coniugibus, hæredibuſvè ſingulorum inter ipſos: etſi dirempto etiam connubio, illa recuperentur, artic. 290. 291. Andeg. Conſuetud. 306. 307. Cenomanæ. Quoniam tamen in propoſita quęſtione, neceſſaria extitit ſiue alienatio fundi, ſiue redemptio Penſionis annuæ ex eius fundi pretio, Rectiùs creditur. nummos à marito acceptos, in alterius Vectigalis prædiivè comparationem impendi oportere. Nam Gallico vſu, Senatúſq; Conſultis receptum eſt vniuerſim, Eccleſiaſtici Reditus, pupillaris, vxoriive ſortem, quæ ſacerdoti, tutori, aut marito adnumerata ſit, ab iis referendam in annuum priori æquale Vectigal, aliaſvè res ſoli: quas idcirco ea pretij ſorte mercari neceſſe habét. Perpetuo Decreto Pariſien. Nonis Febr. an. ſeſquimilleſ. 39. in promulganda Regia Conſtitutione de redimendis Eccleſiaſt. Reditibus pecuniariis, lata Octob. Menſe Eod. an.

Oppoſition aux Criees pour rente conſtituee.

Maritus tenetur in acquiſitionem redituum annuorũ, fundorumvè conuertere nummos, quos pro rachatu annui Reditus nũmarii ad vxorẽ ſpectantis receperit ex pretio publicæ licitationis fundi vxori obligati.

Paria ſunt, aliquid eſſe, vel ſtatim fore.

Regium Edictum *du Rachap: des rentes deues aux Hoſpitaux, fabriques, confrairies, & communautez*: Verificatũ in Parlamento Pariſien. die 5. Feb. an. 1539.

7. Individva eſt pignoris cauſa ex vtráque parte, ſi videlicet mihi pars tantùm debeatur: vtpotè ſi pro parte ſim hæres creditoris ex multis vnus, vel tu partem ſolùm aliquam rei obligatæ poſſideas. Sic tamen in ſolidùm agitur, vt & qui rem integram poſſidet, ea mihi cedere tota debeat, niſi quod mihi debetur, perſoluat: & tu qui partem tantùm poſſides, ab eo cui debetur ſolidum, conueniaris, perinde atque ſi etiam poſſideres totum pignus. Diocletiani Cæſ. leg. 2. Cod. Si vnus ex plurib. hæred. l. 3. Cod. De diſtract. pign. l. 8. D. Eod. Quibus planè conuenit Andium Mos. §. 180. 468. 469. 473. 488. Similiter creditores inter ipſos indiuiduum eſt ius hypothecæ, quùm antiquior remoueat alios, niſi horum pecunia ille dimittatur. l. Mulier. D. Qui potiores. l. Ariſto D. Quæ res pign. Enimuerò triplici caſu creditores inuicem diuidunt hypothecam prædiorum. Primo, ſi eodem iure ita concurrant, vt alter altero potior nõ ſit: Putà, ſi duobus vectigale latifundium proponatur. Nulla quippe

Hypotheca eſt tota in toto, & tota in qualibet parte.

In pignore prætorio, creditores, qui ſunt eiuſdem tituli, æquè concurrunt, vt hic. Sin verò diuerſorum titulorum, tunc prior tempore potior eſt iure. l. ſi decreto Cod. Qui potior. In pignore autem conuentionali, indiſtin.

eſt ordinis prærogatiua inter creditores pari titulo & cauſa ſuffultos. l. vlt. Cod. De bon. auctor. iudic. poſſid. l. is cui. §. ſi plures. Et. §. qui prior. D. Vt in poſſeſſ. legat. Edo facti ſpeciem. Duo inſolidùm Villæ domini vectigalem eam dedêre Titiano. Huius demortui hæredes, famil. herciſc. iudicio diuidunt vectigale prædium: nonnulli etiam partes diuendút alteri dominorum, queîs prædiarius Reditus debebatur. Alter vectigalis agri dominus, qui rem ſibi nunc eſſe videt cum debitore ſimul & ſocio Vectigalis, in eum experitur: ne prædiaria cuiuſque iura confundantur, perpetuò ſed media pars ſibi diuiſim hypothecarij prædij attribuatur. Nam ſua maximè intereſſe contendit, ne ſociùs, idemque rei obligatæ poſſeſſor eam priuato ſuo commodo interuertat, in fraudem debiti ſocio Vectigalis. Illi enim iam inde æqua ſolarij portio competere deſiit, ex quo vectigalis fundi partem coëmerit. Quid plura? Senatus Pariſiorum cenſuit, nil iniuſtum ab eo poſtulari, ſingulíſque vocatis Agrorum vectigalium poſſeſſoribus, eos admetiendos agros, æſtimandos, ac ſeparatim adſignandos vtrique Domino Agrariæ penſitationis: ſubducta modò & confuſa eiuſdem rata parte, quotam rerum obligatarum, Dominus ſibi comparaſſet. Celebri Areſto. 13. Kal. Maias an. 1578. in ſummo Curiæ Auditorio, Vbi Nicol. Perrotus ſenator exponebat Dionyſij, & Franciſ. *de Lauau* actorum controuerſiam, & Mariæ *Lalemant* viduæ mulieris N. *Bouuier*, ex aduerſo, litigantis. Cui Iudicato ritè adplicatur, quod Vlpianus ſcriptum reliquit, inter eos, qui rem pignori acceperint, talem diuiſionem ineundam, vt non vero prætio æſtimetur pars, ſed intàtùm duntaxat, quantùm pro ea parte debeatur: Et ſi aſſignetur quidem pignus vni ex creditoribus, licentia tamen debitori non denegetur æs debitum offerre, ac pignus ſuum luere. Vlpiani leg. Communi diuidundo. §. inter eos D. commun. diuid.

Etè qui anterior eſt tempore, præfertur. l. ſi fundum. l. diuerſis Cod. eod.

Valet etiam fructuũ & redituũ diuiſio, inter heredes minores annis, antequàm fundos ipſos per ætatem partiri poſſint. l. Lucius D. famil. herciſc.

Areſtum Curiæ Pariſien die 19. April. an. 1578. in magna Camera Curiæ, *demeſurer, arpenter, appre ser, & aſſigner diſtinctement à chacun des rentiers & fonciers les portions de terres, qui demeureront affectees à leurs Rentes.*

Heredis quidem creditores non habent beneficium ſeparationis bonorũ in defuncti creditores l. 1. § ex contrario. ff. De ſeparat. Hypothecarij tamen illi anteriores his præferuntur in bonis propriis hæredis: Etſi hęc ſpecialiter defunctus, cum ſuis, creditoribus obligaſſet Vrgum. leg. 1. § ſciendum eſt. ff. De ſeparat.

SECVNDO item caſu hypothecarum ſeparatio ſolet impetrari decreto Prætoris, nempè à creditoribus defuncti in creditores hæredis. 8.
Quemadmodùm Diui Seuerus & Antoninus reſcripſere. l. 1. ff. De ſeparat. Et Gordianus Imp. l. 2. Cod. De bon. auctor. iudic. poſſid. Iuxta quæ, iudicio obtinui à Conſcriptis Curiæ bonorum ſeparationem pro Gabriele *de la Vallee* creditore Karoli Lotharingi, purpurati quondam Romæ Senatoris: In creditores Errici Lotharingi Guiſiæ Ducis, nepotis ex fratre, & legatarij vniuerſorum patrui illius Cardinalis. Decreto in Tribunalitia Curiæ claſſe prolato, Pridie Idus Octobres ann. 1577. Quùm Cauchonius, pro Duce: & Portanus, pro eiuſce creditoribus aduerſariis, oraſſent. Vice verſa, licet in perſonam concepta defuncti obligatio transeat in hæredem: Rei tamen onera, vinculúmque hypothecarium non tranſilit in res proprias hæredis. l. Paulus. ff. De pignor. Nec demortui, & hæredis bona ſimul confunduntur, reſpectu tertij, cuius aliquid interſit, creditoris ſcilicet hypothecarij. Ideóque pignoris nexu haudquaquàm diſtringuntur hæredum facultates peculiares, ex deceſſoris obligatione pigneratitia. Bald. & Angel.

S. Conſultum Lutetianum, *en plaidant à huis cloz en la grand Chambre* Die 14. Oct. an. 1577. inter Cardinalis Lotharingiæ creditores, & alios Legatarii vniuerſalis eiuſdem creditores particulares.

Angel.in l.Aſſiduis Cod.Qui potiores.Bald.in l.Vbi adhuc Cod. De iur.dot.Id quod pariter Neapolitani Senatus Patres crebrò iudicaſſe, prodit.Affiictus Conſcriptus eiuſdem Ordinis,in Neapol.Deciſ. 200. Illinc modò excipe,ſi defunctus hæredis bona ſpeciatim cum ſuis ac priuatis pignori deuinxiſſet.Quo caſu peculiaria etiã hæredis prædia hypothecæ ſubiiciuntur.l.Creditor.§.poſt diuiſionem D. Qui potiores. Alexãd.in l.ſi hæredis ſeruus.ff.De legat.1.Siue aliud quoque municipalibus.Plebiſcitis cautum ſit,quale Andium populares ſcripſere. art.469.patriç Conſuet.Tertiò hypothecæ bonorum inuicem ſecernuntur poſtulatu creditorum,quibus illa generatim pignori data ſint aduerſus alios,qui expreſſam necnon habeant fundi certi hypothecã. Si enim ex hac vna creditor vniuerſum debitum conſequi valeat, reliqua bona auferre non poteſt. Vt Seuerus & Antoninus Auguſti edixerunt.l.2.Cod.De Pignor.Abs qua lege non abludit Mos Andium. §.478.Cæteroquin creditoris arbitrio permittitur, ex pignoribus ſibi obligatis,quibus velit,diſtractis ad ſuum cõmodum peruenire Inquit Modeſtinus l.8.ff.De diſtract.pignor.

Decretum Sũmæ Curiæ Neapolitanæ.

§.469.Ibi. *hypotheque ne ſe diuiſe és perſonnes des heritiers des obligez. Mais peut eſtre pourſuyuie pour le tout ſur l'vn des heritiers,& ſur les biens au choix du crediteur,* vndecũque proueniant bona.

Cõſuet.art.478.Ver. *pourra hypothecairemẽt s'adreſſer,& faire payer ſur led.heritage à ce hypothequé,& non ſur le general des biens.*

9. PROXIMVM eſt videre, num liceat, particulatim obnoxij fundi emptorem directò perſequi,vt ei cedat,aut ſoluat,antequẽ alia debitoris bona creditor excuſſerit.Aureliorum quidem Cõſuetudine, expreſſa rei certæ hypotheca creditorem eximit onere priùs conueniendi debitoris.art.438.Cameracenſi item Lege prouincia.Tit. *Des Rentes*.Vbi autem lege loci nil conſtituitur de iis,quæ manifeſta pactione teneãtur pignori nomine,nouis eorum poſſeſſores cogi nequeũt, niſi pecunia de aliis debitoris facultatib⁹ ſeruari nõ potuerit.Sicuti Areſto Curiæ pronũtiatum eſt à Thuano Præſide,Idibus Maiis,ſeu pridie Pentecoſtes an.1387. Ex Pictonica nimirum prouincia,cuius More creditori prodita eſt hypothecaria Formula nuda in tertium poſſeſſorem,artic.405.Sed de ſpeciali pignore nulla ibi commemoratio, nec grauius quicquam ſtatuitur in res nominatim pigneratas occupãtem. Itaque vbi muta & elinguis Lex Municipij,Romanę Legis vocẽ audire par eſt de ſecundo hypothecarũ ordine poſt debitores excuſſos, §.ſed neq; Nouella Iuſtiniani De fideiuſſ.quæ ſuſtulit veterem tacitæ & expreſſæ hypothecæ diſtinctionẽ intuitu tertij poſſeſſoris.De qua in l.diſtractis Et ibi Bart.Cod.De pignor.l.Moſchis.ff.De iur.fiſ.

Cameracenſis Conſuet. formula, *Celuy qui ha rapport & hypotheque pour ſeureté de quelque debte,peut s'adreſſer contre l'heritage à ce hypothequé eſtant en tierce main ſans diſcuſſion de l'obligé.*

Sollenne decretum Parlamenti Periſien. die.15.Maii. 1587. *Aux Arreſts de la Pentecoſte.* Quo infirmata eſt Seneſchali Pictonum Sententia, *apres en auoir communiqué à toutes les Chambres de la Court.*

10. CESSAT porrò hic iudiciariæ conuentionis circuitus in emptore rei litigioſæ.Nam ſi inter creditorem & debitorem lite pendente, hic alienarit fundum pignori datum,illi ius erit, cum emptore congredi, eumque iudicio vrgere,ad prædium vel debiti ſolutione luẽdum, vel dimittendum.§.Ad hoc Authent.De litig.l.29.§.ſi debitor.ff. De except.rei iudic.Nam iudicatę rei præſcriptio nocet ei,qui in dominium ſucceſſit eius,qui in Foro expertus ſit.Papinian.l.Exceptio.ff. De except.rei iudic.l.ſi ſuperatus D.De pignor.Imò & Andium Ritu, quiſquis,poſt acceptum de gẽtilitio Retractus iudicium,rem trãſcripſerit alteri,mulcta afficitur,& ei qui agit,quãti ſua interſit, litiſq; ſumptus

Licet creditori directo ſaiſire rem litigii vitio affectam in eius emptorem, qui nondum præſcripſent.

Areſtum Parlamenti die. 23. Augusti an. 1586. in vna Camera Inqueſtarum Curiæ. *Sur procez par eſcripts de la Seneſchauſſée de Bourbonnois, entre N. de la Iaille appellāt, & le ſieur de Bigny ioinct auec Loys de Bellanger intimé.*

exoluere damnatur. §. 408. Sic Patres etiam Pariſienſes decreuêre, cū, qui pendēte litigio emerat oppignerata prædia, primo quoque loco ad ſolutionem, vel diſceſſionem à prædiis compelli. S. Cōſulto. 10. Calend. Septembres an. 1586. inter N. *de la Iaille*, qui à Boiorum Prætore Curiam appellarat, & Ludouicum *de Bellanger*, ex aduerſo, certantem. Inſuper recta via ab emptore petere licet creditori, quāto minùs à debitore exigere potuerit Gallicorum pignorum perſecutorio iudicio, Nec enim alieni Imperij ſummi fundos, qui debitori competant, exquirere cogitur, & publicam eorum vēditionem aggredi, priuſquàm actiones in nouum poſſeſſorem intendat. Vt Curia Pariſiorum diſtrictè iudicauit Quinto Nonas Martias an. 1582. de prouocatione à Lugdunēſis Præfecti Sententia. Litigatoribus Meraldo Carleto creditore, & Vilhelmo *Virieu* obligati fūdi poſſeſſore, qui auctoris ſui bona creditori ſigillatim indicarat, ſita in Dombēſi Principatu extra fines Gallicæ Ditionis Iuridicæ. Neque iis abſonū eſt, quod Baldus obſeruauit (ad. leg. ſciendum. ff. Qui ſatiſd. cog.) minimè creditori onus incūbere diſcutiēdarum obærati facultatum, quæ extra Territorium ſitę ſint Iudicis de re cognoſcentis. Qua pariter in ſententia fuit Alexāder, Iuris reſponſo. 91. Volum. 7.

Iudicium Curiæ die. 3. Martii an. 1582. *touchant l'indication faicte au creancier des biens de sō debteur ſis en la Principauté de Dombes, (lez le Lyonnois, (ſouueraine quant à a Iuriſdiction.*

Neceſſe eſt peregrinum Inſtrumentum authenticæ obligationis hypothecariæ recognoſci *par Atteſtatoire du meſme pays.*

DIFFICILIOR quippe eſt fundorum exteri Dominatus prehenſio ac in poſſeſſionem miſſio, quàm pura hypotheca. Nam vt pignus contrahitur nuda conuentione, etſi traditum non ſit. Vlpian. l. 1. ff. De pignerat. act. l. contrahitur hypotheca. ff. De pignor. Ita Iure Gētium ſancita hypothecæ pactio vim obtinet vbique Terraurm ac Regionū in quibus debitoris bona conſiſtant: Dummodò creditor, conſignata literis teſtatione, planum faciat, tabellionē eſſe, ac publica fide ſubnixum eum, qui obligatorias debiti Cautiones cōſcripſerit. Quin & Romana Lege, ſi per epiſtolam de pignoribus cōueniſſet, non eo minùs valebat pignorum obligatio, quòd Dies & Cōſules additi, vel tabulæ ſignatæ nō eſſent. l. Cùm tabernam. §. idem quæſiit. ff. De pignor. At lōgè aliter ſe habet manus iniectio, publicavè fundi obligati poſſeſſio exteræ Prouinciæ: quæ nullatenùs admittitur, niſi petita à loci Principe venia, eiuſve ſaltē Magiſtratu, impetretur. Etenim Pauli I. C. opinione, is qui poſſidere iubetur, eo loco iuſſus videtur, cuius cura ad iubentē pertinet. l. Cū vnus. §. is qui. ff. De bon. auctor. iudic. poſſid. Proinde in Brabātino Ducatu, etſi hypotheca Pacto conuento quæratur, aduenæ tamen creditori non competit ius exequendi Nominis debitorumque Inſtrumenti, quod extra Brabātiam confectum ſit: niſi idcirco veniale Ducis Reſcriptum exorarit. Sicuti ad Brabātinis Mechliniæ Iurecoſſ. accepimus. Francico itidem Patrum Cōſulto, nobis adſtātibus, deciſum eſt, Allobrogibus non licere, de Gallicis Campaniæ fundis apud Cāpanos etiam magiſtratus litigare, in executione iudicatæ rei apud Auguſtam Taurinorum inter ipſos de cōtrouerſa hæreditate. Saluo eo, vt de talibus prædiis hęreditariis nouā in Gallia litem inſtituerēt. Pariſienſi decreto. 12. Kalend. Iunias an. 1585. in forenſi agitatione II.

Inter ſubditos autē Regni. Literæ obligatoriæ ſigillatæ & authenticæ habent executionem paratā art. 472. Conſuet. Andeg. Iuxta regiā Caroli 8. Ordinationem. an. 1493. art. 54.

Stylus fori Brabantini.

Senatus Areſtum die 21. Maii an. 1585. *en plaidant du Roolle de Champagne ſur l'appel du bailly de Chaumont en Baſſigni pour raiſon des terres ſituées aud. Bailliage, entre Sauoyſiens plaidans ſur l'execution d'vn Arreſt donné au Parlemēt de Thurin, en Piedmont.*

tatione cauſarum: quùm Eſcorceueus, & Lebellus cauſidici vtrinque dixiſſent. In Volumine litium Campanarum.

12. NIHILO enim probabiliùs alibi iudicata facere compellimur Galli, quàm alibi degétes vocantur in Frácica tribunalia niſi ex rebus quæ Francico ſolo cótineantur. Vt *Parlamentari* quondam Senatui placuit, ſecúdùm Marchionem Eporediæ, in Subalpinis: aduerſus Heroïdem *de Vergy*, in Burgundiis agris. Decreto an. 1387. quod Ioh. Gallus recéſuit. Quæſt. 148. Secus verò de diuerſis Prouinciis, quæ vni Principi ac Monarchæ pareant. Nam ab alterius Magiſtratu decreta, ſubinde alij perducere ad effectum debét. Per hunc modum Romani Cæſſ. reſcripſerunt, Sententiam Romæ dictam, in Prouinciis quoque per Præſides, ſi hoc iuſſi fuerint, ad finé perſequi fas eſſe. Vlpiani relatu, in l. 15. §. 1. De re iudic. Iudicantis ſaltem precibus, itur in poſſeſſionem bonorum alibi ſitorú permiſſu rogati Magiſtratus loci. l. properandum. §. ſin autem reus Cod. De iudic. Cap. Romana. §. cótrahentes De foro compet. In. 6. l. 1. ꝟ. De offic. conſul. Speculat. in. §. nunc dicédum Verſ. ſed pone iudex Peruſinus Tit. De execut. ſenten. Vtrobique certè, Regia tátùm, nec inferioris Ducis Inſignia præfigi oportet fundis publicè poſſeſſis ac proſcriptis, vt plurimo licéti addicantur. Vſqueadeò, vt Curia Max. publicam agri venditionem reſciderit, quòd ei à præcone appoſita fuiſſent Rhemenſis Archiepiſcopi Ducíſque Inſignia, non Principis Senatorio Iudicato an. 1580. in publica Actione cauſarum, Pro creditore, qui à fundi licitatione ita facta Patres Pariſié. appellarat, contra Petr. Thomam: Eóque ſtatutum eſt à CONSCRIPTIS CVRIÆ, ſuum decretum propalàm legi ac recitari in Foro Rhemorum iudiciali, vt inueteratus Ducalium Inſignium prehenſis fundis imponédorum vſus, vel abuſus, aliquádo conuelleretur. iuxta ſacras Principú noſtrorum Cóſtitutiones, quæ de auctionariis fundorum præconiis editæ ſunt an. 1551. Ne iſthuc Cæſareas Romanorum Leges adducam, VT NEMO PRIVATVS TITVLOS PRÆDIIS SVIS, VEL ALIENIS IMPONAT, &c.

Marchio *de Saluſſes, en Piedmont.*

Placitum Curiæ, *ſur l'appel d'vne adiudication par decret des terres ſaiſies & criées ſur affiches de Panonceaux du Seigneur des lieux, & autres, que Royaux.*

Regia Gallorum Ordinatio, *ſur le faict des criées.* art. 3. *Que en toutes ſaiſies de maiſons des Villes & villages, en faiſant la ſaiſie, ou deuant la premiere criée, ſera mis & affigé ſur l'entrée de la maiſon vn Panonceau portant les armes du Roy.*

13. QVOD præmonuimus, ſola conuentione pignus contrahi abſque traditione, non procedit in mobilibus Galliæ rebus, quæ videlicet ſequelam non habent. E multis enim pigneratitiis creditoribus, ſi is qui ordine poſterior eſt, Mobilia in manus súpſerit pro ſibi debito ære, præcipua ea retinebit: quùm Mouétia iſtiuſmodi non ſint ſequenda. Vt ait Maſuerius in Praxi. §. *Item quòd mobilia alienata non poſſunt capi, vel diſtrahi, nec in is cadit hypotheca.* Tit. De execution. & ſubhaſtat. §. 421. Andeg. Cóſuet. Eòdem recidunt Leges municipales Mechliniéſium Brabantiæ ciuium, ſic Romana lingua concinnatæ. *Bona mobilia non diutius oppignorata ſunt, quàm in dominio obligati teneantur.* Tit. De contractibus, códuention. & fideiuſſ. Quibus valdè cohæret ſententia Caij I.C. ad infringendú ius alterius ſatis non eſſe, nuda pactione rem obligari, ſed facto ipſo inductam eſſe oportere. l. potior. §. ſi colonus D. Qui potiores. l. ſi rem. §. Propriè pignus dicimus, quod ad credito-

Art. 421. Andeg. Cóſuet. Verſ. *Meubles quand il eſt hors des mains de l'obligé, ou de ſon heritier, n'a point de ſuite.*

Confuetud. *de Malines*, è lingua Teutonica in Latinam tráſlatæ interprete Petro Nannio Alcmariano, profeſſore Latino, Louanii an. 1552.

Ordinatione generalis Conſilii Geneuenſis lata, die 19. Ianuar.an.1568. Mobilia, iure hypothecæ non ſunt ſequenda. Sed iure proprietatis, ſic, à domino in emptorem, vel poſſeſſorem hypothecarium, reſtituta huic pretii ſorte Mobilis rei Nomine.

rem tranſit: hypothecam, cúm non tranſit, nec poſſeſſio ad creditoré. ✝. De pignerat. Act. At ſi Mouétia ab vno creditorum occupentur lege pignoris, & antequàm in foro væneant, alij creditores de ſuo iure cóteſtentur, putat Ferronus, æqualem fore omnium cauſam, nec occupantis diligétiam aliis fraudi eſſe debere. In Burdigalen. Conſuet. §. 20. Tit. 8. De Feudalis. Idem noſtrate Andium Ritu cóprehenſum, cita. §. 421. & Cenomano, In. §. 436. Hoc ampliùs, cuilibet creditori libera interceſſio eſt intra octiduú, quod diſtractæ rei mobilis redéptioni præſtituitur: vt perçqué ſatis ei fiat, ac ſi Mouentia curaſſet publicè poſſidenda. §. 490. Andeg. Conſuet. & 494. Cenomanæ. Nec enim apud ſequeſtrum depoſitç rei poſſeſſio amittitur. l. Intereſſe. ✝. De acquir. poſſeſſ. Verùm in reliqua Gallia, quæ Moribus vtatur, meliorem eſſe arbitror diligentis conditionem, qui priùs captis pignoribus ſibi cauerit, & crediti obligationem executus ſit. Dempta cauſa péſionis vrbanorum prædiorum, cuius ergo, iſtuc inuecta illatáque, tacito pignore tenétur: Ita, vt locator ædium anteriores etiam vincat talium bonorum pigneratores. Sicuti Lutetiana Curia pronuntiauit ex appellatione à Præfecto Vrbi Pariſié. 11. Kal. Ianuar. an. 1590. Iuxta Neratij Priſci legem. 4. D. In quib. cauſ. pig. l. Item quia. ✝. De Pact. l. Certi Cod. De locat. Cui patria quoq; Andiú Obſeruatio ſubtexitur perquá appoſitè, ſecundú proprietarios cóductitiæ domus. art. 404. 405. Andeg. Conſuet. Eadem necnó Lege noſtra ciuica, priuatus emptor poſſeſſórq; rei mobilis, quæ hauddùm ſequeſtrata fuerit, nulli ſubeſt creditoris hypothecæ auctoris ſui. cita. §. 421. Quod Nominum itidé ceſſioni Pactitiæ adplicatur. Ea quippe debitori ſemel núciata, non licet cedétis creditoribus deinceps, iniecta publica manu, debitorem illum perſequi, diſpendio tertij: qui tranſcriptitio iure Nomen iſtud, quaſi rem mobilé, iuſtè poſſideat. Ex leg. vlt. Cod. Quan. Fiſc. vel priuat. l. 1. l. Nominibus in dotem datis l. ſi in ſolutum Cod. De oblig. & action. l. ſi cum emptore. ✝. De pact. l. penult. & vlt. Cod. De hæred. vel act. véd. Enim verò, ſi nullidùm, priuatim tráſcripta, nomina debitoris publicè prehendátur, vt tolli transferríque alio non poſſunt, (quia incorporea) ſic nuda prehéſione, fiunt ſolius ea pignerantis, nec creditoribus aliis communicantur. Idque locum habet in præteriti temporis Penſione nummaria, quæ ad noſtrum debitorem ſpectet. Demus enim, pari, cum ſorte, vinculo pignoris teneri vſuraria increméta l. 18. D. Qui potior. l. Aurelius, § legatú. l. vlt. §. Gaio. ✝. De liberat. leg. Quod à Germanis etiam ſeruari, ait Mynſingerus, Centur. 1. Obſeruat. 59. Eæ tamen, quç ſua iam die ceſſerint, vſuræ, ſeu debiti reditus ſuperiorum annorum, in Mouétibus deputantur, ac velut purè mouentia, creditori vni addicuntur, qui in ea priùs, inuecta manu, ſibi conſuluerit.

Cameracenſi item Conſuet. *Le premier clamant ſur les biés d'vn debteur, eſt preferé aux poſterieurs clamans, ſi ce n'eſt, que les biés dud. debteur ſoient abandonnez en deſconfiture.*

Au dedans de l'huictaine de recouſſe du meuble vendu à l'enchere, tous les creanciers ſe peuuent oppoſer, en Anion.

Areſtum Curiæ Pariſien. ſolenniter recitatum à Briſſonio præſide die 22. Dec. an. 1590. *touchant la ſaiſie & arreſt des creãciers des locatifs des maiſons.*

Secus, *ſi apres la banqueroute & faillite du debteur, il cedoit vne debte à l'vn de ſes crediteurs.* Nam poſt bona publicè poſſeſſa, exequatur conditio omnium creditorum.

Arrerages des rẽtes ſaiſiz & arreſtez.

De his, Nos pluſculum Lib. 3. Pariſien. Mor. Tit. 3. art. 8.

Ast Gallici fori Inſtitutum hoc vetus non procedit in mercium 14
venditore, cui nondùm ab emptore pretium illatum ſit. Vtcunque enim gregarius quiſpiá emptoris creditor manú iniecerit mercimoniis

niis eiuſmodi venditor huic antefertur: quùm ſua ipſius merx eſſe nõ deſinat, niſi ære ſoluto, vel fideiuſſore dato, vel aliàs ſatisfacto. §. vẽditæ Inſtit. De rerum diuiſ. Martiani. l. Quod quis In verſ. vel ob nauem venditam petat. ff. De priuil. credit. Nec enim Vlpiani opinio vſque quaque recepta eſt (in l. 5. §. penul. ff. De Tribut. act.) rei diſtractæ pretium, de quo habita fides ſit, in creditam pecuniam transfundi, vẽditorémque in tributum vocari. Quinimò Senatus Pariſiorum decreuit talem venditõrem cæteris creditoribus anteponi, quàmlibet ſolenni mercium prehenſione eundem præuenientibus. Areſtis Paſchalibus, ſeu pridie Idus Apriles. 1588. Quibus adhæret Pariſiorum Mos ſcriptus artic. 176. 177. iuxta Alberici dictata, ad Leg. ſi fundum C. qui potior. in pign. E pluribus itidem coloni aruornm creditoribus, fructus pendentes pignerante vno, reliquis licebit pignerationi intercedere, tanquam rei immobilis. Ambigendi vtique cauſa eſt, quòd temporaria fundi cõductio, mobili cuidam iuri accenſeatur, nec priùs eiuſce conductor reditus lucrifaciat, quàm terra ſe cõtinere deſierint. l. ſi eius fũdi. ff. De rei vindicat. l. ſi ſeruus cõmunis. §. locaui. ff. De furt. Quod ſimiliter in fructuario, & bonę fidei poſſeſſore obſeruatur: vt tùm prædij demũ fructus percipiant, quùm à ſolo ſeparati ſint. l. Qui ſcit. §. in alieno. §. vlt. ff. De vſur. l. Bonæ fidei emptor. ff. De acquir. rer. domin. Verumtamen, quia domini voluntate colonus Agrorum prouentus colligit, qui quãdiu ſolo cohærent, fundi eſſe exiſtimantur, ideo pendẽtiũ ſequeſtratione publica, ceu rerũ ſoli fit liber acceſſus creditoribus aliis, nedũ illorũ pigneratori. leg. Cùm vnus. ff. De reb. auctor. Iudic. poſſid. Quod enim Municipales Conſtitutiones in pignore mobili capto ius * πρωτοπραξίας tribuunt præoccupanti creditori, id de ſupellectili purèque mobili re accipiendum, quæ propalàm vænum, exponatur ſummatim, ac intra paucos ab eorum prehẽſione dies: Non autem de ſegetibus prædiorúmq; reditu annuo, quem, perinde ac ſyluam cæduam, haud priùs, quàm maturuerit, auellere terra permiſſum eſt. Alioquin perluſoria coloni arte, cum vno, aliorum in fraudẽ, creditore, fructus fundo inhærentes, prænaturè ſequeſtrò deponerẽtur. Cuiſmodi dolo ac fraudi Iura minimè opitulantur. l. 2. §. verba. D. Ad S.C. Velleyan. l. in eo. §. vlt. ff. De reg. Iur.

Areſta Curiæ ſolennia ante feſtum Paſchæ, ſeu die 12. April. an. 1588. Quæ intellige iuxta ſequentẽ diſtinctionem, qua vtitur Mos Pariſiorũ §. 176. 177. Nempè vt quocunque merces ſuas perſequi poſſit, qui vendidit quaſi recepturus illico pretium: Venditor autẽ, habita fide de pretio quãdiu merces apud debitorem fuerint duntaxat, pro eo pretio cæteris præferatur.

* primum exigendi.

15. Rvrsvs, ſi debitori immobilia deſint, ac ſoli pignora capienda, Mobilium pretium auferunt creditores promiſcuo iure tributionis. Nec enim iſto caſu melior fit anteriorum conditio, aut diligentiorum in bonis manu tollendis, ſed quaſi in aſſem fieri diſtributionem expedit. §. 179. Pariſien. Cõſuet. Iſtud quidem inter chirographarios creditores, vel hypothecarios: quid de priuilegiariis. Senatus hos aliis potiores nõ eſſe, pronũtiauit: aſt tributionẽ omnibus faciundam, pro rata eius quod cuique debetur. Præclaro decreto. 10. Calend. Ianuar. an. 1585. ſecundùm Bartholomeum *Iouarde* vnum ex multis creditoribus N. *Deſiardins*: contra Suſannam *Habert* eius coniugem, quæ dotem, & donata propter nuptias ex reſidua mariti ſupellectile repoſcebat. Sub

Si dotales nummi in contractu matrimonii, declarantur vxoris proprii ſimpliciter, ſine reali & prædiaria eorũ adſignatione. Tũc ipſi, tanquam verè mobiles (niſi reſpectu mariti) non impediunt, quominus mulieris creditor hypotheca prior, veniat, cũ aliis pariter, *en deſconfiture au ſol la liure* ex defectu immobilium.

Decretum Curiæ ex Patria Conſuetudi-

naria recitatū die pro feſto Natalis Chriſti ſeu die.23.Decembr. an.1581.Cui contrarium ex Patria Iuris ſcripti iudicatum retulit ſuprà Lib.2.Tit. De dominico fundi retractu.art.vlt.

idem fermè tempus factum ſimile S.Cóſultum pro creditoribus Ni-
colai Cheſnelli,bibliopolæ Pariſien. in eius viduam mulierem : Quo-
rum anteà omnium actitata palàm controuerſia, Senatus cēſuerat ac-
curatiùs deliberandnm.14.Calend.Apriles an.1585.Dineto , viduæ : &
Coutaudo,aliorum creditorum cauſidicis.In Catalogo litium Præfe-
cturæ Pariſien.Iuſtiſſimè herclè. Nā,vt de priuilegiariis hiſce credito-
ribuspauca dicam,ſi plures ſint eiuſmodi,quis potior ſit,ex cauſa ma-
gis,quàm ex tempore,æſtimatur.l.priuilegia.ꝟ. De reb.auctor. iudic.
poſſid.Sed priuilegiariis omnibus cóſtat præferri hypothecarios in re
obligata.l.Eos qui Cod.Qui potior. Ac ſanè cùm diſceptarēt credito-
res,an debitoris ceſſionem bonorum admitterēt , an verò quinquen-
nes illi potiùs darent inducias:& Iuſtinianus ſtatuiſſet, maioris partis
creditorum ſentētiam præualere,adiecit,nihil tunc intereſſe inter hy-
pothecarios,alióſq; creditores.l.vlt.Cod.Qui bon. ced. poſſ. Aſt vbi
de re maiori quæreretur,nó eadem eſſet confuſio.Patet vtiquè, ſi hæ-
res debito ris nolit adire hæreditatē,niſi portio aliqua debiti remitta-
tur,quam portionem maior pars creditorū remittēdam duxerit, aliis
eſſe probādum.Hinc tamen demuntur hypothecarij,nó etiam priui-
legiarij:Quia etſi non adeatur hæreditas,illis abundè cautum ſit, non
etiam his.l.Et ſuum hæredē.§.vlt.l.reſcriptum.ꝟ.De Pact. Ac Paulus
certè in hac cauſa videtur,aliquādo idem tribuere voluiſſe priuilegia-
riis,quod hypothecariis tribuitur:ſed ab ea tandem ſententia recedit,
& Vlpiano tacitè cedit.l.ſi pręcedente.§.vlt.De Mandati. De quibus
pariter Balduinus exactè,in Tract.De Pignor.& Hypoth. Nec ab in-
ſtituto alienum eſt,quod Philippus.2.Hiſpaniarū rex, Atrebatū Co-
mes ſanxit Quarto Cal.Sextiles an.1566.in explananda AtrebaticaCó-
ſuet.(art.166.de muliebri prærogatiua dotis & donationis propter
nuptias.Ille enim,poſt patrij Vſus Rituſque fidē factam relatu Prag-
maticōn Fori,ſtatuit,nuptialium Pactorum nomine,viduas coniuges
nullo eximio ſingularíque,ſed cómuni reliquis creditoribus iure vſu-
ras,ac Hypothecariæ,cum priuatis aliis,Formulæ obnoxias fore,ciui-
cis Moribus præfinitæ : Quo potiores tandem in pignore habeantur
ex cauſa Dotis,ſeu Dotalitij.

Appoinctē au Conſeil en Parlement, & ordonné, que l'Arreſt ſeroit prononcé à l'audience. Die. 19. Mart.an.1585. *Au Roolle de Paris. Depuis Iugé le 15.Febur.1586. contre Ieanne de Roſny veufue, au rapport de M. le Vois.*

Placart du Roy d'Eſpagne à Bruxelles, pour le Comté d'Artois, Die.19. Iulii 1566. *Apres Enqueſtes par turbes ſur l'intelligence de l'Artic.166. de la Couſtume d'Artois reformée par l'Empereur ſon pere l'an.1543.*

Hypotheque par Nantiſſement, & Miſe de faict.

PRÆTORIVM item pignus haud aliàs conſtituitur, quàm ventū 16
fuerit in poſſeſſionem,nec ſolo Pacto , conuentæ hypothecæ inſtar,
cótrahitur. Vt inquit Vlpianus l.Non eſt mirum.ꝟ.De pigner. act. Et
§.170.Andeg.Conſuet.Nec verò ſufficit, Magiſtratum bona publicè
poſſideri iuſſiſſe, & iis curatorem datum,qui in poſſeſſionem cómo-
do creditorum mitteretur:ſed neceſſe eſt Andegaua prædia locari, &
fructus inde redactos percipi à publico cóductore, bonorúvè ſeque-
ſtro in rem communem creditorum ipſorum. Vt Saluij Iuliani reſpó-
ſo cótinetur.l.vlt.ꝟ.De curat.bon.dan.l.in venditione.§ 1.ꝟ. De bon.
auctor.iudic.poſſid. Alioquin ſi debitor agros poſſidere non deſinat,
eóſque bonæ fidei emptori poſtmodùm diſtraxerit, hic quinquennis
poſſeſſionis exceptione depellet hypothecarios auctoris ſui credito-
res.Neque

Art.170.Ibi. *il eſt requis, que les choſes ſoyent ſaiſies reellement & de faict, &c. Et qu'il y ayt Commiſſaires commis à regir & gouuerner les choſes: Et ſi leſd. Commiſſaires ſont à ſçauoir lad. ſaiſine à ceux qui voudront exploicter leſd. choſes, en leur monſtrant leur commiſſion, & neantmoins ils exploictent leſd. choſes ils briſent lad. ſaiſine, &c.*

res. Neque iis obſtat, quòd Pauli verbis, vni ex creditoribus permittẽte Prætore, vt bona debitoris mittatur, aditꝰ pateſiat cæteris creditoribus, nec tam perſonæ ſolius petẽtis, quàm aliis, & in rem permiſſum videatur. l. Cùm vnus. ꝟ. De bon. auctor. iudic. poſſid. Nã hoc ita accipiendum eſt, ſi Prætorium eiuſmodi pignus efficaciter duret naturali ſequeſtrorum poſſeſſione, quæ omnem vſucapionis curſum interrũpit. l. Naturaliter. ꝟ. De Vſucap. Sed debitore nihilo ſeciùs fũdo inhærẽte, locus eſt præſcriptioni temporis pro eo qui à debitore prædium bona fide mercatus poſſederit. Vt Seuerus & Antoninus Caſſ. ſanxerũt. l. Cùm poſt motã, & omiſſam quęſtionẽ, res ad noua dominia bona fide tranſierint. Cod. De præſcript. long. temp.

Andium Conſuetudine, preſcribitur Inter præſentes hypotheca: ir actioni per quinque annos à tertio fundi obligati poſſeſſore. art. 422. 427. 428. 475. & ſeq.

17. PLANE nouo Iure Francico ſola Iudicis Sententia, abs qua prouocatum nõ ſit, hypothecam tribuit in bona condemnati, citra miſſionem in poſſeſſionem eorum. art. 53. Molinenſis regiæ Conſtitut. Mẽſe Feb. an. 1566. Ecquid verò ſi ab ea Sentẽtia appellatus ſi Ordo Clariſſ. & inter moras dãnato credita pecunia ſub pignore fundi, An iudicatum probãte Senatu, is qui obtinuit, nouo creditore ſuperior fiat, ordine hypothecarum. Poſteriorẽ vtiq; iuuat Pauli I.C. reſponſum, hypothecæ prærogatiuam inter creditores, haud primordio quidẽ, ſed euẽtu ipſo metiri nos oportere. l. Titius D. Quæ res pign. oblig. Huc ſpectat Iuliani I.C. dictum ad Vrſeium Ferocem tali ſtipulatione, DECEM IN ANNO PROXIMO DOTIS NOMINE DARE SPONDES? annũ ex die nuptiarũ, quo dos eſſe potuiſſet, numerandum, non ex die factę ſtipulationis. l. 48. ꝟ. De iur. dot. Humanior tamen eſt, vtiliórque Edicti interpretatio, vt creditori, ſecundum quem bino Iudicio pronuntiatũ ſit, hypothecæ ius conſtitutum dicatur priori Sentẽtia, quã ſuprema cognitione iudicans cõfirmarit: Niſi maior illam Magiſtratus noua ex cauſa probauerit. Nec enim temerè indulgendum ei, qui per appellationem traxerit executionem ſententiæ, & fruſtratoriam morãdi gratia prouocationem interpoſuerit, Herẽnij Modeſtini leg. Tutor. ꝟ. De vſur. Et Scęuolæ leg. Negotiorũ. ꝟ. De re iudic. Atq; adeo his cõſonum eſt eiuſdẽ Scæuolæ reſpõſum de tutoris hærede, qui, cũ hærede pupilli tranſactione inita, ex qua ampliorẽ partem ſoluerat, in reſiduam quãtitatem pignus obligarit. Putat enim, in veterem cõtractum iure rem obligatã eſſe. l. vlt. D. Ex quib. cauſ. pign. Quod magis eſt, Africanus cenſuit, etiam ſub conditione creditorem tuendum aduerſus eum, cui poſtea quicquam deberi cœpiſſet, ſi modò non ea cõditio eſſet, quæ inuito debitore impleri non poſſet. Sed & ſi hæres ob legata, quæ ſub conditione data erant, de pignore rei ſuæ conueniſſet poſteàq; eadem ipſa pignora ob creditã pecuniam pignori dediſſet, ac poſt cõditio legatorum extitiſſet, hic quoque tuẽdum eum, cui antea pignns datũ eſſet, exiſtimauit. l. 9. §. 1. D. Qui potiores. Quibus impulſi rationibus LVTETIANI PATRES decreuerunt, eum qui prior iudicio vicerit, altero potiorem eſſe, cui ante cõfirmationẽ Iudicati in debitorem, ab hoc res hypothecæ ſubiecta eſſet. Areſto luculẽto, quod

Art 53. Edicti Molinenſ. *Deſlor: & en l'inſtant de la condemnatiõ donnée en dernier reſſort & du iour de la pronõciation, ſera acquis à la partie droict d'hypotheque ſur les biens du condãné, pour l'effect ou execution du iugement ou Arreſt par luy obtenu.*

Hypotheca in bonis condẽnati vltima Sẽtentia priorem inferioris Iudicis confirmante, retrotrahitur ad diem prioris Sententiæ.

Tranſactio habet effectum retroactiuũ ad diem primeuæ obligationis, ſuper qua tranſigitur.

in 2.Decuria Senatus Inquiſitoria latum fuit,aliis ſimul Curiæ Claſſi-
bus de eo ſententiam rogatis an.1587.IuxtaRegiamConſtitutionem,
de qua Nos alibi. Andegaua item Cōſuetudine, nomina debitorum,
quæ contradicto Iudicio adprobentur,chirographariis præferuntur,
alijſque in perſonam conceptis Nominibus.§.479.

Lib.2.Pariſien.Morū Tit.6.art.2.Inſt.

INSVPER etſi Belgicæ Galliæ agri neutiquàm oppignerentur,ni- 18.
ſi in poſſeſſionem itū ſit à creditore, cōceſſu Magiſtratus : ibidem re-
cipitur interdum pignoris obligatio,reiecta noui poſſeſſoris interceſ-
ſione.Cuius rei nobis exemplū ſuggerit prouocatoria lis à Præfecto
Bononiæ maritimæ in Senatu agitata publicè,ac deciſa Idibus Decēb.
an.1580.Iulius Tarentinus fundos quoſdā in filium munificè cōtulit.
Mox donationi auctor interuenit Prætor in Foro palā,de more ac ri-
tu patrio Bononiæ Belgicæ,(art.96.)Hetruſcis Bononiēſib.haud mul-
tùm abſimili. Talis autem iudiciaria paternæ largitatis profeſſio exæ-
quari videtur Donationis apud acta teſtationi, quam *Inſinuationem*
vocamus. Poſtmodùm donator mutuas ſumpſit pecunias ſub hypo-
theca bonorū.Inde creditor poſtulat, induci in eorum agrorum poſ-
ſessionē.Debitoris filius poſtulatis intercedit,profert in medium pa-
ternæ liberalitatis tabulas,quàm Iudici ratam, gratam, acceptámque
oſtendit:Nititur & naturali fundorū poſſeſſione diu adprehenſa iure
donationis.Proin mordicùs aſſerit,creditorem, qui More loci chiro-
grapharius merus habeatur,necdū hypothecarius,poſſeſſori ſibi poſt-
ponendum. Ad ea autem creditor,donationem,de qua lis erat,in pu-
blica Monumenta relatam non fuiſſe:ac ideo Conſtitutionibus nul-
lam ac irritam,nullos poſſeſſionis effectus gignere. Hæc quippe Actis
inſcribendæ donationis ſolēnia ſuppleri non potuiſſe vocali Iudican-
tis elogio,qui donationem ſibi probari defunctoriè pronūtiaret. Nā
vt ea vox paucis innoteſcit,nec totius donationis tenor forēſibus Re-
geſtis inſeritur:Ita *inſinuationū* formula Gallicis legibus ſtatuta, debet
ad amuſſim impleri, ac præſcriptis verbis Edicti. Siquidē præter iudi-
ciarium donationis decretum,quod Municipalis Conſtitutio exigit,
Regia Lex iubet,priuatū quēque donationes in Actis profiteri. Sub-
debat his creditor,paternā donationem graui fraudis ſuſpicione la-
borare,fideique cōmiſſi occulti cōiecturam duci ab ratione dome-
ſticæ affectionis.Ex l.data Cod.De donat.In Ver.interueniente acto-
rum teſtificatione. Tandem Bononienſis Morinorum Iuridicus de-
creuit,creditorem lege pignoris mitti in poſſeſſionem,exploſa inter-
ceſſione donatarij.Quam Sententiam CONSCRIPTI CVRIÆ Pariſien.
ex appellatione comprobarunt.Dauidio, prouocantis: Et Buyſſone,
aduerſarij:cauſam orantibus.Rurſùm in Belgica illa Francici imperij
Gallia,admittitur Hypothecarium prædij ius, ab Legitimo dotis tu-
telæque priuilegio,citra Prætoriam bonorum poſſeſſionem credito-
ris.§.124.Veromanduæ Conſuet.

Areſtū Curiæ *en plaidans du Roolle d'Amiēs.* Die Mart. 13. Decēb. an. 1580. *ſur l'appel du Seneſchal de Boulenois, ayant ordonné, le creancier eſtre mis de faict, & decreté de droict pour la ſeureté de ſon hypotheque ſuyuant la Couſtume.*

Statutor. Bononien. Lib.2 cautū eſt (Tit. De donat.) donationem inter viuos quæ excedat quantitatē ſeu æſtimationem. 100 librar. Bononiē. fieri debere in præſentia vnius ex Iudicibus D. Poteſtatis Bononien. 7. teſtium & 2. Tabellionum: Aliàs non valere.

Sic Cameracēſi Cōſuet. *Arrentemens terminatifs baillez ſeulemēt ſoubs ſeaux de baillieurs, ou par deuant Notaire & teſmoings, ſans eſtre paſſez & realiſez par deuoirs de Loy, ſont reputez meubles.*

Tit. *Des donations entre vifs, &c.* §.96. *de la Couſtume de Boulenois.*

De hac legali hypotheca, vide noſtrum Lib.3.in Pariſien.Leges,Tit.3.art.14.

PVBLICA fundorum poſſeſſio,quæ,inſtante creditore,adprehen- 19.
ditur Regia manu, tuetur in bona hypothecam ipſius: ne à priuatis
quibuſdam

La ſaiſie & eſtabliſſemēt de Commiſſaires ſur les heritages du debteur.

quibuſdam occupata poſſeſſio tempore perimat hypothecarium ius creditoris. Cócedamus enim, trienni litis intermiſſione contrahi eremodicium, tam in faciédo Iudicato, exequendáque Prætoris Sententia, quàm in primaria litis cognitione. (Bart. & Iaſ. ad. l. properandum Cod. De iudic.) Hoc ciuili modo intelligitur de executione mixta, quæq; habeat cauſæ notioné adiunctam: nó verò de pura, merique facti executione, qualis eſt manus in fundum iniectio, eiuſque præhenſio. (Bartol. ad l. litibus De agric. & céſit. Lib. 11. Cod.) Iſthæc enim ſemel & momento facta, quaſi infecta reddi nequit. l. 12. §. 2. ff. De captiu. Quid autem ſi obierit curator ſequeſtratæ rei datus à creditore, ac denuò bona poſſederit debitor, eaque alij védiderit fraudis minimè conſcio. Creditorné audietur, in emptorem iam repetens veterem fundi præhenſionem publicam, auction úmque præconia, poſt tricennam illius poſſeſſioné: Exiſtimo ſané, hoc caſu prędij ſequeſtrationé, & auctiones, quas ad exitum cóſeſtim perduci Regia Lege oportuit, periiſſe, conſidiſſe. Inefficax quippe eſt publica Agri in poſſeſſionem miſſio, niſi ſequeſter ei adhibitus ipſa re poſſideat, eòque fundum colonis publicè fruendum locarit. Francica Cóſtitutione edita an. 1539. & 1551. iuxta Pauli I. C. leg. 8. §. 1. ff. De bon. auctor. iudic. poſſid. Et toto Tit. ff. De curat. bon. dan. l. 26. ff. De pignerat. act. Item ius exequédi Iudicati finitur lapſu anni. Cap. Quærenti De off. deleg. Ac Vlpiano placuit, partam ex cauſa iudicati perſecutionem, nouo Contractu ad initium alterius petitionis redigi l. 40. ff. De Minor. 25. ann. Multò igitur firmiùs, tricennio poſt emptionem à tertio bona fide initam, prohibetur venditoris creditor annoſam prędij occupationem publicam redintegrare, ac priuatum poſſeſſorem ſuis ſedibus deiicere. Salua tantùm in hunc creditori hypothecaria formula, modò poſſeſſor nondùm integro decennio pacatè rerum potitus eſſet. Vt facilè elicitur ex Cæſarea leg. 1. Ibi non eſt inquietanda quæ núc poſſidet perſona, quæ ſicut acceſſione prioris domini non vtitur, ita nec impediéda eſt, quod ei mota controuerſia ſit. Cod. De lógi temp. præſcript. Quinimò forenſi Galliæ Vſu conſtat, quaterna fundi publicè poſſeſſi edicta præconiáque auctionaria, quæ bienni fortè ſpatio interquieuerint, renouari debere quinta Præconis nunciatione ſuperaddita: nec vlteriùs ad rei licitationem progrediendum, antequàm noua iſthæc ſolennis núciatio aliis cumulo adiiciatur. De auctionum verò, & addictionis prædiorum ritu ordinéque apud Andes, extat. §. 502. Leg. Municip. Nam & ſuperiore Libro oſtendimus, præconias venalium fundorum inclamationes fieri debere pro Regionis More qua ſequeſtrati Agri contineantur. Quod nuperrimè etiam iudicio decretum fuit Ampliſſimi Ordinis, in foréſi Campanarú litium diſſertatione. Quarto Idus Maias an. 1603. Mareſchalo, Niuernen. Ducis, obęrati: & Gallandio, Renatæ *Chenalier*, creditricis cauſam agentibus.

Inſtance de repriſe de ſaiſie & criee: diſcontinuées formées contre vn tiers poſſeſſeur triennal, ſi elle eſt ſubiecte à peremptiō.

Regia Ordinatio Frācisci. 1. *ſur le Reiglemēt de la Iuſtice.* an. 1539. Et Henrici. 2. *ſur le faict des criées*, an. 1551.

Cum in ſtipulationē Iudicatum nouationis cauſa deducitur, tunc ceſſat vis paratæ executionis Sentétiæ. l. 2. C. De exec. rei iudic. l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. De re iudic. l. ſi cauſa Cod. De tranſact.

Apres la diſcontinuatiō des criées, vne cinquieſme ſuperabondante criée neceſſaire.

Supra Lib. 2. Tit. De prædiis fundiarii Reditus lege alienatis art. 5.

Areſtū Curiæ *en plaidant du Roolle de Chāpagne*, die. 12. Maii. 1603. Quod nonobſtāte Edicto *des criées*, proclamationes & Cridę fundorum ſaiſitorum poſſunt fieri *à yſſue de Veſpres, auſſi bien que à yſſue de Meſſe parochial*, iuxta Conſuet. Altiſſiodorenſem. art. 123.

20 Præter hypothecariam poſſeſſionem, de qua ſuprà, creditoribus prouiſum fuit olim Gallica in Patria Iuris, vt addiceréturiis res debi-

De iure dominii à creditore impetrando.

toris ea quantitate, quæ deberetur. Cuiuſmodi addictio non tam venditioné veram, quàm in ſolutum dationem continebat. l. A Diuo Pio §. ſi pignora. ff. De re iudic. Eo modo Vlpianus mentionem facit creditoris impetrantis, vt pigneratum fundum credito tenus poſſideat iure dominij. l. Magis puto. §. 1. ff. De reb. eor. Et Scæuola meminit pignoris in propriũ creditoris patrimonium redacti, ceſſante debitore l. Qui habebat. ff. De legat. 3. Inde etiam Alexander Imp. reſcripſit, creditorem qui iuſto dominio pignora poſſidere deſideret, expromere cogi Nomé debitoris, qui ſolutionem per diu remoratus fuerit, ſtataque Solénia peragere. l. 1. Cod. De iur. domin. impetr. Nec multò aliter Romanis legibus, cùm quis aliqua de cauſa in poſſeſſioné bonorum ire iuberetur à Prætore, cótrahebatur Prætorium pignus: Si aduerſarij cótumacia perſeueraret, tandem qui poſſidere iuſſus erat, dominij ius impetrabat ex ſecundo decreto. l. ſi finita. §. poſtea. ff. De dam. infec. l. 2. §. vlt. D. Si ex noxal. cauſ. agat. l. ſed ſi res D. comm. diuid. l. 1. ff. De fund. dot. Aſt Francico molinenſi Edicto, vbique antiquata illa ſunt dominij iura, quæ petétibus creditoribus à Iudice dabantur: ſed plurimo licenti cuius bona publicè poſſeſſa hodie adiudicãtur. Edicti art. 49. Nec eò ſeciùs priſcos ritus obſeruãt Tholoſates, ac Prouinciæ ciues Narbonenſis Galliæ. Cui rei ſaltem vt minor ſubſit captio, cautioné puto adhibendam iuſtè æſtimandi prædij antequàm creditæ pecuniæ loco cedat in ſolutum creditori. Quemadmodùm Nouella Conſtitut. 4. ſanxit Iuſtinianus, Et Mos Andium. §. 491. Nam re ex vero æſtimata, ſi pluris ſit, quàm id quod debetur reliquũ redditur domino: ſin minoris, in reſiduum creditori ſalua manet incolumíſque aduerſus, debitorem actio. Quod pariter dicitur cùm creditor pignus venundedit. l. quæſitum. ff. De diſtract. pign. l. 3. Cod. Eod. l. Titius. ff. De pignerat. act. Verſa itidem vice, debitor, cùm pignus iam alij obligaſſet, eius ſuperfluum, ſeu Hyperocham alij oppignerebat. Quo verbo vtitur Tryphoninus. l. penul. D. Qui potior. Et Papinianus idem refert in l. Pupilli. §. cum eodem. ff. De ſolution. Paulus in l. fœnerator. ff. De naut. fœn. Sicuti porrò Iuſtinianus biénium debitori indulſit ad recuperãdas res quas iure dominij creditor obtinuiſſet. l. vlt. Cod. De iur. domin. impetr. Ita Maſilienſis Prouinciæ *Statuto*, annus cóceditur ad reuocanda, quæ creditoribus cũque propalàm addicta ſint. E Regeſto Tauri fol. 70. Nec longè hinc diſſidet, quòd, cùm ſtipulanti vxori vir ſpopondiſſet, dirempto matrimonio, prędia, quæ doti obligata erant, in ſolutum dare, reſpondit Vlpianus, viro nihilominùs integrum eſſe, dotis quãtitatem offerre, ſuáque liberare prędia ac retinere. l. quamuis. ff. De ſolution. Aſt ſi priuatus fundorum proprietarius, eorum redemptionem negligat ſuo tutorio vè liberorum nomine, ſuper eſt ipſi prouocationis auxiliũ à Iudiciaria bonorũ licitatione: quæ minùs ritè ſolenniterque peracta comperiatur. Id quod Geneuenſi Edicto, cóceditur maiori annis, intra ſexennium modò: vt minoribus ætate, vel abſentibus, quindennum intra annum à die adiudicationis fundi

Edict de Moulins Menſe Febr. an. 1566.

Vſus Patriæ *de Prouẽce.*

Art. 491. In Verſ. *appretier loyaumens leſd. heritages iuſques à ſatisfaction & aſſiette de ſa debte. Et ce faict led. ſergent fera ſon rapport à Iuſtice, & intimera les parties pardeuant iuge competent, qui adiugera les choſes au creancier, &c.*

Hyperocha. cum fũdus pro certa nummorum quantitate iam oppigneratus cuidam, pro reſiduo ſuæ æſtimationis alteri obligatur.

Statutum Comitatus Prouinciæ.

Edict paſſé en Conſeil general à Geneue an. 1573.

fundi proſcripti. In publicis Geneuæ Comitiis, habitis Ianuar. Luce. 4. an. 1573.

21. HYPOTHECA in rem eſt, eique onus ſic imponit prædiarium, vt hypothecarius Reditus ex priuata ſyngrapha non ſubſiſtat. Neuſtriæ quidẽ Municipes, ſibi inuicem tales æris Pẽſiones annuas cõſtituunt nudo Chirographo, ſed quod perſonis tãtùm cohæreat, eaſque obliget, non prædia Cõſtituentis. Iure etiam Ciuili Chirographarius debitor appellatur, qui pignus non dedit. l. ſi vt certo. §. idémque ait. D. Commod. Licet eo Iure pignus idiographo partum identidem, ſuprà edocuerim. Imò nec hodie mutui ergo cõfecta ſyngrapha ius præbet hypothecæ ex Pacto ibi cõuento, ni eam debitor publicè recognorit. Regia Lege Franciſci. 1. an. 1539. §. 107. Pariſien. & §. 509. Andeg. Morũ. In Ambianis item pecuniarium Vectigal nec chirographo paratur cũ hypotheca fundorum, & authenticis quoque tabulis cõtractum, purè mobile cenſetur, non hypothecarium ac immobile: donec eo veſtitus ſit creditor, manu in res debitoris inuecta, & miſſione in poſſeſſionem bonorum permiſſu Prætoris. art. 140. 141. 142. Ambianæ Cõſuet. Tit. De Hypothecis. Vſqueadeò, vt Senatus decreuerit, viduã mulierem, talis Reditus nummis creati, quem vir ante nuptias acquiſiiſſet, partem laturam iure coniugalis ſocietatis. Quippe qui Reditus merè mobilis, perſonaliſque Iudicibus videretur, non hypothecarius, niſi ex die poſſeſſionis bonorum traditæ creditori. S. Conſulto Pariſienſi poſtridie Nonas Sextiles an. 1580. ad prouocationem à regio Ambianorũ Præfecto, quàm Nicola *lenormant*, Chardoni cuiuſdam vidua in Senatum emiſerat. Textore Cõſcripto Curiæ litem totam enucleante. in ſecunda Claſſe Senatus Inquiſitoria. Inde Rothomagenſi Decreto quod in Regiis omnibus, Neuſtriæ tribunalibus promulgatum fuit, ſtatutum reperitur. 17. Kal. Apriles an. 1600. nullum ius quæri hypothecarium ex idiographo Contractu quolibet, Reditus annui Cõſtitutione, Tutelarium diſpunctione rationum, dotali Pacto, ſeu alio quouis priuata cõtrahenti um manu ſubſignato: donec hi chirographa ſua, apud eum qui Iuriſdictioni præeſt, publicumvè Pactorũ Scribam recognorint.

Rente conſtituée par Cedule, n'eſt que debte perſonnelle & mobiliere, non reelle, ne immobiliere. Car l'hypotheque dont fait la ſeule realization & aſſignat immobiliere.

Art. 509. Andeg Cõſuet. *Cil qui cognoiſt ſõ ſeing manuel ſera contrainct garnir la main du contenu en la cedule, & ce sont ainſi qu'il ſeroit contrainct faire en matiere de requeſte de lettre deuement apliegée.*

Nantiſſement d'heritages pour hypotheque.

Iudicium Curiæ die. 6. Auguſti an 1580 In 2. Camera Inqueſtarum. *ſur l'appel du Baïlly d'Amiens. M. Texier rapporteur du procez.*

Normanicæ Curiæ Areſtum generale. Die. 16. Mart. 1600. Quo deinde cautum eſt, nulla Tutelæ Ratiocinia. poſt decennium à maiori ætate minorum annis, exigi in futurum poſſe.

22 ERE eſt autem, hîc ſubiungere de chirographarij debitoris hærede, qui vnus ex multis iudicio conuentus, defuncti ſyngrapham agnouerit: Num à die agnitæ ſyngraphæ, in ſolidùm teneatur actione hypothecaria: Reor profectò, in viriles modò obligatum eum manere, ac vnicuique pro parte hæreditaria præſtationem incumbere. Nam ſi deceſſor quidem ipſe æs alienum, quod ſolidum chirographo debebat, in iure profeſſus fuiſſet, iam tùm inde eius bona ad hæredes cum indiuidua hypothecę cauſa tranſiiſſent, nec hypothecaria ſcinderetur pro portionibus hæreditariis, vti perſonalis. l. vnus ex multis Cod. De diſtract. pign. l. 1. Cod. Si vnus ex plurib. hæred. §. 507. 509. Andeg. Cõſuet. Inibi enim duo ſimul concurrunt, ſubſcribentis factum proprium, quod profiteri neceſſe habet, ac publicæ eius profeſſionis vis

An vnus ex debitoris hæredibus in ſolidũ hypothecariè teneatur ob agnitionem iudiciariam ab eo factam chirographi debitoris.

Edicto ſancita in debitorem ipſum nuncupatim,non in hæredes.Aliter igitur de vno complurium hæredum, qui bonam fidem agnoſcat ingenua alieni Scripti priuati adprobatione.Cú enim hæres iſte, Aſſis ſextantem fortè debeat hæreditario nomine ex cócepta in perſonam defuncti Obligatione chirographaria, Vix dixerimus, hæreditariam hác obligationem augeri nuda in iudicio chirographarij debiti confeſſione,& nouam hypothecam,quæ perſonali poſtmodùm ſic accedat,illa duriorem,grauiúſque oneroſam admitti.Idem ſequédum arbitror in agnitione chirographi qua curator hæreditatis defungatur, vno poſtulante creditor.Haud ideo enim hypothecarius factus hic creditor,aliis prçfertur chirographariis.Ex.§.479.Andeg.Conſuet.Et l.eos l.cùm tibi Cod.Qui potior. Vni quippe creditorum gratificari non potuit curator bonis datus,qui communia omnium creditorum negotia gerat,eorumque in rem vniuerſorú electus ſit. Nimirùm, vt quæ à curatore,& à creditore ex bonis cótrahantur, cunctis pro portione præſtétur.Id quod Saluius Iulianus tradit.l.ſi debitor foro ceſſerit.ff.De curat.bon.dan.Eo ſenſu accipienda quodammodò Lex Andium.§.506.de curatore abſentum bonis decernendo, qui creditoribus,prout res exiget,reſpondeat.Atque adeò,poſt bona publicè poſſeſſa,chirographarij omnes creditores in portionem vocandiſunt, & inuicem exæquandi : Nec debet vnus præcipere cæteris poſt bona in commune prehenſa:cùm iam par conditio fiat omnium creditorum. Vlpiani.l.Quod autem.§. ſciendum eſt D. Quæ in fraud.credit.l.6.ff. De reb.Iudicis auctorit.poſſiden.

Curator ſucceſſioni iacenti impoſitus.

Andeg.Leg. art. 156. *Leſd. Curateurs ſont tenuz eux informer des deffences contre les requeſtes des creanciers,& s'ils n'en trouuoient aucunes, peuuent ſouffrir condemnation,& faire, ou ſouffrir payemét eſtre faict de la debte, &c.*

25 PRÆTEREA ſtricto iure ita metimur hypothecas prædiorum, vt quæ ex authéticis debitorum tabulis pignerata ſint creditori,non teneantur ob litis impédia,queîs deinde,contumax debitor iudicio mulctatus ſit. Neminé vtiquè latet,in damnati cuiuſuis bona hypothecam quæri ob iudiciarios ſumptus à die Sentétiæ,in qua litigatores acquieuerint.artic.53.Edicti Molinenſ.At ſi interim aliis obæratus fuerit is, qui cauſa poſtmodùm cecidit,Ambiguum eſt, nûm in litem expenſa, Pactitiæ illius hypothecæ beneficio ſalua fiát in poſteriores medij téporis creditores.His primo intuitu aduerſaturHypothecaria ſcriptarú Obligationú clauſula iſthæc,rem tradi, præſtari, cú omni cauſa ſumptuum idcirco faciundorum,& quáti interfuerit creditoris. Qua verborum formula vſurpari ſolita liquet,fundos eodem iure, Die ac Cos. pignerari inviatica litiſque ſumptus reddédos,quo & in æris ſummá præcipuam,quæ reo credendi illi debeatur. At diuerſam opinionem amplector,fretus æquiſſima Legum regula,alienæ temeritatis,aut cótumaciæ pœnam luere quenquam fas non eſſe:Eum præſertim creditorem,cui,ante motam auctori ſuo controuerſiam,parta ſit hypotheca.Atquin pœnalis eſt in eos litis ſumptuum reſtitutio,quibus litigádi ratio defuerit.Quo nomine etiam talia impendia ſarciri à Republ. notat Papinianus.l.qui ſolidum.§.etiam.ff.De legat. 2. Cum Vlpiani leg.Eum quem temerè.ff.De Iudic.l. properandum.§. ſinautem alterutra

Pignus cõuentionale pro re principali, an idem ſit pro litis ſumptibus acceſſoriis.

Vulgaris clauſula Obligationum. *Et à ce faire, tenir, & accomplir, à peine de tous couſts frayz, deſpens, dommages, & intereſtz, Ont obligé & hypothequé tous & chaſcuns leurs biens, &c.*

rutra Cod. Eod. Tit. ad hæc, Forenſes impenſæ, quę poſt acceptum iudicium veniunt, officio iudicis debentur veriùs, quàm iure actionis. Argum. l. Ædiles. §. Item ſciendum. ꝟ. de Ædil. edic. Exin quoque faciliùs Iudicantis ſilentio perimuntur litis ſumptus, quàm reliqua alia, quæ in ſtipulationem deducta ſint. l. Terminato Cod. De fruct. & lit. expen. l. 1. Cod. De iudic. His demùm argumentis motus ORDO CLARISS. pro ſecundo creditore pronuntiauit, nec litis ſumptus eadem, qua ſummum debitum, hypothecæ cauſa contineri. Decreto poſtridie Idus Sextiles an. 1581. ſecundùm N. *de la Voyſiere* appellantem à Pręfecto Vrbi Pariſien. in Michaëlem Fabrum, econtrà, litigatorem. Aliud porrò ſtatuitur de damno ſarciendo, quod ſtipulator paſſus ſit ob rem non præſtitam, vel Pacti fidem non impletam. Conuentioni quippe ineſt ſuccedanea eius æſtimatio incommodi ac detrimenti, quatenùſvè interſit aduerſarij, Pactum non ſeruari. Auctore Iubentio Celſo in l. ſi quis ab alio §. vlt. ꝟ. De re iudic. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. 1. ꝟ. De verb. oblig. Quamuis enim fœnus ex mutua pecunia haud priùs deberi incipiat, Francico Vſu, quàm iudiciariæ citationis libello petitum ſit. (articul. 59. Aurelianen. Edicti) Diuerſa tamen eſt hypothecarum ratio, ſiquidem obligatoriæ Cautionis fides nominatim adſtricta fuerit pœnali vinculo omnis eius, quo quis affectus ſit, damni præſtandi. Eòdem pertinet Scæuolæ Reſponſum in l. 18. D. Qui potiores. Iuxta hæc denique, Senatus Pariſiorum iudicauit Idibus Februar. ann. 1586. Campeſio, & Nauarroto hinc inde dicentibus.

Iudicatum Curiæ Pariſien. die 14. Auguſti an. 1581. *En vne Chābre des Enqueſtes de la Cour, Sur l'appel du Preuoſt de Paris, concernant la diſcuſſion de l'ordre d'entre plusieurs creanciers hypothecaires.*

Decretum Senatus in publica actione cauſarum die 13. Feb. an. 1586. *Plaidans Deſchamps, & Nauarrot.*

24 ALIQVANDO etiam temporum conditio, ac ciuilis vitæ rationes neceſſariæ ſuſpendunt pigneratitia Iudicia, ſiue in hypothecæ poſſeſſorem, ſiue in obligatum ipſum hypothecario Vectigali pendundo. Veputà, Lutetię inſtituta eſt Menſa, Franciſco 1. rege, in Ædilitia Vrbis domo, ad quam pecuniæ vltrò certatim inferebantur: Nulla quidem ſpe ſortis repetundæ, ſed nummarij ſolum Reditus perpetui, qui ſingulis exoluebatur pro modo collati æris: quantum nempè ſufficeret ſorti ad vſuras traditæ ſummæ duodecies colligendas. Ac nummos vtiquè illos Principes noſtri ſeriatim à Decurionibus Vrbis accepêre, ſummiſſis in eorum locum oppigneratiſque Regiis indictionibus, ac Fiſci tributis. Creuêre autem vſqueadeò annua hoc genus Vectigalia ære parta, vt Publicorum, ex quibus priuata iſthæc redigebátur, intermiſſa ſolutione domeſticis bellis, ſua propemodùm mole corruerint. Ex his interim haud pauca emptionibus ad alios tranſiliere, dotibus, rerum commutatione, variiſque aliis ciuium commerciis. Proin difficillimis hiſce temporibus, forum completur querulis ſenſim in auctores ſuos vocibus, libelliſque multorum, queîs nummarios illi Reditus eiuſmodi tranſcripſerint. Quoniam verò de noſtra Repub. peiùs ominari nefas, Senatus indies tot gliſcentes liticulas mittit in conſilium, & iniudicatas relinquit: vt quiſque interea meliorem in ſpem publici Status, ſuarúmque adeo fortunarum erigatur. Sapientiſſimo Decreto,

Rentes conſtituees à prix d'argent, aſſignees ſur l'Hoſtel de la ville de Paris.

Appoincté au Conſeil en Parlement die 11. Dec ann. 1590. *En plaidant aux apres diſnees, ſur la garentie des Rentes de l'Hostel de ville, vendues entre particuliers.*

quod ex pluſculis vnum exempli vice promimus, lato in pomeridiana cauſarum diſſertatione. 3. Idus Decemb. ann. 1590. Chezelleo, & Nauarroto litigatorum patronis. Ita M. Popilium Lenatem prętorem legimus, forenſe diſſidium quoddam definire non auſum. Et P. Dolabellam, qui Proconſulari imperio Aſiæ præſidebat, ancipitem litem, Areopagum: & Areopagitas, ad centenum vſque annum relegaſſe. Vt Valerius Max. refert, Lib. 8. Cap. 1. Haud aliter Gellius de obſcura Fori controuerſia pronuntiauit non liquere: veritus eam vltima dubię æquitatis ſententia dirimere. Noct. articul. Lib. 14. Cap. 2. Sed, vt rem repetam, nonnulli Ædilitio ſuo vectigali ceſſere alteri ea lege, vt huic ſoluturos ſe illud ſponderent, quamprimùm ærarij Coactor Ædilitius ſolutionem detrectaſſet, ann. 1569. Qua in hypotheſi tractatum eſt nouiſſimè apud Conſcriptos Curiæ Pariſien. nûm cui ceſſerit auctor, ei ſubindè damnandus ſit ex Pacto conuento, Annuum ſtatis Menſibus appendere, an verò ex Senatoria illa Politia, rei cognitio ſuſtinenda. Nam ibi tùm Ego pro Vectigalis emptore in Senatu nitebar præſcripta Ceſſionis formula, vt demonſtratum potius videretur, vnde Annuum commodè perciperet, qui cedenti pretij ſortem numeraſſet, quàm præfinitum huic, ſtatutúmque ius agendi ſolummodò in Collegium decurionum. Sicuti in pari ferme quæſtione Antonino placuit, Imperiali Sententia Romæ prolata aduerſus hæredem Iuliani Seueri teſtatoris. De qua Iulius Paulus, lib. 2. Decretorum. l. 27. §. vlt. ff. De legat. 3. Cui non ineleganter reſpondet Saluij Iuliani opinio l. quidam in teſtamento. ff. de legat. 1. Quando igitur Ædilitij Reditus venditor, eiuſdem in ſe obligationem tranſtulit, ſtatim ac publicus debitor teſtatò conuentus ſoluere emptori recuſaret, venditoris iam æs alienum dicitur verius, quàm Ciuitatis. Similiter enim de adminiſtratione rerum ad Ciuitatem pertinentium cenſuit Papinianus, in earum Adminiſtratores, qui, creditoribus Reipub. nouatione facta, pecunias cauerint, etiam depoſito officio, actiones ritè exerceri. l. 3. §. in eum, qui. ff. De adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. Aſt venditor, contrà, defendebat, poſt viceni temporis ſpatium, ex quo Vectigal diſtraxerit, nullam reliquam aduerſum ſe hodie emptori actionem manere, qui tot annorum fructibus ac Reditu minutim collecto ſortem ſuam cumulatè nunc recepiſſet. Hoc porrò facilè refellebam trito Iuris axiomate, ſortem nec vſuris licitis, nec fructuum licitè perceptorum reputatione extenuari. Cap. ſalubriter de vſur. Excepta dũtaxat publicæ vtilitatis cauſa, qualem Ariſtoteles deſcribit, Lib. 2. Oeconomicõn. Vbi mutuis pecuniis liberata eſt tùm Ciuitas, cùm totidem viciſſim creditori vſuras pependiſſet, quot ſimul coaceruatæ ſortem æquarét. CHII enim populi quum magnoperè nummis egerent, æſque alienum publicis tabulis mandari apud eos lege ſoleret, decreuerunt, priuatis ſigillatim debita, ab iis qui deberent, Ciuitati repræſentari: Ciuitatem verò ipſam ex ſuis prouentibus vſuras iis, qui fœnerauerant, reddere teneri, donec æris ſummam primariam exæquarent. NOBIS itaque

Receptueur de l'Hostel de ville de Paris.

Auctoris actio in Senatu Pariſ.

Sic Reipubl. fauore, deſinit Hypotheca priuati creditoris in vrbanam domum. ex neceſſaria huius alienatione poſteriori in Ædiles ad publicum Vrbis commodũ. Saluo creditori hypothecario iure in Reditum annuum ab illis debitori ceſſum permutatione d domus. Areſto Curiæ die 10. Feb an. 1604. *au Roolle de Paris*, poſt forensẽ Dolei actionem pro appellante. Gallandii pro creditore, & Talei pro Decurionib. Vrb. Pariſ. Quem in ſenſum lege à Nobis tradita Lib. 3. Doman. Franc. Tit. 21. art. 34. Et Lib. 2. Pariſ. Mor. Tit. 6. art. 14.

itaque talia in medium adferentibus apud PATRES PARISIENSES, obtinuit cliens noſter Ioh. Brionius ſenator, in Claudiam Brageloniam ſuorum tutricem liberorum, quæ à Præfecto Vrbi ad ſummam Curiam prouocarat. Areſto extemporali. 18. Kalend. Feb. an. 1591. cum Nauarrotus appellantis cauſam oraſſet. Neque abſimili dehinc Iudicio ſuperior euaſit Ioh. Piſcator, pro quo in Senatu dicebam, aduerſus Arturum *Perreau* matris hæredem. Decreto Curiæ in pomeridianis Fori Actionibus, 4. Idus Martias Eod. an. 1591.

Areſtum Curiæ die 15. Ianu. an. 1591. *ſur l'appel du Preuoſt de Paris.*

Parlamenti Pariſien. Areſtum die 12. Mart. an. 1591. *En plaidant aux apreſdinees.*

Tit. IIII.

DE IVDICIARIA PIGNERATI FVNDI DIMISSIONE.

Deguerpiſſements de terres hypothequees.

1. Realiter *tantùm obligatus, hypothecarium* deguerpire *fundum poteſt:* Perſonaliter *obligatus, non poteſt.*
   Cuius More Prouinciæ, perpetuo fundi conductori libera ſit eius dimiſſio, locatori cautio eſt, expreſſim, contrà, ſtipulari, ne ille prædium ſuo arbitrio derelinquere poſſit.
2. *Poſſeſſor obligatum prædium dimittere in iudicio tenetur, aut coram Domino feudi, eiuſvè* Receptore, *qui cum rem habeat.*
   Publicus fundi licitator cum onere fundiarij *Reditus, illo cedere fundo non prohibetur.*
   Idem de Hæreditatis emptore puro ac ſimplici, qui nec compararit à Fiſco, nec à priuatis cum exprompto onere æris alieni hæreditarij.
3. *Partis fundi poſſeſſor, ad eam ſolam derelinquendam admittitur, & ita fundi oneribus liberatur.*
4. *Inter plures hæredes à legatariis conuentos, vnius ceſſio ſeu* exponſio *ſuæ partis hæreditariæ, non exonerat eum petitione legatorum.*
   Niſi cohæredes alij ſimilem partium ſuarum Vverpitionem *faciant legatariis.*
   Legatum quota bonorum, Conſuetudine permiſſum, debet præſtari in vna re vel corpore inſolidùm, non particulatim per varia fundorum membra, in vno pluribuſvè Municipiis ſita.
5. *Qui cedit prædio in gratiam tertij, vt eum prædiariis indictionibus ſpecificè exoneret, non tam dicitur* deguerpire, *quàm vendere.*
6. *Cuinàm accreſcat fundi obligati portio, quæ à poſſeſſore ipſius derelicta ſit, an conſortibus, an domino directo, vel creditori.*
   Conuentionalis *limitatio temporis ad* deguerpiendum *fundum, non impedit, quo minùs paciſcentis hæres vtatur eo* Statutario *ceſſionis fundi beneficio.*
7. *Molendini in cenſum dati ſuperficie tota fulmine peruſta, an* cenſuarius *poſſeſſor aream, & quicquid accepit,* deguerpiendo, *liberetur.*

8. *Bonis à poſſeſſore derelictis curator datur, in quem illa decreto publico adiudicantur.*

Secus ſi fundo cedatur, domino directo Cenſus *ſuos petente.*

9. *Hypothecarius creditor, quo perſequente, poſſeſſor fundum ei dimiſit, eum nulla temporis præſcriptione ſibi acquirit.*

Voluntaria prædij dimiſsio poſſeſſoris, non admittitur contra Dominum directum, niſi Agrariis præteriti temporis Vectigalibus perſolutis.

Secus de neceſſaria fundorum abdicatione ob æs alienum venditoris, facta ante litem conteſtatem cum poſſeſſore ipſo fundis cedente.

10. *Emptor cum onere Reditus annui tertio debiti, non excluditur beneficio ceſſionis fundi, vt eo reditu exoneretur.*

Defuncti creditoribus ius non eſt, vxorij prædij alienati pretium ab emptore debitum pignerari.

11. Deguerpire *poteſt, qui annuum Reditum ex antiquo fundi priùs auctori venditi pretio ſoluturum ſe promiſerit.*

12. *Eccleſiaſtici* Conuentus, *etiam poſt centum annorum ſolutionem, oneroſo reditu liberantur ceſſione fundorum.*

13. *An ceſsio bonorum à debitore facta æquipolleat diſcuſsioni ipſius debitoris, ad rectà perſequendos hypothecarum poſſeſſores.*

14. *Vno ex* condetentoribus, *parti ſuæ hypothecarij agri renunciante, cæteri nihilominùs in ſolidùm tenentur.*

Trium correorum debendi vnus totum ſoluens, viriles à ſingulis aliis partes repetit.

Niſi creditor ſoluenti illi ius ſuum ſolidum ceſſerit.

Quatenùs creditori diuiſio debiti præiudicet.

Des Exponſions & Deguerpiſſemens.

REOS DEBENDI, qui creditoribus fruenda prædia adſignant, expediuimus: Nunc de extraneo fundi poſſeſſore videndum, qui ei cedat obligato, vt hypothecarum onere, vel Dominicorum vectigalium eximatur. Talem fundi in iure ceſſionem probat Andium Mos. §. 462. 463. 464. Tit. *Des Exponſions.* Meritò, cùm res, non homo, debeat prædiarias huiuſmodi ſeruitutes: ob idque Domino rem derelinquere licere, putat Antiſtius Labeo. l. Et ſi fortè. §. etiam D. Si ſeruit. vindic. Similiter fructuarius, qui vſumfructum pro derelicto habet, non compellitur domum reficere, in quibus caſibus & vſufructuario hoc onus incumbit. Vlpiani l. Cùm fructuarius. ꝟ. De Vſufr. Quùm enim animalia, quæ noxam commiſerunt, haud vltrà nos ſoleant onerare, quàm vt noxæ ea dedamus: Multo minùs iis, quæ anima carent, vltrà nos onerari oportet. Vnde ſi antequàm DAMNI INFECTI caueatur, ruinam paſſæ ſint proximæ Ædes, neque earum Dominus velit rudera legere, ipſiſque abſtineat, Iulianus conſultus reſpondit, 1.

reſpondit, eum vicino non teneri. l. Prætor ait. §. hoc edictum. ff. De dam. infect. Quo de periculo vitioſæ domus vicinæ, ac forenſi in id cautione, extat Andegauæ Conſuet. artic. 451. At ſi in perſonam obligatus ſit aliquis ſub pignore fundi, huius ceſſione nec liberatur ipſe, nec eius hæres. §. 467. Andegauen. Leg. Is pariter, cum quo aquæ pluuiæ arcendæ agitur, quòd opus fecerit, licet cedere loco paratus ſit; cogitur accipere iudicium: quoniam ex ſuo nomine conuenitur, vt opus tollat. Sed bonæ fidei emptor, qui tantùm patientiam præſtat, audiendus eſt, ſi fundum à ſe abdicet, ac deſerat. Pauli I. C. leg. 7. ff. De aq. pluu. arcen. l. quicunque De fund. patrimon. Lib. 11. Cod. Eandem diſtinctionem obſeruat. Andium Mos, cita. §. 467. Cenomanorum autem propria Lege, colonus perpetuus, eiuſve hæres obligati, liberè prædium derelinquit locatori: vt in poſterum Agraria penſitatione exoneretur, cuius modò reliqua ſoluere paratus ſit. §. 469. Idem Pontiuenſi Belgarum Ritu conceſſum. (art. 92.) cum hac exceptione, niſi in traditione fundi receptum ſit nominatim, ne perpetuus conductor eum dimittere pro arbitrio poſſet. Qua etiam cautione exceptionéque, Cenomani Municipes occurrunt regulariter futuræ abdicationi prædiorum, quæ perpetuò fruenda colonis præbeant annuo quodam Vectigali. Nec enim Pactio iſthæc, rerum veluti ad Ius commune reuocatrix, improbatur: & paciſcentium alteri licet, beneficium abnuere, ſui gratia fauoréque Moribus introductum. l. quæritur §. ſi venditor. ff. De ædil. edic. l. paciſci contra edictum. ff. De pact. l. penult. Cod. eod.

La prouiſion en peril de maiſon, ou mur ruineux en bonne ville, eſt de faire adiourner d'heure à heure. Et ce faict vienne ou non, la Court doit appoincter, que les Iurez tourneront ſur les lieux incontinent, feront leur rapport, pour y eſtre pourueu, art. 451. And. Leg.

De ſimili huic More Pariſien. art. 109. Nos Lib. 3 in Conſ. Pariſien. Tit. 2. art. 6.

Conſuet. *de Ponthieu,* bis reformata eſt publicè. ann. 1495. & 1507. Vbi adiectæ ſunt locales Conſ. Vrbis & Banleucæ Abbæuillanæ, ac reformati præſertim art. 70. 105. 129. 156. 157. 158. & 160. d. Conſuet.

2. Cessio fundorum in iure fieri debet, nec apparitori creditur Sententiam exequenti, qui damnatum ceſſiſſe prædio, ne iudicatum faceret, renunciarit. Nam vt contractus, ita diſtractus par conditio eſt, ac vtrúmque conſignatis tabulis adprobandum ſubnotat Lex, ait Prætor. §. 1. ff. De Minorib. articul. 54. Molinenſ. Edicti. His concinnè aptatur Francica Ludouici. 12. Sanctio edita ann. 1512. ne quis extra ius bonis cedat. articul. 70. Contra Vlpiani leg. Bonis. ff. De ceſſ. bon. Proin haud ſola Viatoris renunciatione liberum fit Domino ſoli, de fundo illo, quaſi derelictus ſit, pro arbitratu ſtatuere. Porrò ſubditis fas eſt, obnoxios fundos penes Dominum ſuperiorem dimittere, vel domeſticarum ipſius rationum Diſpenſatorem. §. 463. 464. Andegau. Conſuetud. Et 467. 468. Cenomanæ. Quoties enim cliens, vel ſubditus præſtò eſt coram patrono feudali, cenſetur in luce Fori conſiſtere, & apud Iudicem pro Tribunali ſedentem. §. 429. Cenoman. Conſuet. Et 221. Andegau. Nec verò vſquequaque, ſubditus Dominici imperij iugum excuſſit olim prædij abdicatione ſeruientis. Longobardicę leg. Cap. 1. De vaſal. qui contra Conſtitut. Lothar. Collat. 10. Nam Longobardis feudale beneficium in perſonam conceptum erat potiùs, quàm in rem: Multò aliter, ac Gallica feuda, quæ prædiariæ ſeruitutis inſtar rediguntur. Ac propterea noſtrates ſubditi, quamprimùm fundo ceſſerint, functionibus exonerantur prædiariis. Vt notat Bartol. ad

Francica Ordinatio Molinenſis, an. 1566.

§. 429. Cenom. Conſ. cuius Textum recenſui ſuprà lib. 2. Tit. de mulctis art. 1.

§. 221. Andeg. Leg. *Et deſlors le parageur, ſes gens, & officiers feront tous exploicts de Iuſtice, comme en leur fief, & nuepce.*

l.Is, cum quo. ✠. De aqua pluu.arcen. Quin & vitioſi hominis venditor, qui ex Edicto Ædilium curulium ipſi redditur, euitat omnes præſtationes, excepto pretio, ſi nolit hominem recipere. Vlpiani l. Quòd ſi nolit In prin. ✠. De ædil. edic. Nec publico quidem fundi licitatori cum onere prædiarij Reditus, adimitur libera facultas copiáq; dimittendæ rei: vt perpetuo Agrariæ penſitationis nexu liberetur. Qualiter priuatus Agri comparator, qui eius ſequacibus Agri penſionibus antiquis ſe ſubiecerit, iiſdem, dimiſſo fundo, eximitur. Nam & ſuppreſſa hac prædiarij Vectigalis agnitione, nouus emptor re frui nequiiſſet, niſi cum ſua patrimonialium munerum cauſa.l.1.2. Cod. Sine cenſu vel reliq.l.prædiis à Fiſco diſtractis. ✠. De iur.fiſc. Itaque compacta illa prædiarij oneris ſuſceptio, ciuiliter eſt intelligenda, vt quùm in Vectigalibus prædia ipſa, non perſonæ, conueniantur, illis tandiu obſtrictus maneat poſſeſſor, quandiu fundi poſſeſſionem retinuerit. Quod Pariſienſi etiam More ſcripto comprehenſum eſt, art. 110. Hæc vtique de peculiaris fundi comparatore: Aſt hæreditatis emptori non idem tribuendum videtur: quippe qui ſucceſſor iuris ſit, non corporis certi, & in omnia defuncti iura ſubſtituatur, tanquam emptor vniuerſitatis. Vt enim hæres Iuris ſucceſſor habetur, quàmlibet rerum particulatim ignarus, l. Cùm hæres. ✠. De diuerſ. & temporal. præſcript. l. ſi rem legatam. ✠. de except. l. quotiens. §. hæredes. ✠. De hæred. inſtit. Sic ad emptorem hæreditatis damnum perinde, ac lucrum omne debet reſpicere, hæreditariáque onera vniuerſa. L. venditor. §. ſicuti, §. ſi quid publici vectigalis nomine. Et §. ſeq. ✠. De hæred. vel act. vend. l. Hæreditatem. ✠. De donat. Nihilo tamen ſeciùs opinor, hæreditatis emptori, perſequente creditore hæreditario, minimè abnegandam hæreditariarum rerum ceſſionem. Venditor namque alieno ære hęreditario neutiquàm exuitur: ſed creditores eum adeunt, nec emptorem conueniunt inuitum. leg. 2. Cod. De hæred. vel act. vend. l. planè §. 1. ✠. De legat. 1. l. 2. Cod. De pact. l. vlt. §. ſin verò creditores Cod. De iur. delib. Secus in eo, qui hęreditatem à Fiſco purè mercatus ſit, vel à priuato compararit, ſubiecto onere nominum debitíque æris hæreditarij cuiuſque. l. 1. l. Ratio Iuris Cod. De hæred. vel act. vend. l. Eum qui bona vacantia. ✠. De iur. fiſ. l. poſt venditionem Cod. De pact. Andium denique ciuis, cui, ad libellam mancipato prædiolo, non licet patria Lege, ipſum derelinquere, ſubſidio cauebit haud incommodè, Agraria ſe penſitatione exoneratum iri, quandocunque parem vel Reditum prædiarium domino tranſcripſerit, vel fundum certum adſignarit, de quo, tale Vectigal in poſterum ab ipſo percipiatur.

Adiudicatarius fundi publicè venditi à la charge d'une Rente fonciere, illum poſtea deguerpiés auditur, vt fundiario Reditu iſto exoneretur.

Bail d'heritage à Rente.

VECTIGALE prædium in multos poſſeſſoris hæredes diuiditur. 3.
Vnus integri ſolarij nomine vocatur in ius. Is parte ſua vectigalis fundi cedere paratus eſt. At dominus eam ceſſionem oppugnat, quòd ſolidum exoluere qui tenetur, ſolidum etiam abdicare debeat fundum, vt liberetur. l. 2. §. ex his Verſ. Et ideo ſi diuiſionem res promiſſa non recipit, promiſſoris hæredes ſinguli pro ſolido tenentur. l. 4. §. Cato

Inſi.

In fi. π. De verb. oblig. Idque porrigitur ad alios rei obnoxiæ poſſeſſores, vt eorum quiſque obligetur inſolidùm, nec partis præſtatione vllatenùs ſoluatur vinculo Obligationis. l. ſtipulatio. §. quæſitum. π. De noui oper. nunciat. l. Plures In fi. π. De dam. infec. Quo refertur & vetus Curiæ *Parlamentaris* decretum ann. 1388. de quo Iohan. Gallus, in Quæſtion. 174. Parte. 5. Styli Parlamen. Imò nec ſolida pœnali mulcta eximitur correus Dominici vectigalis debitor, qui huius partem ipſum contingentem ſtato die obtulerit. §. 180. & 470. Andegauen. Leg. Salua modò Agrariæ penſitationis inter correos debendi peræquatione, pro rata Manſi portione tributarij, quam ſigillatim eorum quiſque poſſideat. Papiniani leg. Cùm poſſeſſor. π. De cenſ. Cap. 1. §. ſi quis de manſo Tit. Si de inueſtit. feud. fuer. controuer. In Feud. Allegat inſuper rectus Dominus ciuilem Andium Morem, qui ceſſionis fundi præſidium admiſerit hac lege, vt poſſeſſor eum, quo acceperit, integro ſtatu ac conditione reſtituat Domino ſoli. §. 463. 465. Atquin reddere prædium non dicitur, qui, toto recepto, partem reſtituit. Ac omnimodò, partium ſolutio, vel exactio non pauca adfert incommoda. l. planè D. famil. herciſc. Ob eandem rationem, ſi ſeruus communis furtum fecerit, vnus ex Dominis, qui noxali iudicio conuentus ſit, haud aliàs euadit litis æſtimationem, quàm ſi inſolidùm noxæ dederit ſeruum, nec ferendus, etſi partis deditionem obtulerit. Vlpiani leg. ſi ſeruus communis. π. De noxal. action. Cedentis tamen cauſa maiorem habet æquitatem. Nam vt fateamur, eum, qui fidem ſuam obligarit perpetuæ fundi conductioni, hæredem ve eius haud ideo exonerari, quòd fundi partem derelinquat: Alia certè ratio eſt tertij cuiuſdam poſſeſſoris, qui eatenùs modò tenetur, quatenùs deprehenditur poſſidere. Vnde ſi is à quantulacunque Agri parte, qua ſola frueretur, abceſſerit, ampliùs non oneratur. Hæc enim actio in rem magis eſt, quàm in perſonam, nec alij competit quàm Domino, creditorivè, aduerſus poſſeſſorem prædij obligati. Ex Labeonis ſententia, l. 6. Verſ. hæc etiam D. Si ſeruit. vindic. Tales igitur in rem actiones, quæ in poſſeſſorem diriguntur, ceſſant ſimul, eo deſinente poſſidere. l. penul. π. De rei vindicat. l. ſi rem meam à te petiero l. ſi quis ad exhibendum. π. De except. rei iudic. Hinc vnus itidem ex pluribus ſerui Dominis poterit, ante noxale iudicium acceptum, ſua parte cedendo ſecuritatem conſequi, ne neceſſe habeat ſuſcipere iudicium. l. 8. D. de noxal. action. Ac veluti euicta fundi venditi portione, regreſſus tantum emptori datur ab Vlpiano pro ea parte. l. 1. π. De Euict. Tametſi hæc de euictione actio legibus indiuidua habeatur Venuleio Saturnino, l. Cùm ex cauſa duplæ. π. De verb. oblig. Sic qui vectigalis fundi partem detinuit, cuius nomine ſolidum debebat, ea dimiſſa, toto onere ſoluitur debiti Vectigalis. Id quod pariter Turonenſis Municipij Lege ſtatutum eſt nuncupatim. §. 201. Iuxta

Antiquû Parlamenti Pariſien. Areſtum de eo, an vnus dominorum domus, pro periculo remouendo in ſolidû conueniri poſſit, & condemnari.

Contributio cenſus, Redituſvè fundiarij inter condetentores vnius Manſi. *Cōtribution des ſeruitudes & tenemens ſubiects aud. cens & rente.* Quo de Manſo, id eſt, lato Agro certi modi & menſuræ, Leg Franc. lib. 1. cap. 85.

Hæres perpetui conductoris fundi, etiam minor annis, non eſt audiēdus eum *deguerpiens* fundum. Quia minores Conſuetudine ligantur, nec læſus minor cenſetur, qui vtitur Iure communi. Item quia in ius maioris ſuccedit, & eius iure vtitur.

Totius certè rei dominus efficere non poteſt, vt partem retineat, partem pro derelicto habeat. l. pro derel.

Modeſtini legem An pars pro derelicto haberi poſſit D. Pro derel. l. ſi duo In fi. ﬀ. De adminiſtr. tutor. l. ſi ſeruus eius. ﬀ. De acquir. hæred. Quam in partem ſimiliter Pariſienſe Conſultum Curię citauimus alio loco.

Pariſien. Morum Volum. 3. Tit. 2. art. 5.

Teſtatoris hæredes legitimi debẽt legatariis hęreditatẽ grauãtibus derelinquere Mobilia. Acqueſtus. & tertiam patrimonii partem: Vt reliquis. 2. partibus pro ſua Legitima integrè potiantur, art. 121. 315 & 319. And. Leg. Et 295. Pariſien.

4. ENIMVERO licet in ſingulos teſtantis hæredes Hypotheca legatorum, non porrigatur vlteriùs, quàm actio in perſonam hæredis cuiuſque (l. 1. C. commun. De legat.) Minimè ferenda eſt vnius eorumdem ceſſio partis ſuæ hæreditariæ, immuni patrimonio dempto: vt legatorum præſtationem euitet: Niſi cohæredes ſimul reliqui portiones ſuas dimittere ſe profiteantur, contenti hærediis defuncti, quæ nullo legatorum onere minuuntur. Alioqui enim legatum quodlibet varia in fruſtula minutatim ſcinderetur, quod integro vno, ſolidóque corpore tribuendum eſt: nec habet neceſſe legatarius, portionem omnibus in rebus vindicare. l. ſi pluribus hæredibus inſtitutis. ﬀ. De legat. 2. l. poteſt. ﬀ. De legat. 1. l. ſi non ſortem §. vlt. ﬀ. De condict. indeb. Quinetiam ad officium Iudicis pertinet nonnunquàm, debita & credita ſingulis pro ſolido, aliis alia attribuere: quòd partium ſolutio & exactio, perſæpè multa habeat incommoda. l. 3. D. famil. herciſc. Concedamus item, hæredum iura inuicem diſcreta eſſe ac diſparata, vt è duobus alterum optante vno, alter alterum contrarium poſſit ſeligere. l. 1. §. ſi alter ex hæredibus D. Quod legator. l. ſi ab vno ex hæredibus D. Vt legat. nom. caueat. Aſt obtinet quidem hæc ſoluta optionis varietas, in his quæ à defuncti obitu ſuborta, proprio hæredum nutu arbitrióque voluantur: Non autem in iis quæ ſuprema teſtatione mandata ſint, communiáque hæreditatis onera ſpectent. Quapropter cenſeo, vnum ex hæredibus, partis ſuæ hæreditariæ, de qua ſuprà abdicatione, non exhui hæreditaria in perſonam obligatione legatorum præſtandorum: Niſi, cum eo, pariter cohæredes Mobilibus hęreditariis cedant, Quæſtibus ſoli, & triente patrimoniorum: Intra quem duntaxat bonorum modum, teſtator ſua de re pecuniáque legare potuerit. l. 1. D. ſi cui pluſquàm per leg. Falcid. l. In ratione §. quod vulgò D. Ad leg. Falcid. l. ſiue generalis. ﬀ. De iur. dot. Id quod longiſſimè abeſt à libera tertij poſſeſſoris conditione, qui nullatenùs in perſonam obligatus, ad ceſſionem partis admittitur rei creditoribus oppigneratæ: quam ipſe partem ſolam poſſideat.

Perſonali actione, vt hypothecaria & reali tenetur hæres legata præſtare. l. 1. C. commun. de legat. l. Cùm filius §. varius. ﬀ. De leg. 2.

5. ABVTVNTVR quidam hoc ceſſionis prædij auxilio Legitimo in alterius fraudem & captionem. Putà Glabrio Iſidorus, clanculùm inita venditione, dereliquit Iulio Tarentino fundum, (quem grauiſſimi ſolarij lege à domino acceperat) cum ea cautione, vt cedentem, tali in poſterum penſitatione liberum immunémque præſtaret. Hanc ſcilicet Pactionis formulam vafrè commentus fuerat emptor, ne auctoris ſui propinquus gentilitio iure fundum ad ſe reuocaret. Nihilò ſeciùs prodit in medium vendentis agnatus, rémque cõdicit gentilitate prædiorum.

Quod alij vocant deguerpiſſement de terres, Andegaui dicũt Exponſions, ſiue ab exponendis & abdicandis fundis, ſiue quaſi expunctiones, ab expũgendo, i. reiiciendo fundo. Nam Iaboleni I.C. verbis. Qui pro derelicto rem habet, omnimodo à ſe reiicit l. Quod ſeruus. ﬀ. De ſtipul. ſeru.

prædiorum. Paciſcentes enim apertè ludificari ſe ait voluiſſe præpoſtera ſeruientis fundi abdicatione, quam penes dominum ſoli, aut creditorem fieri expedierit, non penes obuium quemuis, cuius nihil planè intereſſet. Quoties enim, tertij cuiuſdam contemplatione & gratia, rem pro derelicto habemus, eidem vel donare videmur, aliovè modo tranſcribere. Vt innuit Priſcus Iabolenus l. Quod ſeruus ſtipulatus eſt. ff. De ſtipul. ſeru. Et ibi Bartol. Num. 3. Verſ. Nota contra infinitas fraudes. Quin & conuentio ſola de liberando cedente, eſt loco venditionis, & pacta onerum indemnitas, vice pretij. Nam Iaboleni verbis, hoc ipſum pretium fundi cenſetur, quòd eo pacto diſtractus ſit. l. fundi partem. ff. De contrah. empt. l. pretij cauſa Cod. De reſcind. vendit. Neque ab his longè abhorret patrius Mos, qui puram exigit, ſynceram, veréque efficacem prædij ceſſionem, quaſi exinde vacantis, nec à cedente denuò occupandi, articul. 466. Proinde etiam arbitror, cum redemptore prædij conſanguineo, ceſſionem fundi antedictam pro mera venditione ſumendam. Nûm verò poſſeſſori liceat, poſt acceptum cum creditore iudicium, rem pro derelicto habere, tractauimns Lib. 2. DE PRIVIL. RVSTIC. Cap. 3. De Vſufructu prædiorum. Et benignius eſt, poſſeſſorem, qui paratus ſit derelinquere poſſeſſionem, conteſtata iam controuerſia, abſolui à Iudice. l. 64. §. ſed & poſt. ff. De Vſufr. In ea potiſſimum Regione ac Municipio, cuius Lege nihil expreſſim de tempore ceſſionis in iure expediendæ cautum ſit. Quinimò putat Bartolus, poſt Sententiam quoque poſſeſſori fas eſſe, tunc prædium dimittere, cùm ex cauſa iudicati conuenietur. in l. Is cum quo. ff. De aq. pluu. arcen. Argum. l. Item veniunt. §. cùm prædiximus. ff. De petit. hæred. l. Miles. §. decem. ff. De re iudic. Quod tamen rei conuenti ſubterfugio damnum ſenſerit petitor, ab illo ſarciendum venit: qui nec propterea cedendo rei liberatur. Bart. in cita. l. Is cum quo. Vlpian. in l. ſi finita. §. eleganter. ff. De dam. infec.

Dimiſſio fundi à detentore facta ante litem conteſtatam, liberat quidem cũ Arreragiis fundiarij Reditus, nummiſvè conſtituti: ſed non ab arragiis cenſus, *ou deuoir noble primitif*, tãquam oneris fructuum ſoli, quos ille percepit. Inde ſolarium. Tit. Sine cenſu vel reliq. Cod.

At Pariſiorum Conſuetudine (§. 103.) & Turonenſi (art. 199. 200) poſſeſſor renũcians fundo poſt litẽ conteſtatam, non auditur, niſi debiti annui Reditus arreragia ſoluat, & expenſas refundat.

Sed & poſt condemnationem ex Areſto Curiæ à creditoribus obtentam, Claudius *Chaſtelier*, tertius poſſeſſor admiſſus fuit ex æquitate ad deguerpiendam domũ ab eo emptam à debitore, ſoluẽdo penſiones domus quam occuparat. Areſto *donné à l'audiance* die 15. Mart. an. 1591.

5. PORTIO vectigalis fundi, quam vnus ex multis poſſeſſoribus dereliquerit, aliis accreſcit ipſo iure, non autem recto Domino: niſi accipere illam ſe velle hic ſeriò prædicet. Sicuti Turonum Moribus diſtrictè ſancitum eſt, articul. 201. Quòd ſi neuter eam fundi portionem ſibi ſumere velit, tunc, curatore dato, publicè poſſidebitur, & auctionũ præconiis haſtæ ſubiicietur, cum onere Vectigalium annuorum. Rogo iam, quid ſi poſſeſſor fundò purè ceſſerit, ne ad prædiarij Reditus, quem Manlio debebat, ſolutionem vrgeretur? Manliuſnè, quaſi denuò poſſeſſor, cenſum appendere cogetur domino ſuperiori? Hanc diſtinctionem teneto. Aut Manlius dimiſſi fundi poſſeſſionem repetiit, ac fructus collegit: Quo caſu, cenſualẽ penſitationem detrectare nequit. Aut verò fundi poſſeſſione abſtinuit: & tunc ſolarij quidem Domino licitum eſt, manum prædio iniicere, vt iuſta Dominica percipiat, ſed non in perſonam eam agere, cui ex prædio annuus Reditus debeatur, vt Cenſus reliqua diſſoluat. Sua enim domino ſoli prerogatiua ſufficit,

leurs à Rente, ou qui ont Rentes anciennes crees parauant 30. ans, ne perdent par les criees d'heritages leurſd. Rentes, & ne perdent ſeulement par deffault d'eux oppoſer cõtre icelles criees que leurs arrerages deſdites Rentes. Mais les ſeigneurs des fiefs ne perdent leurs deuoirs, ne arrerages par telles criees.

cuius ſemper in fundum potior cauſa eſt, quàm prædiarij Reditus vectigali fundo poſtmodùm impoſiti, artic. 486. Andeg. Conſ. Et Regia Sanctione de fundorum auctionibus lata an. 1551. Iuxta Pauli I.C. Leg. 15. D. Qui potior in pign. Porrò ſi nouus poſſeſſor, vectigalis agri profeſſione nominatim receperit, ſoluturum ſe continuò, vel ceſſurum fundo, intra ſeptennium: Quæro, an tot annorum lapſu poteſtas cedendi fundo, adempta ſit profitentis hæredi? Minimè ademptam exiſtimo. Nam ius meræ facultatis, quod priuato Pacto inducitur, tempore tolli poteſt: quod autem publica Lege, non poteſt. Cuiuſmodi illa ceſſio, quam patrius Andium Mos introduxit. l. 1. Cod. De alluuion. & palud. Bartol. ad l. pignori In fi. ꝟ. De vſucap. Et in l. viam. ꝟ. De via publ. Panor. ad Ca. Cùm Iohannes De cler. coniug. in Antiq. Vtcunque

Iura meræ facultatis impræſcriptibilia.

igitur valeat ſeptennis facultatis præſcriptio aduerſus promittentem, qui in eas ſe temporis anguſtias Pacto coniecerit: Haud ideò certè in rem ſucceſſor, eius ceſſione prohibetur, quæ ipſi non à patre, ſed à lege & more Ciuitatis tribuatur. Ex ratione Alfeni Vari I.C. in l. 3. ꝟ. De interd. & releg.

Moulin à bled baillé à Rente, abatu & demoly.

6. CALLIMACHVS frumentariam Molam perpetua mercede locauit Polycrati. Dehinc vi tempeſtatis euerſum eſt Molæ ædificium totum. Quæſtionis eſt, an reficiendæ Molæ impar colonus perpetuus, ei licitè renunciet. Locator eam fundi ceſſionem reſpuit, refellítque trino argumento. Imprimis enim negat, cuiquam à perpetua fundi conductione, quam ipſemet contraxerit, recedere licere. §. 467. Andeg. Conſuet. Item inquit, tranſlato rei dominio, eius quoque periculum in emptorem transferri, vel accipientem, nec danti imminere. Vt Baldus perſpicuè ſenſit in l. 1. Cod. De iur. emphyt. Ex l. Lucius. ꝟ. De euict. l. Neceſſariò. ꝟ. De peric. & comm. rei vend. l. ſi pecuniam. §. 1. ꝟ. De condict. ob cauſ. Vnde ſi quis Templo ædes munificè erogarit hac lege, vt Templi ſacerdos aleret donatorem, exuſtis ædibus, durat nihilo minùs donationi adiectum onus. Franciſc. Cremenſis in Singul. 1.

Singularia Franciſci Cremenſis I.C.

Tertiò conductori opponitur, ſublato ædificio, aream, cui ſuperpoſitum illud fuerit, manere obligatam: & collapſa ſuperficie, ſolum in eadem cauſa obligationis conſiſtere. l. qui res. §. vlt. ꝟ. De ſolut. Inde ſolarium, quaſi ſolo ipſo contentum dicitur Vlpiano. l. Prætor ait. §. ſi quis nemine prohibente. ꝟ. Ne quid in loc. publ. AD EA verò reſpondet alter, obligatum quidem, ſpontanea prædij dimiſſione non liberari: ſed de neceſſaria, & inopinatò emergente, ſecus. Voluntarij enim actus prohibitio non trahitur ad neceſſarium. Vlpiani l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. D. Qui ſatiſd. cogan. l. Alienationes D. famil. hercìſc. l. Ariſto. ꝟ. De iur. delib. Atqui diruto Molæ ædificio, ſequitur perpetuæ locationis reſolutio neceſſaria. Nam quod de ſolario prædictum eſt, areámque, reuulſa domo, in obligatione permanere, hoc intelligitur de ædificio, quod inſeruit ſolo: vti ædificium ſolo cedit. Aſt Molæ diuerſa conditio eſt, in qua, ſolum ædificio ſubſeruit, Molæ nimirùm operariæ, & continuo molendi exercitio. Ac veluti pictura, quæ

Deguerpiſſement volontaire de l'obligé, non recevable.

quę pretioſior eſſe ſolet, potior eſt tabula: cùm plus ſit in manus pretio quàm in re. Ita Molæ ſolum cedere videtur. §. ſi quis in aliena Inſtit. De rer. diuiſ. l. In rem actio Verſ. licet de pictura. ff. De rei vindic. l. qua ratione §. 2. ff. De acquir. rer. domin. l. Mulieres. §. abeſſe. ff. De verb. ſignifi. Hinc etiam Mola destructa, quaſi re emphyteutica pereunte, intercidit emphyteuſis, nec qui illam ſuſceperat, lege emphyteutica in poſterum tenetur. l. 1. Cod. De iur. emphyt. Alioquin planè iniquum ſit, nudi emphyteutę diſpendio rem totam perimi, non eius, qui dominus ſoli directò remanſerit. Vt not. in d. l. 1. Securiùs tamen Molæ poſſeſſor ſibi proſpexerit, ſi penes dominum purè dimittat aream, fundum, ac ſolum totum, cum Mola ipſa priùs inædificata & inſtructa: ne quid ſuperſit, quod locator cauilletur, atque vt omnimodò contractus reſoluatur. Huc vergunt pariter, quæ de Mola frumentaria Nos anteriùs, lib. 1. cap. 16. art. 2. & 3.

Realis noxæ deditio.

7. Cvrator bonis, quæ poſſeſſor dereliquerit, conſtituitur, per quem illa diſtrahantur. l. 5. ff. De curat. bon. dan. l. 8. In fi. l. 14. 15. ff. De reb. iudic. auctor. poſſid. At ſi creditor, publica manu iniecta, fundum prehendiſſet, antequàm debitor proprietarius eum venderet, emptore fundo cedente, inutilis eſt curatoris eiuſmodi datio, neque in hunc publicè vænire rem expedit, ſed in debitorem. Quippe qui ſequeſtratum prædium alienans nil egerit, ac irrita Prætorij pignoris venditione, pro domino vſquequaque habeatur. Item ſi poſſeſſor fundo cedat, vrgente ſolutionem domino prædiarij Vectigalis, minimè neceſſaria eſt curatoris conſtitutio: quùm dominus veteres poſſeſſiones recuperet. §. 462. 464. Andegau. Conſuetud. Si tamen prædij hypothecas veritus iſte, renuat eius poſſeſſionem, tutius fuerit, prædio curatorem adhiberi, cuius nomine illud palam diſtrahatur, ſaluo & incolumi Dominico iure. Sic domini Cenſus iubent, vacantia bona prehendi manu dominica, & plus offerenti locari, auctore Prætore, vt ex eorum mercede iuſta Honoraria ſibi penſitentur, art. 442. Cum §. 170. Andeg. Leg. Cęteroquin rectus dominus, qui derelictum à poſſeſſore fundum priuatim occuparit, ſubit hypothecaria onera æris alieni: Sepoſito eo, qui lege prædij commiſſoria, quæ perpetuæ ipſius locationi adſcripta ſit, eiuſdem poſſeſſionem repetierit. Vt obiter antea ex Maſuerio demonſtrauimus, lib. 2. Tit. De reb. in cenſ. datis, art. 7. Quiſquis autem Ædes pro derelicto habet, ne eius onera ferat, eas ſartas tectas præſtare cogitur, nec deteriores quàm acceperit. §. 463. 465. And. Conſ. Et regio Karoli. 7. Edicto perpetuo, Nou. Menſ. an. 1441. de Redẽptione annuorũ Redituum, art. 43. Quòd ſi domus refectione quidẽ egeat, ſed iuxta eã ſtructũ ſit recens à poſſeſſore ædificiũ, par eſt, nouam ædium ſtructurã neceſſariis in veteres ſumptibus penſari. Idem enim in alio quouis bonæ fidei poſſeſſore ſeruari experimur, ne quis alterius detrimento locupletior fiat, aut certè lucrum quęrat ex aliena iactura, l. ſi quis mancipiis. §. vlt. ff. De Inſtitor. Hæc vtiquè, cum ciuili illa moderatione Celſi I. C. l. In fundo. ff. De rei vindicat. Quùm præſertim poſſeſſor, de quo iſthic

Citatur antiquũ Curiæ Areſtum *de Montgogue*, rem ſemel affectam pignore Pręto-rio, alienari à proprietario non poſſe.

Art. 170 Cuius Textum recitaui. Tit. ſuperiori art. 15.

Bail à rente, auec clauſe reſolutoire à deffaut de payement des arrerages.

Propriè dicitur res, non reddita, quæ deterior redditur. l. 3. §. 1. D. Commod. l. 1. §. ſi res depoſita D. depoſ.

Compenſation de nouueaux baſtimens faicts auec anciennes reparations.

res eſt, vltrò ac ſponte de fundo decedat, vt poſſeſſionum munera euitet.

Poſſeſſore fundum expreſſim deſerente, vt hypothecaria creditoris perſecutione ſe eximat, creditor eundem fundum tẽpore non præſcribit aduerſus alios creditores hypothecarios.

PRO derelicto rem à poſſeſſore habitam vſu non capit creditor, 8.
quo inſtante, vt debitum conſequeretur, ille pigneratitio fundo renunciarit. Bona quidem derelicta, occupantis fiunt. l. 1. D. Pro derel. Qualia & Ius Gentium veteri occupatione priuata fecit, vt qui quondam in vacua venerunt, &c. M. Tullio teſte, Lib. 1. Offic. At creditor obligata bona priuatim poſſidere nequit, ſed vacantibus iis curatorem petere debet, qui per Iudicem ea diſtrahat, vt, illato inde pretio, ſuum recipiat. l. Cùm plures. ff. De bon. auctor. iudic. poſſid. Antiquitùs etiam, creditor debitorum bona iure dominij impetrabat. Vt Tit. ſuperiore expoſuimus. Aliàs non licet creditori, priuato imperio fundum à poſſeſſore deſertum occupare, tametſi ære debito viliorem: nec hypothecaria iſthæc poſſeſſio idonea eſt ad vſucapiendi cauſam & conditionem transferendam. Etenim pignori rem acceptam vſu non capimus, quia pro alieno poſſidemus. Vt Paulus inquit l. pignori. ff. De Vſucap. Proin etſi creditor fundum vicennio ita derelictum poſſederit, obnoxius fit hypothecariæ formulæ aliorum creditorum, nec eam quinquennij præſcriptione Andium Moribus ſtatuta poteſt elidere, art. 422. At non idem dicendum de hypothecario prædio, quod creditor certo pretio emptum, æſtimatumvè habuerit à debitore, vel poſſeſſore. Hac enim, tanquam iuſta venditione, creditor dominium & poſſeſſionem nanciſcitur, aut ſi res aliis creditoribus obærata ſit, in eos confeſtim inchoabitur vſucapio. l. Titius. ff. De pignerat. act. l. Cùm dominã Cod. De pignor. l. Clauibus. ff. De contrah. empt. Quin etiam ei, cui annuum Vectigal deberetur, addictum à Iudice prędium, non euincitur à propinquo debitoris Andegaui pro rata pretij Vectigalis ipſius, ſed reliquorum duntaxat, alteriuſvè ſortis nummariæ cuiuſuis. §. 410. Andeg. Leg.

And. Conſ. art. 422. ver. *Et les tient & poſſede par cinq ans cõtinuels paiſiblement à iuſte tiltre & de bonne foy.*

Artic. 410. Ibi, *Autre choſe ſeroit, ſi les creanciers retenoient la terre decretee pour leur rente, dont ils fuſſent appropriez, & que icelle rente fuſt exempte de retraict. Auquel cas le lignagier n'en auroit que au prix de l'argent des arrerages & des couſts, ou d'autres ſommes qui ſeroient miſes, en outre le principal d'icelles Rentes.*

SCIENDVM eſt pariter de fundo ita diſtracto, vt emptor quotannis 9.
ſolarium dependat, vel alium quemuis Reditum prædiarium: An is fundo poſtea cedens, annua præſtatione ſolutus ſit. Æquior certè obtinuit ſententia, cedentem liberari. Nam qui ideo annuæ Penſitationis onus ſubierit vltrò, quòd obnoxij fundi poſſeſſionem adipiſceretur, eo deinde repudiato, onus quoque ipſi adiectum excuti creditur. Res enim cum ſua cauſa ad alium transfertur, quæ eſſet futura, ſi apud nos ea res permanſiſſet. Vt Pomponius I.C. tradit l. 67. ff. De contrah. empt. Nam etſi in emptione fundi nihil de agrario Vectigali dictum fuiſſet, emptor ei alligaretur: ſalua in auctorem ſubſidiaria actione. l. Cùm poſſeſſor. §. vlt. ff. De cenſib. l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. De action. emp. Itaque in mancipi lege expreſſum onus ferendi Vectigalis, non præripit emptori ius fundo cedendi. Etenim quæ tollendæ ambiguitatis gratia Pactis ſubnectuntur, Ius commune non infringunt. Papiniani l. Quæ dubitationis. ff. De regul. iur. His conſentaneus eſt Mos Pariſiorum, art. 110. At ſi emptor apertiùs in ſe tranſcripſerit

Pariſien. Conſuetudin. artic. 110. *Celuy qui n'eſt preneur, mais eſt acquereur du preneur à la charge de la Rente ſeulement, ſans faire*

pſerit debitũ nomẽ aut Reditũ annuũ,&ſi qua tributorũ,aut vectigalis,indictioniſvè quid nomine præſtari oporteret,id cauerit ſe dare,facere,præſtareque oportere,tũc emptor nõ eò minùs iis ſubiacet,quòd prędio cedere paratus ſit. Vt cita. §.110.cõtinetur. Hoc quippe caſu nõ ſola res,ſed perſona cõuenitur,quæ ſe nominatim debiti Reditus vinculo adſtrinxerit. Tametſi noſtrates Scriptores prodiderint, emptoris cũ vẽditore Pacto actionẽ alteri non quæri, penes quem rectũ fundi dominiũ reſideat. Specul.in §.Nũc aliqua Tit. De Locato. Ver.74. Vidus Papa,in Delphin. Deciſ.24. Ecquid iam,quæſo,de poſſeſſoris hærede ex Repertorio bonorũ,vectigalemnè fundum derelinquens audietur,nullis oblatis præteritorum annorum penſionibus. Spontanea quidem prædij ceſſione interdictum eſt tali hæredi Principis beneficiario,tãquam curatori bonorum: Niſi Magiſtratus auſpiciis,vocatoque hereditario creditore,is obligatum fundum abdicet,ac pro derelicto habeat. Neceſſaria autẽ latifũdij dimiſſio tributarij,tùm admittitur demùm,Moribus patriis, ſi reliqua Agrariæ pẽſitationis à cedẽte rei,perſoluãtur.§.463.464.465. Andegauen. Legum. Nec enim mitiùs agere tenetur dominus ſoli cum hærede Codicillari, quàm cum puro in defũcti bona ſucceſſore. Secus de empti prædij ceſſione ob æs alienum vẽditoris: cuius in rem hypothecis liber immuniſque abit tertius emptor, ante cõteſtatum cum creditore iudicium. Leg.1.§. cùm prædium.l.ſi fundus.§.interdũ.ff. De pignor. Cum art.102. Pariſien. Morum ciuilium.

mention d'autres ch'ges cõme de mettre amẽdement,fournir & faire valoir & laiſſer l'heritage en bon eſtat,il peut renoncer, pourueu qu'il n'ayt promis expreſſemẽt acquiter & garentir ſon vendeur & bailleur,

Hæredi tamen ex Inuẽtario licet,res hæreditarias vendere ad ſoluendum creditoribus & legatariis defuncti l.vlt.§. etſi prætatam §. ſin vero creditores § ſin vero hæredes C. De iur. delib. Idque citra ſubhaſtationem valere putat Baldus in d.l.fin. Quod non vtique obſeruatur: niſi antiquiori creditori in ſolutum ille rem dederit publicè æſtimatam ante aliorum creditorum apparitionem, cõfecto prius Inuẽtario Chaſſen in Conſil.23.

10. DE EO quoque roges forſitan,qui in venditione legem cõſignaſſet,annuum Reditum,quem ipſe auctori ſuo pretij vice ſpopõderit, ab emptore hoc poſteriore ſolutũ iri. Nam prima facie videtur in ſecundi emptoris perſonam concepta obligatio de fundi pretio,de annuis ſaltem eius vſuris: quæ vel ipſo iure debentur, quoad pretij ſorté emptor numerarit.l.Curabit l.fructus Cod. De action.empt.l.2. Cod. De Vſur. Ac licet nummarij huiuſce pretij conuentio in annuũ Vectigal pactione trãſierit,non tam prædiarius Reditus exiſtimatur, quàm ob dilati morã pretij,temporariũ fœnus. Cùm enim emptor re frueretur,æquiſſimum erat,eum vſuras prætij depẽdere.§ ex vendito l. Iulianus.ff. De action.empt. Adde, quòd annuam hanc æris Penſitationem redimere liberum fuit quandòlibet,ex Pacto conuento: vſura ad aſſem redacta,qualis vulgò obſeruata eſt nuper in Reditu nũmis cõſtituto. Hînc probabile fuerit,ſecũdum emptorem,eius Reditus onere non eximi,ceſſione rei comparatæ: Quippe qui tanto minoris eam mercatus ſit,quãti plurimi debitor manſerit ex anteriori pretio à venditore promiſſo. Ad hæc vẽditio ita contracta,vt nummarium Vectigal pretij nomine pendatur,quotieſcunque luendum, parit laudimia patrono feudali,& gẽtilitiam fundi condictionem propinquo venditoris. Proinde non aliter emptorem nouiſſimũ prædicto reditu liberari credas fortaſſis, quàm ſi Romani illius Scipionis cautionẽ adhibeat. Eſt enim memorabile, quòd Scipio princeps Corneliæ gẽtis,

De Rente conſtituée au denier.12.pour le prix de l'heritage vendu.

Reduction modernes des Rentes conſtituées,au denier ſeize.

Heritage alienẽ à rente ſur l'acquereur, racheptable au denier douze ou 16.emporte lods & ventes au ſeigneur & droict de retraict lignagier aux parens de l'alienateur. Huc ſpectat Aruernus Mos.art.14. Tit. *Des achapts,lods & vẽtes.*

cùm empto fúdo,vel filia data marito,ſponſores ab eo ſoléniter poſcerétur, Aſinam,cum pecuniæ onere produxit in Forú,quaſi pro ſpóſoribus præſens pignus. Vt ſcribit Macrobius. Vnde & Aſinæ cognomentum Corneliis Scipionibus inditum eſt. Verùtamen opinor, ſecúdum prædij emptorem cum legę pecuniarij eiuſcè Reditus, derelicto prędio, exonerari: niſi & diſertè, eo liberum onere, ac indemnem facturum ſe venditorem receperit. §.110. Morum Pariſien. Nam vndecunque profectum ſit annuum hoc Vectigal, longè quidem alienum eſt à nummarij pretij natura & conditione, quod ſemel repræſentari neceſſe ſit. Nihilò enim ocyùs fúdi poſſeſſor vrgeri poterit ad eum talis Vectigalis redemptione luendum, quàm aliis cuiuſuis prædiarij. Diſſimiliter ac pretij debiti vſuræ, quarum ſolutio non impedit ſortis exactionem. In ſumma, nihil refert, emptor necnè ſecundus perpetuo Reditui ex pretio fundi, an alia ex pecunia parto fidem ſuam obſtrinxerit. Primi quoque venditoris intuitu, cui pretium fundi ſui illatum non fuerit, cenſetur idipſum purè immobile: nec mariti creditoribus licet, in nummariá vxorij prædij véditi ſortem, quæ ab emptore debeatur tempore dirempti coniugij, publicam manum inuehere, quaſi in Nomé debitum, mobiléque æs connubialis ſocietatis. §.296. Andegauæ, 311. Cenomanæ, 240. Borboniæ Conſ. Alia verò cauſa eſt redacti pretij ex fundo mariti diuenditio: Cuius népe viri patrimonia, táquam auctoris cótractorum in perſonam Nominum, manent creditoribus obligata, peræquè àc bona cum vxore communia. Ex §. 238. 319. & 507. Andegauen. Legum.

Pariſien. Conſuet. art. 110. Ibi, *pourueu qu'il n'ayt promis expreſſement acquiter & garandir ſon vendeur & bailleur.*

Patrimonii alterius coniugũ venditi pretium, adhuc debitũ tempore ſoluti matrimonii, cenſetur patrimoniale, nec, tanquam mobile, partiundum coniugali bonorum communione.

11\. CONVENTVI Monachorum fundus conceſſus eſt vectigalis ducétos abhinc annos. Poſt longam deinde temporum ſeriem pertæſus ille oneris grauiſſimi, declarat ſe fundum pro derelicto habere, vt annui Reditus perſecutionem effugiat. Cótrà nititur Dominus ſoli, obnixèque intercedit, ne in perſoná obligatus, qui prædio cedere velit, audiatur. Iuxta Andium Morem, (§.467.) Iuri Ciuili cóformem. l. Is cú quo. ff. De aq. pluu. arcen. Monaſticum enim Collegium, cui ager in annuum Reditum datus ſit, nec moritur, nec extinguitur. Cap. Si gratioſè De Reſcript. In 6. Cap. Quoniam Abbas De offic. deleg. In Antiq. Nam & eadé legio habetur, ex qua multi deceſſerint, quorum in locú alij ſubiecti ſint: & Populus idem hoc tempore putatur, qui abhinc cétum annis fuerit, cùm ex illis nemo viueret. Vt eſt apud Alfenum Varum, l. 76. ff. de Iudic. Ita rebus commutatis, eadé res eſſe exiſtimatur. Auctore Ariſtot. Lib. 2. Politic. Cap. 2. Et M. Tullio, Lib. 2. Academic. quæſtion. Neque his refragatur Póponij de grege legato reſponſum, ſi aliqua pecora viuo teſtatore demortua ſint, in eorúque locum alia ſuſtituta, eundem gregem videri. l. Si grege. ff. De legat. 1. Eadé ratione Paulus I.C. ædium parietem æternum vocat, ſi eiuſdem modi paries in perpetuum eſſet qui onus ædium perferret. l. Eum debere. ff. De ſeruit. vrban. præd. Verumenimverò præualet alia opinio, cucullatos ſacerdotes vectigalem agrum licitè abdicare, vt eius oneribus

Eccleſiaſtiques preneurs à rente, apres longs payemens, receuables à deguerpir moyennant iuſte cauſe & cognoiſſance d'icelle.

Per ſubrogationem rerum ſpecies omnes perpetuantur.

bus liberétur. Quippe ficta ſolùm ac ciuili interpretatione, immortalis dicitur mortalium cœnobitarum Societas: Et *Statutariæ* Legis de morte vocabulo, intelligitur tãtùm naturalis, non ciuilis mors, ac cõficta. Sicuti Romæ iudicio deciſum memorat Paulus I.C. lib. 2. Decretorum l. antepenul. §. vlt. ꝟ. De iur. fiſ. Proin. Caio I. C. placuit, centum annis tuendos eſſe in vſufructu dato Municipes, quia is finis vitæ longęui hominis ſit. l. ſi vſuſfructus Municipibus legatus erit. ꝟ. De Vſufr. leg. l. An vſusfructus. ꝟ. De Vſufr. Quare etiã maxima de cauſa huius æui Monachis ſubueniẽdum puto, velut ſingularibus Maiorum ſuorum in rẽ ſucceſſoribus, nec hæredibus: vt ſi prædiarij oneris magnitudo reditus prædij exceſſerit quod ab antiquis ea lege acceptum ſit, huic cedentes exonerentur. Imò & diuini iuris latifundia abalienare tunc licitum eſt, quùm ſacræ Eccleſiæ inutilia, oneroſáque deprehendentur. Alexandri. 3. Reſcripto. 7. in Tit. De reb. Eccleſ. non alien. Et Concilio Agathenſi, cuius mentio, Cauſa. 12. Quæſt. 2. Eòque liberior ſacerdotibus facultas patet obnoxij fundi dimittendi, quæ lõga temporum intercapedine facultas non perimitur. Vtì de eo meræ facultatis iure à Nobis ſupraſcriptum eſt.

De ſpatiis vitæ longiſſimis Plinius Lib. 7. Natur. hiſt. Cap. 48.

12. QVEMADMODUM nouus pignerati fundi poſſeſſor, eius ceſſione, vacuus abit, & immunis: Ita qui bonis ceſſit, vel vno vrgẽte creditore, debitor nõ poteſt ab aliis, quibus debet, inquietari. Vt Sabinus & Caſſius ſentiunt. l. 4. ꝟ. De ceſſ. bonor. An verò rectè excuſſus debitor putetur ſola ceſſione bonorũ, vt ſubſidio agatur in alios, multi confli-ctãtur. Verbi cauſa, Licinianus fide ſua eſſe iuſſit, vt quãrò minus à Titio ſeruare poſſet Mæuius, id præſtaret. Titius ceſſit, bonis. Inde ſtipulator, quò minùs à debitore exigere potuerit, eò plus ab expromiſſore petiit. At defẽdit iſte, neceſſariò diſcutiẽdas debitoris fortunas, quẽ & notum fuerit ſatisfacere alieno æri non poſſe. Vt vult Ludou. Romanus disertè, Reſponſo. 93. & 211. Quem enim ceſſionis bonorum pœnitudo cœperit, is aſſequi poteſt, ne bona eius diſtrahantur: quippe quùm ante rerum venditionem bonis ſuis non careat. l. 3. & 5. ꝟ. De ceſſ. bonor. Vtvt ſit, qui cedit bonis, ea ſigillatim indicare tenetur creditoribus, publicè poſſidenda. Accurſ. in l. 1. Cod. Qui bon. ced. poſſ. Exin curatorem bonis cõſtitui oportet, per quem ea palam venundẽtur in rem omniũ creditorum. Sicuti antea identidem admonuimus. Plane Andegauo Ritu ſi certæ pecuniç debitor euidẽter appareat nõ ſoluẽdo, libera fit crediti æris perſecutio in nouos pignereti fũdi poſſeſſores, illo etiam inexcuſſo. §. 484. Secundùm P. Caſtrenſis dicta in l. Decem. ꝟ. De verb. oblig.

Neceſſariæ diſcuſſioni bonorum principalis debitoris plenè ſatisfactum nõ eſt ſimplici ceſſione bonorum ab eo facta.

Accurſ. & Bart. in l. decem. ꝟ. De verb. oblig. & in l. vlt. ꝟ. Si cert. pet aiunt, reum principalem excutiendum non eſſe ante fideiuſſorẽ, ſi certum ſit illum nõ eſſe ſoluendo. Sed de illa certitudine non cõſtat in Praxi, niſi iudiciaria diſcuſſionis Sententia.

13. EMPTOR tres reliquit hæredes ex æquis. Vnus, inſtante venditoris creditore hypothecario, renũciat parti ſuç emptitij fundi. Inde creditor cohæredum alterum conuenit ſolido iure hypothecario. Coactus hic totũ exoluit. Hæſitatur, an & ſolidum à cohærede repetat, deducta ſua æris debiti portione: an verò tertij cohæredis partem fũdi, quæ

Si tamẽ creditor dominuſvè directus poſſideat hypothecarii fundi partẽ pro derelicto habitam, fit debiti conſuſio pro rata.

pro derelicto habita ſit,viritim excutere teneatur.In propoſito diſtinctionem hác animaduerte. Aut correo debendi,cùm ſolueret, mandatæ ſunt,ceſſæuè actiones à creditore:Et túc correus ab vno integrú exigit,ſubducto,quod partim ipſe debuerit:ſed ille ad ſingulos alios pro parte regredietur. Aut verò correus apochá nudá accepit,& chirographum ſolutionis à creditore, non inſtrumétum ceſſionis: Tunc in viriles modò,eiuſdem pecuniæ reum quenq; habet obligatum. Nam ſuperiore caſu,pretium veriùs mandatarum actionum ſolutum,quàm actio,quæ fuit,perempta videtur Herennio Modeſtino,In l.76.ff.De ſolut.l.Cùm quis.l. vt fideiuſſor.ff. De fideiuſſ.l. Cùm poſſeſſor.ff.De cenſib.Tum Africani leg.Ex aſſe D.Ad S.C.Trebel.Nouiſſimi autem caſus exemplum edunt Diocletianus & Maximian.Augg.in l.2.Cod. De duob.reis.Atqueomnimodò Accurſius & Faber rem dirimút, in l. 1.Cod.Eod.Hancque diſtinctionem Senatus Pariſiorum complexus eſt inſigni Decreto pridie Aſſumptionis B. Mariæ an.1584.quod Preuoſtus Curiæ Præſes cóſpicua in purpura recitabat.Planè cùm poſſeſſor vnus,expediendi negotij cauſa,tributorum iure conueniretur,aduerſus cæteros,quorum æquè prædia,tenétur actiones illi præſtantur à Fiſco duntaxat,vt pro modo prædiorum pecuniam tributi conferát, Papiniani l.5.ff.De cenſib.Item ſi ex duobus fideiuſſoribus eiuſdem quátitatis,alter ſelectus à creditore,exoluerit debiti ſummam , Alterà cófideiuſſore,ne pro parte quidé,rectè cóuenietur.cita.l.Vt fideiuſſor cótra fideiuſſorem agat,actio danda non eſt.ff.De fideiuſſ.l. Cùm alter Cod.Eod.Hoc ita,niſi ſoluenti tranſcriptæ ſint à creditore actiones,quia Nominú véditorum pretium acceptum cenſetur.d.l.Cùm quis.Vtvt ſit interpellata vnius ex correis poſſeſſio nocet cæteris,quo minùs præſcriptione temporis defendi poſſint. l.vlt.Cod. De duob. reis art.435.& 488.Andeg.Leg.Denique vt pignerati fundi inter hæredes diuiſio nequicquá officit indiuiduo iuri creditoris,ſeu recti domini.art.180.& 470.Andeg.Cóſuet. Ac l. debitorum Cod. De Pact. Ita ſi ex toto dèbito parté donarit,vel ſuſceperit creditor,reliquas diuiſim deberi placet art.473.Moris Andegaui.l.Si creditores Cod. De Pact.l.8.ff.De legat.1.Vnde tamé hic excipitur caſus, ſi creditoris hæredes annuum Reditum ære conſtitutum inuicem partiti ſint. Haud ideo enim communis debitor númarij Vectigalis partem ab vno inuito redimet,ſiquidem alij virilem etiam illius ſortem parati ſint recipere.Nam & cohæredis,cui ſoli pars offertur,maximè intereſt, ne in reliquas cohæredum portiones maneat perpetuo euictionis periculo obnoxius Iudicio familiæ herciſcundæ. Papiniani.l.66.§.diuiſione.ff. De euiction.Præterea ſemel contractú Vectigal,par eſt,ſemel diſtrahi ab eodé debitore:Tametſi à creditoribus inter ipſos neceſſario diſſectum ſit in partes. Quippe quùm,ſubticentibus etiam his, nomina & credita ipſo iure diuiſa ſint inter hæredes, ex Lege.XII.TABVL. l.l. Ea quæ l.licet Cod.famil.herciſc.

In annuo autem Reditu debito.nullatenus neceſſaria eſt creditori diſcuſſio bonorú debitoris. §. 474.And.Leg.

S. Conſultú Pariſiéſe die.14.Auguſti an 1584.*A la prononciatiõ generale de la My-aouſt*, Quod vnus ex pluribus inſolidú obligatis annuo reditui ſi totum ſoluerit creditori ſub eius quitácia ſimplici,ſine ceſſione actionum, habet recurſum contra alios pro ſua cuiuſque parte virili, non in ſolidum, ex defectu prædictæ ceſſionis.

Dominus vero cenſualis particulari receptione paucorú annorum ſibi nõ præjudicat,niſi per 30. annos continuos debitum cenſum particulatim receperit. §.470. Andeg. Leg. Dempto etiam,ſi ab emptore exhibitum Acquiſitionis inſtrumétum purè adprobarit, continens fúdum emptum cenſus partem diuiſam debere. Nam alioqui emptor ſortè nõ fuiſſet contracturus.

Tit. V.

Tit. V.

DE PIGNORIBVS, ET QVI POTIORES IN PIGNORE HABEANTVR.

1. *Ordo prioris, & poſterioris Hypotheca, reiectus Andegauo More ſcripto.*
Sed hic Mos hypothecarios præfert chirographarijs creditoribus.
Hypothecarum etiam ordo, Andibus vſurpatur inter hypothecarios creditores, ex Vſu forenſi.
2. *Notarius, etſi prior creditor, poſtponitur ei, pro quo inſtrumentum obligatorium cum hypotheca ſcripſerit.*
3. *Quatenus teſtis, aduocatus tutor, & notarius alienis ſcriptis adſiſtentes ſuo iuri præiudicent.*
4. 5. *Qui pecunias depoſuit penes* Commiſſarium *& Examinatorem in* Caſteleto *Pariſien. vel* Receptorem conſignationum, *habet tantùm hypothecam à die depoſiti nummi, non autem cœpti ab illis* Officij.
Duo Areſta Curię de eo lata.
Mulieri, captorum pignorum Cuſtodia publica committi non debet.
Nec tale depoſitum, etiam ſponte ſuſceptum, eam obligat, niſi ſequeſtratæ res illi ſigillatim manu tradantur.
6. *Pecunia in* Bancha *poſita, cenſetur potius mobilis quàm immobilis.*
Inſtitores, ſeu factores *Mercatoriæ ſocietatis* de la Banque, *præferuntur alijs eius creditoribus, ratione ſumptum ab iis in rem communem* Banchæ *factorum.*
7. *Pharmacopolæ, in priuilegiario ordine creditorum, potiores ſunt Venditoribus panis, vini, ſimilibuſvè creditoribus alimentarijs,*
Medicis, ob inſignes curationes, quæ oblata præmia.
8. *Legatæ pecuniæ onus in maritum hæredem, nihilò magis commune fit vxori, quam hæreditatis commodum.*
9. 10. *In bonis vxoricidæ antefertur hæres vxoris occiſæ, pro* reparatione *homicidij, ſecundæ coniugi, pro Dote &* doario.
Vidua Communitati *bonorum renuncians, præfertur defuncti viri creditoribus, in nummaria* Reparatione *ei adiudicata ex nece d. mariti: pro qua itidem* Reparatione *creditores illi in bona damnati manum iniecerint.*
Quatenus bona fides alterius coniugum in contrahendo matrimonio alioqui illicito, ei proſit, vel liberis eius matrimonij.
11. 12. *Pauperibus legato indefinitè facto, intelliguntur tantum* Ciuitatis *pauperes domicilij defuncti, non autem Patriæ ipſius originariæ.*
13. *Qui fideiuſſionis mercedem ſtipulatus ſit, contra eam fideiuſsionem reſtitui in integrum non poteſt.*
14. *Fideiuſſor alienæ conductionis ædium reſtituitur, ob continuationem bello-*

rum, quibus iam cœptis, fideiuſſerit: non vt liberetur à toto, ſed à parte pē-ſionis locatione conuentæ.

15. *Vidua, quæ* perſonaliter *tenetur pro media debitorum cōiugalium, hypothecariè tenetur inſolidùm.*

Fiſcus Principis, quique ab eo ius habet, tacita hypotheca ſubnixus eſt in bona omnia Rectoris prouinciæ, malè verſantis in d. Officio, à die ſuſceptæ illius publicæ Adminiſtrationis.

16. *Pro reliquis tutelæ à matre geſtæ pupillus in bonis vitrici non præfertur proprijs huiuſce creditoribus ſecundas nuptias præcedentibus.*

17. *Creditores mariti, nullum ius habent in fructus pendentes fundorum vxoris iam* ſaiſitorum *inſtante huius creditore peculiari.*

18.19. *Fideiuſſor* iudicatum ſolui *pro defuncto criminis reo, poſtpoſitus fuit hypothecarijs hæredis creditoribus poſterioribus.*

Hæreditarij creditores, qui nouandi animo ab hærede ſtipulati ſint, nequeunt ſeparationem bonorum defuncti impetrare in creditores hæredis.

Rei communis indiuiſibilis *licitatio in Foro facta, non purgat hypothecas cuilibet parti rei, ſeu fundi antea impoſitas.*

20. *Hypothecarij Reditus vxorij ſortem maritus ſolus recipere poteſt, etiam ante annum & diem coniugalis ſocietatis patrio* Statuto *contrahendæ.*

21. *Nummarij Reditus annui vſura, & ſors principalis debet ſolui ad rationē Duodecimæ, in moneta* vſuali, *& nunc currenti: etiamſi olim conſtitutus fuerit ille in forti Moneta, iam inuſitata. Noui autem Reditus, ad rationem Decimæ ſextæ*

22. *Viui patris bona non ſunt, pro* Legitima *filij, obligata.*

23. *Qui vendit Officium, tanquam* domaniale *Regis, tacito, quod ipſi donatū fuiſſet tenetur emptori ad reſtitutionem pretij.*

24. *Nūm qui curaturum ſe promiſit, ſolutionem à* Theſaurario *fieri mercatori Exercitum annonario commeatu munienti, ſtatim ſoluere damnandus ſit prætextu* ſummationis *cuiuſdam extraiudiciariæ à creditore* Theſaurario *factæ.*

Reipubl. ratiocinia, quę leuiter, aut per gratiam ſubſignata & probata ſint facilè retractantur.

25. *In dotali Pacto conditionali, an hypotheca incipiat à die Pacti, an à die conditionis* purificatæ, *ſuperuenientibus medio tempore alijs creditoribus.*

26. *Fundi publicè in Foro* ſubhaſtati *adiudicatio fieri non poteſt Iudici eius Fori, tanquam plus offerenti.*

27. *Epilogus* OPERIS.

SINGV-

Aſſiette de Rentes.

Deguerpiſſement.

Tit. Des Hypotheques.

1. SINGVLARIA DVO, quæ ad Hypothecas pertinent, capita iam expoſuimus, tum de hypothecaria fundi Adſignatione facta à debitore creditori, tum de pigneratitiæ rei Ceſſione à tertio purè facta ad vitandans creditorum moleſtias. Nunc de toto Hypothecarum genere ſummatim tractemus, quarum etiam diſtinctè Titulus præſcribitur, in Codice patriarum Andegauiæ Legum. Et his quidem Legibus e medio ſublata videtur ordinis prærogatiua inter creditores hypothecarios: excepto annui Reditus ſibi debiti poſſeſſore, artic. 480. 481. Sed Andiū Magiſtratus contrariū ſeruare certò accepimus, & in licitationum pretio creditoribus diſpertiendo, temporum ſeriem, anterioreſque hypothecas exactè cir cumſpicere. Quam in partem alibi dicta à Nobis, euolue ſupra Lib. 1. Cap. 79. art. 7.

An Notarius creditor ſuo ordini hypothecæ præiudicet, ſcribens hypothecariam Obligationem pro alio eiuſdem debitoris creditore, cū clauſula quod debitoris bona alij obligata non erant.

2. AT non vſquequaque prior hypotheca eſt potior, nec præualet qui præuenit. Exempli gratia, regius Tabellio, cui priuatim oppigneratū erat Seij latifūdium, eiuſdem Obligatorias tabulas exarauit, ſtipulāte nouo creditore. His tabulis debitor expreſſim cauit, fundum, qui pignori dabatur, nulli alij eſſe obligatū. Quo modo res hypothecæ ſubiecta cernitur apud Herennium Modeſtinū, in l. Titius §. vlt. De Quib. mod pign. Deinceps in bona debitoris irruūt varij creditores, & in iis Notarius ille, qui Obligationum die & ordine anteibat priuatum creditorem. Hunc autem Iudicis ſententia victorem ita ex appellatione defēdi apud Patres Lutetianos, notarium inuerecundè, ſe ei præferri, pro quo ſcripſiſſet, deſiderare. Iſtius enim publicam fidem ſecutū illum nummos ſuos debitori credidiſſe. Non videri quidem cōceſſiſſe creditorem, vt debitor alteri ſua oppigneret, etſi ſciēte eo, debitor illa obligarit: At ſi creditor tabulis ſubſcripſerit obligationis, cōceſſiſſe videtur, niſi eum deceptum manifeſtè appareat. Vt Martianus prodidit Lib. ſingulari ad formulam hypothecariam. l. ſicut. § penul. D. Quib. mod. pign. Peræquè ſi ſua manu pignori domū ſuam futuram Attius ſignarit, cōſenſum ei Obligationi dediſſe, compertum eſt Modeſtini reſponſo, l. fideiuſſor. §. pater. ff. De pignor. Quantò publicus ſcriba arctius Pactione tenebitur, cui non adfuerit modò, ſed & præfuerit? Quùm enim pactionis Arbitro eo vel auſpice, debitor edixerit, bona, quæ pignori opponeret, aliis minimè obnoxia eſſe, conſequens eſt duorum alterutrum, vt vel ſeruus ille publicus, qui pro creditore id ſtipulatus fuit, ſuo prioris hypothecæ ordini renūciarit, vel pari ſubdolæ reticentiæ pœna affici debeat. Sic ordinis prærogatiua mulctatur anterior creditor, qui eius fundū eſſe, à quo cauſam habet, inficiatus ſit. Authent. Item poſſeſſor. Cod. Qui potior. in pign.

3. NEC ad rem pertinet, quòd teſtis, aduocatus, tutor, notarius nullum ſibi præiudicium ex hoc faciāt, quia pro officio rei ſuæ diuiſioni

Qui rei ſuę, tanquam alienæ, commercio Officum ſuum publicum interponit per errorem, iuri ſuo priuato præiudiciũ non facit.

inter alios ſubſcripſerint. l. Caius. ττ. De pignerat. act. l. Titia. §. Lucia. ττ. De legat. 2. l. inter officium. ττ. De rei vindic. l. antepenul. §. tutoribus. ττ. De inoff. teſtam. l. ſi pater Cod. De fideiuſſ. l. Mutuæ Cod. Si cert. pet. Cap. Ex literis De tranſact. Accurſ. & Bartol. (de notario) ad cita. l. ſicut. §. penul. Nam ſi illi per errorem, alieno ſua de re Actui nomen adſcribant, officij neceſſitate excuſantur. l. poſt legatum. §. aduocatum fiſci. l. Tutorem. ττ. De his, quæ vt indig. aufer. Sed qui mala fide auctoritatem præſtãt falſæ libertatis adſertioni prædiorũ, eam ipſos poſtea oppugnantes nemo ferat. l. ſi ſine Cod. Ad Velley. l. mulier Cod. De Diſtract. pign. Ibi niſi diſſimulatione, marito obligãte velut proprias, creditoris ignorantiam circumſcripſerit. Bartolus nuncupatim ad d. l. ſicut. §. nõ videtur. Quinimò ſi ex hæredatus perenti legatum ex teſtamento, aduocationem præbuit, procurationemvè ſuſcepit, remouetur ab accuſatione. Agnouiſſe enim creditur, qui defuncti iudicium qualecunque adprobauit. l. vlt. ττ. De inoff. teſtam. Hæc, & alia multa in Senatu allegabam in Notarium, qui, vt rem ſuam faceret publicam fidem fefelliſſet. Æquè enim perfidioſum ac nefarium, fidem frangere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit: & ſocium circumuenire, qui ſe in negotio coniunxerit. Vt M. Tullij verbis vtar Lib. 1. 3. Offic. Et in Orat. pro Roſc. Com. Quùm igitur PATRES CONSCRIPTI hypothecariam quæſtionem miſiſſent in conſilium poſtridie Idus Martias. 1581. cliens noſter obtinuit. Eximio Areſto profeſtis diebus Reſurrectionis Dominicæ, ſeu. 12. Kalend. Apriles Eod. Anno. Quod ex appellatione à Præfecto Vrbi Senatus protulit, inter N. Paganum contractuum Scribam publicum, cuius cauſam prouocantis Dulacus egit: & N. *Depraſts*, ciuem Pariſien. pro quo viciſſim oraui. Neque huic diſſentaneo iudicio, Curia dehinc poſtpoſuit anteriorem creditorem fratris, viduæ, cuius ille dotalia Pacta, ſuppreſſo fraterno debito, ſubſignarat. Decreto pridie Natalis Deiparæ Virginis an. 1584.

Hac Leg. ſi ſine Verſic. Quod ſi patientiam præſtitiſti, vt quaſi ſuas res maritus obligaret, decipere voluiſti mutuã pecuniam dantem. Et ideo tibi non ſuccurretur S. Cõſulto.

Appointté au Conſeil en Parlemet die. 16. Mart. an. 1581.

Memorabile Areſtũ Curiæ die. 21. Mart. 1581. *ſur l'appel du Preuoſt de Paris interietté par Payen Notaire.* Cui ſimile in Camera Edicti latum die. 30. Decemb. 1598. Dn. Bouyno relatore inter Iacobum & Catharinam *Ninans*, actores: Et Antoniũ *de la Planche*, reum.

Alterum Curiæ Iudiciũ, aduerſus quẽdam nomine Pelerinum die. 7. Septem. an. 1584.

A NOTARIIS, ad Inquiſitores teſtium progrediamur. Hi munus 4.
ſuum obeunt in Vrbe, ac finibus Præturæ Pariſiorum: nec ita dudum publicè depoſitas pecunias cuſtodiebãt. Si verò cum earum depoſitore priuatus alter creditor certet de prælatione & ordine, peto, quænã ſint cognoſcentis partes? Ille enim contendit, in bonis debitoris vendundis, meliùs cum iis agẽdum, qui pecunias fidei publicæ fiducia depoſuerint, penes trapezitas putà, & id genus alios. Quinimò ſi nummi extẽt, vindicari eos poſſe, & futurũ eum, qui vindicat, ante priuilegia. l. ſi vẽtri. §. in bonis. ττ. De priuil. credit. Et l. ſi hominem. §. quoties foro cedunt nummularij D. depoſ. Quibus concinit Pariſien. Mos ſcriptus, artic. 182. Differetur, ad hæc, tutorẽ, qui pupillare æs tractat, eius nomine teneri à die iniũcti tutelaris Muneris, & facultates ſuas tacito pignore Legitimo pupillis obſtrinxiſſe. Id quod non obſcurè teſtatur Seruidius

Examinateurs & Commiſſaires au Chaſtellet Paris, Quorum inſtar ſunt quodammodo *les Enqueſteurs d'Angiers qui furent reiglez auec les Iuges par. 3. Arreſts prouiſionaux, du 2. Septemb. 1489. 2. 1506. & 14. Septembr. Octob. 1519. aux grãds iours d'Angiers. Et reiglez auec les Greffiers par Arreſt d'audience du 22. Iuing. 1568.*

Articuli huius Morũ Pariſien. ſententia, *Auſſi n'a lieu la contribution en matiere de depoſt ſi le depoſt ſe trouue en nature.*

Sceuidius Scæuola in l. Tutoris hæres D. Ex quib. cauſ. pign. Et Conſtātinus Cæſ. l. 20. Cod. De adminiſt. tutor. Vnde ſi tutor bona ſua diſtraxerit, ius pignoris ea ſequetur. Vt Seuerus Imp. reſcripſit. l. vn. Cod. Rem alienam gerent. Illud præterea magis ſingulare eſt, quod Theodoſio placuit ſi mulier, ſuſcepta liberorum tutela, iterū nubat, priuſquàm iis aut tutorē petierit, aut reliqua perſoluerit, ipſius quoq; mariti bona iiſdem tacitè obligari. l. penul. Cod. In quib. cauſ. pign. l. 2. Cod. Quan. mul. tut. Et §. ſi autē tutelā Authent. De Nuptiis. Neque ab hoc loco alienū eſt quod Iuſtinianus ſtatuit, ſi pater in tractandis filijfamiliæ rebus aduentitiis malè geſſerit quidpiam, paterna idcirco bona, ſaltē vt patre mortuo impeti poſſint, tacitè pignori necti, & nexa quidem intelligi, à tempore cœptæ adminiſtrationis. l. cùm oportet. §. non autem Cod. De bon. quæ liber. Idque conſtantiùs etiam dixeris publico nummorū ſequeſtro adplicandum: Quippe qui Regia eiuſce Officij colatione videatur contraxiſſe cum Fiſco, & omnia conſequēter bona ſua tacitè pignori oppoſuiſſe ad tuendam publici Muneris fidem: ne quibuſcum ei res fuerit, talis obtentu Muneris, tanquam plaga poſita, capiātur, aut certè periclitētur. Argum. l. 2. Cod. In quib. cauſ. pign. Inde apud Officium deponi Romæ ſolebant controuerſæ litigatorum pecuniæ. Vt inquit Vlpian. l. ſi fideiuſſor. §. vlt. D. Qui ſatiſd. cogant. l. ſed & ſi. §. planè Ad exhib.

An cōſignatio nummorum poſſit fieri apud ipſum Iudicem, Vide Tiraquellū in Retractu conuentionali. §. 4. In verſ. *en main de contr.* Glo. 7. Non poſſe, iudicatū eſt Areſto Pariſien. an. 1557. 1575. Et Areſto ſanctioris Cōſilii regii die. 29. Nouembr. an. 1581. contra Germanum *Robours Preuoſt d'Orleans, au profit de Ioh. Geffreneau receueur des cōſignatiōs lors nouuellement crée par Edict du Mois de Iuing. 1578. Verifié en Parlement le Iuil. 1580.* Idem cōtra Iudices expreſſum Aruerna Conſuet. art. 8. Tit. De Retractu.

5. CONTRA autem, priuatus creditor ſuggerit, depoſiti vtique rationem imprimis habendam, ſi in ſacculo ſignato depoſitæ extent pecuniæ, ſiue aliis creditoribus anterior ſit qui depoſuit. Aliàs verò, priores creditores à poſteriùs deponēte repelli non debere. l. 9. Cod. Qui potior. in pign. Item minimè probādum quod obiicitur, publico ſequeſtro commendata, retroagi ad diem eius delati muneris, & curationis: quùm lōge diſcrepet tutela pupillorum ab illo depoſitarij publici miniſterio. Nam tutor impuberum, maritúſque rei vxoriæ curator exordio ipſo pupillis, & cōiugi obligantur hypothecario iure: quia res eorum liberè diſpēſant à die ſeu tutelæ datæ, ſeu Pacti connubialis. l. vn. §. & vt pleniùs Cod. De rei vxor. act. l. vlt. Cod. De pact. conuent. Demoſthenes pariter κατ᾽ Ὀνήτορ ſatis indicat, moris olim fuiſſe apud Athenieſes, vt & vxoribus pro dote bona maritorum, & pupillis, tutorum obligarētur. At diſſimilis cauſa eſt publici Inquiſitoris teſtium in Foro Præfecturæ Pariſien. Vtpote qui deponentium nummos identidem tractare occœperit, longo poſt initam Officij adminiſtrationem interuallo. Ruſus mandatæ ei prouinciæ exigua pars ad talia depoſita pertinet, eiuſque functio varia iuris dicundi munia complectitur. Inſuper ſpōtanea eſt nummorum depoſitio penes huiuſmodi Inquiſitores, nec neceſſaria: eòque minùs legū fauore & beneficio adiuuatur. Nec enim Regiis Edictis, aut S. Cōſultis litigator diſtrictè cogitur nummos obſignare penes hoc genus Magiſtratuū: ſed eos poteſt vel Actuariis Fori cuiuſq;, vel proborū virorū fidei cōſenſione litigatorū

Obligàtio eſt mater hypothecæ, quæ nihilo rectius dicitur Obligationis, quàm filia matrem præcedit.

committere.art.8.regij de auctione prædiorum Edicti an.1551. cum S. C.Pariſienſi in eius promulgatione facto.Quapropter Senatus,depoſitores,qui tempore poſteriores forent,iure inferiores pronuntiauit. Iudicio.14.Kal.Sextiles an. 1567 .ſecundùm Iohannem *de Sauart*, qui prouocarat à Sententia Præfecti Vrbi,dicta.3.Iduum Martiar.an.1565. Victo Petr.Portello in Curia cauſidico,cui hypothecariũ ius & ordo præſtitutus eſt ex quo die pecuniã obſignarat penes Ianũ *Bailly*, Examinatorem in Iuridiciali Lutetiæ Sede : Non quo iſte primùm Officij munia ſubiiſſet.Idem ſanè cõſtanter placuit Ornatiſſ.Curiæ,cuius decretum protopræſes Thuanus more ſolenni recitauit, poſt conſultas ſingulas Curiæ claſſes & ſentẽtiam rogatas.Septimo Idus Septembres an.1581.Mota eſt inſuper publici depoſiti cõtentio in viduam mulierẽ,quæ, generi ſui pignoribus captis ob æs alienum , ſequeſtram verbo præbuerit ſe pigneratorũ Mobiliũ:verita forſan , ne extra domeſticas ſedes,in quibus erãt,illa,cum dedecore traducerentur.Diſceptatũ inde fuit, creditori necne in ipſam ius foret,talis Depoſiti lege, experiundi.Diſtinctione verò hac nodum puto ſoluendum.Aut pignerata debitoris ſupellex,reapſe tradita eſt depoſitariæ,& in domũ eius illata.Tũc mulier quidem non minùs re obligatur,quàm pupillus,aut furioſus.l.Naturaliter §.vlt.ff.De condict.indeb.l.ſi à furioſo.ff. De reb.cred.l.4.§.ſi quis pupillo.ff.De dol.mal.& met.except.l.3. De cõmod.l.pupillo l.in pupillo.ff.De ſolut.Sin autem publicè prehẽſa bona,ad feminam illam minimè peruenerint,nec in ipſius ædes inuecta proponantur,tunc ſexus conditione,immunis facta eſt eadem , ciuili hoc curationis bonornm Iudiciariæ munere:vt virilibus aliis Officiis negotiiſq; ciuilibus.l.fœminæ.ff.De reg.Iur.l.1.§.ait Prætor.ff.De poſtul.l.alienam Cod.De procurat.Ac improbabiliùs quidẽ, publici depoſiti fũctio iſthæc mulieri iniũgatur,alterius gratia ac compẽdio,nõ ſuo:contra Rom.S.Conſultum de interceſſionibus.Hinc qui mulierem adhibet ad ſatiſdandum,non videtur cauere:niſi marito dotalem fundum petente,in rem ſuam mulier fideiubeat.l.De die §.qui mulierem D.qui ſatiſd.cogant.

Curiæ Pariſien. Areſtum die.19.Iulii an. 1567.*contre Porteau Aduocat intimé en l'appel de la Sentẽce du Preuoſt de Paris du 13. Mars* 1565.

Areſtum die.7. Sept. an.1581.*entre M.Loys Baudeſſon,Nicolas Durant,& le Chapitre S. Mederic,appellans du Preuoſt de Paris,Et.M Nicol Martin greffier des Requeſtes de l'Hoſtel, & Catherine Gobelin veufue de M.Leon Daniſy intimez*.

Fœminis ſexus ipſe ciuilia munera denegat.(l.3 § corporalia. ff. De muner.& honor.)Tutelæ putà Curæuè publicæ bonorũ.l. vlt. ff. De tutel. l. Cum prætor. §.2.ff.De iudic. Et ita poſtulante in Senatu Procuratore Fiſci,iudicatum fuit. an.1564. mulieres à publicis Viatoribus Cuſtodes bonorum pigneratorum conſtitui non debere.

6 Nvmmi, qui in Menſam publicam fœnebres conferuntur, æquè mobiles permanent,ac Menſa ipſa,cui adplicãtur. Nundinario enim quouis foro vertente,conficiuntur nouæ mutuarum pecuniarum Tabulæ,Nomináque ſingulis Nundinis renouantur. Maius item huius Menſæ fœnus contrahitur,quàm vulgò receptum,& quo nummaria Vectigalia ac cõmercia ſolẽt æſtimari. Vnde nec, in bonis Mẽſæ , anterioris creditoris prior habetur ratio, ſed velut in mouentiũ vniuerſitatem confluunt omnes,vt tributione facta, ſuum creditor quiſque pro rata recipiat.Nec enim aſſentior Baldo, qui pecunias huiuſmodi Menſæ cõtributas cenſuit immobiles,earumque,tanquam rerum ſoli,incapaces eſſe Mẽdicantes cœnobitas. In Cap.Cùm cauſa ad fi. De Senten.& re iudic.In Antiq.Rectiùs meo iudicio Tiraquellus, talem pecuniam,

Pecunia poſita in bãchis (vt vulgo loquũtur) cãpſorum. Cuiuſmodi ſunt Lugduni *Ou les preſts de Banque ſont renouuellez de foire en foire.*

Sic grauioribus vſuris creduntur nũmi trãſcriptitia cautione, ſeu literis Collybiſticis,quibus ſcilicet pecuniæ permutantur.*Lettres de chãge.*

pecuniá, quaſi mobilem, redimi non poſſe gétilitio iure propinquæ cognationis. §. 1. De Retractu lineari Inver. *ou autres choſes.* Glo. 7. Num. 114. Veruntamen inſtitores & procuratores Menſariæ ſocietatis alios creditores ſuperant repetúdis pecuniis in Argentariæ cauſam impenſis. Vlpiani l. Cùm duobus. §. quidam. §. ſi quis ex ſociis Et. §. idem reſpódit Verſ. in exigendóque, priuilegio vtetur D. pro ſoc. Sic hæres ex Repertorio bonorú, antefertur hęreditarijs creditoribus, vt in rem hęreditariam inſumpta recuperet. l. vlt. §. in cóputatione auté patrimonij damus ei licentiam excipere & retinere. Cod. De iur deliber. Ité in reſtituenda hæreditate, cùmprimis reputatio fit expenſorú in eius cauſam & exonerationem. l. 4. Cod De petit. hæred. Similiter dotalem in rem impendia facta minuunt dotem ipſo iure. l. Quod dicitur. ꝟ. De impenſ. in res dotal. fact. Haud aliter ei, qui ob reſtitutionem ædificiorum nummos crediderit, datur exigédi priuilegium. l. 1. ꝟ. De ceſſ. bon. Cú hypotheca tacita Senatuſcóſulto illo introducta, quod ſub Marco Imper. factum refert Papinianus l. 1. D. In quib. cauſ. pign. Rurſùm quas quis inſtruédæ nauis gratia mutuarit pecunias, in his habet priuilegium. Quippe quę totius cauſam pignoris integrá ſeruarint. l. Quod quis. ꝟ. De priuil. credit. l. Interdum l. Huius l. Idemque D. Qui potior Id quod pariter Curia Ornatiſſ. iudicio definiuit. 11. Cal. Ianuar. an. 1590. ad prouocationé ex Prætura Regiæ Vrbis Pariſiorum. Denique magiſter auctionis fundi creditor alios vincit imputatione ſumptuú, quos prærogarit in Forenſia edicta & præconia, quibus ad publicam fundi licitationem peruentum ſit. Regia Gallorum Cóſtitutione an. 1551. Quare Prætorianus etiam Galliæ Senatus inſtitores Menſarij cóſortij, de quo ſupra cæteris antepoſuit Méſæ creditoribus, quatenus in eam conſeruandá pecunias ſuas impendiſſent. Decreto in æſtiuis eius Conſilij Semeſtribus. 9. Kal. Sextiles an. 1578 pro Oſualdo *Sein* inſtitore, aduerſus Chriſtophorum Nitardum, vnum ex creditoribus Menſæ Lugdunenſis.

Les facteurs de la Compagnie de la Banque.

Les frayz du Benefice d'Inuentaire prealablement rendables.

Senatus Pariſiē. Areſtum ſolenniter prolatum die. 22. Decēb. an. 1590. *ſur l'appel du Preuoſt de Paris.*

Les frayz des criées rembourſables par l'Adiudicataire, hors le prix du decret. Par l'Edict des criées.

Magni Cōſilii Areſtum die. 24. Iulii an 1578. *Au Semeſtre, ou Quartier d'eſté Pour les facteurs des marchans & compaignons de la Banque de Lyon.*

7. Nobilis planè fuit illa de creditorum priuilegiis concertatio in Curia Pariſienſi, quorú alij piſtores, & alimétarij id genus, cum pharmacopola cómunis debitoris altercabátur. Illi vtique crediti cauſam alimentariá iactitabát, velut reliquis omnibus ſuperioré. Alimentorú enim priuilegia paſſim decátátur à claſſicis Legum profeſſoribus, in l. 1. D. ſolut. matrim. In l. Cùm hi. ꝟ. De Tranſact. A Bartolo núcupatim in Tract. De Alimentis Et ad Leg. Mela. ꝟ. De alim. & cibat. legat. Sed pharmacorú véditor eidem priuilegio adnititur, quod victus nomine medicamina cótineantur. l. Verbo victus. ꝟ. De verb. ſignif. In Verſ. quæq; ad viuédum homini neceſſaria ſunt l. diuortio. §. impendia Ibi ægrum ſeruum curandú l. ſi cùm doté. §. ſin autem in ſæuiſſimo Verſ. aliméta præſtare, & medicina ei ſuccurrere D. ſolut matrim. l. Quod ſi nolit. §. ſi mácipiú. ꝟ. De ædil. edic. Bart. in l. ſi ab hoſtibus. §. vlt. D. ſol. matrim. Et in l. legatis. ꝟ. De alim. & cib. leg. Ideóq; medicis, cú ægrotaret ſeruus, traditi númi repetuntur cum priuilegio retétionis. l. ſi ne-

Idē primitus pharmacopæi fuere qui & Medici.

ceſſarias. ff. De pignerat. act. Ampliùs, pharmacopœi, creditores sũt nó tátùm rei & mercium, ſed operæ ſimul & laboris aſſidui, quem ægro homini adhibere ex officio debét. Vt nó dubiè ſignificat Hipocrates Coüs, hoc verborum ſchemate. * Δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιεῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν. Lib. 1. Aphoriſm. 1. Itẽ funerariæ actionis prærogatiua trahitur ad omne id quod in corpus erogatum ſit veluti vnguenta, aut medicamina. l. funeris ſumptus. ff. De releg. & ſumpt. fun. l. quæſitum. ff. De priuil. cred. l. 4. Cod. De petit. hæred. Ná & potior eſt curationis ægri cauſa, quàm alimoniæ à cæteris ſubminiſtratæ. Illa enim vitá ſanitatéq; afflicto corpori reſtituit: Hæc corpus in morbos crebrò præcipitat, ingeniíque aciem retúdit. Noto quippe Hippocratis elogio. * Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις. Item. * Ὁκὸ ἂν τροφὴ παρὰ φύσιν πλείων εἰσέλθῃ, τὴν νοῦσον ποιεῖ. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ἴησις. Lib. 2. Aphoriſm. 10. & 17. Proin veteres quoque exiſtimabant, medica curatione vix dignum ſatis præmium ſtatui poſſe. Cleombrotum Ceum medicum Ptolemeus rex centum donauit talentis, ſeruato Antiocho rege. Vt Plinius atteſtatur, Natur. Hiſt. lib. 7. Cap. 37. Decreuit itẽ Pop. Rom. Antonio Muſæ medico ſignum Æſculapio proximum, quòd periculoſo morbo Auguſtũ curaſſet: monumentum publicæ gratitudinis haud vulgare præcipuúque Artis decus. Eidem medico Cæſar ipſe aurum in gens largitus eſt, conceſſitque ius annulorum, nec ei quidem vni, ſed & reliquis omnibus, qui eam artem ſtudioſè in poſterum excolerent. Vt eſt apud Xiphilinum in Auguſto nec longè diuerſum ab Herodoto perhibetur de Democide Crotonienſi, qui Dariũ, cùm pedem luxaſſet, ſeruarat Lib. 3. Quapropter, vt è diuerticulo in viá redeamus, Curia Pariſien. pharmacopœum aliis creditoribus antepoſuit. Vindiciario decreto in publica agitatione cauſarum. 13. Kaléd. Maias an. 1580. pro pharmacopola N. *de Fizes* vnius è protoſcribis Aulicis, pro quo Amelotus dixit: aduerſus Piſtorem, Oenopolam, & alimentarios iſtiuſmodi creditores, pro quibus Portanus egit, appellantes à Prætore Vrbis almæ Pariſiorum. Geneuenſi tamen in Conuentu publico ſancitum eſt, priuilegiarios hoſce Reos credendi pharmacopœis, in ſolutione debiti æris, exęquari. Lege lata pridie Nonas Ianuar. an. 1573.

* Nec vero ſolũ ſeipſum præſtare oportet oportuna facientem, ſed & ægrum, & aſſidentes, & exteriora.

* Non pura corpora quanto plus nutries, tantò magis lædes.

* Vbi cibus præter naturã plus ingeſtus eſt, hic morbum facit: Quod oſtendit ſanatio.

Hipocrates medicus cum peſtis ex Illyrico appropinquare diceretur, ex diſcipulis quoſdam in diuerſas Græciæ ciuitates dimiſit, qui illis laborare incipientibus opem ferrent. Quare eoſdem, quos & Herculi, Græcia illi honores decreuit. Ex Plinii lib. 7. Cap. 37.

Areſtum Curiæ prouiſionale, *donné en plaidant entre les creanciers de Fizes ſecretaire d'Eſtat* die 19. April. an. 1580. *Sur l'appel du Preuoſt de Paris.*

Ordinario Geneuæ *paſſée en Cõſeil general* die. 4. Ianuar. 1573. *Que argent fourny pour les malades pendãt leur maladie, alimẽs & ſemblables frayz, ſalaires de ſeruiteurs pour le dernier an, medecines fournies par les Apoticaires en la derniere maladie, & 6. mois auant la mort, ſerõt priuilegiez, & payez auant tous autres crediteurs, apres la Iuſtice, & le Curateur.*

Sva eſt quoque legatariis hypotheca in res teſtatoris. Blæſius Se- 8.
uerus propinqui ſui hæreditatem adiit, qui octogenta pio Hoſpitali diuerſorio legarat. Hæres cùm præſentem pecuniam non haberet, fœneratitiá debere ſe cauit Hoſpitalis ſacræ Ædis curatori. Is poſtmodùm nuptias coiit, & æris debiti vſuras quotannis pependit. Eius vita fũcti ſucceſſor diem dixit viduæ mulieri, vt nummarij ſe Reditus cum eo debitricem ex ſemiſſe profiteretur. Hæc iudicio deſẽdit, tale Vectigal, in rem debitũ eſſe immobile eòque contractum, antequàm debitori nupſiſſet, agnoſcere, ſe non teneri prætextu cõiugalis Mouentiũ ſocietatis. Huius adeò immobilis Reditus qualitaté ſatis patere decẽni reliquorũ illatione & perſolutione: Qualia Demoſthenes in Orat.

Socius, qui particeps non eſt hæreditatis ſocio delatæ, nec particeps fit oneris legatorum, hæreditati annexi.

contra

contra Androtionem vocat * ἐλλείμματα. At leuiſſimum hoc argumentum ita diluebat Actor, principio nummos legatariis inopibus relictos fuiſſe, mobiles prorſus: Cuiuſmodi perſonalia Nomina futuros etiam coniuges ſimul adſtringunt ex connubiali bonorum conſortio. Nec quicquam mouet vſurarum ſtipulatio interpoſita pro tempore inter Noſocomum ipſum, & præceſſorem debitorem: quaſi debitum æs ante initas nuptias in pecuniarium Vectigal annuum tranſtulerit. Nam & abſque vlla ſtipulatione hæres, qui pium legatum non præſtat intra ſemeſtre ſpatium, penſitat fructus, & vſuras, omnémque legitimam acceſſionem à die obitus teſtatoris. Vt eſt in Nouella Conſtitut. 131. Quòd ſi nihilo minùs adhuc moras nectat, vt eum in ius vocare neceſſe ſit, tum actio in duplum augetur. Sicuti docet Iuſtinianus. §. Item mixta Inſtit. De Action. Sinverò ſemel, atque iterum à Magiſtratu admonitus, nihildùm erogarit, ob fruſtrationem hanc improbam, & peruicacem procraſtinationem, mulctatur omni emolumento ſucceſſionis. cita. Nouella. 131. Quę quidem, in aliorum legatorum cauſa, tum demùm hæredi infligitur pœna fruſtratori, quùm Anni curriculo integro cunctatus ſit, ac ſpreto Magiſtratus iuſſu, legatum ſoluere neglexerit. Vt apparet Noua Iuſtiniani Conſtitut. prima. Itaque de pij legati vſuris, quæ ei Lege inſunt, Pactum conuentum nequaquàm mutat, aut nouat primæuam mobilis debiti cauſam ac conditionem. Nihilò tamen ſecius Antiſſiodori proprætor actorem iudicio reppulit, & viduam mulierem petita nummarij Reditus contributione abſoluit. Quam Sentētiam Lutetiani Patres comprobare non dubitarunt. Tertio Nonas Iunias an. 1578. in publica Fori diſceptatione, quùm Granſegnus pro hærede appellante, & Hamelius pro vidua peroraſſent. In Volumine litium Campanarum. Quæ autem huc religionem iudicantium perpulerit, exprompta cauſa eſt, quia nec ęs alienum, niſi quod ex quæſtu pendet, venit propriè in rationem ſocietatis. l. ſed nec æs alienum. D. Pro ſoc. Multò minùs ex legato debita pecunia, quę annexum habeat delatæ hæreditatis compendium, cuius nullam mulier partem ferat. Argum. l. Verùm. §. ſi ſeruo communi Ibi, nec oportere id communicari, quod quis non propter ſocietatem, ſed propter ſuam partem adquiſierit D. Pro ſoc. Quoties autem ęs debetur, quaſi fundi pretium, & ob acquiſitionem ipſius, Eandem inter cōiuges, quam fundus, conditionem ſortitur, immobiléque, prædij inſtar, exiſtimatur. Vt ſæpiuſculè antea monuimus: Atque adeo iure ſocietatis per ſocium ære alieno ſocius non obligatur, niſi in communem arcam pecuniæ verſę ſint. l. Iure ſocietatis D. Pro ſoc.

* Arrerages.

Noſocomus, Adminiſtrator publicè Domus ægrorum.

Decretum Senatus die 3. Iunii ann. 1578. *En plaidant du Roolle de Champagne. Sur l'appel du Bailly d'Auxerre.*

9. LVGVBRIS porrò ac feneſtus eſt, qui ſequitur, inter creditrices mulierculas ordinis conflictus hypothecarum. Bæbius Maryllus peregrè abiit, relicta domi coniuge. Mox aliena in Prouincia, quaſi liber ac ſolutus, vxorem duxit, ſacris ſolennibus pro more adhibitis. In patrium deinde ſolum redux priorem vxorem enecat. Hunc parricidij reum peregit hæres occiſæ ſoror. Reus ſupplicio damnatur, & mulcta-

Coniugis à marito occiſæ hæres, pro expiatione & reparatione homicidij præfertur ſecundæ vxori pro dote ac dotalitio.

titio in hæredem mortuæ auro, ad cædem expiandam. Subinde iſthuc accurrit peregrina damnati coniunx ignara prioris connubij, proſcriptis eius bonis intercedit dotis ergô & donationis propter nuptias. Clamitat, huius cauſam debiti priuilegiariam alias quaſuis, ex crimine

Num Fiſcus, priuatuſvè creditor ob maleficium alterius, & à quo tempore, habeat hypothecam in eius bona, diximus lib. 3. Domanij Gallici Tit. 19. art. 1.

præſertim, ſuperare: quùm nulla pignorum iura creditori ob ſcelus, Fiſcovè competant ante reorum damnationem. l. Ex iudiciorum. ff. De accuſat. Cyn. ad l. ſi quis poſt Cod. De bon. dam. Bartol. ad l. 1. De Iur. Fiſc. Lib. 10. Cod. Quibus & illa ſubiicit, bona fide contractum à ſe matrimonium, neſcia prioris coniugij mariti, qui illîc extraneus erat. Ob id, ſequentes nuptias, quoad eam attinet, minimè improbandas. Ex Pontificio Innocentij. 3. Reſcripto penul. Qui fil. ſint legit.

INTERFECTÆ verò ſoror hæc ita refutat, mulctam hæredi ſibi 10
adiudicatam, reflecti non modò ad diem admiſſi criminis, ſed nuptialis etiam initæ coniunctionis: cuius ſanctam prioris connubij fidem honorémque maritus vxoria nece labefactarit. Hinc Proculus ait, ſi vir vxorem occiderit, dotis actionem hæredibus vxoris dandam: & rectè.

Vxoricidæ.

Non enim æquum eſt, virum ob facinus ſuum dotem lucrifacere. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. D. ſolut. matr. Rara omninò extare nefariæ huiuſmodi cædis exempla, niſi fortè quàm L. Apronius ſocer generum in filiam ſuam patraſſe coarguerit apud Tiberium Imperatorem.

Mulier noctu interfecta, an à marito cēſeatur occiſa, differit Boērius. in Deciſ. 261. colligitque. Maritum eo ipſo priuari lucro dotis, quod vxor noctu occiſa reperiatur.

Sed & is voluntaria morte damnationem anteuertiſſe fertur à Fabio Quintiliano, In Declamat. Inuenimus certè, Egnatij Mecennij, vxorem, quòd vinum bibiſſet è dolio, interemptam fuiſſe à marito, eumque cædis á Romulo abſolutum. Plinio ſcriptore, Natur. Hiſt. lib. 14. ca. 13. Aliquando etiam maritis lege licuit, coniuges in adulterio deprehenſas ſine iudicio impunè necare. Vt ex oratione Catonis de dote

Quidnam bona fides alterutrius cōiugum in contrahendo matrimonio operetur.

videre eſt, cuius verba in eam rem protulit Gellius, lib. 10. cap. 23. At poſteriori lege marito ademptum fuit ius necis eiuſmodi, ac patri conceſſum. l. patri Et duab. ſequent. D. ad l. Iul. de adult. Can. Inter hæc. 33. Quæſt. 2. Inſuper de bona fide ſecundi matrimonij, qua, aduerſaria dotis cauſam & ante nuptias donationis muniebat, reſpondet altera, præſumptam quidem alienæ digamiæ ignorationem prodeſſe deceptæ coniugi ad ſtatum liberorum, qui nouo ex contubernio editi ſint, confirmandum. Cap. Ex tenore Qui fil. ſint legit. l. vlt. D. Quib. ad libert. proclam. non lic. Not. in l. ſi ignorans Cod. Solut. matr. Aſt illiciti connubij ius ſtatúmque ſyncera alterius fide non ſuſtineri coniuges inter ipſos, nec vxoriæ dotis, quaſi ex matrimonio, condictionem admitti. l. Qui contra. Et ibi Faber Cod. De inceſt. nupt. Nil enim fœ-

In eos, qui duas habent vxores.

dius in optima quaque Ciuitatum Politīa, quam duas ſimul vxores nuptiarum titulo ſibi adſciſcere. l. Nemo. 1. Cod. De Iudæis. l. Eum qui duas Cod. ad L. Iul. De adult. l. 1. §. vlt. D. de his qui not. infam. Concedimus vtiquè, Athenienſes, cùm bellis ac lue exhauſtam ciuibus Vrbem inſtaurare, ſobolémque propagare vellent, decreuiſſe, vti vrbanam vxorem ducerent, ex altera verò fas eſſet procreare liberos. Quam

Legem

Legem ſecutus Socrates, Xantippen duxit, ſimul & Myrto Ariſtidis neptem. Cecrops autem primus Athenis vnicam vxorem vni viro iunxit, cùm antea mulieribus promiſcuè ciues vterentur. Vt tradit Athenæus. Solus necnon inter Lacedæmonios Anaxandrides rex habuit duas ſimul coniuges. Sicuti à Pauſania proditum eſt in Laconicis. Id quod pariter memorat Herodotus in Terpſichore, ſcribens illũ fuiſſe compulſum ab Ephoris ſecundam accipere, ex qua ſucceſſores relinqueret: cùm prior ſterilis crederetur, quòd iam diutius liberos non ſuſtuliſſet. At Valentinianus Auguſtus, vti Iuſtinam, poſt Seueram, duceret vxorem, vafro commento ſanxit, promulgata Lege, volentibus duas vxores habere licere. Quemadmodùm refert Socrates Conſtantinopolitanus apud Caſſiodorum, in Tripart. Hiſtor. Lib. 8. Cap. 11. Et Paulus Diaconus in Valente Imp. Atque vt ſemel finiam, talia Iudicum auribus inculcante hærede prioris vxoris, perſanctè decretum eſt à Senatu, eam pecuniariæ damnationis nomine, etſi ex maleficio, poſteriori coniugi anteferri. Iudicato. 4. Iduum Aprilium an. 1582. quod pridianis diebus Chriſtiani Paſchatis Harleyus Curiæ Præſes proferebat. Nec inſulsè omninò his accommodatur recens CONSCRIPTORVM PATRVM Sententia, aduerſus maritum necis auctorem vxoris, etſi in adulterio tùm deprehenſę. Quem ſcilicet virum Curia Max. ſummouit connubialibus lucris, dotali cautione, ſuperſtiti coniugum pactis: ſimul & bonorum poſſeſſione Prætoria VNDE VIR ET VXOR, quam is petierat contrà Dominicum Fiſcum, qui in bona iuſto hærede vacantia ſucceſſionem ſibi aſſerebat. Decreto ex publica Forenſi concertatione, lato 15. Kalend. Maias ann. 1603. Talço, & Dureto, viciſſim cauſæ patronis. Econtrariò autem, cæſi mariti vidua coniux, cui grande æs mulctatitium in parricidam iudicio addictum ſit, anteponitur creditoribus coniugalis opum ſocietatis: Qui in condemnatum, quaſi debitorem debitoris ſui, adiudicatæ Mulctæ publicam iniecerint manum. Poſtquàm enim illa, connubiali rerum conſortio abſtinere ſe, profeſſa eſt, Indice bonorum peracto, iuſtè ſibi vni arrogat nummariam mulctam, ceu proprium ac peculiare ſibi nomen debitum, ex noua cauſa poſt obitum viri, neque huic hæredibuſvè commune. Muliebris quippe accuſatio in Legis Corneliæ reum ſicarium, magis pertinet ad vltionem offenſæ coniugis & pœnam, quàm ad rem familiarem: nec quaſi rei perſecutoria, hæredibus viri, velut ſocij, communicatur. Argum. Leg. pro hęrede §. vlt. ff. De acquir. hæred. l. 6. l. quæſitum ff. De ſepul. viol. Alia verò eſt hæredum mariti conditio, quibus ſi inſtantibus, mulctatitiæ pecuniæ damnatus ſit reus, hæreditario creditori ius erit, eundem teſtatò conuenire, ne antè hæredibus pœnales nummos exoluat, quàm ſibi priuatim ſatisfecerit.

Cecropia Lex Athenienſium.

Areſtum Parlamenti Pariſien. die 10. Apri. ann. 1582. *Aux Arreſts ſolennels de Paſques.*

Curiæ Placitum, die Iouis 17. April. 1603. inter Scipionem *Menaliots* viduum coniugem, qui cauſa cecidit: Epiſcopum Pariſiorum, temporalem dominum ſuperiorẽ: Et peregrinos quoſdam ex Italia defunctæ propinquos, pro quibus dixit Pailletus: inter quos, & præd. Dominum, Regiumque Procuratorem, lis conſilio commiſſa eſt.

Vidua quę renunciauit Cõmunitati bonorum coniugali, recipit liberè mulctam ſeu reparationem homicidii mariti ſibi adiudicatã, ſine onere debitorũ d. Communitatis.

11. TROILVS Vrſinus, ex Vrſina gente Romana, teſtatus obiit Lutetiæ, Nouembri Menſe an. ſequimilleſ. 77. Is poſtremo elogio pauperibus dari iuſſit trecentos numos aureos, fratris arbitratu diſtribuendos:

In eámque cauſam obligauit pignori omnia bona ſua, quæ haberet, habiturúſve eſſet. Procurator Fiſci in Senatu poſtulauit, legatum Pariſienſibus egenis præſtari. Ego autem, pro Horatio Roſſeleo curatore teſtamenti publicè dixi, vix iuſtè quicquam de eo ſtatui legato poſſe, niſi adhibito fratre defuncti, Romæ degente, cuius in arbitrium tota ea res collata ſit. Supremorum quidem mādatorum procuratorem in relictis ad pias cauſas obtinere vicem hęredis, & inconſulto hęrede, legata pia erogare. Innoc. in cap. Cùm tibi De Teſtam. Bartol. Iuris Reſponſo. 25. l. Nulli Et ibi Bald. Cod. De epiſc. & cler. l. Alio hærede Vbi Bart. ff. De alim. & cib. leg. Tiraquellus in 81. Priuileg. piæ cauſæ. Verùm hoc ita accipi, niſi alia teſtantis mens liquidò appareat, quæ in ſupremis huiuſmodi iudiciis principatum tenet. Cùm igitur moriens legatæ pecuniæ diſpenſationem fraternæ optioni arbitrióque permiſerit, Teſtamentarij curatoris intereſt, negotium dirimi cum eo familiæ arbitro, ceu iuſto contradictore: vt alienę voluntatis miniſtro ſecurior liberatio pararetur. Nec enim defuncti fratri Romano ciui deerit forſan litigādi cauſa probabilis, vt Romani potiùs, quàm Lutetiani pauperes à moriente electi videantur.

Auctoris Oratio in Senatu pro Executore teſtamentario.

NAM ſi reuera pauperibus incerto vocabulo relictum fuiſſet purè 12
ac indefinitè, tunc cenſerentur ſolùm vocati eius inopes Vrbis, in qua teſtator larem foueret. Iuſtinianea lege Si quis ad declinandam Cod. De epiſc. & cler. §. ſi quis in nomine Authent. De Eccleſ. titul. l. Quoniam in pleríſque Cod. De ſacroſ. Eccl. Item cùm in teſtamento ita ſcriptum ſit, VT ALIQVID IN FORO FIAT, neque adſcriptum ſit, in quo Foro: Antiſtius Labeo putat, in eius foro Municipij faciendum, in quo teſtator domicilium habuerit: niſi aliter, quid mortuus cenſerit, apertè dignoſcatur. l. quæ conditio. §. 1. ff. De condit. & demonſtr. Sed aliud hoc loco voluiſſe teſtantem, ex eo patet, quòd fratrem Romæ agentem, exequendi pij legati arbitrum deſignarit. Planum eſt quippe, Vrſinam Romæ nobiliſſimam familiam à ſumma iam vetuſtate inclaruiſſe. Longobardi enim, ſub Artari Flauio Rege Saturniam Hetruriæ vrbem diripuerunt: fruſtra auxiliantibus Gabinio Sorano, & Roſcio Anguillario copiarum Ducibus egregiis, ann. 588. Mauritio Imp. & Pelagio. 2. P. ſedente. Quúmque Romā dehinc illi obſidione cinxiſſent, Vrſinus & Primienus fratres C. Vrſino geniti, qui Spoletū Vmbriæ oppidum tuebantur, cum exercitu auxilio venerunt, acceptiſque à S.P.Q.R. Inſignibus, quæ nunc geſtant, donati ſunt præterea iure Ciuitatis, locúmque in regione Arenulæ iuxta Tyberim incolendum aſſecuti. His alij quinq; fratres extitêre, Tarquinius, Quintiolus, Sextinus, Carentius, & Secundinus. Ex his ſenſim orti Conſtantinus, & Raymundus Vrſini, qui ſub Karolo Mag. aduerſus Longobardos militarunt: Pitilius, ad hæc, qui Pitilianum in Ethruria condidit. Sicuti Petrarcha in antiquo Codice ſe reperiſſe teſtatur, & Raphaël Volaterr. refricat, Anthropolog. Lib. 22. In Nicolao. 3. Vrſino Pontif. Max. Nonnulla etiam, Franciſc. Sanſouinus, *di Caſa Orſina* prodidit literis. Atque,

De familia *des Vrſins*. Ex qua prodiiſſe etiā ſe ait, in Lib. manuſcripto Ioh Iuuenalis Vrſinus, eques. Baro *de Trauel*, Regis conſiliarius, qui deceſſit Pictauis, Die Paſchatis 1. Aprilis an. 1431. Ex eo deſcenderunt inter cæteros Ioh. Iuuenalis Epiſcopus Bellouacenſis, & Laudunenſis, Iacobus Iuuenalis Vrſinus Rhemorū Archiepiſcopus & Prę ſes in Camera ratiociniorum. Ioh. Iuuenal. Vrſinus Cancellarius Franciæ. De quibus Nos lib 3. Sacræ Politiæ. Tit. 4. art. 21.

Nocolaus 3. Vrſinus. Compoſitus vulgò appellatus ob morū

Atque, vt inſtitutum repetam, teſtator ipſe Romanus Lutetiæ incolatu natiuam ciuitatem nec amiſiſſe creditur, nec adſcitæ poſtpoſuiſſe. Argum. l. Adſumptio D. ad Municip. Vnde vero ſimile fit, legantem cum pauperibus, Romanorum præſertim delectum haberi voluiſſe. Verumtamen LVTETIANI PATRES iudicio decreuerunt, optari à fratre defuncti, procuratorio inſtrumento intra bimeſtre, cuinam egenorum Collegio apud Lutetiam relictos nummos tradi vellet. Areſto Pariſienſi. 7. Idus Sextiles ann. 1578. Scilicet in ambigua piè teſtantis ſententia, cognoſcenti ius eſt, quibuſdam gratificari. Vt ex ſuppari controuerſa ſpecie Afflictus cenſuit, Neapolit. Deciſ. 244. ſecundùm Bartol. ad l. Hoc articulo. π. De hæred. inſtit. In propoſito etiam, conſultus reſpondit Alexander Imolenſis, legato pauperibus ſine prçfinitione loci relicto, intelligi pauperes in Ciuitate degentes, in qua teſtator domicilium collocaſſet ſedémque fortunarum. Conſil. 91. Volum. 7. Nec abſimiliter prorſus, metrica Naſonis ſententia, hęredi iuſta prçſtatur excuſatio, qui, cùm à teſtatore iuſſus eſſet, corpus eius Argos aduehere, hoc neglecto præcepto, cum in Italia, vbi defunctus erat, ſepelierit.

modeſtiam, Iordanū fratrem, Latinúmque fratris filium in Patrū Collegiū cooptauit.

Decretum Curiæ Pariſien *donné en plaidoirie*, die 7. Auguſti an. 1578.

Sæpè tamen Patriæ dulci tanguntur amore,
Atque aliquis moriens hoc breue mandat Opus.
Mittite me in Tyberim, Tyberinis vectus vt vndis,
Littus ad Inachium puluis inanis eam.
Diſplicet hæredi mandati cura Sepulchri:
Mortuus Auſonia conditur hoſtes humo.

Ouid. lib. 5. Faſtor.

13. CVM Lex obligationi occurrit, pignora quoque liberantur, & fideiuſſores. Hoc colore, quidam de pignorum ſuorum capione queſtus eſt in Sũma Curia, appellationis præſidio: quùm ſuggereret, Obligatorias tabulas, quas pignoribus captis executus eſſet apparitor, metu Principis extortas, & Prætorio edicto irritas dici oportere. Nos verò pro creditore, obligatum, qui talia iactaret, minimè eſſe audiendum. Hunc quippe ab ipſomet Principe, qui eum ſuo creditori delegarat, ſtipulatum indemnitatis nomine tantumdem ex Fiſcali ærario, cum debiti Aſſis quadrante, velut quæſtuario lucro, ac præmio interpoſitæ ſponſionis. Eum igitur non tam fide ſua eſſe iuſſiſſe pro alio, quàm ſibi, & in rem ſuam cauiſſe exiſtimari. Sic Romæ Marius Paulus expromiſit, pro Daphnide, mercedem pactus ob ſuam fideiuſſionem, & ſub nomine alterius ex euentu litis cauit certam ſibi quantitatem dari. Is deinde volebat à Daphnide mandati iudicio conſequi quod erat condemnatus. Sed rectiſſimè Diui fratres reſcripſerunt, nullam actionem eum propter ſuam calliditatem habere: quia mercede pacta acceſſiſſet ad talem litis redemptionem. Vt refert Domitius Vlpian. l. 6. §. vlt. D. Mandati. Ita ſi pro aliquo mulier interceſſerit, & in rem eius, quod acceptum eſt, vertatur, exceptio S. Conſulti non procedit, quia nec illa fit pauperior. Calliſtrati l. 21. D. ad S.C. Velleyan. Libero item homini, qui vt pretium partiretur, vænire ſe paſſus ſit, negatur procla-

Qui pro debitore principali ſoluturum ſe cõſtituit, pacto ob id clanculum emolumento aliquo vltra indemnitatē, an Reſcripto reſtitui poſſit aduerſus talem pro eo ſuſceptam Obligationem.

matio ad libertatem: indignúſque iudicatur auxilio Prætoris fideicommiſſarij, qui maluerit ſe venundari, quàm fideicommiſſam libertatem petere. l. ſi vſumfructum. §. in ſumma. ꝟ. De liber. cauſa. l. penul. D. Quib. ad libert. proclam. Adferebam inſuper conſignatas veterum Auctorum ſententias, quibus planè conſtaret, Principes vi maiore in ſubditos non vti, nec eos paciſcendo terrere ſolitos: aduerſarium ſaltem, dignum Cęſaris ira non videri. Neutiquàm enim ferendus eſt, quiſquis Principali ſe auctoritate captum & circumſcriptum obtendat. l. 1. Cod. De his qui ven. ætat. Quod autem debitor ipſo die contractæ Obligationis clanculum conteſtatus ſit, ſe non teneri, quia Regio iuſſu miniſque illa ab eo exprimeretur, id prorſus inefficax eſt ad debiti cautionem reſcindẽdam. Diuerſæ enim voluntatis profeſſionem huiuſmodi nunciari oportuit re integra creditori, ne alterius ſe fidei permittens, in captionem incideret, damnóque adficeretur. l. ſi mandaſſem. D. Mand. l. vn. Cod. De ſatiſdando Et Bart. per eos Text. in l. Non ſolùm. §. morte. ꝟ. De noui oper. nunciat. Item doli præſcriptio, quæ deleganti obiici potuerit, minimè obſtat creditori, cui quis delegatus ſit. Pauli I. C. reſponſo in l. 19. ꝟ. De Nouation. Senatus vtrinque decertatum negotium reuocauit ad deliberationem ampliorem. Quarto Kal. Apriles an. 1590. Me, Caroli Lotharingi, Albeufij Ducis: & Mario, Sebaſtiani Zameti cauſam orantibus.

Proteſtatio ab eo, qui ſe obligat, facta remotis arbitris, prætextu metus à tertio illati, niſi à proteſtãte notificata ſit alteri, cum eodem bona fide contracturo, nil valet, nullúmq; operatur effectum.

Appoincté au Conſeil en Parlemẽt, die 29. Mart. an. 1590.

Hvmanivs porrò cum iis agendum, qui gratuito officio, & amicitia pro aliis intercedant. Verbi gratia, Iunio Menſe anni 1589. quidam Pariſien. Academiæ typographus, ſponſor acceſſit alienæ conductioni Ædium, quas Nicol. Montano locarat in ſexennium Pręfectus Nauarricæ Scholæ. Haud multò pôſt, infeſto Marte petita Vrbs, ter obſeſſa vndíque, & hoſtili acie velut Sagena circumuallata: Sic, vt diuturna obſidione ſoluta, inquilinus ipſe, cum multis aliis, inops egénſque perierit. Sub exitum anni 1590. Ac ſubinde domini ædium, locati experiuntur in fideiuſſorem, vt tranſacti temporis penſiones exolueret, conductioniſque in poſterum legibus pareret. Damnatus hic à Prætore Pariſienſi, Senatum appellat: apud quem Nos ſuſcepto huius patrocinio, defendimus, eos qui acceſſionis loco promittant, in duriorem, quàm reos ipſos, cauſam & conditionem adhiberi non poſſe. Atquin habitatori etiam ipſi à conductione diſcedere licuit, domóque emigrare iuſto timore periculi, quamuis periculum vere non fuiſſet. Alfeni leg. 27. §. vlt. D. locat. Nec verò probabilior alius in ciuem metus cadit ac terror, quàm à Bellico illo ſtrepitu fragoréque armorum continuo, dum ſuburbani Pariſiorum agri à milite vaſtarentur, omnia vicatim circumſonarent Typanorum pulſu & clangore tubarum, dum machinis tormentiſque bellicis mœnia cum ædificiis quaterentur, dum multus vbique pauor, & plurima mortis imago. Qua quidem ingruente vi, tempeſtatéque militari, putat Baldus, Emphyteutam (qui temporario colono arctius, tenetur) emphyteuticis Pactis liberari. In l. 1. Num. 9. Cod. De iur. emphyteutic. His ſubnectebam, 14

Auctoris actio forẽſis pro Leodegario Dulaſio, qui eius Libros typis excudebat.

quàm

quàm plurimos mortales extrema tùm omnia perpeſſos, ſeu longæ obſidionis tædio, ſeu annonæ penuria è viuis exceſſiſſe. Quo itidem mortalitatis infortunio locationem ſolui, ait Panor. in Cap. propter ſterilitatem De locat. Atque eò impenſiùs fauendum ex cauſa fideiuſſoria obligatis, qui inani aduerſus egenum reum actione nihilùm alleuentur. Vnde ſanctioribus veterum Oraculis monemur, SPONSIONI NOXAM PRÆSTO ESSE: Quod & Græci Prudentes dicebant, periculoſum, * ἀναδέχεσθαι. Exin quoque Solomon in Adagiis ſacris nos deterret, ne paſſim aut temerè pro alio quicquam expromittamus. Eadē ratione, ſummi beneficij loco indultum eſt Muſarum ſtudioſis, ne alienæ obligationis, debitíque æris nomine moleſtia afficiantur, Cæſareo Friderici Ænobarbi priuilegio an. 1156. quod in Iuſtinianeum Codicem traductum eſt. Authent. Habita Tit. Ne fil. pro pat. Singularia autem id genus Scholaſticorum iura traxerunt poſteri ad Librarios ſeu βιβλιογράφους, qui libros ſua manu deſcribebant ante vſum Typographicæ officinæ. Vt cenſuit Baldus nominatim, ad §. hæc autem tria In Proœm. Digeſt. Et Albericus in l. Inter eos D. ex quib. cauſ. maior. Id quod hodie meritò trásfertur ad Chalcographos, qui in taliú Scribarum operas miniſteriáque ſucceſſère. Conſtat enim, à Ioh. Guttembergio Argentinenſi inuentam Typographiam, An. 1440. Quæ plures chartulas vno die, quàm anno calamus poſſit exarare. Vt eſt apud Fulgoſium lib. 8. Cap. 11. Quùm igitur in hanc litem coëant ſimul & concurrant ſcholaſtica Nauarrici Muſæi, & * Bibliographōn priuilegia, ſeu qui Libros publicis formis imprimant, fauorabilior iſtorum cauſa eſt pro conductore intercedentium, quàm proprietarij locatæ domus: Cui videlicet, ſuæ rei caſum, aut periculum ſubire, expedit potiùs, quàm ab aliis præſtari iudicio locati poſtulare. Sicuti Imperator Antoninus cum patre ſimiliter ſcripſit l. ſi quis domum. §. penul. D. locat. l. pignus Cod. De pignerat. act. His verò Gymnaſiarcha opponebat vtiquè, Domus conductionem feruente Bello contractam An. 1589. eóque conductionis correis ſeruandam, qui tanquam inopinato ciuili Tumultu circumuenti non fuerint. Argum. l. qui bona fide §. cùm inter. ff. De dam. infec. l. ſi quis domum. §. idem quærit D. locat. Item locationis inſtrumento conueniſſe, ne inquilinus, ſponſorvè pro eo adhibitus, vlla exceptione ſe tueretur aduerſus ſcriptas Pactiones. Sed hæc refutans diſtrictè aſſerebam, ciuilis Belli tractum longæuú morámque anxiam præuideri à paciſcētibus nequiiſſe, nec incredibilem ferè Vrbis obſidionem illam pertinacem Anni inſequentis. Proin generali Conductionis clauſula, de qua ſuprà, minimè exceptioni renunciatum videri admirabilis rerum euentus huiuſce, qui vel mortalium fidem ſuperarit: tantùm abeſt, vt humani ingenij captu anteuerti potuerit. Ex Vlpiani ratione in l. Sed & ſi quis. §. quæſitú D. Si quis caution. Ac Labeonis leg. 78. §. vlt. ff. De contrah. empt. Deniq; ex iis omnibus colligebá, huic præſertim ſubueniendum, qui in fideiuſſoriá Obligationem reſtitutionis auxilium Diplomate obiter imploraſſet.

* ſpondere, & in ſē obligationē pro alio recipere.

Ne Scholaſtici pro alieno debito inquietentur.

Typicæ Impreſſionis Librorum inuentio.

* Libros deſcribentium.

In concurſu Priuilegiatorum locus eſt Iuri communi.

Ecquid operetur derogatoria caſus fortuiti clauſula, ex hoc §. quæſitū. Vide Cuiacium, lib. 14. Obſeruat. 7.

Partibus auditis, Senatus decreuit rectè prouocatum, nummariæque mercedis triente ſponſorem abſoluit: niſi Ædium domini eundem conductione tota liberum abire mallent. Areſto Pariſienſi extemporaneo, Pridie Kal. Feb. an. 1591. quùm Nos pro appellante, Chauuelinus pro Gymnaſij Magiſtro, dixiſſemus.

Decretum Curiæ Pariſien. *donné en plaidoirie*, die vlt. Ianuar. an. 1591.

Æs alienum connubialis ſocietatis viduam obligatam tenet Pro 15.
ſocio actione ſolùm ex parte dimidia. §. 507. Andegau. Conſuet. Sed inſolidùm necne hypothecario nexu teneatur vxoria portio bonorum communium, ambigitur. Quidam enim fortè ſenſerint, hypothecariam, velut perſonalis actionis comitem, appendicem, & pediſſequam, vlteriùs non produci, quàm in perſonam actionem, qua, mulier ex ſemiſſe duntaxat Nomina diſſoluit. Receptior tamen eſt diuerſa opinio, quùm Municipalibus conſtitutionibus marito liceat paciſcenti, res omnes cum vxore communes pignori opponere creditori. §. 289. Andeg. Leg. In maleficiis non ita. §. 145. eiuſd. Conſuet. Sicuti igitur vnus ex multis hęres, qui in perſonam actione viriles modò hæreditarij oneris partes ſuſtineret, totum exoluit ac liberat hypothecaria formula: Ita muliebris portio communium opum viri & vxoris, in ſolidùm pignerata manet communi æri alieno. Iuxta. §. 468. patrię Leg. de indiuidua hypothecarum conditione, quā & adſtruunt Iura Quiritum, l. Hæredes §. idem obſeruatur D. famil. herciſc. l. ſi rem alienam §. omnis pecunia ff. De pignerat. act. Sed indemnem viduam ex media parte mariti hæres ſeruare compellitur. cita. artic. 507. Porrò dotali ære creditrix mariti coniux, poſtponitur nonnunquàm priuato alteri, ex crimine mariti, Hypothecario etiam iure. *Verbi gratia*, Armorico Ritu, hypotheca tacita contrahitur, pœnę mulctævè nomine, in reum flagitij, à die eius admiſſi. §. 139. vetuſtæ, 178. nouatæ Britonum Conſuetudin. Hoc præmiſſo, Britonicæ Rector Prouinciæ, reus agitur apud Principem, à mercatore prouinciali, quòd naui vectas, rei annonariæ merces ſuas, quæ Regiis naualibus copiis alendis dicatæ erant, ille depeculatus ſit. Reus interim, ſplendido inito coniugio, multa in rem vxoriam ſpondet, obſignatis Literis, ſub hypotheca bonorum: quæ extra Armoricam Oram vniuerſa poſſidebat. Inſtante deinceps Negotiatore illo, qui Naui mercimoniiſque ſpoliatus fuerat, mulctæ damnatur reus, pretiíque captarum vi mercium. Inde mortui ipſius in bona inuolant, cum accuſatore creditores alij, velut agmine facto, in iiſque, vidua mulier, dotis ergò, & donationis propter nuptias. Cui ſimul, ac reliquis creditoribus, antefertur mercator, qui à defuncto iniuriam damnúmque prior grauiſſimum acceperat. Sententia Præfecti Vrbi Pariſiorum dicta Quintili Menſ. an. 1602. Abs qua prouocans Senatum vidua, eiúſque creditores obnixè differebant, pœnis Fiſcalibus, priuatiſvè hypothecarios creditores præferri. (l. quod placuit. ff. De iur. Fiſ.) Nec, ſingulari More Municipij, proditam ex crimine bonorum hypothecam, ad ea

Vidua autem renuncians bonis cum viro communibus liberatur omnino debitis cōmunitatis. Cuiuſmodi ius eligēdæ renunciationis, aut acceptationis bonorū communium, quod mulieri cōpetit tranſit ad eius hæredes. Quia illi ſuo iure & commodo competit optio, nō alieno iure & emolumēto. Vt diſtinguit Bart. in l. illud aut illud. ff. De opt. leg. l. ſi quis arbitratu. ff. De verb. oblig. Excepto, ſi in cōtractu matrimonij præciſe dictū ſit, mulierem, *en cas qu'elle ſuruiue*, renunciaturā, ſi velit. Tunc enim eiuſdem præmoriētis hæredes non poterunt renunciare cōmunioni bonorum. Iudicato *aux Arreſts generaux de Paſques 9. d'Apuril 1591. au proffit de Iean Bahuet appelant du Preuoſt de Paris, contre Mich. Soreau, & cōſors intimez.* De quibus vide ſupràſcripta Tit. De cōiugali bonor. ſocietate artic. 5.

Britonica Conſuet. bis reformata fuit auctore Principe. poſt antiquiorē patrium Codicem Conſuetudinarium: Nempe an. 1539. & 1580.

ad ea produci, quæ alieni finibus Territorij ſepta tenerentur. Iuxta leg. vlt. ꝟ. De Iuriſd. omn. Iudic. l. ſi fundus. ꝟ. De euict. Bartol. ad leg. 1. Cod. De ſum. trinit. His verò mercator opponit, velut Fiſcali iure ſubnixus, Eum qui Regiis mandatis Prouinciæ præſit, iam inde cuncta ſua, vbicunque regionum Gallicar. iaceant, tacitè oppignerasse Principis Fiſco, ex malè geſtis, ceu Ratiociniis publicæ tutelæ Prouincialium, patriæque Reipubl. quæ minorum annis iure vtatur. l. 1. Cod. In quib. cauſ. pign. l. aufertur. §. fiſcus ꝟ. De iur. Fiſ. l. 7. Cod. De priuil. Fiſ. Nauem præterea, eiúſque merces, quarum rapinæ reus debitor foret, priuilegiarias fuiſſe, Regio nimirùm exercitui inſtruendo deſtinatas. Fiſcale item priuilegium communicari priuatis, quorum alioquin periculi ſuccedaneus, debitor Fiſcus exiſteret. l. 3. & vlt. Cod. De priuil. Fiſ. l. In fraudem. §. qui pro alio. ꝟ. De iur. Fiſ. Quocirca LVTETIANVS SENATVS, Prætoris vrbani Sententiam comprobauit: ita quidem, ne iudicata res iſthæc ad exemplum protraheretur. Decreto poſtridie Iduum Februar. ann. 1603. quùm Arnaldus, viduæ Comitis: Doleus, mercatoris Armorici: & Robertus, aliorum creditorum cauſam peroraſſent.

Pariſienſe Areſtum in pomeridianis cauſarum actionibus die 14. Febr. 1603. pro vidua N. *Caillot*, mercatoris Nannetenſis, contra viduam Comitis *de Sagonne*, eorumque perſonales creditores, qui à Præpoſito Pariſien. appellarant.

Fiſcale etiam priuilegium, in colonos Fiſci ceſſibile eſt. Vidi Papæ Deciſ. 61. & 108.

16. AMPLIVS, tutricis matris vir ſecundus, bonáque eius omnia reliquis tenentur rationum tutelarium Iure Ciuili. Nûm verò pupillus hoc nomine priuatis vitrici creditoribus potior ſit, haud planè liquet. Hac quidem diſtinctione nodum diſſolui arbitror. Aut credita vitrico pecunia eſt, antequàm pupilli matrem ſibi connubio deuinxerit: Tunc certè anteriores tempore, ſunt etiam iure ſuperiores. Quamuis enim mater filij tutelam iniiſſet, priuſquàm alias nuptias: legitimæ tamen hypothecę priuilegium minori annis competit in tutricem ſolam, non in tutricis ſocium, niſi ex quo die coïta fuerit inter eos fortunarum ſocietas. Pœnalis quippe eſt Cæſarea Sanctio bonorum ſecundi mariti obligatoria, in nouum coniugium, antea pactum, quàm mater ex geſtę tutelę rationibus iuſta perſolueri. Theod. & Valentin. Impp. l. ſi mater Cod. In quib. cauſ. pign. Cùm Iuſtin. Nouella. 22. Cap. 40. Quòd ſi tutricis maritus deinde conflarit æs alienum, vix eſt, vt noui creditores euincant tacitam priuigni hypothecam in bona vitrici. Sed talis hypothecæ vis & efficacia pertinet tantùm ad ſemiſſem debitorum vxoris, cui, ſuperueniens maritus, bonáque ipſius omnia iure ſocietatis obligantur. Alia námque viri, alia vxoris cauſa eſt: quùm ille ſuas, communéſque res licitè vniuerſim oppigneret, iſthæc modò dimidiatim, & pro qua parte Mos patrius opum conſortes vltrò citróque debitis alligarit. §. 289. ac 507.

Hypothecaria non prius naſcitur, quam perſonalis actio, cui accedit. Quæ perſonalis ex cõiugali bonorũ ſocietate quæritur.

17. VERVM & hæc diſtinctio non procedit in fructibus vxorij patrimonij, qui à curatore bonis dato coacti ſint præcepto Magiſtratus. Exempli loco, vterque coniunx variis ſeorſim creditoribus obæratus erat: Vtriuſque etiam fundos promiſcuè inuadunt creditores, publica iniecta manu, ac ſequeſtris illorum poſſeſſioni impoſitis. Mariti bona

Les fruicts des propres de la femme ſaiſis en main de Commiſſaires n'appartiennent au mary, ny à ſes creanciers, s'offrans autres creanciers particuliers de la femme, qui les precedent, comme partie du fons à eux hypothequé.

propalàm vęneunt iure haſtarum: mox ipſius creditor, qui ſuum conſequi non potuit ex venditorum pretio, in ius vocat curatorem fundorum mulieris, qui auctione pariter diſtracti fuerant. Ab eo petit medij temporis fructuum rationes edi, ac quicquid reliquatus is comperietur, ſibi adnumerari. Intendit quippe, rei vxoriæ prouentus ad virum, debitorem ſuum, conſtante matrimonio pertinuiſſe: donec illa res, inſtantibus creditoribus, publicè venundata eſſet. l. fructus D. ſolut. matrim. l. pro oneribus Cod. De iur. dot. At creditores vxoris enixè intercedunt, ne illi rationes & reliqua adminiſtrationis fructuum reddantur. Quàm primùm enim itum ſit in poſſeſſionem vxorij agri, iam inde mariti ius in vxorios reditus deſiiſſe contendunt. Fructus námque pendentes eſſe fundi partem, ac fundum ſequi pigneratitium, nec deinceps ad virum ſpectare in diſpendium priorum coniugis creditorum: qui in hypothecas ſuas inuecta manu, tempeſtiuè ſibi vigilarint. l. 27. ϖ. De Vſufr. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ϖ. De action. emp. Cui quidem ſententiæ Nos cum primæ notæ patronis calculum adiecimus.

De primatu ordinis inter creditores defuncti, & creditores hæredis, in bonis ipſius defuncti.

FIDEIVSSOR, qui reum criminis iudicio ſiſti promiſerat, & *Iudicatum ſolui*, tantidem damnatus eſt à Senatu, quanti ea res erat, ſeu quantam æris ſummam eo nomine ſpoponderat, an. 1564. Rei mortui bona propinquus hæres adprehendit: Mox peculiares huius creditores in ea publicam manum immittunt, & auctionum Solennibus peractis, curant pluris licenti addicenda. Concurrit eodem ille defuncti creditor ex cauſa fideiuſſoria, & pignorum pretium ſibi dari poſtulat ante hæredis creditores hypothecarios, velut tempore & cauſa inferiores. Debitoris enim facultates cum ſuo onere æris alieni tranſmiſſæ ſunt in iuris ſucceſſorem. Nam etſi huic futura, cum præſentibus, hypothecæ ſubiicere licuerit, ac hæreditaria, cum propriis hæredum paciſcentium, veniant generali bonorum obligatione. (l. 1. ϖ. De pign. l. ſi quis in cuiuſcunque Cod. Quæ res pign.) Hoc tamen ita locum habere interpretamur, niſi defunctus anteà fundos ſuos creditoribus oppigneraſſet. Vt enim à vero domino ſua de re ſtatuta, iis præualent, quæ incerta ſpe futurus hæres circa eam decreuerit: Ita creditores defuncti priores, potioréſque ſunt aliis hęredis creditoribus. Ille quidem agnoſcit, nullum ſibi ius expreſſæ hypothecę datum Iudicati ſoluendi ſponſione, ante tempora Edicti Molinenſis Francici, quod rebus ritè iudicatis, victori hypothecam præbet in bona damnati. Ab ann. 1566. Sed nihilò ſeciùs parta ſemper paratáque fuit Iudicati perſecutio creditori, vt vel manu militari quod iudicio euiciſſet, id extorqueret. Vlpiani l. Minor annis. 25. cui fideicómiſſum. D. de minor. l. Qui reſtituere. ϖ. De rei vindicat. Multò adhuc iuſtiùs, eú, qui pro alio cautione interpoſita, vinculis carcerúmque coërcitione ſe obſtrinxerit, priuilegiario ſaltè iure ſuum repoſcere ex bonis defuncti: cuius etiam cú fortunis caput ſuæ indénitati obnoxiú habuiſſet. Atque adeo Vlpiani verbis IVDICATVM SOLVI ſtipulatio expeditam continet quantitaté. 18

Andeg. Conſ. art. 146. *l'adueu d'aucun meuble deuement applegé emporte ſequeſtration d'iceluy.* Quæritur, *ſi le plege de l'aduouant ſera tenu* de omni iudicato ſoluẽdo, i. de expenſis, & intereſſe. Puto quod ſic, *encores qu'il ſoit plege du ſimple meuble adoué Car* alioqui *ceſſant l'applegement dudit adueu, le meuble n'euſt pas eſté ſequeſtré, ne le poſſeſſeur depoſſedé. Et quant au meuble en ſoy, le ſequeſtre ſeul eſt aſſez ſuffiſant pour en reſpondre* Ergo fideiuſſionis effectus vlterius porrigitur.

Intantum

Intantùm enim committitur, inquantùm Iudex pronuntiarit. l. 9. D. iudic. ſol. Vetuſtiſſimus quippe vſus eſt ſatiſdationis *Iudicatum ſolui*, vel ob rem quoque non defenſam, vel iudicium non acceptum. Nam Tullius in Orat. pro Quintio ait, vbi ſit iudicium de re, aut vtrúmque, aut neutrum ſatiſdare debere. Alterum extat Vlpiani reſpóſum, quod agit de iudicio perſonali, in quo dicit minimè neceſſariam eſſe ſatiſdationé, ſi ipſe reus defendat, ſed ſi alius. l. 5. §. vlt. D. Quib. ex cauſ. in poſſeſſ. Criminis autem reum ſiſtendum qui ſatiſdatò promiſerit, nec exhibuerit, pœna nummaria plectitur. Quòd ſi neque cautione, neque in decreto præſidis certa quantitas comprehenſa eſt, Præſes de modo pecuniæ, quam inferri oporteat, conſtituet. l. ſi quis reum. ꝶ. De cuſtod. reor.

Priſcus ſatiſdationis iudiciariæ vſus de iudicato ſoluendo.

Proponens errorem contra Areſtum, tenetur ſatiſdare iudicatum ſolui Antiqua Ordinatione Francica Ludouici 11. Menſe Nou. an. 1479. quæ nuper obſeruata eſt Decreto Curiæ Pariſ. (me dicente) die 26. Nou. an. 1577. inter Franciſ. *de Gorrenor*, Et N. *de Malain* vxorem actores, & Margaretã *Deſpinas* tutricem liberorum ſuorũ, ream, pro qua Eſcorceueus egit.

19\. Hæredis verò creditores hypothecarij, contrà diſſerunt, ſua pignora fideiuſſori *iudicatum ſolui* minimè obligata fuiſſe. Statam ac ſolennem inter creditores eſſe hanc Iuris regulam, vt hypothecarij alios dubio procul anteuertant. Quemadmodùm à nobis ſuprà demonſtratum eſt. Fideiuſſorem, ad hæc, diſtractioni pignorum non reclamaſſe, nec ſeparationem eorum petiiſſe, vt ſuum ipſe ſeorſim conſequeretur. Quo caſu à Seuero & Antonino reſcriptum eſt, etiamſi res obligata eſſe proponetur ab hærede pignoris iure vel hypothecæ, attamen ſi hæreditaria fuit, iure ſeparationis hypothecario creditore potiorem fore eum, qui ſeparationem impetrarit. l. 1. §. ſciendum. ꝶ. De ſeparat. Cùm igitur defuncti creditor vltrò paſſus ſit, rem hæreditariam ab hærede vendi, nulla ſupereſt eiuſdem in pretium rei prærogatiua, ſeparationémque hoc caſu fruſtra deſiderari cenſuit Papinianus l. Ab hærede vendita hæreditate. ꝶ. De ſeparat. Nam & ſimili modo, qui ab hærede nouandi animo ſtipulati ſint creditores hæreditarij, amittunt ſeparationis commodum: quippe quùm ſecuti ſint nomen hæredis, nec poſſint iam ſe ab eo diſparare, qui quodammodò eum delegerint. l. 1. §. illud ſciendum. ꝶ. De ſeparat. Neque ab his longè diſtat ciuica Andium Conſtitutio, in §. 504. Eóque firmius adhuc colligitur, pigneratitios hæredis creditores illi præferendos, cui nec expreſſa hypotheca ſuppetat Pacto conuento, nec tacita Legitima, nec Prætoria, quæ miſſione in poſſeſſionem bonorum acquiritur. Romana ſiquidem Lege, is cui debitor ſoluere iudicio damnatus eſſet, ſola actione in factum vrgebat rei iudicatæ executionem, nec ilico bona condemnati pignerabantur, niſi pignus iudicati cauſa nominatim captum fuiſſet. l. Non eſt mirum. ꝶ. De pignerat. act. l. A Diuo Pio. §. ſi pignora l. Miles ita. ꝶ. De re iudic. Quid multis moror? Senatus de ordinis primatu ſecundùm creditores hæredis pronuntiauit. Decreto Pridie Kalend. Nouembr. ann. 1577. Franciſco *le Roy* Dn. *de Chauigny*, & Franciſco *du Pleſsis* Dn. *de Richelieu*, cum aliis, hinc inde, litigatoribus. Eadem Patrum C. Sententia deciſum eſt, priuata publici emptoris bona pro rei emptæ pretio non teneri pigneratitio iure. Sed Molinenſi Edicto, quo vtimur hodie, quæritur hypotheca ex Iudicato ipſo in omnes eius poſſeſſiones, qui vel Iudicio contraxerit, vel à Iudice condemnatus ſit, artic. 53. Pa-

De Prætorio decreto ſeparationis bonorũ à creditoribus defuncti impetrãdo in creditores hæredis. Vide à nobis ſuprà ſcripta Tit. De pigneratitia fundorum poſſeſſione art. 8.

Vidua filii paternis bonis opulenti, qui poſtea multis obærata matri purè ſucceſſit, an maternis creditoribus viri poſtponatur, ab inconſulta illius aditione maternæ hæreditatis? Puto, eam tempore priorem, in paternis mariti bonis præferẽdam Vt ſubnotauimus antea. In Marg. art. 8. Tit. antepenul. huius lib.

S. Conſultum Pariſienſe die vlt. Octob. an. 1577.

Veromanduæ itẽ Patriæ *de Nantiſſement* proditum eſt hypo-

theceæ ius ex Sententia, à die executionis ipſius, contra poſteriores quoſuis creditores, art. 125. Verom. Conſuet.

trio quoque Andium Ritu, creditor, pro quo lata fuerit Sententia, hypothecariis exæquatur, & chirographarios vincit. §. 479. Verſa autem pagina, non tollitur conuenta fundi hypotheca, poſteriore eiuſdem, quamlibet neceſſaria, licitatione publica. Exempli vice. Titius grandem æris ſummam mutuatus eſt à Mæuio, ſub expreſſa vrbani prædij hypotheca, quod gentilitio iure ſuam in familiam reuocatum volebat.

De rei communis indiuiſibilis Licitatione Forēſi neceſſaria: Et an æquipolleat Decreto publico adiudicationis fundi à creditoribus ſubhaſtati. quoad purgationem hypothecarum ipſius.

Emptor verò partis harum Ædium, quas antea cum venditore communes habuerat, euicta illa parte agnatitio Retractu, conuenit Titium vt quia Ædium diuiſio incommoda, difficiliſque adeo foret, pluris licenti alterutri domus tota addiceretur. Quid plura? emptori priori, ſolidum ædificium denuò licitanti adiudicatur. Mox Titij creditor hypothecaria agit in licitatorem nouum, quaſi debitoris ſui in ius ſucceſſorem dominiúmque rei, ſibi expreſſim obligatæ. Defendit reus, vt emptorem, neceſſaria condictione ex Lege Retractus auulſo fundo, immunem fieri deinceps omnibus in rem hypothecis (§. 385. & 394. Andegauen. Conſuetudin.): Ita redemptorem publicum, ex Legitima indiuiſæ rei communis cauſa, prædiariis non teneri oneribus à conſorte recens impoſitis. Argum. leg. debet. ff. De ædil. edic. l. Ad officium Cod. comm. diuid. l. ſi familiæ D. famil. herciſc. Et §. vlt. Inſtitut. De offic. Iudic. Huius quippe debitoris ſoluto in prædium iure, Magiſtratus auſpiciis, ſoluuntur quoque iura creditorum, qui ab eo tanquam domino proprietatis, hypothecarium in rem vinculum obtinuerint. Leg. 31. ff. De pignor. l. 1. D. Quib. mod. pign. Et ibi Bartol. Cenſeo tamen, hypothecæ nexum anteriorem, qui Municipali ædium Retractui cauſam dederit, indéque Forenſi ipſarum emptioni, neutiquàm intercidiſſe publica hac rei Addictione. Ex ſententia leg. Interdum D. Qui potior. in pign. l. 1. D. In quib. cauſ. pign. vel hypoth. l. creditor, qui ob reſtitutionem ædificiorum. ff. De reb. cred. Hypothecaria item fundi onera non diluuntur præcipiti quodam licitationis rei calore, ſed maturis auctionum ipſius præconiis ſolennibúſque programmatis, ſequentique adiudicationis decreto fundorum. Ex Francicis Edictis ann. 1539. & 1551. ſecundùm Imperatoria Reſcripta. Si eo tempore Cod. De remiſſ. pign. Leg. Si tempora De fid. Inſtrum. & iur. haſt. Fiſc. Lib. 10. Cod.

Reſoluto iure dantis, reſoluitur ius accipientis. l. 1. Cod. Si pign. pign. dat.

Rente conſtituee à prix d'argent.

Flora hypothecarium Reditum emit, antequàm in matrimo- 20
nium Seij conueniſſet. Hic, celebratis nuptiis, eiuſce Reditus ſortem accepit à debitore, illúmque ita lui conſenſit, ignara rerum vxore, domina nummarij eius Vectigalis. Subinde maritus diem obiit, ante nuptialis anni lapſum: cuius exitu anni, coitur bonorum inter coniuges ſocietas ac communicatio, patria Andium Lege, §. 511. Hæſitatum eſt, an debitor, qui à marito ſolo vxorium Vectigal redemerit, ſit ſecurus. In eum mirè vrgebat cita. art. 511. Ac multò infirmiùs muliebrem interim æris Penſitationem annuam vir alienarit, niſi muliere alienationi ſubſcribente. §. 336. & 445. Andeg. Conſuetud. Item creditrici fœminæ, quæ in alienam viri viri tutelam poteſtatémq; tranſierit, ſolui tutò non poteſt

Si prehenſa publicè ab vno creditorum Mobilia væneant cæteri ante venditionē hanc publicam, vel etiam ante octiduū, eorum redemptioni venditorū More Andeg. datum, intercedere poſſunt, vt ſaiſiēti creditori præferantur hypothecarij

poteſt quod debetur. Eadéq; de cauſa, pupillorũ debitor vſurarius ſolebat quõdam pecunias in Æde Saturni deponere, (iuxta Varronẽ) ne vel ipſa vltrà vſuris oneraretur, vel minor annis creditor pecuniã deperderet. Permittebatur itidẽ debitori ex cõſtitutione Principũ, adoleſcẽtes cõpellere ad petẽdos ſibi curatores, aut prętoris decreto æs debitũ minori exoluere. l. qui mutuã. §. fideiuſſor D. Mãd. l. 7. D. De minor. l. fruſtra Cod. De adminiſtr. tutor. At tot cõgeſtis eodẽ argumẽtis dimoueri nequeo à diuerſa ſententia, quæ pro debiti Vectigalis redẽptione facit. Nam bona fides debitoris, qui fortunarum ſocios coniuges, ratus, viro ſoluerit, ei parit liberationem pleniſſimam. Ex ratione Africani I.C. l. 38. §. 1. ff. De ſolution. Et Põponij l. Si ſeruus ſocietatem D. Pro ſoc. Inſuper neceſſaria vxorij Reditus luitio, quã vir præpedire nõ valuit, longè abeeſt à ſpontanea rerum vxoris alienatione Legibus vetita marito. Quod ſi etiã debitor ſciſſet, nondùm cœptam inter cõiuges opum communicaitonem, haud ideo proſpicere immaturum mariti obitũ neceſſe habuit, at ſperare potiùs ex ciuicis Moribus, cõnubiale rerum conſortium, elapſo anno latè retroductum iri ad diem nuptiarum. d. §. 511. Quocirca viduæ mulieri ſatis abundèque eſt, integram pecuniarij Reditus ſui ſortem ab heredibus mariti, qui fato præuentus ſit, repetere: vt eã rurſùm idoneis nominibus collocetur.

priores, vel in cõtributionẽ veniãt chirographarii omnes, ſeu perſonale modò ius in debitorem habẽtes, nec hypothecarium. art. 421. & 490. And. Conſ. Sed de Cenomana ſimili Conſuet. (art. 436. & 494.) Curia, cõſultis Claſſibus, interlocuta eſt de Conſuet. Vſu Practico inquirendum, An ſuper d. Mobilibus eorũque pretio locus eſſet prælationi, nedum contributioni inter hypothecarios. Areſto die. 10. Mart. 1604. Dn. de Neuuille relatore in 3. Camera Inqueſt. inter N. Iuchereau, & Franciſc. Ruau creditores debitoris Cenomani. ſur l'appel du Seneſchal d'Aniou.

21. QVALI verò monetæ æſtimatione luatur Vectigal huiuſmodi nummarium, haud planè liquet. Fingamus enim, fuiſſe id antiquitùs cõſtitutum certo monetæ genere, quod poſteri Reges aboleuerint. Tunc nemo ambigit, tali ære Vectigal minimè redimendũ, ſed præſenti nota ſignato, ac vſitato. Clemẽt. 2. Ibi, ad monetam currẽtem De decim. Alexandri Reſponſo. 104. Lib. 1. Ob idque creditor probè deſiderat, pretiũ ſibi alia moneta reſtitui, cuius monetæ vſus non interdictus ſit. Bart. & Alex. in l. quod te D. Si cert. pet. Bald. ad l. vlt. Cod. De non numer. pecun. Quid autẽ de æſtimatione priſci numiſmatis, quo vectigal partum ſit, Eanè in luẽdo Vectigali inibitur æſtimatio, an, contrà, nummi præsẽtis, & hodierno vſu probati? Veteris vtiquè æſtimationis rationem habẽdam duxeris ſpecie ipſa prima. Auctoritate Scæuolę I.C. in l. 102. ff. De Solut. Inibi enim creditor oblatam à debitore pecuniam, vt alia die recepturus, diſtulit. Mox pecunia, qua illa Reſpub. vtebatur, quaſi ærosa, iuſſu Præſidiis ſublata eſt. Eius tamen detrimẽtum, non eſſe creditoris, ſenſit tantus ille I. Conſultus. Hanc quæſtionem argutè Molineus exagitat, (In Tract. Commerciorum & Vſurarũ Quæſt. 100.) ac denique eam in partem flectitur, vt pręſentem nũmi cum vſu æſtimationem intueri debeamus. Cui ſententiæ vt accedã moueor antiquis duobus S. Conſultis (quæ Molineus illic non citat) Frãcicæ praxeos indicibus ſpectatiſſimis. Vtrumque Ioh. Gallus Curiæ decretum refert, Quęſt. 203. & 302. In. 5. Parte Styli Parlam. Alterũ quidem ſolenni more prolatum in peruigiliis ſacræ Pentecoſtes an. 1390. ſecũdùm Duaci Catuacorum ciues quoſdam, in Belgio aduerſus Rudolphum Pourceletum, in Duacẽſi Templo ſacellanum. Alterum

En quelle monnoye, & à quelle raiſon, ſe doiuent payer les arrerages, & la Rente eſtre rachetée, qui a eſté autresfois conſtituee d'une eſpece de forte monnoye & à preſent inuſitee.

Vetus Areſtum Parlamentare entre quelques habitans de la ville de Douay en Flandres, ſur leſquels auoit eſté aſſiſe Rente de 50. liures tourn. pour la fondation d'une Chappelle en lad. ville, qui lors eſtoit au domaine du Roy.

verò S.C.factum an.1392.pro ſubditis Cœnobij Cluniacenſis, aduerſus cœnobiarchã, Nec aliò ſpectat Fabri dictum de Frãcica in iis Obſeruatione, ad Nouellã Conſtitut. Hoc niſi debitor Cod. De ſolution. Ex Inſtit. Ciuilib. Quib. mod. tollit. obligat. Iuxta quæ etiã, nouiſſimis annis à Senatu pronuntiatũ eſt, tam de reliquis, quàm de ſorte vetuſti Reditus frumentarij, qui priſca æris moneta conſtitutus fuerat. Areſto Caléd. Apriles an.1586. quod Seguerius Curiæ præſes purpurea in toga recẽſebat. Obiter tamẽ aduertito, id minimè cùm locum habere cùm moneta vetus data ſit olim, certo aſſiũ numero, vel aliàs æſtimata. Tũc enim ſequẽdam quoque hanc nummarij valoris computationem, ait Gallus in cita. Quæſt.203. In fi. De his pariter Nos, Lib.3. SACRÆ POLITIÆ FOREN. Tit.6.art.15. Nam pro Regionum varietate ac temporũ, variata eſt identidem Numiſmatis æſtimatio.

Areſtum ſolenne in Diebus Paſchalibus, ſeu die.1. April. an. 1586 *Touchãt vne ancienne Rente conſtituée en bled à prix d'argent, qui eſtoit lors forte monnoye, & d'vne eſpece à preſent inuſitée. Eſt dict, que les arrerages iuſques au rachapt ſeront payez au denier 12. Et la Rente auſſi declaree rachetable à ceſte raiſon, & de monnoye à preſent courant.*

Solidorum moneta.

